



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>







Yur Opp YY







Jan 01/00 YY



601315

ALEXANDRI  
TURAMINI  
PATRICKI SENENSIS  
IURIS CONSULII  
ET  
ANTECESSORIS  
OPERA OMNIA


RECOGNITA EMENDATA, ET AUCTA EX  
AUTOGRAPHO SENENSIS BIBLIOTHECAE.



SENIS MDCCCLXIZ.

---

EXCUDEBAT FRANCISCUS ROSSI  
MUCTORIATE PUBLICA





ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO D.  
**ANTONIO FELICI**  
**CHISIO ZONDADARIO**  
**HIEROSOLYMITANO EQUITI,**  
REATINAQUE URBIS PONTIFICO NOMINE MODERATORI VIGILANTISSIMO

FRANCISCUS ROSSI SENENSIS TYPOGRAPHUS  
FOELICITATEM.



Iu est , quod mecum ipse cogitaram , Præ-  
sul Amplissime , quidpiam moliri , quod  
non modò in Patriæ nostræ decus , & or-  
namentum , verum in Rēpublicæ etiam  
literatorum utilitatem præclarissimam ce-  
deret , nè inductæ cuidam querelæ suffra-  
gari Typis ipsi nostris videremur , lucri  
solùm capiendo cupiditate , minimè verò

de literis ; doctisque hominibus benemerendi desiderio ab Italics Typo-  
graphis Libros omnes in vulgus derivare . Exemplis euidem illustrata

virorum Aldi, Turnebi, Stephani, aliorumque superioris ætatis hominum in arte nostra præstantium commovebar, qui tantam sibi, scientiisque gloriam ex magnificis optimorum Librorum editionibus essent adepti: neque ferebam sine molestia hanc omnem laudis partem ad Transalpinos ab Italis omnino defecisse, quasi nullus esset nobis operis delectus, qui adjunctus ad Artis negotium gratus esse posset sapientibus, atque uti rerum præstantia insignis, ita dignus etiam haberetur prælo exquisitiore.

Cum itaque id mecum deliberans, incertus, atque anceps animo hærem, inops veluti effectus copia tot, tantorumque Voluminum universam ferè scientiarum Encyclopædiām completentium, qui a Patriis scriptoribus editi magnam Civitati nostræ scientiarum laudem attulerunt, sapientum tandem amicorum consilio effectum est, ut, cæteris posthabitatis, in ALEXANDRI TURAMINI varia opera ad civilem jurisprudentiam illustrandam descripta cogitationes, curasque converterem, eaque sparsim vulgata, partim etiam in Bibliothecis adhuc latentia sedulò colligere meditarer, cum Autographis comparare diligenter, atque in unicum volumen splendidè quoad fieri posset, ac nitidissimè excusum publici juris efficere. Nullibi siquidem utilius, commodiusque labores meos locaturum me planè intellexi, quām si celebratissimus superioribus ætatis Scriptor, exemplarium inopia, sorditate, vilitate non adeò nostro tempore notus eleganter prodiret in lucem, in promptuque esset Jureconsultorum ordinibus ad doctas meditationes. Quod à me suscepsum, beneque, fortunante Numinе, ad metam perductum consilium magnopere collaudatum iri confido, non ab Jurisprudentiæ modò Tyronibus, verùm etiam ab forenium rerum exercitissimis, qui nova hac Editione veluti invitantur ad hauriendam solidam ex purissimo fonte Legis disciplinam.

Equidem quum jurisperitissimos nostrates homines ad me sèpius Librorum caussa divertentes de TURAMINIO consularem, sic reperiembam: suspici in eo Scriptore potissimum admirarique magnificam orationis dignitatem, summa cum sententiā vi, doctrinæque copia conjunctam: ex his autem tanto majorem ipsi laudem accedere, quod inter sui sèculi primos, eliminatis inaniloquis questionibus, sublatisque vanis pitilitigatorum ineptiis ex sterili auctoritate consulentium Jurisprudentum prodeuntibus, ex ipsis naturæ legis tutissimis principiis, serumque humanarum indole, Sapientiam Legibus abditam demonstrat, ad hominum fœlicitatem. Nullius namque esse momenti Legum interpretes eos judicavit, qui, ut ipsius verbis utar ad LL. de Legibus in Proleg „ Legum proferre sententias, sensus exponere, „ verba interpretari, argumenta, rationesque proponere Oraculi in-

star

„ star contendunt , à quibus , si hujus scientiæ resolutionem in suæ „ principia desideres , eam tibi præstare nequeant „ Qui itaque Legum spiritus , origo , cauſæ ab hominibus omni laude majoribus è verborum cortice sublatus est , ut excussa vocum tyrannide , Rabularumque ſegmentis ad communis naturæ juris ſumma principia ex-pendatur in ordinata Republica rerum utilitas , incommodatumque origines & cognoscantur , & arceantur , is ſane ſpiritus per TURAMINII Libros ſplendet ubique , ut nemo miretur hominem ex doctrinæ præſidiis , rerumque experimento , non modò ab uſtato eo forenſium Scriptorum Systemate recessisse , verūm præcognovisse etiam fore aliquando , qui ſe regiam illuſtrandæ , ſuiſque reſtituendæ principiis prætantissimæ ſcientiæ viam commoniſtantem ſtrenuè ſequentur . Graviflma quippe juris Theoretici ſcientia , ab penitiori Philofophia originem ducens , cujus ſint funda menta ratio , historia , natura , malo literarum fato , TURAMINII temporibus , ita fuerat à Jurisprudentia fori diſjuncta , ut non alteram ſine altera ſolum poſſe coniſtere plerisque periuafum eſſet , ſed etiam diſputaret quandoque , utra alteri ad æqui , bonique tutelam antecelleret . Quod monſtri genus ab Romani textus glossatorum licentia diſfum erat : hi enim ut Legum verba ad ſingulares controverſias finiendas aptarent , nihil conquisita Legiſlatorum mente , Legumque adeo ipsarum veluti rectore ſpiritu , verba ipſa civilis juris violenter ad proprios ſenſus contorta ingefferunt in forum in diſtractæ cotis modum ad cuiusque placitum expenda nda . Hinc Commenta , Tractationes , Consilia , Reptentium farrago , aliaque ſexcenta ejusmodi , barbaricis undique phraſibus redundantia invecta ſunt in Civilibus iudiciis : inde eorum plerique , qui Leges ipſas ſcire ſe , proſiterique jaſtabant , non vim ipsarum , ac potefatatem , ſed deformatas ſolūm voceſ tenuere , contra ac iplius juris definitionibus ab Ulpiano ſervatis præcipiatur lib. 17. ſ. de Leg. *Scire Leges non eſt verba earum tenere , ſed vim ac potefatatem* . Hujus vero ſcientiæ perversio ni altiores quoque cauſas fuille ex eruditis accepimus , minimam ſcilicet Philoſophiæ , Historiæque ſuppelleſtilem , ingenii , eruditioniſque inopiam in plerisque Romani juris expoſitoribus , quæ ſi deſiderentur , non æquitatis , & iuſtitiæ foedera jura ſint neceſſe eſt , ſed conuisionum ſcaturigioes , juri orumque perpetuorum . Quum enim Romanorum ſapientiſſimi planè intelligerent , iuſ , quod naturæ immutabilibus , conſtantibusque Legibus non cohæreat , non recti , honesti que regulam , ſed injuriam eſſe oportere , leges ſuas , atque ſanctiones ad hanc potiſſimum normam conſtituerunt , ut quemadmo- dum ex rationaliſ , moralisque Philoſophiæ diuturno uſu , & conſi- deratione profluxerant , ita ad fori prudentiam adhibitæ , non ex for-

sordidis arbitrorum opinionibus, sed ex hominum; & Civium officiis expenderentur. Itaque statuit egregie Quintilianus lib. XVI. omnem juris questionem, quoniam aut verborum proprietate, aut equi disputatione, aut voluntatis conjectura continetur, partim ad rationalem, partim ad moralē Philosophiam omnino redundare. Id ipsum autem reor ab Sallustio lib. de Bello Catil. magnificè dictum de Romanarum Legum maiestate priscis Reipublicæ temporibus servata, *jus*, *bonumque apud illos non Legibus magis, quam natura valuisse*. Post autem, *et si converso Populi Romani regimine, mutatis, ut consecutarium erat, moribus, judiciorum pariter ratio varietatem nacta esset, servata tamen perpetuo est in prudentum responsis Legum dignitas, donec, inclinato jam Imperio, juris ipsius Romani principia errantia veluti in multis jureconsultorum fragmentis collecta, servataque sunt in Pandectis a Triboniano.* Verum ea ipsa utilium, splendidarumque sententiarum collectione, quoniam ordine carebat, necessariique nexus adspectu, effectum est, ut naturæ *jus*, a quo profluxerant, juris que Romani scientia post Longobardicum literarum Italicarum fatum, censerentur non cumdem ipsum esse naturalis æquitatis ordinem, sed longè omnino differre. Quamobrem forensis nova quædam ars veteres illos magni utique ingenii viros, Glossatores primos, Bartolum, Baldum, Accursum, Irnerium veluti Parentes habuit, aliosque, qui *Antiquis Repetentes dicti sunt*. Hi scilicet incredibili mentis acumine ditati, verūm, ut ingratiorum temporum ferebant vices, Critics, Romanæ Historiæ, Stoicæ Philosophiæ præsidiis destituti, atque, quod potissimum erat, Græcæ Linguae notionibus, Latinique Idiomatis genio non Romani juris disiecta coordinare membra potuerunt: verūm summa ea, qua præstabant, ingenii acie ex sparsis Regulis juris Romani inferre conati sunt lumen singularibus Statutis, ac Constitutionibus: quare iisdem etiam ampliatis Regulis Legislatorum potius quam scientiæ juris cultorum adepti sunt famam. Quare forensis prudentia ea ærate, et si magnificum illud Ulpianeum servaret sibi, *Divinarum, Humanarumque rerum se scientiam esse*; quoniam tamen certis principiis minime nitebatur, vix connumerata est in censu scientiarum; Id porrò splendidum nomen tunc merito sortita est, quum ab hominibus omni laude majoribus ea ipsa naturæ principia egregie meditata sunt, atque certis inducta Systematibus, indeque institutis comparationibus, ordineque adhibito, ostensum est, *jus Romanum*, ejusque proinde interpretationes legitimas ab simplicibus, generalibus, perpetuis juris naturæ principiis proficiisci. Quam immortalem gloriam, et si verissime Hugoni Grotio tribuat Jureconsultorum Respublica, qui primus omnium intentatam ardum, latif-

tissimis patentem finibus sterni viam sapientibus fecit , principiis juris naturæ , & gentium egregio systemate constabilitis : attamen a TURAMINIO multo pridem & excogitatum , & exemplo demonstratum esse nem̄ negaverit . Is enim universis iis , quos de Legibus scripsit , libris , naturæ , positivumque jus comparat , utrumque ad eadem refert principia , iis perpetuo ad scientiæ usum adnotatis , in quibus Romanum jus ipsum ab juris naturæ principiis derivatur , iis pariter , ad quæ minimè flechi quandoque posse videntur , in socialibus usibus generalia principia naturæ . Opus sanè non nisi ab eo præstatum , qui summam veterum Philosophiam meditatus , ipsius juris naturæ scientiam perfectissimè calleret , nossetque adeò , quām esset id ipsum ad restituendam jurisprudentiam necessarium : licet incredibili moderatione profiteatur in Proem. ad Rubr. de leg. *Suspicere se ipsum , neque tantum sibi blandiri , ut eam se speret perfectè consequutum , ceterum attentare se , quod asequi nequeat , ut quilibet ingenio præstantiori hoc excitatus exemplo feliciter ipse perficiat .* Quam ab TURAMINIO concupitam , aleæ , difficultisque plenam provinciam , recens lætatur ætas ab Samuele Coccejo perfectam , qui in suis adjectis ad Henrici patris in Grotium Commentaria animadversionibus , novi omnino systematis specimen naturalis , & Romanæ jurisprudentiæ præbuie , jus utrumque admirabili institutionis genere complexus .

Verūm haud adeò perfecta juris esse scientia censeretur , nisi theoreticum ipsum jus , ex iis , quos sæpè commemoravimus , naturæ fontibus deductum , adhuc ad fori usum stabilitis quibusdam methodis adhibitum esset , neque fas esset ex solidis , verissimisque sententiis , falsa , captiofa , incerta ferre de singularibus ad vitam , fortunasque humanas spectantibus judicia . Quod minimè rarum in practicorum , quos vocant , jurisprudentium tractatibus vitium , minus justè ab illustri Muratorio , ad juris scientiam ipsam translatum est . Considerandum scilicet fuerat , ut a Josepho Rapolla adversus Muratorium disputatum est , num hominum sive ignorantia , sive calliditate ex luculentissimis scientiæ theoriis perversæ inferrentur singulares consecutiones , quæ minimè ex ipsis profluxissent . Quam in rem , eti nonnulla dicta superius sunt ; tamen , quoniam hanc ad ceteras TURAMINI operum laudes , nobilissimam accedere intelligo , haud vereor Præsum Amplissime , ut vani assentatoris insimuler nomine , si hoc fidenter affirmem , in ALEXANDRI libris theoreticos inter , & practicos jure-consultos dissidia esse composita , normamque præberi , quemadmodum Critices , Historiæ , Linguarum copiosa supplex in utilitatem trahi possit forensium judiciorum .



Quum

Quum enim post subtilia illa veterum Repetentium glossemata ad Romanas Leges, feliciore usi Minerva Alciatus, Othomannus, Antonius Augustinus, paulò subindeque post Duarenii, Cujacii, Donellii, aliquique permulti insignis eruditionis homines, non ex inductionibus ingenii potius, quam veritatis laude commendandi; sed ex Græcæ, Romanæque eruditionis fontibus maximam attulissent ipsis Romanis Legibus lucem, minime exinde tamen effectum erat, ut ea lux diffunderetur in forum, quin essent etiam, qui censerent praxim a theoria juris longo distantes intervallo: imò alteram iis ornatam præsidii, alteri, quæ simplicitate quadam ex mentis acie profiscenti niti deberet, adferre in judicis, & clientelis documenta. Notae scilicet sunt, ne hic multis commemoretur, Alberici Gentilis cum Antonio Fabro concertationes, nota disfida haud levi sapientum stomacho, quod Gentilis doctissimus alioquin vir eorum, quos diximus, invidia concitatus, adeò malæ causæ patrocinium suscepisset, ut eliminandam esse a foro contendere illustrationem ex multiplice disciplina prodeuntem, in quam & ipse haud mediocri cum laude studia contulerat. Multòque etiam mirandum est gravius tantopere aliquando præoccupatam suetudinem prævaluisse, ut essent etiam, qui barbaricas Scholasticorum voces præferri debere censerent in agendis judicis nitidissimo illi eloquio, quod in Romanis codicibus tantum claritatis adfert, atque majestatis. Johannem nempe Picum Mirandulanum paradoxum hujuscemadversus Hermolaum Barbarum defensorem, aliis certè ingenii præclarissimis monumentis, non autem exinde suspicier crudita posteritas.

Qua porrò felicitate hæc sint in ALEXANDRI commentationibus præstata, nemo non videt. Practicis siquidem disputationibus redundant non Tractationes modò, verùm Epistolæ potissimum, atque de certis argumentis ab ipso conscripta, quæ in lucem edimus, Consilia: ita tamen ut ubique perspicias tum theoreticorum, tum practicorum sententias æque distributas, idque cum præsertim in animo habuisset, ut conciliatis interpretationibus, quæ ex Repetentium doctorum ingenio sunt, cum iis, quæ ex Philosophiæ, Historiæque auctoritate profiscuntur, eas ad eadem revocet summa principia: quo sane spiritu, ac methodo utiliter utraque, & splendide adhibeantur in foro.

Hoc verò universum co spectat, ut privatæ justitiae, æquitatisque rationes ex Legum sapientia inter Cives perfectè serventur. Verùm latius siquidem arbitror sibi spatiū prætituisse TURAMINIUM in Jurisprudentia pertractanda, ut nimis ex summis illis naturæ principiis deducta jura, privatas æqui, bonique rationes cum publica felicitate componeret, sive cum Reipublicæ, ac societatis utili-

eate communi : jus nempe civicum politico , hocque invicem illi subseruiret . Id autem potissimum universalis Jurisprudentiae opus esse nuper gravissimis argumentis demonstratum est ab March. Beccaria J. consulto clarissimo in sua ad Commerc. jur. expositionem prælectione . Quod , quo ingenio , qua doctrinæ profunditate , qua sententiarum gravi veritate præstatum sit ab immortali Burdig: primario præside Montesquieu , is sanè ignorabit , qui neque se vivere senserit unquam . Huic etenim primus elevatæ Romanæ , forensisque jurisprudentiae ad jus naturale , publicamque felicitatem honor debetur immortalibus iis Libris , qui sunt de Legum spiritu , jusque politicum ad summa naturalis prudentiae principia incredibili nexu , colligationeque perductum . Is itaque genius TURAMINIO non defuit , quem sapiens antiquitas requiri omnino postulavit in Legum claris interpretibus nota ea sententia : *eum posse exactè solum jura exponere , qui norit ferre opportunitatem* . Quum etenim consuetudines , mores hominum , variæ vitæ rationes , locorum , temporum , regiminum discrepantes diversa indole , atque constitutione variari omnino necesse sit , ut est rerum humanarum vicissudo , ille sanè omne tulit punctum , qui non modò ex invariatis principiis diversa deducere conjectaria possit , ut id commoditatis allequantur homines , ad quod jus ipsum dictum est , verùm & politiæ , socialisque æquitatis communia fœdera revocare ad causas communes , atque primætivas . Idem semper in humanam rerum universitatem ex iisdem causis effictuum constans est tenor , quorum copiosam varietatem cortice tenus Leges exhibent , unico rectore veluti permanente principio .

Neque hic locus est fortasse , Amplissime Præfut: ut id ipsum argumentis confirmem , quorum multa essent in promptu , ut Legislatorium hunc sublimem spiritum in TURAMINIO literati suspicerent . Sunt namque ejus rei præclara testimonia tres in libri , quos ad Rubricam de Legibus in Patrio Lyceo exposuit , sunt tractationes ad Modelini fragmentum de Legibus , sunt Consilia ipsa , & epistolæ , ut præstissime noster hic videatur , quod miratum se scribit fuisse , posthabitam , siue solum indecenter tractatam fuisse Legislatoris constituendi partem , quæ tantò ceteras antecellat , quantò Legislator est jurisperito cuilibet præferendus .

Quod vel uno exemplo ut proponatur , ne gravare Præfut: Amplissime , de quo nuper differentes Jurisconsultos quosdam audivi . Fideicommissorum Leges ab Romanis ad perfidiam hæredum dictis haud parentium latae , ut est in Tit. de Fideicom. cap. Hæredes , venuitatem jam consecratae , notum est in abusus societati perniciosos jam tunc olim degenerasse , quam ab Longobardis feudale jus invectum est , indeque ad Feudorum similitudines a privato quolibet

civē primogenitorum jura instituta. Etsi verò posteriori ætate constaret, quām publico bono gravis, societatiq; civium molesta perpetuitas esset patrimoniorum, tamen quōd vel personis, vel dominīis timeretur injuria, luxurians potius æternarum fortunarum cupidus legibus protecta est, quām ad eum usum moderaretur, qui est ab æquitatis principio, ab hæredibus servari ad majores vita defunctos fidem, & obsequia. Verūm ab suis hæc deducta fontibus, nihil impedimento fuere TURAMINIO, quo minūs a Scipione Naldo consultus Ep. 21. liberè adversus Fideicommissorum perpetuitatem pronunciet, canonesque legitimos statui denique desideret, proponatque, quibus nulla hominum injuria, nullo nobilium generum damno, nullo publico, vel privato detimento, ab rebus humanis ad interitum vergentibus odiosa abstrahatur patrimoniorum perpetuitas. Cujus consilii utilitatem ipsi etiam experimur, Lege haud ita pridem ab glor. memoriz̄ C A E S A R E FRANCISCO Magno Hetruriæ Duce lata de Fideicommiss moderationibus, tutiorem inde nacti fidem in contractibus, pactis, ipsoque jure possessionum. Hac verò unica TURAMINII epistola expensa, ut cætera præterea, habes Amplissime Præsul, ut judices non ipsum modò ante Clarissimum Montesquieu verissimè sensisse, non esse ex jure politico definiendas civium quæstiones, quod more suo argumentum profundè prosequitur lib. 26. immortalis operis cap. 15. verūm etiam casus indicasse, in quibus ipsæ politicarum Legum summæ rationes maximam utilitatem inducent in jurisprudentia privata.

Postulare autem hic locus vidererur, ut singulariū de iis differerem literis, quæ in Editione nostra sunt adpolitzæ; sunt ipsæ etenim præclarissimum non modo ALEXANDRI sapientiæ testimonium, verūm ejus quoque opinionis, qua sua excelluit ætate, moderationisque incredibilis animi, modestiæque. Quotus enim quisque temporibus illis in Jurisprudentia inclaruit, qui literarum vicissitudinem cum nostro hoc non expeteret de gravioribus, subtilioribusque juris quæstionibus consilia proferente? Quæ quidem consilia soliditatis plena, non inanem haud necessariæ eruditiois ostentant imaginem, non litigiosæ contentionis studia præferunt, sed veri conquisionem inter salebrosas textuum ambages, summa claritate ad usus deductam. Abuterer porro patientia tua, si idipsum pluribus persequi vellem, quod tu, Illultrissime Præsul, cæterique Lectores melius expendendo judicabunt. At non est sanè prætermittendum, quod de ingenii modestia, atque ab iuriorum dissidis aliena, exemplum nobis præstat Epistolaris ea Laderchium inter virum ætatis suæ sapientissimum Turaminiumque ad Leg. de Divortiis disceptatio. Quum enim tractationem

tionem suam publicasset noster, super illius textus expositione fuere non nulla, quæ minus Laderchio probarentur, circa proportionem à Turaminio propositam in divisione fructuum inter Uxorem, & Virum divortio factō; quare ad Turaminium scribit: Respondeat hic: implicatissimum controversiæ genus agitatur, magna lux ei quæstiōni ex sapientum hominum dissidio affunditur: ita tamen, ut amicitiæ, æquitatis, summæ urbanitatis jura inter ipsos minimè violentur ex opinionum varietate. Quod nobilissimum factum, ut candorem animi in utroque exprimit differentium, ita à nobis proponitur libentius, ut videant nostrates, quemadmodum sit in controversiis literatorum, qui probi, honestique esse velint, veritati subserviendum, atque temperandum a conviciis, & injuria.

Ceterum non ego is sum, qui audeam hisce de rebus proferre judicium, quæ jam omnium sapientum elatae sint plausibus, suisque auctoribus famam pepererint. Verū nemo adeò est in historia jejuno, cui compertum, exploratumque non sit, quanta nominis opinione flueret Alexander, quum viveret, penes Lyceas omnes, florentesque Italicas Academias. Etenim vix in patrio hoc nostro Athenæo oīm percelebri, nunc autem Sapientissimorum Principum nostrorum beneficiis immortalibus ad veterem gloriam restituto, civilem interpretari textum aggressus erat, quum certatim continuò Italicæ illustres Urbes ipsum ad se magnis propositis præmis, atque conditionibus invitaverunt. Hunc Maceratensis Academia, hunc adscivere sibi Perusini Magistrum: hunc Ferraria, hunc scientiarum cultrix Bononia, ut reliquas minoris famæ prætermittam: hunc denique, latius propagato nomine, Neapolis, non modò ad juris studiosæ juventutis institutionem, verū ad jus quoque dicendum in judiciis, Turaminium nostrum civibus connumerari sus voluit, atque incolam habuit diuturnum. Qua in re nihil esse reor ad ejus laudem accommodius judicio eo magnifico, quod latum est ab Neapolitanarum rerum Historico: summos videlicet inter homines Neapolim ad Legis institutionem advocatos fuisse Turaminium, ut Solem inter minora sydera, ipsique propterea Neapolitanæ jurisprudentiæ, cuius est laus omnibus ætatis constans, restaurationem, coordinationem, renovationem omnino deberi.

Hæc vero luculentissima de Alexandri ingenio, sapientiaque testimonia, non ex præcipiti quodam præoccupati vulgi judicio, sed ex iis, quæ monumentis literarum mandata sunt, nomen ipsius ab temporum servasse injuriis, eadem ad nos usque faciat felicibus servata opera confirmant, magni æstimata ab primi ordinis jureconsultis quibusque, allegata frequentius in forensibus disquisitionibus: summo in prelio habita

habita à doctis jurium meditatoribus, ut meritò nulli secundum, primis omnibus parem se in eo genere scriptorem proculissē Senz gratulentur.

Evidem gavisus vehementer sum Jureconsultos omnes, quibuscum de Turaminii hac nova Editione consilia communicavi, uno judicio mecum esse gratulatos, nihil a me utilius excogitari potuisse ad favorem literarum. Mihi verò oraculi instar fuit Clarissimorum Virorum Stephani Equitis Bertolini, pro Regia Petri Leopoldi Magni Ducis nostri Celsitudine in Urbe nostra, Senensisque ditione Præsidis, atque Horatii Bandinelli pro Reverendiss. atque Illustriss Archiepiscopo nostro Ecclesiastico foro Præfecti, Generalisque Vicarii auctoritas, hominum, ut eruditione quavis, ita jurisprudentia p̄cipua laude præstantium, quorum potissimum incitamentis commotus sum, & animo veluti eretus, ut Turaminium magnificè excuderem prælis meis, siquidem cuperem Patriæ, literis, studiosis hominibus carus esse. Horum autem benignitatem mirificè expertus sum, quum inter ministerii, quo distincentur, curas gravissimas, bonum otium, quod impendere solent literis, in hanc editionem meam conferre non sunt gravati. Mihi itaque ea parte, quæ Typographum decebat reliqui, ipsi totum id sibi sumptuere negotium, quod flagitabat homines in scientia versatos. Quos evidem honoris, gratiæque referendæ causa commemoro, ut intellegas Præsul Amplissime, jureconsultique etiam lectors habeant mecum gratiam, & cognoscant, quibus debeatur potissimum Turaminii in forum restituti beneficium. Atque dolendum est Jureconsulti hujus opera fortasse multò plura vel hominum societatis perissæ, vel etiam in Bibliothecis latenter diligentiam nostram effugisse, quorum certè publicatio novas in legibus importaret illustrationes, essetque nobis hanc Editionem adornantibus gloria. Hanc evidem cum molirer, quæ tibi fititur Illustriss. Præsul, neque sumptibus, neque laboribus parsi, ut diligenter non modo reliquias quotquot essent ob oculos haberem, conferremque cum autographis, vel vetustioribus codicibus, verum etiam ipsam, quotquot reperiiri possent, consiliis, fragmentis, epistolis, facerem locupletiorem. Qua in re, etsi benignius mecum actum esse non diffitear, propterea quod V. Clar. Josephi Ciaccheri humanitate ex Senensi Regia Bibliotheca, cui præfectus est, multa mihi collata sint autographa, multa etiam inedita, quæ appendicis loco subjecimus: nihilominus plura adhuc desiderari certum est, quibus magnificum editioni nostræ decus accederet, si fortuna usi essemus auspicatore. Tractatum sanè de Cambiis mutilum, ac mancum, utinam quis integrum consultisset, quo in nobili fragmento implicatum argumenti genus tanta brevitate expenditur, tantaque claritate, ut nihil simile judicem ea

estate

ætate a quopiam fuisse concinnatum. Atque si id animo habuisssem ;  
 ut universos Turaminii labores publici juris facerem , non defuissent  
 sanè selecta Poemata, Orationes permulta, Academicæ lectiones, quia  
 & Comediz quoque , animi causa, vel pro variis rerum vicissitudi-  
 nibus habitæ, editæ, publicatæ, quibus pateret , quām feliciter gra-  
 viſſimis Legibus suaviores Musas conjunxerit noster : quantaque promp-  
 titudine, dignitate, gravitate verborum , sententiarumque Poeticas ,  
 Oratoriasque perlustrari amoenitates. Horum autem permulta partim  
 publici effecti juris, partim autem tum in publica Regia hac Biblio-  
 techâ, tum penes privatos nostrates cives servata , quoniam ad initia-  
 tucum non pertinebant, prætermisimus, tunc Deo favente collecturi ,  
 quum alteram Opp. non Forensium Turaminii partem licuerit ador-  
 nare . Nam quod meum est, hancque primam operis partem attinet,  
 Præfus Amplissime, nihil prætermisi, ut Turaminii excellentia digna editio  
 in lucem prodiret ; Nam qua typorum elegantia , qua impressionis forma,  
 qua correctionis accuratione, qua indicum exactitudine, quo denique  
 ordine, ac methodo multiplex materia opus coordinarim , ipse judicabis .  
 Unum supererat, ut non desset labori huic qualicumque meo patro-  
 cinium, quo liber , & immunis non ab indiligentiaz censura, sed ab in-  
 vidiz mordacitate , ac vituperatione defendetur . Iam autem huic  
 etiam parti satis per me factum esse confido, quod tibi ipsum dedicari ,  
 tuoque Amplissimo Nomini consecratum publicare constituerim ,  
 ut flagitare videbantur omnino & instituti ratio, & rerum , de qua-  
 bus agitur, dignitas Cui videlicet opportunius inscriberetur opus de ju-  
 risprudentia insigne ab patre Senensi cive profectum , quām Tibi ,  
 qui cum florenti adhuc ætate animum ad juris prudentiaz studia in pa-  
 tria hac Academia conferres , mox in Romanorum Præfulum nume-  
 rum cooptatus jam maturam fere summaz prudentiaz cum doctrina  
 conjunctæ opinionem Sanctissimi Pontificis Clementis XII. gravissimam ju-  
 dicio confirmatam . Ab ipso namque continuò difficultissimis temporibus,  
 ad Reatinæ Urbis moderationem defectus , tantam nancisceris virtutis  
 laudem, ut, qui tuæ concreti sunt curæ, jucundo sanè experimento  
 cognoscant, quām felicitatis magna pars sit a sapiente moderari. Decet  
 siquidem in eorum Patrocinium advocare Libros, qui scientia , & ex-  
 perientia præstantes utilitatem ex ipsis capiant, sintque ipsorum præte-  
 rea non judices æqui modò , sed etiam amatores . Quam ego tui  
 laudem , quoniam reliquarum esse omnium potissimum arbitror, eam  
 hic fidentius commemorabo , cum neminem lateat , quantum jam de-  
 coris accesserit Patriæ, gentisque tuæ ex primis hisce honoris gradibus,  
 ad quæ virtute proveheris : quāmque sibi blandiantur nostrates, ei ,  
 qua præstas rerum agendarum solertia ex solidioribus disciplinæ fon-  
 tibus

tibus hausta. per te mirificè auctam iri eam gloriam, quæ in Urbem nostram ex Nobilissimo CHISIO, & ZONDADARIO sanguine haec tenus derivata est. Ac multa sanè in eo genere dicenda hic locus postularet, nisi penes nostros æquè ac peregrinos notum esset, ad generis nobilitatē Majoribus tuis pro fortuna accessisse virtutem, ut domi, forsique honoribus cumularentur nunquam ab hominum memoria interrituris. Ut enim veteres præteream CHISIOS, ZONDADARIOSQUE Heroas belli, ac pacis artibus præclaros, resonat adhuc post ALEXANDRUM VII. ex tua gente Pontificem Maximum, innumerosque Purpuratos Patres, resonat, inquam, recens, dulcique nos adhuc fovet jucunditate commemorationis MARCI ANTONII Magni Hierosolymitanorum Equitum Magistri gloriosum nomen; resonat ALEXANDRI Archiepiscopi vigilantissimi, resonat ANTONII FELICIS Cardinalis ex ZONDADARIO germine Fratrum, Majorum tuorum immortalis fama tamdiu duratura, quamdiu claris hominibus honor, quamdiu literarum amor, quamdiu penes cives nostros beneficiorum duratura erit grata recordatio. Quos equidem, quoniam tibi ad gloriæ, virtutisque æmulacionem propositos habes, lubentissimè hic recolo: in eam siquidem spem inde egregiè confirmantur cives tui, ut generis claritate, ita meritorum tuorum in Ecclesiam, Remque publicam magnitudine, honoris, & beneficiorum, quæ ex illis in nos derivata sunt, copiosiorem ex Te in nos seriem esse conferendam.


Habe itaque, Präful Amplissime, Turaminium tibi devotum obsequio meo; habeto in clientela librum in semetipso gloriosum, tuo verò decoratum nomine glorioforem; habeto librum ad literarum commoda meis curis restitutum; habeo fragmentis insignibus ditionem ex ea Bibliotheca, in quam nobili Civium nostrorum conatu haud ita pridem excitatam munificus ipse, & liberalis extitisti, ut ostenderes, quām tibi gratum sit, Patriis studiis beneficia, & patrocinia conferre. Sed ne molestiæ tuæ videar illatus offendere, cætera conticesco, hocque unicum addo, Turaminium nostrum nitidè, magnificèque prodeuentem Tibi dedicatum mihi animos facere, ut sperem & industrias meæ à Te favorem, & pro pristina humanitate, facilitateque Tua voluntatem erga te meam non esse improbaturum.

PRAE-

# P R A E F A T I O

## L E C T O R I B E N E V O L O

### L A U R E N T I U S M E H U S



Uod ab Justo Lipsio sapientissimè scriptum est, *alii babent sicutem, alii merentur*, id verissimè dici potest de ALEXANDRO TURAMINO Patricio Senensi, eodemque Juris-Consulto, & Antecessore celeberrimo. Florebat ALEXANDER eodem seculo, quo floruerant Andreas Alciatus, Silvester Aldobrandinus, Jacobus Cujacius, Antonius Goveanus, Franciscus Connanus, Franciscus Duarenus. Ugo Donellus, aliquie, quorum nomen, & auctoritas in jure Romano explicando maxima in celebritate versata est. Par eorum fuerat legitimae scientiae TURAMINI cognitio. & civilis prudentia, impar tamen illi apud Juris-Consultos nominis gloria. Quia de causa sapienti consilio factum est, ut *Franciscus Xaverius Rosarius* Typographus Senensis ea, qua pollet, industria varias, easque veteres TURAMINI Editiones in unum componeret, novamque, & eam quidem elegantissimam conficeret eorum operum, quae condiderat TURAMINUS, ad Autographum emendans illa, quae jam prodierant, & ex archetypo Bibliothecae Senensis producens reliqua, quae nostro saeculo, & superiore proximo delituerant. Ut autem hac in nupera editione ALEXANDRI quoque TURAMINI resurgat memoria, quae ad ejus vitam, scriptaque pertinent, quaeque paucis modis apud paucos temere dicta sunt, uberioris certa fide exponam.

ALEXANDER itaque TURAMINUS domo Senensis praceptor usus est optimo Hieronymo Benevolento doctissimo Jurisconsulto, qui in Senensi Academia Romanas Leges eruditissimè explicabat. (e)

[e] Vide posterrimum elogium Benevolenti pag. 49.

Legitimae scientiae posito tyrocinio in Forum descendit. Sedente vero Sixto V. Pontifice Maximo ad Leges explicandas Romam publicè evocatus accessit ad amicitiam eruditissimorum virorum, qui in ea urbe omnium maximè florarent, & potissimum Decii Azzolini, & Roberti Bellarmini, quorum integra vita, & Sacrarum literarum amplissima cognitio maximum Saeculae Purpuræ honorem adtulit. At Romani coeli fractus inclemens vix anno peracto, Senas redire coactus est.

Senensium, ac Florentinorum Magnus dux erat ea aetate FERDINANDUS PRIMUS è florentissima Mediceorum familia acerrimus ingeniorum investigator, & iudex. Is ALEXANDRUM quasi postliminio reversum in patria Academia antecessorem pronunciavit. Hoc in publico profitendi munere Labeonis sequutus exemplum annum ita divisit ALEXANDER, ut partem cum studiosis vel in gymnasticis, vel in forensibus disceptationibus consumeret, partem verò scribendo contereret. Eo virz usus instituto in Lyceo Senensi conscripsit tres Libros *ad Rubricam Digestorum de Legibus*, *Librumq. Singularem ad ejusdem tituli Leges*, quos pridie Kalendas Novembres anni 1590. obtulit FERDINANDO MEDICEO Magno Etruriae Duci. Quatuor Librorum jam prope editione confecta, quorum tres primi magis in optimo Principe, ac Legumlatore instituendo, quam in eximio juris Consulto excolendo, (e) toti fere versantur, ab eodem FERDINANDO ab jure in patria explicando, ad jus in Florentina Curia dicendum inopinatè enectus est. Florentinae Rotae Auditor factus praeter ceteros collegas habuit Fabium Turretum Perusinum, & Dominicum Gualandium. At, elapsso triennio, forensia cum gymnasticis consociare cupiens, ut utiliora, ac solidiora proferret, è Rota Florentina iterum ad Academiam reversus est.

Hac mente ann. 1592. octingentorum ducatorum mercede conductus Parthenopei se contulit ad primam juris Cathedram de sero regendam. Hac in urbe civilis disciplinae altrice, & Jurisconsultorum alma matre dum vacaret ALEXANDER a scholastico munere, ac forensi solitus esset pulvere, magna dedit ingenii sui civilia monumenta. Protulit enim Fori causa Relectionem quamdam quanta maxima potuit diligentia a se conscriptam ad aequissimam paeclari Jurisconsulti Modelini sententiam, qua dubiis in rebus contra Piscum judicandum esse respondit, misitque muneri ad Laurentium Usimbardum juris, & aequitatis consultissimum hominem, qui a secretis erat FERDINANDO PRIMO Magno Etruriae Duci. Mense præterea Octobri anni 1593. in lucem edidit Librum Singularem *De exequatione Logatorum, & Fideicommissorum*, quem quidem inscripsit Joanni Zunigae Mirandæ Comiti, Regnique Neapolitani pro-regi, qui ea illi otia in Parthenopea fecerat Academia. Quatuor post annos, quam Neapolitanam Cathedram ascenderat, ducentorum ducatorum cumulo auctum est TURAMINI Stipendium a PHILIPPO II. Hispaniarum, & utriusque Siciliae Rege. Quum autem diem obiisset suum rex PHILIPPUS, laudatus publicè a TURAMINO est Etrusca quadam Oratione, quam dicavit Henrico Gusmano Oli.

(e) *Hac portinae egregius locus Turamini in Praefatione*, „Hæc legis ferendæ ratio hujus nostræ disciplinae potissima pars est, respondendi verò & judicandi altera quidem postrema; illa regina, hæc certè minister, cui operam dantes, ea nobiliori poshabita, non modò quod est infimum amplecti, sed quod necessarium est omittere videntur“.

Olivariensium Comiti, Regnique Neapolitani ex aetate Pro-regi. Kalendis  
verò Januariis anni 1600. publice dedit luci Libellum Singularem ad L.  
*Fruas & Pepinianus D. Sol. matrimonio.* quemadmodum dos petatur. Hunc misit  
muneri Hieronymo Cerretanio, & Francisco Accarisi Patriciis Senensisbus ac  
Jurisconsultis clarissimis, quorum alter Sacrorum Canonum, alter Romanarum  
Legum interpres in Senensi florebat Academia. Ut autem magis ma-  
gisque Neapolitani Lycei juvenes ad legitimam scientiam inflammaret, *Ris-  
foratorum* condidit Academiam. qua factum est, ut undecim annorum spa-  
tio multi prodierint e TURAMINI ludo celeberrimi Jurisprudentes, qui  
in Neapolitano Foro maxima cum laude versati sunt. Anno 1603. adver-  
sa fractus valetudine Neapoli per Tyrrhenum Senas adiectus est ALEX-  
ANDER, Inter haec Clemens VIII. Pontifex undecimque Maximus, qui  
Ecclesiastici Imperii ditioni paulò ante Ferrariam adjecerat, ut Ferrariensis  
Academiae fama longè, latèque resurgeret, mille annuorum scutato-  
rum praemio excitavit Alexandrum ad Romanas Leges in eadem Acade-  
mia publicè explicandas. Viribus nondum reparatis, morem gessit Alexan-  
der. Quamobrem die V. Novembris ejusdem anni interpretationes suas  
exordiens in Ferrariensi Lyceo Latinam Orationem habuit, in qua *de re-  
gla Juris civilis docendi ratione* gravissimè differuit. Hoc in novo Ferrariensi  
munere Gymnaستica negotia cum Forensibus conjungens annumque partim  
de jure respondendo, partim scribendo pro more dividens legitimam quo-  
que scientiam ingenii sui fœtibus locupletavit. Itaque mense Aprili anni  
1604. Ferrariae protulit Libellum *de vera Possessionis substantia ad Paulum*  
*in L. III. §. Ex contrario de acquirenda possessione,* misitque ad Camillum Bur-  
ghesum amplissimum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem. Post paulò  
suadente Roberto Cardinale Bellarmino, Etruscum perfecit Opus, in quo  
scribere instituerat de eo contractus genere, quod *Cambium* vulgo appellat,  
cujus quidem fragmenta ex autographo Bibliothecae Senensis nunc  
primùm in lucem prodeunt. Eodem anno dum aetivo sidere a scholasticis  
disceptionibus liber esset, Kalendis Augusti publicae Senis dedit luci Prae-  
cognitionum suarum Libellum ad Catonem *De dividuis, & individuis*, eaque  
obtulit Alphonso Brancaccio Patricio, & Jurisconsulto Neapolitano, suo  
quondam discipulo. Maxime quoque fuerat utilitati ad juvenes in civili  
disciplina erudiendos privata, quam Ferrariae condiderat, Academia, in  
qua diebus festis de gymnaستicis, forentibusque controversiis alternis vici-  
bus disputabat, ita ut altero die legem difficultem, altero consultationem  
consultus exponeret. Id enim curabat ALEXANDER, ut adolescentes  
gymnaستica cum forensibus conungerent, & principia ad conclusiones  
commodè, ac scienter referrent.

Haec, aliaque in Academiis dum procuderet TURAMINUS, miscellanea quae-  
dam scribebat opuscula, quae tam Cathedrae, quam Foro maximo essent  
usui. Primum ab eo inscriptum est: *Epistole Academicae.* His in Epistolis  
de juris Romani controversiis cum eruditissimis aetatis sue Juriscon-  
sultis suaviter differit, deditque operam, ut ex Academiarum se-  
dibus vetustissimos errores evelleret. Bartoli namque, aliorumque seculo  
non eadem librorum fuerat copia, nec Italia barbarorum profluvie affli-  
cta optimos libros, quos omnes penè amiserat poterat brevi tem-  
pore recuperare. Alterum, quod *Epistolarum Forensium* titulo insignivit,  
*Juris forensis difficillima explicat*, nonnullaque revolvit, quae aliter  
in

in Foro admissa putabat , quām verus Romanarum Legum sensu expostulare videretur . Magni quoque fuit ejus industria , ut in causis dijudicandis Legi , & rationi primum locum restitueret , secundum verò relinquenter auctoritati , & opinioni , eique nec congestae , nec inconditae , sed digestae , atque probatae . Tertium inscriperat : *Libri tres difficilium* , in quibus exposuerat ea loca , quae in jure Romano omnium difficillima reperiuntur . Sed hi , quos saepè commemorat ALEXANDER , vel temporum injuria , vel posteriorum negligentia aetate nostra interiere magno civilis Jurisprudentiae incommodo , atque detrimento .

F I N I S.

E P I S T O L A E  
*Quas in primis Operum Editionibus præmiserat*  
ALEXANDER TURAMINUS



SERENISSIMO  
FERDINANDO  
MEDICEO  
MAGNO HETRURIAE DUCI  
ALEXANDER TURAMINUS F.



Um eodem fere tempore, Serenissime Ferdinandae, quo Te ad  
hanc dignitatem electum populis tuis pre gaudio gestientibus,  
justitia, & maiestate Principem, amore autem. & charitate  
parentem exhibuisti, acciderit mihi, ut ab alma Urbe, ad  
quam Juris civilis publicè interpretandi causa vocatus acce-  
seram, mala valetudo, quæ etiam illius cœli aduersa conditione augebatur, vix  
anno peracto in Patriam redire coegisset; me non ea dumtaxat, qua cunctos so-  
les benignitate, exceperisses, sed quasi postliminio reversum in Patria Accademia  
Antecessorem, aucto etiam stipendio, restituisses, id potissimum curæ esse cœpit,  
ut me tanti beneficii memoriam devoto simul, ac grato animo colere Tibi ali-  
quo non obscuro arguento significarem. Mibi enim ita sublevato propria exi-  
stimationi consulere, domesticis negotiis preeesse, fortunæque aduersa occurrere permisum  
est. Quod cum iis temporibus sapè expenderem, quibus à Gymnasticis, Foren-  
sibusque disputatinnibus vacare liceret, commentariis ad titulum de legibus con-  
scribendis inter easdem vacationes opera data, quorum potissima pars civilis disci-  
plina principia in gratiam addiscientium ab alto repeteret, eosdem Tibi dicare con-  
stitueram. Et cum jam propediem essem editurus in lucem, tua singulari huma-  
nitate factum est, quæ ultro beneficiis proveniens vota omnium antecedit, ut  
ego a jure docendo, ad idem in foro Florentino dicendum inopinato vocatus,  
eosdem, qualescumque sint tenues per se, & obscuri, quos Serenissimo no-  
mine tuo munire, & illustrare decreveram, Tibi præsens dicare, ac manibus  
porrigere possem. Atqui quid primus ex Mediceorum Serenissima Familia, me  
ultra vocare, mibique inter Senenses primo aditum bunc patetacere volueris, me Ti-  
bi tantoperè devincit, ut nendum paria unquam facere, sed nec ullo etiam  
tempore explicare valeam. Et quidem ea Senarum Civitas est, Op:ime Princeps,  
ut sincera cuiusdam observantia, ac fides perpetuis argumentis apud Te, tuosque

omnem

A

omnem gratiam promeruerit, quod Tu quoque probas, qui eidem quotidie gratificari non desitis. Si autem illud inter cætera ad summi boni conditionem magis accedit, quod pluribus communicatur, præclarum munus hoc certè existimari debuit, cuius collatio omnium Senensium intuitu in unum directa, ab eodem redundat in omnes. Quare tanti beneficij magnitudine, uti summopere premor, sic etiam mirifice delector, ut ideo, quam in jure publicè interpretando animi propensionem perpetuo retinus, illico deposuerim, tantoque oneri perferendo, quod ante perborrescere solebam, me libentissime subjecerim. Tùm verò protinus intellexi banc triennii intermissionem mihi maxime profuturam, ut in Palatiis [quod in adagio est] aliquantulum ea digererem, quæ in Gymnasiis deglutiri viderentur, ut postmodum ad Gymnasia revertens, Praxi adjuncta Theoricæ, utiliora, ac solidiora proferrem. Interim, qui meipsum benignè excipere, ac supra modum fovere cœpisti, quos Tibi labores offero, hilari accipe vultu, nam qualecumque sint, despicer non potes, sed quod in iis rude, & impolitum offendes, animo longè prius Tibi in totum devoto reparatur. Ad eum enim Te respicere decet, cuius intuitu & frondes etiam, quibus ornantur aræ Divorum, Deo gratissimæ omni tempore fuerunt. Quamquam, si ad materiam ipsam Te convertere non dedignaberis, eam tuo nomine non indignam certè reperies, cum in Optimo Principe, ac legumlatore magis, quam in eximio jurisconsulto instituendo ferè tota versetur, eaque depingat, quæ Tu efficere soles, illudque præclarum Optimi Principis specimen verbis ostendat, quod Tu quotidie præbes exemplo. Cum autem tui ipsius imagine ingenito amoris igniculo baut delectari non queas, ut speciose mulieres in speculis solent, in hac institutione te ipsum intrueri poteris, præsertim dum ea præcepta traduntur, quæ ad Populorum comoda respiciunt, & Principem subditis, & subditos Principi mutua benevolentia conciliant. Ego, tuo aspirante favore, mijora in dies moliri conabor. Vale, faxitque Deus, tua, nostraque vota secundans, ut diù bene valeas. Prædie Kal. Novembris 1590.

---

Praecedit haec Epistola Tractatum de Legibus Florentiae editum anno 1590. Vide tractatum praedictum in hac editione ad pag. 1.

HIEROINMO CERRETANO , ET FRANCISCO ACCARISIO

PATRICIIS SENENSIBUS , CONCIVIBUS , AMICIS , JURISCONSULTIS ,  
OFFICIO , FIDE , ERUDITIONE CLARISSIMIS

ALEXANDER TURAMINUS E.



*Andem honesto vi<sup>t</sup>ius auditorum meorum desiderio , qui hypotheses pro fructibus  
inter virum , & Uxorem divortio factu , dividendis , ad Papinianum & me  
superioribus annis confitit , non auribus modò , sed oculis subjici cupiunt ,  
banc ad eundem lucubrationem typis tradere constitui , vobisque dicare , quos  
non primam visuros paginam ad titulum vix respicientes , sed lecturos omnia , & cum obli-  
gamento expensuros esse certè scio . Cum enim alter vestrum Pontificum , alter Cæsorum le-  
ges in Patria , eleganter , sincereque summa cum laude , & studiorum utilitate in primis  
illius Academiæ sedibus interpretesur ; nihil antiquius , nihilque jucundius habere soliti estis  
quād in difficultoribus utriusque juris questionibus a*judice* versari . Papiniani de ea re sen-  
tentiam omnium esse difficillimam Itali , Galli , Germani testantur , ac denique omnes . Af-  
fero quidem exigui ingenii foetum exiguum , sed & pumiliones forma quandoque nitens .  
Absolueum opus apud eruditos satis , grande nihil ad eos . Si quis vestrum laudet , eris viri  
integri : & laudati testimonium , si reprehendat justi , ac docti judicunt . Sicut hæc ratio ,  
sed amicitiae lex impulit , coagitque , ut Vobis , qui me presentem , & absensem plurimum  
amare consuevistis , mutua benevolentia hoc testimonium , qualemcumque sit , exhiberem . Qui  
verò plus alii , quād amicis debere se credunt , neque alios , neque amicos optimè noscunt .  
Valete patriæ , atque Jurisprudentiæ fidere .*

Dat. Neap. Kal. Januarii MDC.

---

Praemissa fuit haec epistola libello ad Leg. Fructus §. Papinianus ff. quemadmodum dos petat  
tur edito anno 1600. incipit Libellus in hac editione a pagina 153.

ILLUSTRISS. ET EXCELL. PRINCIPI  
D. JOANNI ZUNIGAE COMITI MIRANDAE, MARCHIONI  
VANESIAE  
IN REGNO NEAPOLITANO PROREGI OPTIMO  
ALEXANDER TURAMINUS E.



Um diu desideraverim Labeonis exemplo annum ita dividere, ut partim cum studiosis esse, partim scribendi tempus vindicare liceres, ac vitam omnem in traducere, ut in labore jucunda, in ocio honesta videretur, nullibi magis quidem sub hac tui praeclari regiminis tranquillitate datum est, hanc vivendī rationem retinere. Hec tua gloria est, optime Princeps, qui tanto generis nobilitate splendes, tantoque virtutum genere fulges, ut Te moderante, omnia pacata, omnia tranquilla, omnia denique incorrupta adēd sint, ut malis omnia adversa, bonis omnia secunda succedantur. Quare qui studiis bonarum artium in Regno sibi commisso, aut publicè, aut privarim incumbunt, improborum injurias minime pertimescens, opata quiesce fruuntur. Igitur, cum publicè profundi munere jam per annum in nobiliissima Neapolitana Academia functus essem, ad scribendum, succedensibus vacationibus, continuo me contuli, & de exequatione Legatorum, & Fideicommissorum cupide legum juventutis gratia, quod ad rerum proximè tractandarum cognitio nem introduceretur, bac pauca congeSSI, quæ cum discipulis meis amanissimis efflagitansibus sim edisurus in lucem, Tibi soli, qui mibi bac ocia feceris, dicare, tuoque nomine decorata in publicum prodire decrevi. Exigua certe, sunt, sed donatoris animo longè prius sibi devoto honestata, vel hoc uno arguento tuo nomine non indigna te existimaturn confido, si studiosis, quos amas, ac foves, aliquid, ut futurum spero, utilitatis offerre sensies. Vale, ac me ipsum sui favoris aura, ut facis, perperuo protege.

Dat. Neapol. 18. Kal. Novembris 1593.

---

Praemissa legitur haec Epistola Libro singulari de exequatione Legatorum edito anno 1693. vide pag. 202. a qua incipit liber praedictus.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO  
D. CAMILLO BURGHESIO CARDINALI  
AMPLISSIMO, DOMINO SUO &  
ALEXANDER TURAMINUS E.

F

Neapoli per Tbyrrenum in Patriam adve<sup>ct</sup>us, neque Romanum videre, neque Tu-  
bi uni Patrono, ac Domino sincerae devotionis affectum verbis repescere posui.  
Illinc viribus adversa valetudine fractis nondum reparatis, Ferrariam ad juris  
civilis docendi munus subeundum me contuli, ubi calum non rigidum, sed qua parte a ca-  
lido declinat ad buvidum, mibi benignum, ac salubre videor expertus. Inde quomvis ad Te  
de me tuo liberore, seu posciā mancipio illico scribendum putaverim, diutius solum agere  
cunctatus sum, ut aliquod meae observantiae argumentum cum epistola conjungerem. Facio  
tandem. Libellum de vera possessionis substantia mitto, occisi factum, an abortum, ipse vide-  
ris. Insurgens alii, ac præsertim Ferrarenses, me in suam cuselam exceperunt, potuisse eum  
dem suo clarissimo Nominis insignire. Id mibi satis. Nunc quod diu concupivi, & Paribeno-  
pe in dies magis negarat, me sorum juris prudentie studia tenens. Negocium est, aut ius  
docere, aut respondere de jure. Ocum Labeonis exemplo, eadem juris studia scribendo co-  
dere. Dum hec prodeunt in lucem, alia concipit animus. His vise rationem unum exposui.  
Tibi verò me sorum dicatum esse multo ante confisi. Vale, quoniamque tuis in obsequiis  
versari cupiam, enime ne patioris excidere.

Dni. Ferrarie Kal. Aprilis MDCIV.

---

Praecedit haec Epistola Librum de Vera Substantia possessionis Ferrariae editum anno 1604. In-  
cipit liber in hac editione a pag. 233.

TER ILLUSTRI  
D. LAURENTIO USIMBARDO  
JURIS, ET AEQUITATIS CONSULTISSIMO,  
AC SERENISSIMI FERDINANDI  
MAGNI HETRURIAE DUCIS  
A SECRETIS MERITISSIMO DOMINO SUO  
ALEXANDER TURA MINUS F.



Dæquissimam præclari Jurisconsulti Modestini sententiam, qua dubiis in rebus contra Fiscum judicandam esse respondit, veluti cum juris ipius probro, ac dedecore sapientissimè dilaceratam relectionem, quanta maxime potui diligentie conscriptam Fori caufa in publicum edendam curavi. Cujus cum mihi personus aliquis eligendus esset, Te unum vel ex eo tempore, quo ad scribendum me consulii, Senensi Urbi Prefectum summa cum animi moderatione eandem Modestini sententiam usū ipso comprobasse, venit in mentem, & in civili administratione, quoniam patet intelligi debet, expressisse. Cujas quidem integratissimæ, scientiæ, virtutisque sue vel ea una res amplissimam sedem facit, quod Serenissimo Ferdinando Magno Hetruria Duci, Optimo Principi nostro, æque probatus, & charus, numquam ab ipsis latere discedas, gravissimisque negotiis semper adbarans, arcanasque curas maxima fide custodiens. Ei te quotidie chariorem exhibeas. Huc accedis, quod de me optime semper meritus fueris, meaque existimationi pari prudentia, & amore tum præsens, tum absens consulueris. Haec me cause impulerunt, ut nonnisi tuum patrocinium, tanquam Patroni virtute, auctoritate, ac benevolentia præstantissimi, mihi adopram. Accipe igitur grato animo, quod Tibi devoro exhibetur, meamque in Te observantiam confuso sue benevolentiae favore prosequere. Vale.

Dat. Neapoli Kal. Septembris.

---

Praemisit Auctor Epistolam hanc Libro Singulari ad Leg. non puto ff. de Jure Fisci. Vide Librum hunc in praesenti editione a pagina 306.

# ALEXANDRI TURAMINI

J. U. C.

AD RUB. DE LEGIBUS

LIBER PRIMUS

---

## PRAEFATIO.



IGNUM quocumque Professore censendum est, ut suæ facultatis apicem omni studio conetur attingere, & quo res dignior est, ac præclarior, eò minus decet, nonnisi mediocriter in ea versari. Nam etiamsi omnibus adire Corinthum non sit datum, altius tamen eunt (ut Fabius ait) qui ad summa nituntur. Quare cum primum civili disciplinæ operam dedi, principem ipsius gradum anxie querere statim cœpi, ut in eum oculis conversis per legitimos tramites incedens vicinior aliquando factus, si non in summo, quod meæ non est imbecillitatis, post multos saltem labores, assiduasque vigilias non inde procul quiescere mihi liceret. Scio inter sagittarios accidere interdum, ut si nemo scopum attingat, ille tamen, qui proprius accedit, præmium assequatur. Hæc cum animo volutarem, gravissimorum virorum autoritate adductus, exemplique motus, eos principem civilis scientia locum aliquando obtinere existimavi, qui de singulis speciebus consulti prudenter de jure respondere, ac eorum responsa legis alicujus, vel præstantissimi Jur. Consulti auctoritate munire possent. Usus deinde rerum magister eos præsertim existimari me monuit, qui plerasque editas decisiones, vel antiquorum prudentum, vel potius novissimorum responsa memorię mandassent, ac oblatas species everso saepius ordine, consilia ipsis, non consilia speciebus accomodantes excitatas controversias diffinirent. Tandem quod diu optavaram, & a seriis, verbosis tamen Justiniani pollicitationibus frustra petieram, inter antiquorum fabulas, licet minus sperarem, non umbris reconditum, sed subtili & specioso quodam velamine conservatum ibi relucens, intueri feliciter accidit. E quibus, etiamsi Christiana luce, ac veritate suffulitus, fabulas pro fabulis habeam, idque duntaxat profitear, quod nos Sacrosanta Romana docet Eccel-

sia, ac id ipsum semper profiteri velim, attamen sanam doctrinam, & instituto meo accommodatam licuit elicere. Ille id mihi exhibere videntur, quod tradunt Minoem novennio à summo Jove eruditum leges Cretensibus tulisse, & ab eodem Rhadamanthus instructum non civilem, regiamque disciplinam didicisse, sed regi tantum in judiciis ministrare. Hinc exploratum habui, eos omnes, qui judicando, ac respondendo humilioribus legitimæ facultatis sedibus recumbere student, eam universam non amplecti, nec ad ipsius culmen pervenire. Qui novennio non dant ei operam in Jovis antro, eam perfecte adipisci non queunt. Hoc, ut Ficinius apud Platonem interpretatur, nihil aliud est, quam ter repetitis, idest perfectis; & absolutis, atque ita novenario confecto trinum, & perfectum potentiaz, sapientiaz, ac clementiaz usum in lege, in Magistratibus, in executoribus necessarium exprimere; sive ut idem est author novem angelicarum mentium ordines significare, quibus, ut interpretibus, ipsa fanciadæ legis ratio ad homines usque transfertur; vel, si nobis simplicius lubeat interpretari, novennium illud studiorum maturitatem nobis ante oculos ponere, ne juris prudenzia lauream acerbe nimis affectare quis audeat, Civilem disciplinam gradu quodam eminentiori consistere percepit, quo aliunde, quam fieri soleat, petitis initii non privatorum lites diffiniat, viuis pecuniaz causas non tractet, agrorum fines non regat, de tignis injunctis, vel aqueductibus disputationes non suscipiat, sed communem omnium utilitatem querat, delicta coercent, præmia ferat, pacem & tranquillitatem introducat, totius Reipublicæ saluti consulat, verè religionis nexu Deo Opt. Max. mancipet, vita tandem bene instituta, & fœliciter acta ad patriam cœlestem, summumque bonum nos extollat. Humiliora profecto non despicit, sed quatenus ad hæc conferunt animadvertisit, atque disponit. Quare etatem illam Saturno regnante peractam, ac ejus legibus institutam, quam Poetæ auream fabulantur, non temere finxerunt, sed, ut ab intima philosophia [ ut Cicero affumat

## P R A E F A T I O

affirmat ) præsertim quæ à divina contemplatione, civilem hanc disciplinam esse hauriendam nobis ostenderent. Athenienses etiam legant principium Minervæ referentes, à vera sapientia prodire, promulgationemque ad eum solum, qui sapiens sit, pertinere, summa ratione existimasse videntur. Hæc legis færendæ ratio hujus nostræ disciplinæ potissima pars est, respondendi verò, & judicandi altera quidem postrema; illa regina, hæc certè ministra, cui operam dantes, ea nobiliori posthabita, non modò, quod est infimum, amplecti, sed, quod necessarium est, omittere videntur. Hic enim quomodo principia, unde leges proficiscantur, vel finem, quem spectant, intelligere valeat, vel principii, & finis ignarus quomodo poterit non errare? Qui sunt quæcœjuris Interpretæ, qui legum præferre sententias, sensus exponere, verba interpretari, argumenta, rationesque proponere oraculi instar contendunt, a quibus si hujus scientiæ resolutionem in sua principia desideres, eam tibi præstare nequeunt? Hinc fit, ut saepe leges mutentur, edicta decretaque (quod maxime vitandum foret) irrita fiant. Verùm hæc omitto, cum mei instituti rationem reddere, non aliorum placita judicare proposuerim. Mihi igitur altius iter arripiendum, majorisque momenti laborem subeundum intellexi: & ejusmodi studiorum initia ratione, leges nostras legitimæ illius partis, quæ ad legislatorem pertinet, seminibus (quod antea non animadverteram) præclare resertas cognovi, & hujus consilii intuitus rem eandem excellentiorem ostendens maxima me lætitia affecit. Titulos de Justitia & Jure & de legibus senatuscons, & longa consuetudine perlegens, capita pleraque ad sublimiorem hanc partem spectantia continere novi. Prioris tituli capita eruditissimis commentariis Franciscus Connanus vir perpetuo laudandus explicasse videtur. Alberti Bolognetti, quem summi ingenii, ac probitatis gloria ad Cardinalatus culmen evexit, de lege, jure, & æquitate tractatus uberrimus accessit miranda quidem elegantia, & eruditione conspersus, quo altius incunabula juris nobis exponit. Ad titulum tamen de legibus nemo adhuc ex iis, quos viderim, commenta ad eum, quem arbitror tituli legislatoris instituendi, scopum pertinentia in lucem edidit. In quo non mirari non possum partem hanc à quibusdam inci-

denter tractatam, & plerisque posthabitam fuisse; quæ, quò magis jurispræsum quilibet antecellit prudens legislator, è magis cæteris est præferenda. Quamobrem si quid ocii aliquando datum est, quò à publico profitendi munere, ac à forensibus disceptationibus abesse liceret, nihil præcipuum magis habui, quā ad hanc juris nostri partem me scribendo conferre, quæ ab omnibus omessa, si suum in locum non reponeretur, suæque restituetur dignitati, officii tamen, & meæ ob ipsius contemptum indignationis gratias aliquas denegare non posset. Nec mihi tantum tribuo, ut legitimam hanc philosophiam, quam cum supremis attingerem labiis, procul suspicio, quasi perfectè fuerim consecutus, profiteri me posse confidam, sed quod assequi nequeam, attentare tamen liceat, ut quilibet ingenio præstantiori hoc excitatus exemplo fæliciter ipse perficiat. Et hoc quidem tempore, quo Senensis Academia Serenissimi Ferdinandi Medices benignitate reformata florescit, Franciscus Accarisius juris civilis accuratissimus interpres, ad nitidiorem Pandectarum interpretationem adhibitus, qua certè decet gravitate, & ornatu hæc ipsa legum principia, quæ maxima temporum injuria negligebantur, magno studiosorum concursu fæliciter tractare videtur. Deo adjuvante repetitis etiam ad hunc titulum lectionibus, ad Fori disputationes libentissime descendam, ut omnibus ex hoc præcipuo Titulo utriusque gradus, ac muneris absolutionem pendere sit apertum. Hujus Rubricæ explicationem tribus complecti libris commodissimum visum est, ut primum in lege naturæ, secundum in lege civili Romanorum tractaret, tum etiam de æquitate, & consuetudine differeret. De lege naturæ, unde legis nomen descenderit ostendam, & ipsius naturalis legis quæram derivationem: tum quid sit ipsa naturæ lex, & an brutis convenire possit ex definitione ipsius tractabo. Deinde an illa si semper eadem investigabo. Tandem legis naturæ simulacrum, & laudes ex Cicerone recentebo, cuius pulchritudinem, ac præstantiam ipsi Legumlatores imitari debent, cæteri verò suspicere, ac perpetua admiratione venerari.

## P A R S

# ALEXANDRI TURAMINI J. C.

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS LIBER PRIMUS

*Unde fluxerit Legis nomen, ac potissimum quomodo ex Divina Lege lex  
Nature prodeat, & cum legis ab ipsa deducat. Cap. I.*

- 1 Legem Natura, non opinione constare.
- 2 Legis nomen à legendu dicitum ex sententia Isidori.
- 3 Scriptura quomodo se habeat ad legem.
- 4 Lex à ligando dicta ex sententia D. Thomae.
- 5 Legis nomen ad varia referatur, & que.
- 6 Legum quatuor species, Divina scilicet. Falsi  
Natura, Humana.

- 7 Ex Theologis item quatuor, Aeterna scilicet;  
Nature, Humana, Divina.
- 8 Vis ligandi in lege aeterna demonstratur.
- 9 Reprobi legi aeternae quomodo subjiciantur.
- 10 Quid lex aeterna, & legis naturalis ab ea derivatio.
- 11 Lex Natura ex sententia Tullii à legendu di-  
da pro eo quod est deligere.



Uamquam de unaquaque re querendum in primis esset, an res ipsa sit, ideoque prius differendum fuisset, an lex ipsa, cuius disputationem instituo, natura consistenter, vel potius in opinione polita esset, quia tamen Connarus lib. 1. cap. 1. comm. suorum hanc prope desertam dubitationem excitavit, & rationibus hinc inde adductis, contrariisque rejectis docte, & eleganter ostendit, legem natura, non opinione consistenter, ac ornata, & secundum veritatem controveriam hanc totam absolvit, quam quique apud eum praeclaram tractationem legere potest, huc incomptè transferre non tam inutile, quam injundum fore existimavi, cum hoc tempore nemo tam vel ignarus, vel hujus veritatis dissimulator esse videatur, quem vel contrarium affirmare, vel id ipsum ignorare non pudeat. Quis enim est, qui animi sui quas Numinis cuiusdam vim, & imperium non sentiat, seque Principem habere intra se ipsum, cuius legi, vel ablique legibus scriptis sensus, ac mores, actionesque denique omnes subjicere debent, & ad ejus præscriptum se totum instituere, vitamque omnem pro tradita norma regere, ac moderari? Non abs re lib. 5. de Legibus, post Dei cultum pro lege statuit, ut quisque se ipsum veneretur & colat: nam quæ nobis est misericordia ratio, & principem totius animæ nostræ locum tenet, res est certe divina, ac ideo plurimum excellenda. At D. Paulus ad Rom. Epist. 1. c. 2. id certe indubitatum constituit his verbis: Cum enim Gentes, quæ legem non habentes naturaliter ea, quæ legis sunt, faciant, ejusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, & que defendentibus, &c. Igitur hac omilla disputatione, &

legem natura consistere pro comperto habens, exemplo Ulpiani in l. 1. ff. de just. & ju. unde legis nomen descendat, inquiram. Videtur autem 2. Isidor. lib. 5. Etymol. c. 3. à legendu illud trahere, quia lex sit, quæ scripto sanctiat, quod vult, ut scribit Tullius lib. 1. de legibus, quo argumento idem Isidorus dixit, legem esse constitutionem scriptam. c. lex, dicit. 1. Sed & si de lege civili publicè rogata sentiat Isidorus c. lex est, dicit. 2. in ipsa tamen lege scripta, cum non sit potior scriptura ratione c. consuetudo dicit. 1. esse videtur quid extrinsecum legis, quod scribatur, ut ex eo minus recte nomen ducere queat, ut animadvertisit Sot. lib. 1. art. 1. de Just. & jur. & quod ait Tullius populare quid est, ut eodem libro idem plane testatur. At in secundo de legibus de Natura lege loquens ait: legem non sive incipere cum scripta est, sed cum orta est, orta est autem simul cum Mente Divina, cui consequens est dici antequam scribatur, quoniam ante lex esset. Deinde hoc ipsum, unde lex dicatur, non admittit hanc responsionem, unde dicatur, lex scripta: nam lex (ut Plato in. Minore probat) in eo quod lex, non differt a lege, at priori derivatione differt a lege naturæ, quæ scripta non est. Secundo loco D. Thom. in 1. 2. q. 90. art. 1. à ligando legis nomen fluxisse existimat, & quidem lex omnis in eo, quod lex, ligat, & obligat, frustraque polita videretur, nisi vim haberet obligandi, ac vincendi, adeo ut hoc vinculum legis simul eum ea nascatur, ut ad effectum eandem perdueat. Hinc Alexander de Alex in 3. part. summa Theol. q. 26. in primo membro assert, quod etiamsi lex aeterna non ab aeterno liget, si referatur ad actum ligandi, si tamen referatur ad habitum ab aeterno est in dispositione ad ligandum. Verum non aliter aliquid certum assertre licet, nisi nomen legis quoque pateat, & ad quam varia referatur, exponam; ejusque latitudinem ad eam, de qua disputandum est, legem contraham. Plato enim in Minore legis nomen ad cuiusque artis regulas, & instituta sic retulisse videtur, ut scripta medicorum circa valetudinem, Medicorum leges, & geometrica scripta

A

Ceo.

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

- 2  
**Geometrarum leges, & Horticorum horticularias dixerit leges, in quacunque re veritatis inventio nem pro lege usurpans. Sed haec extranea legis est acceptio. Quo ad rem nostram pertinet ( ut Ficinus in argomento in Minoem adnotavit, &**
- 6 **ex Timo, Phaedro, & Gorgia collegit, quatuor legis species Plato constituisse videtur. Primam divinam, quam Providentiam vocat; secundam cœlestem, quam Fatum; tertiam legem moventem, quam Naturam dicit; quartam humanam, quam Prudentiam appellat naturalem. Tum primam posuit in mente divina, & legem Saturni dixit: secundam in superiori animæ mundi parte, quam Jovis; cœlo enim, ipsique mundo universali animam, & rationem inesse censuit; tertiam in movente, inferiorique illius potentia posuit, priusque Veneri tribuit; postremam in hominis mente collocavit, & ad secundam retulit Venerem. Sed ut a placitis philosophorum recedamus, quæ summatim retulisse sat est, illa fati lege expiosa, legem aliam esse æternam, dicendum est, quam Plato divinam vocat, aliam naturalem, aliam humanam, aliam divinam Soc. ubi sup. q. 3. ar. 1. Æterna lex nil aliud esse videtur, quam summa ratio in Deo existens; cum enim ratione lex constat, c. confusudo dist. i. lex erit omne, quod ratione consistit, cumque summa Dei providentia ratione constat, ea lex erit, & æterna. Haec est illa lex, quæ nihil relinquit impunitum: cum verò multa mala legibus humanis impunita relinquuntur, ut peccatum cogitationis, i. cogitationis ff. de pœn. munus hoc a lege æterna absolvitur. Haec aliarum legum disensiones, & contrarietates conciliat, ut nullum in se contrarium habeat. Haec tandem est, ut D. Augustino placet in lib. de lib. arb. qua justum est, ut omnia sint ordinatissima, ideoque nihil ab hac lege subtrahitur, & quicquid est in rerum universitate sub ordine legis æternæ cadit. De hac Tullius 2. de legib. tradit: *banc igitur video Sapientissimorum suisse sententiam, legem neque hominum ingenii excogitaram, neque scitum aliquod esse Populorum, sed eternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi, probibendique sapientia.* Ad id pertinet illud Boetii lib. 3. de consol. O qui perpetua mundum ratione gubernas, quod refert Soc. Sen. in rub. de verb. obl. n. 2. & ab hac lege nulla prodit obligatio, ut idem afferit, si nomen hoc civiliter usurpemus, alioquin nil planè esse videtur ab hac lege solutum: est enim lex ista cœlo, terraque diffusa, sphæras omnes, ac sydera regit, haec verò ad nutum ipsius motus hanc postremam circuunt, & in eandem influunt; quinimo lex eadem animantia cuncta, arbores, plantas, ac denique omnia adeò moderatur, ut ea resistente nec frondes Æolus agitat, nec vel minutas arenas attollat. Huc illud Ovidii pertinet: *Dissociata locis concordi pace ligavit.* Nihil postremo est, quod legis istius vim**

effugere queat, adeo ut vel ipsi reprobi deserentes Deum legem tamen ipsius non deserant, nam licet ab ea quoad præceptionem recedant, ut tradit idem Alex. membr. 8. ar. 4. tamen sub ea sunt quoad punitionem; cui convenit, quod ex Boetio deducit, ut eadem lex sit ordo, qui universa adeo complectitur, ut si quis a præscripto recesserit ordine, in aliud ordinem relabatur; vel circulo comparari poterit, in quo quatenus alteram fugis partem, eatenus alteri propior fias. Cum itaque nihil ab hac lege solutum videatur, rectè videntur Theologi sentire, dum a ligando legis fluxisse nomen affirmant. Quia tamen non hujus legis tractationem instituo, haec dixisse volui, ut legis naturalis, de qua est agendum, ab æterna aprior fieret derivatio; quoniam, ut nihil profecto est, quod non legis æternæ, ideo divinæ rationis particeps sit, quateaus ab illa tanquam universalis rerum omnium regula, ac mensura regitur & gubernatur, sic lex naturæ ad eam tantum videtur accedere, ut ab illa sola proxime pendeat, atque promanet, & ab ea denique vim, ac robur omne suum assumat, ex 10 quo nec videtur lex naturalis essentiam a lege æterna prorsus diversam & separatam habere. Et lex quidem æterna in sola divinæ mentis ratione consistit; lex verò naturalis, quocumque eam applies, nil aliud, est ut D. Thom. in 1. 2. q. 91. ar. 2. declarat, quām Divini Numinis impressio, seu illius æternæ legis exemplum, ut docet Alex. q. 27. ar. 1. memb. 1. quò spectat illud Prophetæ Psalm. 90. signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Summaque ratione Tullius 2. de legi. hujus legis præstantiam arguit ex eo præcipue, quod ab illa æterna lege derivetur. Quamobrem ( inquit ) illa lex vera, atque princeps apta ad jubendum, & vetandum ratio est recta summi Jovis; & paullò infra; Ergo ut illa Divina mens summa lex est, item cum in homine est perfecta, est in mente sapientis. Est autem hujusmodi lex insita animæ nostræ, vel ipsi [ ut ait Alexander ] concreata ad cognoscendum quid faciendum sit, & non faciendum. Hoc idem nos docet Tull. 1. de leg. ibi: *lex est ratio summa insita natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.* Cum autem de hac naturæ lege nostra futura sit disputatio, ac de lege civili differendum, quatenus ab hac pendere videtur, quæ verè mens, & ratio prudentis est, & juris, injuriæque regulæ, de nomine ipsius ex sententia ejusdem Tullii est dicendum, quod a legendō ducatur, pro eo quod est deligere. Sic enim d. lib. 1. ait- Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit, ut rectè facere jubeat, vetet delinquere, eamque rem illi græco putant nomine à suum cuique tribuendo appellatam, ego vero a deligendo, nam ut illi æquitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus, & proprium tamen utrumque legis est

est. Ipsi Tullio eruditiores omnes subscribunt. Connananus lib. i. c. 8. nu. 1. qui etiam Isidori de hoc sententiam reprobatur. Corrasius in hoc tit. nu. 3. Alb. Bolog. de leg. jur. & aequit. c. 3. nu. 30. Sot. lib. i. q. 1. art. 1. Franciscus Piccol. Moral. Grad. x. c. 23. Neque potest lex aliter esse iustorum & injustorum regula, aut cuique tribueret, quod suum est, nisi quae recta sunt deligat, & contraria rejiciat, & Tullius 2. de leg. ait: *In ipso nomine legis interpretando inesse vim, & sententiam justi, & juris colendi.* De humana legge, quam civilem dicimus, sequenti parte agendum erit: quae verò ad legem Divinam politivam (hoc enim argumento Divina ab æterna lege distinguitur) pertinent, tum quia à presenti re non parum absunt, tum etiam quod D. Thom. Sot. & alii tum ex antiquioribus, tum recentioribus uberrime tractarunt, omittendum censui, quod celerius ad instituta pergerem.

*Quid lex Naturæ sit, & an communis omnium animantium existimari debeat, tum quomodo à conscientia, & synteresi discerni queat. Cap. II.*

- 1 Definitio Juris naturalis ex Ulpiano; declaratur exemplis num. 3.
- 2 Jus Naturæ, & lex Naturæ pro eodem habentur.
- 4 Reprobatur definitio, & divisio Ulpiani.
- 5 Jus ab Aristotele dividitur in naturale, & legatum.
- 6 Jus Naturæ ad solos homines referuntur.
- 7 Jus Naturæ semper bonum, & equum.
- 8 Lex Naturæ non pertinet ad animantia rationis experitia.
- 9 In brutis æterna lex solum spectatur.
- 10 Homines Divina, & propria ratione reguntur.
- 11 Lex in quolibet est vel ut in regulante, vel ut in regulato.
- 12 In brutis nullo ex his modis inesse ostenditur.
- 13 Animalia quoad usum, tum quoad legem homini subjiciuntur.
- 14 Legis Naturæ definitio ex D. Thoma.
- 15 Effectus brutorum, aliarumque rerum legi referuntur æterna.
- 16 Exemplis ostenditur.
- 17 Coniunctio maris, & fœminæ à Divina lege pendet.
- 18 Exempla Juris Naturæ ab Ulpiano relata ad Legem Divinam sunt referenda.
- 19 Quæ spectant ad conservationem specierum a lege æterna pendent.
- 20 Hominem solum in manu consilii reliquit Deus, & circa quæ versetur consilium.
- 21 Isidori locus declaratur.

- 22 Ulpiani divisio defenditur.
- 23 Populariter loquendi mos frequens apud Juris consultos.
- 24 Contrariorum eadem est cognitio.
- 25 Legem eternam naturalem Ulpianus vocavit in definitione.
- 26 Ciceronis probatur definitio.
- 27 Argumenta contra eam recensentur.
- 28 Defenditur a contrariis ab Auctore.
- 29 Ratio nobis communicata lex dicitur.
- 30 Rationem legem esse, perfectamque in mente plenius duobus modis consideratur.
- 31 Ratio quomodo lex dicatur.
- 32 Reprobatur divisio Ulpiani, & Caii.
- 33 Defenditur definitio legis a Papiniano tradita.
- 34 Declarantur verba definitionis legis.
- 35 Honestum quomodo accipiatur.
- 36 Declaratur regula, quod nullius est, occupanti concedi.
- 37 Quilibet jus intra se ipsum ad particulare applicatum considerat, cum circa singula versetur.
- 38 Lex naturæ quomodo a conscientia, & synteresi differat.
- 39 Conscientia non est lex, sed a lege formatur.
- 40 Synteresim corruptè synteresim vocant Theologi.
- 41 Describitur synteresis ex Damasco.
- 42 Lex naturæ, conscientia, & synteresis in quo differant.

**U**T autem hanc Naturæ legem, dà qua nostra futurus est sermo, aliqua definitiōne ratione, & quid ea sit aperte declaremus, prima definitio Ulpiani sese nobis offert in l. i. §. bujus studii ff. de jus. & jur. quam secutus est Justinianus in prin. Inst. de jur. nat. gent. & civ. his verbis: *Jus naturale est quod natura omnia animalia docuit.* Neque in hoc proposito credendum est aliud esse jus ipsum, aliud legem, quia jus naturale, & Naturæ lex idem sunt, licet inter jus & legem aliquam sit reperire differentiam, ut ostendit Albert. c. 12. Hanc definitionem Ulpianus ita declarat, & exemplis illustrat; inquit enim -- *Nam jus istud non solum humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in terra, marique nascuntur, avium quoque commune est.* Hinc descendit maris, & fœminæ conjugatio, quam nos matrimonium appellamus, binc liberorum procreatio, binc educatio: Videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam juris istius peritia censi. Ulpiano consentire videtur Isidorus in c. jus naturale dist. i. ibi -- *Jus naturale est commune omnium animalium, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua;* Instinctus enim naturæ ad ea animalia, quæ rationis sunt experitia, maximè pertinet; in iisde m etiam quædam semina rationis cernere est, quæ hanc Ulpiani sententiam.

confirmare videntur; illius enim delectus, quem in lege ponimus, vestigia quædam apparent, si apium, & aranearum miram sagacitatem consideremus, tūm formicarum solertia, & prudenteriam; videntar enim in eo, quod adstruunt, etiam diligere, ideoque Quintilianus lib. 2. c. 16. ait: *Nam & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fætus, & excludere, quin etiam reponere in hyemem alimenta, opera quædam nobis imitabilia, qualia sunt corarum, & mellum, efficere, nonnullas foras rationis est, sed quia carent sermone, que id faciunt, muta & irrationalib[us] vocantur.* Plura ad hanc sententiam confirmandam cumulat Albertus c. 5. n. 16. & seq. & ante eum Conn. lib. 1. c. 4. in hac Ulpiano morem ornatissime gessit, & ne deterius ejus traditio produceretur, intra fines subjectorum exemplorum retinendam tradidit. Verum quibus magis Ulpiano veritas est amica, hæc definitio nullo modo poterit placere. Aristoteles enim 5. Ethic. c. 7. in contrarium dividens jus ipsum in naturale & legitimum, jus naturale ita explicat, ut solis hominibus convenire demonstret: tūm Paulus in 1. pen. ff. de just. & jur. ad solos homines jus naturale contrahit, dum pro eo usurpat, quod semper bonum, & æquum est. Sed Ulpiano aperte contradicit Isidor. in c. jus autem dist. 1. ibi: *Jus autem naturale est, aut civile, aut gentium.* Si itaque Aristotelis divisionem sequamur, & sententiam, ab Ulpiano recedendum erit, vel si ad relatam Theologorum nos partitionem referamus, non modo Ulpiani corruit definitio, sed tota divisio Juris in naturale, gentium, & civile: & omnes quidem legem naturæ in solis hominibus considerant, & ex æternæ legis definitione, ac declaratione nos idem facere cogunt: compertum est enim apud eos legem æternam esse rationem summam in Deo existentem, quod nobis post argumenta quædam D. Thomas in 1. 2. q. 93. art. 1. sic insinuat. In unoquoque artifice eorum, que per artem constituuntur, est quædam ratio præexistens, idemque esse oportet in eo, qui alicui administrationi præsit, & quemadmodum ratio rerum per artificem explicandarum, earundem, cum explicatae sunt, ars, & exemplar quoddam est, sic ratio Gubernantis lex eorum, qui administrationi subjiciuntur, esse videtur: Deus enim omnium rerum conditor artifici comparatur, & sicuti divinæ sapientiae ratio, quatenus cuncta per eam creata sunt, instar habet artis, aut exemplaris, ita ratio eadem, quatenus omnia creata in suum finem dirigit, obtinet vim legis, ut ideò hanc divinæ sapientiae rationem, qua omnia reguntur, legem æternam esse consequatur; idque deducit ex D. Augustino in 1. de lib. arb. Quod si firmiter retineamus, ut & Sotus retinet lib. 1. q. 3. art. 2. consequitur legem

naturæ ad cætera animantia non pertinere, quoniam derivationem legis non tantum naturalis, sed cuiuslibet alterius à lege æterna oportet aliqua fieri ratione, que apprehendat legem æternam, cum D. Augustinus d. loco dixerit, nihil esse justum, sive legitimum, nisi quod homines sibi ex æterna lege derivaverunt, ac ita derivationem hanc per apprehensionem fieri ostendit. Sed soli homini concessum est speculari legem æternam, ergo & apprehendere per derivationem. Secundo idem probatur ex sententia Tullii legem naturalem ratione derivationis ab illa æterna ad solos homines pertinere, cum dicat (ut supra retuli) *Lex vera atque princeps apta ad jubendum, & vetandum ratio est regula summi Jovis:* at nulla planè lex, præter æternam, cernitur in brutis apta ad jubendum & vetandum, & ut illa divina mens summa lex est, cum in homine quoque est, perfecta est in mente sapientis, ita vero in cæteris animantibus, quibus nulla mens, aut ratio est, esse non potest; lex enim (ut ad rem nostram concludit D. Tho. in 1. 2. q. 91. art. 2. in fine) est aliquid rationis; at irrationalia rationi æternæ potius subjiciuntur, quam de ea aliquo modo participant; Homines autem non tantum divina ratione reguntur, quo nomine legi æternæ subjiciuntur, sed amplius propriam rationem habent, que eosdem movet. Tertio (ut citato loco D. Thom. ait) lex cum sit regula quædam & mensura, duplicitate potest esse in aliquo, uno modo velut in regulante & moderante, ac ita plane lex æterna in Deo est, lex vero naturæ in hominibus: alio modo ut in regulato, ac moderato, & hoc modo omnia legi æternæ subjiciuntur, cum justum sit, ut per eam omnia sint ordinatissima. At lex naturalis in brutis nullo modo cernitur; non priori, quoniam ipsa non sunt sibi regula, aut mensura, quia rationalis sunt expertia, ideoque in solo homine hoc modo reperitur, cum (ut ait Tullius lib. 2. de nat. Deo.) *Soli homines ratione usentes jure ac lege vivunt;* non posteriori, quoniam licet omnia Deus Opt. Max. pedibus subjecerit nostris, quoad usum, non quoad legem subjecit. Quod exploratum est, cum nostrum non sit ferarum appetitus regere, ac moderari: nec possunt regulam, vel moderamen accipere ex aliqua lege, que non sit in aliquo tanquam regulante; at ea non est in homine, sed in solo Deo; ergo ad ea lex æterna pertinet, non naturalis: Quare D. Tomas (ubi supra) constanter affirmat legem naturalem nihil aliud esse quam participationem æternæ legis in rationali creatura. Tandem nullus in brutis potest esse delectus, qui maximè proprius est legis, ut in superiori cap. ex Tullio demonstratum est; neque enim

enim, quæ in iis admirabilia retuli, sua sponte agunt, sed immediatè ab æterna lege, summa-  
15 que ratione omnia proficiscuntur. Itaque ut diserte explicat *Albertus d. c. s. n. xi.* solius æternæ, ac divinæ legis munus est, quod plantæ & arbores certis temporibus, certisque rationibus vestiantur, & spoliuntur, quod bruta ad finem quæque sibi propositum certo instinctu ferantur. Ut autem nobis ostendat, quid intersit inter hominis rationem, & eam, quam in hac rerum naturalium serie, &  
16 in ceteris animantibus perspicimus, accommodatissimum affert exemplum: nam si ponamus sagittam arcu ab aliquo emissam, & ab altera parte volantem avem ad certum ultraque locum tendentia, uti sagitta movetur non per se, sed ex virtute & intentione moventis, contra avis se ipsam movet, & licet utriusque motum cernas, intelligis tamen avem se movere, sagittam moveri ab alio, ita planè cetera animantia præter hominem quædam agunt, & ad ea peragenda ratione reguntur, sed in iis nulla planè ratio est, quia summa illa ratione, quæ in Deo existit, & lex divina vocatur, reguntur, & moderantur. At homo, quem reliquit Deus in manu consilii sui, intra se moventem habet rationem, cui qui paret, naturæ legi obtemperat, & (ut dicit *D. Paulus*) *ipso sibi lex est*; irrationale verò animal non est sibi lex, lex enim est sibi summa illa ratio, ideoque non alteri, quam divinæ subjicitur legi:  
17 qua ratione in contrarium adducta resolvuntur; nam constat ex iis maris & feminæ conjunctiōniem, liberorum educationem, & similia, quæ cum reliquis animantibus nobis sunt communia, quatenus ad naturam in universum referantur, ab æterna lege ordinata pendere, uti ab eadem & res inanimatæ legem recipiunt, qua sit ut humida fluant, sicca consistant, gravia deorsum, levia sursum ferantur: in iis enim omnibus una omnium lex est in ipso Deo existens. Et ob id notandum est *Ulpiani* exempla ostendere talia esse legis placita, quæ ordinant naturam intuitu specierum, non ratione singulorum; nam conjunctio, & educatio pertinent ad species conservandas, & ideo præceptum divinæ legis existimari debet, & de hoc rerum omnium instinctu intelligitur illud Prophetæ. *præceptum posuit*, & non præteribit, et illud *8. Proverb.* *Quando preparabat cœlos aderam*, quando certa lege & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat  
18 sursum, & librabat fontes aquarum. *Sotus lib. I. quæf. 3. ar. 4. sic*, ut *Ulpiani* exempla producamus & in iis omnibus, quibus & ceterorum animalium species conservantur, hæc omnia ad legem illam æternam referenda sunt, cum alioquin lex naturalis in homine ordinet ipsum

ratione sui, non ratione speciei. Neque verò, si hæc *Ulpiani* naturalis lex esse dicatur, docuit animalia dumtaxat, sed ea omnia, quæ naturaliter sunt, ut bonum appetit, suique conservationem vi quadam insita enixe querant. At retinendum est in omnibus, ac in hominibus etiam, quæcumque ad speciei conservationem ordinata sunt, ab ipsa æterna lege pendere, cum referantur ad universum, quod ab ipsa summa Dei providentia, æternaque lege gubernatur. Solum hominem reliquit Deus in manu consilii sui; Est autem consilium de rebus singularibus, non de iis, quæ ad speciem 21 in universum pertinent. Neque obstat *Isidori* locus, quia dicit jus naturale esse commune omnium nationum, non animantium; quod verò dicit instinctu naturæ ubique haberi, non aliqua constitutione, ed respicit, non ut juris necessitatem exponat, sed ut principia juris naturalis ostendat eamdem in hominibus habere rationem, quam habet instinctus in brutis, ut separat ab hoc jure jus omne positivum, ac demonstret insitum esse, vel, ut *Alex. q. 27. art. 2.* dicit, animæ nostra concreatum. Scio pa- sim ab omnibus multa defendendi *Ulpiani* caussa in medium afferri: at ubi falsam ipsius traditionem esse consentiant, non contradicam illis, qui id factum esse putant, non quia *Ulpianus* non intellexerit legem naturalem ab instinctu 22 ferarum distinguendam, sed quia libros conscriberet Institutionum, ac teneris (ut verbis utar *Mysingerii*) studiosorum deserviret inge- niis, populariter rem hanc explicare voluerit, quia non satis hanc naturæ legem, prout propriè 23 solis convenit hominibus, percipere possent: Aequè populariter idem *Ulpianus in l. I. ff. si qua- dr. paup. fec.* postquam pauperiem diffinit pau- periem esse damnum sine injuria facientis, subje- cisse videtur: *Nec enim potest animal injuriam fecisse*, quod sensu caret, sensum enim pro ipsa potentia discursiva usurpat. At ibidem vi- 24 detur sentire nullam brutis inesse peritiam ju- ris: si enim contrariorum eadem est cognitio *Inst. de bis*, qui sunt sui, vel ali. jur. in prin. a quo removemus notionem injuriæ, quæ juri contraria est, quia ut dicit *Arist. s. Eth. c. I. Jus ipsum legitimum*, & æquum est, injuria contra illegitima & iniqua, is certè nullo modo juris compos esse poterit, imo vel ex eo poterit excusari *Ulpianus*, non quod jus illud, cui opponitur injuria, & quod recta ratio est in homine, & jus naturale ad bruta pertinere crediderit, nam juris & injuriæ expertia esse confitetur, sed quia vel non satis legis æternæ vim intellexerit, vel quod in eum lapsus esset 25 errorem, ut inter Deum & Naturam nihil distare crediderit. *Jus naturale dixit*, quod legem æternam

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

æternam dicere debuit, id quod ejus exempla ostendunt, quæ naturæ ordinem demonstrant respectu specierum, non singulorum, & in nomine, non in re videretur errasse, nisi hæc ipsa lex universi conservatrix non ad solas species animantes pertineret, sed ad omnia, quæ sub universo sunt, juxta illud Prophetæ, *Domini est terra, & plenitudo ejus*: at in eo recte sentire visus est, quo ea distinxit, quæ ratione specierum ordinata forent, ut communia omnibus speciebus animantibus, ne qualecumque foret jus hoc in omnibus lucens, idem esse credemus cum eo, quod natura inter solos homines 26 constituisse videretur. Sed alia interim definitio erit investiganda, neque ab ea *Ciceronis* recendum est, ut, quo fieri potest simplicius, rem ipsam exhibeamus. Ille 1. de legib. *Lex est*, inquit *naturæ jus, mens, & ratio prudentis, juris, atque injurie regula: & lib. 2. de Nat. Deo. Lex, inquit, est recti præceptio, pravique depulso, & in xi. Philip. ait: est enim lex nihil aliud, nisi recta, & a numine Deorum traxta ratio imperans honesta, & prohibens contraria*. Hanc quam ipse sequor definitionem a quibusdam oppugna- 27 culis vindicare necesse est, quæ quilibet adversus eam moliri posset. Primum enim non videtur legem rationem esse, ne cum ratio primam hominis teneat partem, videatur homini sibi ipsi lex existere, & à semetipso obstringi. Secundum cum oporteat eam bonis, & malis præsidere (ut *Chrysippus* apud *Martianum* in l. 2. hoc sit. auctor est) non satis ratio præsidere videtur, cum sæpe vincatur, & cum sensibus luctando succumbat; ac sequeretur, qui utitur ratione, lege uti, ac justè agere, quod concedendum non est, docente *Arist. lib. 1. Ethic. c. 7.* ut cytharædi cythara canere, probi autem cytharædi rectè id facere, sic hominis esse cum ratione agere, & operari, probi verò benè, & rectè operari; vel si concedamus eum, qui utitur ratione, illa semper rectè uti, in alium incidamus objecem, quia cum idem jus & legem esse dixerimus, cum jus ratio non sit, neque lex ratio esse poterit: est autem jus quod naturalis ratio inter homines constituit. *l. omnes Populi ff. de just. & jur.* illud Jus ait Cajus esse commune omnium hominum, quod nos naturale appellamus: ac ita quod a ratione constituitur à ratione ipsa diversum sit, necesse est. Huc etiam videtur spectasse *Papinianus* in l. 1. infra eodem dum legem præceptum esse definit, non 28 rationem; & sentire visus est, non rationem ipsam, sed quod ratio præcepit, legem esse. Verum neque hæc argumenta a superiori nos avocant definitione; nam verum est, nil aliud esse naturalem legem, quam divini luminis communicationem in hominibus, quæ nobis quid

rectum, quidve bonum sit, singulis in rebus ostendit, & lumen, quod super nos vultus sui signavit Dominus, ut cecinit *David*, lumen hoc naturalis rationis esse credendum est, & quantum divini hujus luminis ita afficimur communicatione, ut ad ea, quæ recta sunt & honesta propensi simus, eatenus ratio illa ita communicata in nobis lex existimanda erit, & hanc esse aliquid rationis apertè confirmat *D. Thomas d. q. 90. art. 1.* cuius argumenta etiam ad idem adducit *Albert. c. 3. n. 28.* quorum summa illa videtur esse, ut cum ordinatio sit nostrarum actionum principium, ideoque eorundem regula & mensura, & denique regula omnis, & mensura, ejus rei lex esse dicatur, cuius regula sit & mensura, hanc ipsam rationem, ut ordinatio & regula est nostrarum actionum, sic legem esse oporteat. Ut verò secundam tolleret *Tullius* difficultatem, addidit verbum illud *recta*, & 30 cum 2. de legib. dixit, *perfectam esse in mente sapientis*, sentire visus est in omnibus hominibus, naturæ legem esse, & rationem ejusmodi esse legem, at perfectam esse in mente sapientis. Hujus rationis duplex esse potest consideratio: altera prout à Deo trahitur, & divini lumenis est communicatio, ac ita planè in uno quoque rectam rationem esse non est ambigendum: altera si sensuum illecebris aliquando accepta depravetur, utpote cum in ratiocinando falsas sæpe conclusiones objiciunt, non tamen (ut docte explicat *Albert. d. c. 3. num. 33.*) vincitur naturæ bonitas, aut hæc ipsa ratio intus ab officio cessat, sed vel etiam viæ scelus ipsum nobis exprobat, nulloque tempore suum remittit præceptum, quo deterret a fraude, & 31 cum neque etiam tunc desistat à munere legis, non est cur nomen amittere debeat. Vel etiam dicamus, non in eo, quo vincitur, legem esse, sed in quo obligat nos, ac reos constituit viatoræ legis, quo nomine nunquam vincitur, quod & in humanis legibus accidit, ut cum ab impiis, ac nefariis non serventur, non idcirco illis præesse, ac dominari cessant, sed eosdem illos puniunt & coercent. Nihil magis nos prima ratio movere debet, dicente *D. Paulo d. c. 2. ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, maximè verò potissima pars hominis, quæ rationalis est, in hoc ei tributa videatur, ut ea tamquam regina, vel potius ut lex quædam, & regula sensus moderaretur, libidines coerceret, mores componeret, actiones denique omnes regeret, ac in omnibus modum, & normam præscriberet. Postremò, ut objectum removeamus, considerandum est quicquid constitut *Albertus* differentia inter jus, & legem tum in c. 3. tum in c. 12. *Caii* tamen locum ab ea Juris divisione, ac Juris naturalis definitione maxime

maxime pendere, quam tradit Ulpianus, & hujus capitis initio retulimus & confutavimus. Inquit enim : *Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes pereque custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure gentes utantur.* Retinet enim differentiam inter *jus naturale*, quod omnibus competit animantibus, & *jus gentium* *jus*, quod ad solos pertineat homines ; qua retenta non absurdè videri posset tan-  
 32 quam ab ipsa naturali ratione constitutum, non idem esse cum ratione naturali. Sed ut falsa divisio est, ita falsam esse oportet differentia rationem, qua divisio inducitur. Igitur & in hoc à Cajo recedendum est, & cum Cicerone probandum, illam ipsam rationem & legem, &  
 33 *jus* esse. Papinianus autem cum legem præceptum esse dixit, ad ipsius conceptionem, & promulgationem respexit, & humanam legem, seu civilem diffinivit : at cum de lege naturæ loquimur, ut ex Chrysippo Martianus deducit in d. l. 2., lex ipsa præceptrix est faciendorum,  
 34 & prohibitrix non faciendorū, non autem præceptum à lege manans. Præterea cum in definitione inquit, a Numinis Deorum, legis explicat derivationem, sed ex gentilium religione. Nos vero subrogare debemus, à Deo Opt. Max. imperans honesta, & prohibens contraria. Primum videtur hic non opnem legis virtutem nobis exponere arg. l. legis virtus ff. de leg. nam si vel punitionem, quasi punitionis consecutivam accipiamus, deerit tamen quod referamus permittendi virtutem, & cum quædam indifferentia sint ad bonum, & ma-  
 35 lum, non videntur sub hac lege comprehendendi. Veruntamen constituendum est hic honestum pro bono & utili accipi, quod testatur Cicero 2. de leg. ibi - Omne honestum sua sponte extendum. At quocumque permittitur, sub ratione boni permitti videtur, ut not. in c. omnis, dist. 3. & dicam infra in d. l. legis virtus permettere, & quatenus boni rationem habet, ad id etiam suo imperio lex ejusmodi nos impellit.  
 36 Res obscura aliquantulum est, sed exemplis ita potest illustrari. Quod nullius est, occupanti concedi ex lege naturæ prodit. §. fere inst. de rer. div. Vel constituamus apertius aliquem in littore maris lapillos adspicere, vel margaritas ; si legem extrinsecus accipias, videbitur tibi eam permittere occupationem, at si latentem vim legis intueri velis, imperat etiam ut occupes, quoniam ostendit stultum esse propriam spernere utilitatem. Hinc ea insurgit præsumptio juris, ut nemo jactare suum præsumatur, l. cum de indebito. ff. de prob., quia naturaliter homini videtur ineffe, vt suum commodum diligit : nihil tandem permittitur, quod haec recta ratio ipsum spectans finem non imperet, aut quod universaliter videtur permitti, si legem naturæ con-

sideres in unoquoque, & singulariter ad aliquem id referas, semper in eo dictamen rationis ultra progreditur, statuitque præcepto, vel prohibitione, quid ille agere debeat. Quare recte Paul. in l. jus pluribus do just. & jur. existimasse videtur, jus naturale illud esse, quod semper bonum & æquum est: quoniam cum circa singula versetur, habeatque jus hoc unusquisque intra seipsum, quod intus statuit circumstantiis particularibus animadversis, nihil jam existimat tamquam indiferens, sed omnibus consideratis unumquodque non simpliciter, sed ut applicatum Titio, vel Sempronio, loci, temporis, & rerum omnium conspirantium habita ratione, ut bonum, vel malum planè dijudicat, & ad idem vocat, vel ab eodem arcet, ac deterret, nemoque est, qui vim hanc non sentiat, & hanc ipsam naturæ legem officio suo mirifice fungentem ; sed & cognoscet eandem punire, imo etiam summa sævitia poenas infligere. Qui enim ejus non parent imperio, quique improbi, ac scelesti sunt, ii quidem ut Cicero ait lib. i. de leg. pœnas luunt, non tam judiciis, que quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt, ubi sunt, ficta tamen persæpe, & falsa sunt, quam ut eos agerent, insectenturque furiae non ardentibus rædis, sicut in fabulis, sed angore conscientie, fraudisque cruciatu. In se ipso quisque tacitum instituit judicium, inter se invicem, ut D. Paulus scribit, cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus. Contra vero quicumque recte agit, lætitiam quandam, seu potius admirabilem animi tranquillitatem, tanquam virtutis suæ præmium  
 38 consequitur, ut ejusmodi lex tanquam absoluta, verèque lex munus omne videatur explere. Ad hujus autem quæstionis absolutionem, totiusque istius definitionis explicationem omittendum non est, quo modo lex naturalis ab ipsa conscientia, tum etiam à synteresi distinguatur, quod licet docte explicet Alexander q. 27. art. 3. aptanda tamen est ad præsentem diffinitionem ejus explicatio. Et conscientia quidem, si formaliter diffiniatur, satis eo ipso ab ipsa lege naturæ distinguitur, cum ille dicat esse acceptiōnem  
 39 debitæ scientiæ legis cum debito faciendi, vel vitandi; consequitur enim conscientiam non esse legem, sed a lege formari, quæ, cum legem transgredimur, merito nos angit, & accusat quasi legis violatae reos, cuius observantiam con-  
 40 scientia assidue præponit, & ad eam adhortatur. Synteresis vero, quam Theologi passim synderesim corruptè appellant, cuius consideratio ab Aristotele est omessa, quod a ceteris animæ nostræ facultatibus non distinguatur, ut doctissimus Franciscus Piccolomineus Grad. 2. c. 2. ad finem scripsit, ex sententia Damasceni ea videtur esse pars animæ, quæ vitiis adversatur, & ad bonum

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

bonum semper stimulis urget, & instigat, ac naturæ legem spectans, eamque servans à malo semper hominem revocat. Videtur autem inter hæc tria illud interesse, ut lex procedat tanquam regula, conscientia ut judicium rationis, synteresis ut naturalis appetitus, qui feratur in bonum. Lex ergo secundum definitionem imperat honesta, & contraria prohibet: ubi verò consequitur judicium in ratione hac, quam legem esse diximus, formari videtur conscientia: delcendit autem judicii istius scintilla quædam in appetitum, ipsumque allicit ad bonum, quod naturæliter appetit, & dum fertur in bonum rationis judicio manifestatum, per stimulum illum, quo plane etiam urgetur, synteresis inducitur. Primum ergo in nobis lex est, postmodum conscientia, deinde synteresis, & ab omnibus vocamus ad bonum, a malo verò depellimus, & in eo plane lex ipsa distat ab iis, quod illa præcipit honesta, & prohibet contraria, secundum legem judicat, & ut legi pareamus, monet. Per synteresim verò bonum appetimus, & à malo naturæliter declinamus, postquam judicium rationis utrumque objicitur ut tale.

*An lex Naturalis sit una, & eadem apud omnes, an verò mutationem recipiat. Cap. III.*

- 1 Explicatur §. sed naturalia, Inst. de jur. nat. gen. & civ.
- 2 Jus naturæ immobile ex Aristotele, & Isidoro.
- 3 Jus naturæ mobile esse argumentis ostenditur.
- 4 Declaratur idem exemplis.
- 5 Confirmatur jus nature immutabile esse.
- 6 An una, vel immutabilis sit lex naturæ, infert Author ad plures questiones.
- 7 Legem semipernam eandem ubique esse.
- 8 A justo parum decadens totus dicitur injustus.
- 9 Individuum per partes non consistit.
- 10 Duo communia principia, & juris precepta quæ sint.
- 11 Jus naturæ in modum conclusionis a primis oris principiis interdum mutatur.
- 12 Ratio speculativa in quo differat a practica ratione.
- 13 Depositio restitutio a lege naturæ venit per modum conclusionis.
- 14 Declaratur l. an inutilis. §. ult. ff. de acceptil.
- 15 Declaratur l. bona fides. ff. depo.
- 16 Fidem servare non semper est æquum.
- 17 Legitima an sit de jure naturæ.
- 18 Juris esse positivi sentit Author.
- 19 Declaratur l. cum ratio. ff. de bon. dam.
- 20 Depositum esse Juris positivi.
- 21 Alimenta filio Pater interdum potest denegare.
- 22 Natura alia bene instituta, alia collapsa.
- 23 Quo Naturæ statu homines liberi nascebantur, servitus enim non dicitur contra Jus naturæ.

- 24 Comparatio inter medicinam & servitatem.
- 25 Respondet Author ad argumenta contra definitionem Aristotelis.
- 26 Declaratur definitio Juris civilis ab Ulpiano latè.
- 27 Lex naturæ fons est aliarum legum.
- 28 Jus civile quando a naturali in totum recedat.
- 29 Institutum Juris positivi eatenus legis virtutem habet, quatenus Justitiæ participat rationem.
- 30 Statutum Senense de præscriptione reprobatur ab Autore, nisi modificetur ut infra.
- 31 Statutum in qua parte admittit præscriptionem, cum mala fide non valet.
- 32 Reprobatur per Corneum Castrensis circa hoc statutū.
- 33 Defenditur Castrensis in alia parte.
- 34 Jus civile a lege naturæ non potest recedere considerata pro ratione rectitudinis universalis.
- 35 A primis rationis principiis quædam universales, quædam particulares manant conclusiones.
- 36 Declarantur ambae exemplis.
- 37 Jus civile quomodo nec in totum recedere, nec omnino deservire dicatur.
- 38 Jus civile & naturale in quo differant.
- 39 Differentiam inter jus, justificationem, injuriam, & injuste factum exemplis Author declarat.
- 40 Jus civile non singulorum gratia consideratur, sed ad urbes bene institutas refertur.

**I**X ijs, quæ dicta sunt, constare potest Justinianum in §. sed naturalia. instit. de jur. nat. gen. & civi. dicentem, sed naturalia quidem Jura, quia apud omnes gentes peraque observantur, divina providentia constituta semper firma, atque immutabilia permanere, sentire quidem non tantum jus naturale, quod diffinierat, de quo nec ambigi poterat, sed jus hoc, quod nos naturale duntaxat esse defendimus, is verò nunc naturale, nunc gentium jus vocat §. singulorum, Inst. de re. divi. immutabile esse; & dubitari quidem poterat, ne illius juris naturalis, quod ajunt primarium, sermonem retineret, sed constat quidem, & secundarium comprehendisse. Sed non ex Justiniano tantum constare potest naturæ legem immutabilem esse, sed apertius ex Arist. lib. 5. Ethic. c. 7. ibi - Jus naturale est, quod abique eandem vim habet, & non quia vel ita videtur, vel minimè. Accedit etiam Isidorus in c. jus naturale, dist. 1. dicens: Jus naturale est commune omnium nationum. Et in Clem. Pastoraliis §. ceterum. de re jud. dicitur: Cum illam Imperatori tollere non licuerit, quæ Juris naturalis existit. Sed in contrarium afferri potest ejusdem Aristotelis sententia in eodem c. 7. qui relata eorum opinione, qui jura naturalia mutari posse credebant, eo quia, quod natura sit, immobile sit, & ubique eandem vim habeat, sicut ignis, qui & hic, & apud Persas urit; jura verò sèpe moveri videmus, inquit = at hoc non ita

ita est, sed quodam modo, quamquam apud Deos fortasse nullo modo, apud nos autem est quoddam naturale, quod mobile sit, licet non omne; nam & dextera manus natura validior est sinistra, & tamen in quibusdam deficit, quia vel ambæ dexteræ sunt, vel altera potiores. Secundò accedit Ulpianus in l. jus civile. ff. de just. & jure, ibi = Jus civile est, quod nec in totum a naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei servit. Tertio ad id maximè pertinet, quod multa sunt licita lege naturæ, quæ legitimo jure illicita sunt; contra multa jure naturæ illicita sunt, quæ legitimo jure licita constituuntur; ergo jus ipsum naturale mutari videtur. Assumptum variis probatur exemplis. Primum ex c. 1. dist. 1. ibi: Transire per agrum alienum fas est, jus non est. Secundum jure naturali illicita est servitutis introductio, tanquam ipsi contraria, §. sed jus quidem Inst. de jur. nat. gen. & civ. & tamen jure positivo servitutes licitæ sunt, c. jus gentium, dist. 1. Sed a priori sententia recendum non est, quam probant D. Thomas d. q. 94. art. 1. Sotus lib. 1. q. 4. art. 4. & nostri omnes sequuntur Justiniani auctoritate adducti; & pro resolutione contrarium animadvertisendum est, hujusmodi quæstionem an lex naturæ sit una, & eadem apud omnes, ac immutabilis, referri posse ad plura; ad legem ipsam primum videlicet, & hoc modo eadem recta ratio imperans honesta, & prohibens contraria, quæ naturæ lex est apud omnes una & eadem, quia licet singulos consideres homines, apud unumquemque hanc reperies imperantem honesta, & contraria prohibentem. Quare, ut docet Cicero 2. de leg. etiam si regnante Tarquinio nulla fuisset Romæ scripta lex de stupris, tamen contra illam legem sempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiae Tricipitini filie attulit, erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, atque a delicto avocans. Igitur dum sempiternam vocat, planè unam & eandem esse fatetur. Videtur autem totum legis opus, ut tale, versari in iis, quæ habent discrimen justi & injusti; at justum sic dividi nequit, ut partem impleas, partem deserfas, quia in qualibet actione aut totus justus es, aut totus injustus; Ideoque licet vel minima parte a justo recedas, totus injustus es: non enim habes aliunde, in quo consistere possis, quam in ipso injusto: In utroque propter oppositam naturam consistere non potes, neque individuum consistit per partes, l. furiosum C. q. test. fa. poss. l. si quis ff. de testa. ergo manes in altero totus. In eo igitur, quo lex ista ponit discrimen justi, vel injusti, jus civile deserbit in totum, non detrahit, vel addit, ut probat etiam Connarus lib. 1. c. 6. n. 4. Secundò eadem quæstio potest referri ad ipsa legis hujus communia principia, ut D. Thomas, & Sotus

considerant, & respectu eorumdem una, & immutabilis etiam censenda est apud omnes: Principia vero sunt illa duo, quæ omnibus nota ignorare nefas est; alterum est, bonum esse appetendum, malum autem vitandum; alterum, ut quod tibi fieri velles, alteri facias, quod tibi contra fieri nolles, nec alteri facias, juxta not. in rub. ff. quod quisq. jur. Hęc ipsa principia nullo saeculo mutata sunt, sed immutabilia permanent, & secundum hęc lex naturæ, ut concludit D. Thomas, est eadem apud omnes, & secundum restitutinam, & notitiam manent quidem inflexa, & a nemine ignorata principia ejusmodi. Terterio possumus considerare legem ipsam quoad quædam, quæ quasi conclusiones ab iis principiis manant, & tunc licet, ut in pluribus, eadem maneat in conclusionibus, in aliquibus tamen ob particularia impedimenta, quæ ex circumstantiis oriuntur, accidit interdum eam deficiere. Hoc præcipue nomine ratio practica distinguitur a speculativa, quoniam hęc absque defectu eamdem veritatem, quam in principiis agnoscit, in conclusionibus intuetur, cum tamen fecus accidat in practica ratione, que quo magis a communibus recedit, & ad particularia descendit, sed maiores invenit defectus. Ex illo principio per se noto, id alteri facias, quod tibi fieri velles, ea manat lex ad instar conclusionis, depositum esse restituendum. Qua sola derivatione ad legem naturæ id referre potuit Isidorus in c. jus naturale, dist. cum alioquin & contractus depositi ex jure gentium prodierit positivo. l. ex hoc jure ff. de just. & jur. §. sed jus quidem, inst. de jur. nat. gent. & civ. & lex illa, depositum esse restituendum, ab ipsis generalibus constituta sit. Sed & simili referendi modo utitur Ulpianus in l. an inutilis. §. ult. ff. de acceptil. ibi = quia hoc jure utimur, ut juris gentium sit acceptatio: Nam cum ipsa verbis, ac ita per stipulationem contrahatur d. l. §. acceptum. §. item per acceptationem Inst. q. mo. tol. obl. intelligendum est juris gentium esse, quia ex ratione juris gentium proficiscitur, quæ postulat unumquodque eo vinculo solvi, quo colligatum est, l. nihil tam naturale ff. de Reg. jur. Ex quo sequitur verbis contractum etiani verbis distrahi posse, nam alioquin quoad inventionem nil minus juris civilis est, quam ipsa sit stipulatio. Ad rem redeo. Lex ista depositum esse reddendum, ut in pluribus eadem manet, sed deficit aliquando, cum repetitio deponentis rectitudine deficit: veluti si arma penes me deposita repetas, ut irruas in patriam, vel furore corruptus ut homicidium committas. Amplius rem furatam depositisti, agis ex deposito, altera ex parte domino rei vendicatione utente, eleganter respondet Tryphonius in l. bona fides. ff. deposit. eam esse justitiam, quæ suum cuique tribuit, ut

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

*ut non distribatur ab ullius personæ justiore portione: deficit ergo lex illa in quibusdam, dum statuit depositum restituendum esse, at naturæ principia eadem sunt, nec in ullo deficiunt, quoniam mutato rerum ordine idem nos ipsi præligeremus, & cum nostra petitio justior esset*

**16** *jure nostro consideraremus minus justæ depositi repetitioni eam anteferri. Sic fidem servare naturalem habet æquitatem. l. i. ff. de patr. & grave est fidem fallere l. i. ff. de const. pec. & tamen non est servanda fides, si pactio fiat expressa, ne dolus præstetur l. si unus. §. illud. ff. de patr. multisque casibus pacta a Prætore reprobantur, quia sint adversus aliquam legem, vel constitutionem. l. jurisgentium §. Prætor. ff. de patr. An jus naturæ mutatur? nequaquam, quatenus est recti præceptio, pravique depulso: nec enim fidem servari vult fovendæ iniquitatis, aut injustitiæ causa, nec in ea ulla fides esse potest, quæ fundamentum sit justitiæ: mutatio accidit in singularibus, in quibus est defectus, ex quo illi universaliter non respondent. Fidem servare universaliter habet rationem boni, at fides in dolosa pactione ab ipso deficit bono. Cum ergo quædam accident præter ejusmodi universalia, quæ prodeunt a lege naturæ, non tam lex mutanda videtur, quia ad*

**17** *hæc non pertinet, quam alia lege utendum. Ex iis inferri potest ad ipsum legitimæ jus, quod in legem naturæ passim referunt in l. cum ratio. ff. de bon. dam. & in §. aliud. autb. ut cum*

**18** *de app. cog. Quamquam opinor esse juris positivi, atque ita disputavi in. ti. ff. de leg.*

**19** *i. id quod Paulus mihi suppeditat in d. l. cum ratio ibi = Cum ratio naturalis quasi lex quedam tacita liberis parentum hereditatem adjiciat: Nam eleganter insinuat se non usurpare naturalem rationem ut legem, sed quasi legem tacitam, est enim ratio amoris, & charitatis parentum in filios, non tamen versatur circa justi vel injusti discrimen, quia tunc lex esset: iis libentius relinquimus quos magis amamus, non alios amamus supra filios, & ita quasi lex est, quia lex amoris, vel si vere lex esset, versaretur circa conclusiones, non circa principia: Hæc enim verè sunt a lege naturæ, at conclusiones omnes licet ab iis orientur principiis,*

**20** *ab hominibus subjiciuntur, neque plus legitima, quam depositum est de jure naturæ, sed utrumque jure positivo; nam meum & tuum sunt juris positivi, c. 2. dist. 8. & legitima introducta est post meum, & tuum. Posito autem meo, & tuo, non minus est de jure naturali liberum arbitrium in disponendo, quam successio filiorum, ut scribit Bal. in l. lege, nu. i. C. de leg. her. ex quo fit, ut jus hoc legitimæ varias receperit mutationes, ut constat ex l. queritur, & autb. novissima, C.*

*de inoff. te. ideoque per statutum minui poterit. Oldr. consi. 135. num. i. quod passim receptum est: quinimo nec filio ingrato debetur legitima d. §. aliud, sed jam in eo deficit qualitas filii l. veluti ff. de just. & jur. jam itaque mutatur subjectum illud, cuius causa illa præcesserat conclusio. Jus ergo illud, quod per modum conclusionis habetur, non est merè naturale, sed positivum ab eo derivatum, quod*

**21** *mutationem aliquo casu recipere potest, sic & ipsa alimenta, in quibus major viget ratio, poterit pater filio denegare, qui eum detulerit, l. si quis §. idem judex ff. de lib. agn. namque in ea re jam filius esse definit: sed etiam ad naturæ principia facile revocabis; non enim queri filius potest, quia si patris personam gereret,*

**22** *idem jus statueret in filium. Deinde non est omittendum multa recte se habuisse in natura bene instituta, quæ non possunt ita se habere in natura collapsa: In ea enim omnes homines liberi nascebantur Institut. de libert. in princip. nec erant distincta dominia, sed omnia communia manebant. At ea depravata, servitus, quæ contra naturam esse dicitur §. servitus, Institut. d. jur. nat. gent. & civi. in tantum non est contra jus naturale, ut plurimum sit secundum naturalem legem & rationem; eadema enim lex, quæ recta ratio est, dictat unum in natura bene in-*

**24** *stituta, alterum in natura collapsa, & sicut medicina secundum eandem artem, ac rationem dictat vinum sanò proficuum esse, ægrotu autem nocere, & tamen ars eadem manet; quia immo, quod ex arte juris est, veneai mali, velut rei flagitiosæ non contrahitur emptio; at si mixtum alijs materiis nocendi naturam depositat, & ex eo antidota salubris conficiantur, contrahi poterit. l. quod sepe §. veneni ff. de contrahen. emprio. sic servitutis introductio veneno poterit absolute comparari, sed moribus hominum corruptis, bellis exortis salutare antidotum confectione est ex iis adjunctis, ut per illud servari homines dicerentur, a servando,*

**25** *non a serviendo servitutis nomine derivato §. servi autem. Institut. de jur. per. Qua ratione tertium illud objectum sat superque resolvitur, quia vulgo traditum est quamlibet dispositionem intelligi debere rebus in eodem statu manentibus l. 2. §. vlti. ff. de adim. leg. & variatio contingit potius in subjecto, quam in lege; lex enim in hoc magis flectit sese, & accommodat ad subjectum, quod verè mutatur: rursum qui servat, non occidit, facit ex duobus illud, quod sibi in eadem fortuna constituto fieri malit, idque par est l. penultim. C. de so-*

**26** *lu. Ex iisdem poterit explicari, quod ex Ulpiano secundo objecimus loco diffiniente jus ci-  
vile*

vile esse, quod nec in totum a naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei servit: non enim recedit in totum, quia semper ejusdem retinet principia, quia, ut supra diximus, mutari nequeunt. Amplius, quoniam nulla planè civilis lex fieri potest, vel facta non erit lex, in quantum ipsi resistat, naturæ lege considerata, ut recta ratio imperans honesta, prohibens contraria: hæc enim fons & origo est  
 27 cæterarum legum: nam ut doctissimè concludit *Alexander quest. 27. art. 1. §. 2.* cùm lex Naturæ sit regula juris inde consequentis, lex omnis debet habere regulam in lege naturali, nec quid poterit sanciri, quod ab hac recta ratione non reguletur, quæ jubet honesta, & prohibet contraria. Ex quo bellissime infertur, legem non esse legem injustam, nec mereri legis nomen. Quod probat *Isidorus in c. erit, dist. 4. dicens = erit autem lex honesta, possibilis, justa, secundum naturam*. Tum *Plato in Minoe sic ait = Quæ igitur a recta ratione declinant, falsæque adhærent opinioni, institutaque erunt, non autem leges, tūm secundum Martianum in l. 2. hoc tit. omnis lex inventio quedam est, & donum Dei*, lex injusta ejusmodi esse non poterit, nec istud a ratione nostra est diversum: quia omnis lex est a naturæ lege per derivationem; at ea donum Dei est, quia divini Numinis communicatio: ergo lex omnis, vel tamquam ex hac una prodiens poterit existimari donum Dei. Quod si lex non erit, nec poterit obligare in vim legis, & ideo ab omni plane ratione abhorret, ne Florentini passi sint disputari super validitate statutorum, ut not. *Rom. confi. 392. num. 1. Fely. in capitu. quæ in ecclesiistarum. num 13. de constitut. Dec. conf. 37. num. 4.* uti etiam a lege naturæ, ejusque ratione abhorre videtur quod mala fides superveniens usucaptionem non impediat, cùm de jure civili satis sit, si justum habuit initium *l. se aliena, ff. de usucap. §. diutina. Institut. eod.* Nam si lex naturæ pravi depulsio est, malam  
 28 fidem non potest non quandocunque rejicere, & ideo in hac parte videtur mihi jus civile in totum a naturali recedere, quia perpetuò diffiniri potest in totum recedere ab ipsa naturæ lege, cùm ab ejus definitione recedit, cùm & a re definita recedit, quæ tota per definitionem explicatur *juxt. not. in l. 1. §. 1. ff. de dol. & in l. 1. ff. de testa*. Ex qua parte jus civile in totum recedit, nec juris civilis  
 29 fungitur officio, nec servandum est, quia semper declinat ad injustitiam. At institutum quodlibet juris positivi, ut *D. Augustino placet in lib. de lib. arb. & refert Sor. libr. 1. q. 5. art. 2.*, eatenus habet virtutem legis, quatenus par-

ticipat Justitiae rationem. Quare rectè quod reluli, jure canonum emendatur, ne ullo tempore cum mala fide præscriptio procedere queat.  
*c. vigilanti, extra de præscrip. capit. possessor. de reg. jur. in 6. & in hoc, quia concernit peccati materiam, juri canonico standum est, in terris etiam Imperii, & sæculari Foro, ut per glo. & Jo. And. in d. reg. possessor. Franc. Balb. de præscrip. 3. par. sextæ princ. quest. 2. nu. 1. 30 Rol. a Vall. confi. 6. n. 42. vol. 3. Ex quibus in caussa adhuc vertente respondi non valere Senense statutum, quatenus indistinctè disponat, quod si Creditor patiatur labi spacium 31 viginti annorum, ulterius non audiatur, quia receptissimum est non valere Statutum, qua parte admittit præscriptionem cum mala fide. *Alexand. confi. 99. nu. 8. vol. 4. Rip. in l. nemo potest ubi de communi. num. 116. ff. de leg. 1. 32 Didac. in d. re. possessor. §. undecimo. nu. 4. Ferd. Vasquez de succ. creatione lib. 1. §. 10 num. 26. & licet *Castr. in l. sequitur. §. si viam ff. de usuc. distinguendum putaverit*, an statutum dirigat verba ad creditorem, statuens eum non audiri ulterius, ut hoc Senense, vel ad debitorem decernens eum præscribere, ejusque distinctionem sequantur *Thom. Ferrat. caut.*  
 33. *Bojus de stat. urb. præscr. gl. 1. nu. 18.* parum tuta existimanda est, quia est velamentum quoddam, quo latenter ad eundem illicium pervenimus effectum, ac viam aperit canonice sanctionis eludenda, cùm ita per indirectum facile sit cuique civitati verbis ita conceptis iniquæ præscriptionis effectum admittere, quod evitandum est *c. si civitas de sent. ex-com. in 6.* Quare jure displicet *Corneo conf. 177. nu. 3. vol. 4.* & latius *conf. 180. nu. 1. vol. 3.* nec rectè quadraret etiam statuto Senensi, quia & in rubro, & in nigro aperte decernit debitum esse præscriptum, & ulterius non audiari disponit, tanquam consequens præscriptionis. Sed tūm hujus statuti, tūm aliorum quorūcumque solidissima defensio est, & Consulentibus, & Jusdicentibus amplectenda, quæ ab eodem *Castrensi* deducitur in *d. §. si viam in fin.* ut si statutum non faciat expressè mentionem de malæ fidei debitore ( ut credendum est statuentes omnes ab hac saltem expressione abstinere, quia nec valere posset statutum, & forte alterius fori suspicionem induceret adversus eos ) recipiat hac in parte ex jure Canonum passivam interpretationem, ut de bonæ fidei debitore duntaxat intelligatur, ac eum ad beneficium præscriptionis admittere, quia non est existimandum ut verbis generalibus velit comprehendere casum, super quo disponere non potest, & ita consultit *Soc. conf. 86. nu. 10. vol. 1. Corn.***

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

1. *Corn. d. conf.* 180. & hanc veram, & communem esse opinionem & conclusionem tradit *Vasq. d. par.* 1. §. 10. n. 29. Nec excogitandæ sunt cautelæ, quibus, quasi anguem sub herba, peccatum latere, ac nutritri curemus, & debitori malam fidem non obesse velimus, quæ in foro poli damnum irreparabile parit. Lex ipsa naturæ hanc malam fidem redarguit, ad quam, ut ad institutum redeamus, velut ad fontem 34 unde deriventur leges civiles omnimodo sunt reducendæ: & ideo constituendum est, ut argumento satisfaciamus, ubicumque naturæ legem consideramus pro rectitudine rationis, juri civili 35 ab hac ipsa lege non licere vel minima ex parte recedere. Verum ab hac ipsa ratione, ejusque primis principiis quædam promanant conclusiones universales, quædam particulares: universales hoc modo, bonum est faciendum, restituere depositum bonum est, ergo restituentium. Particulares hoc modo, malum est vitandum; Sempronium reddere gladium Cajo fu- 36 renti, malum est, ergo a Sempronio vitandum. Inspicio hic officium juris civilis. Statuit in universum gladium furioso non esse reddendum, & in hoc animadvertisit propter additam circumstantiam illam primam universalem deficere conclusionem, defectum tamen ex ipsa naturæ lege concludit, id est ex ipsa rectitudine rationis concludit, quæ non deficit in illo particulari, nec in suo universali, bonum est faciendum. At defectus est in eo, quod homines subjiciunt, depositum restituere bonum est, quia accidit hoc ca- 37 su bonum non esse, aut potius est in ipsa rei natura, quæ inconstans & varia est; nec in totum recedit ab illa universalis conclusione, depositum esse reddendum, quia nec contrarium statuit, nec in totum defervit, quia furioso reddi negat. At inquis, negat id ipsum lex etiam naturalis in illa particulari conclusione. Respondeo juris civilis non est legem ferre de Sempronio, sed juris est naturalis, quod hac 38 ratione semper bonum, & æquum est l. jus pluribus ff. de just. quia relatum ad singula numquam errat, quia judicat ex circumstantiis. At jus civile non in singulas personas ferendum est l. jura hoc ritu. Itaque versatur jus civile non circa legem, id est rectitudinem rationis, non circa ejus prima principia, non etiam circa conclusiones particularium, sed universalium, quia & hoc ipsum universaliter fertur. Quod pertinet illa Aristotelis differentia inter jus & justificationem, injuriam, & injuste factum, quia Sempronium non reddere gladium Cajo furenti est quid justè factum, non ipsum jus civile: hoc enim est illud universale, gladium furioso reddendum non esse. Jus ergo pro illo jure universalis usurpatur; qua ratione ex ipso.

met Aristotele in d. c. 7. fit apertum, eum quantum jus ipsum naturale mobile esse sentit, idem referre ad ejusdem iuris universalia, quod eam 40 habet rationem, quia jus naturale item, & civile jus non singulorum gratia dumtaxat consideratur, sed ad civitates bene institutas referatur: sed non ita usurpat *Paulus* in d. l. *jus pluribus*. quia eo modo immobile semper est, ut semper bonum, & æquum. Sed nihil magis ab Aristotelis sententia distat, quod supra de vino, ac veneno attulimus, ut ex *Michaele Epesio* ejusdem Aristotelis interprete explicatur, ac illa verba -- *Quamquam apud Deos fortasse nullo modo est*, ostendunt totam mutationis causam ab ipsa depravata natura pendere: alioquin omnibus in naturali bonitate perseverantibus jus ipsum esset immobile. Sed unus superesse videtur scrupulus, quo videtur naturæ legem unam & eamdem esse apud omnes, quod *Justinianus* in §. *sed naturalia, inst. de jur. nat. gent.* & civ. videatur plura supponere ea consideratione, quæ dicit esse immutabilia. Verum apud *Justinianum* ea divisio juris retineri videtur ibi, ut in homine sit jus naturale duplex, alterum quod sibi commune est cum cæteris animantibus, alterum quod sibi soli a natura insitum sit, & dubitationem faciebat juris civilis affidua mutatio an, unum vel alterum naturæ jus tollere posset, ideoque ait -- *Sed naturalia &c.* quia neque naturale jus sibi cum cæteris animantibus communitate, nec quod ipse solus ex divina providentia accepit, mutare potest, sed utrumque immutabile manet.

*Quam absoluta, quam perfecta Nature lex sit ex Cicerone deducitur simul, atque laudatur. Cap. IV.*

- 1 *Legem naturæ immobilem esse ostenditur ex Cicerone.*
- 2 *Legem positivam improprietatem & secundum popolare rationem dicimus legem.*
- 3 *Lex naturæ a Deo Opt. Max. originem ducit.*
- 4 *Accursu intellectus reprobatur ad l. 2. C. de in jure voc. & novus datur.*
- 5 *Lex naturæ divini luminis dicitur communictio.*
- 6 *Declaratur l. 2. ff. de usufr. ea re.*
- 7 *Jus civile multis casibus naturalem mutat rationem.*
- 8 *Jus civile naturalem non mutat rationem, quæ circa justum sit, vel injustum.*
- 9 *Beneficium restitutionis lex non concedit minori dolo, vel fraude contrabenti.*
- 10 *Lex naturæ est norma legitimæ juris.*
- 11 *Juris naturæ semina nobis ingenita describuntur, ac declarantur ex Cicerone.*

- 12 Lex nature instituit hominem quoad Deum, seipsum, & societatem humanam.
- 13 Justum, & injustum, equum & iniquum ex circumstantiis saepe mutantur.
- 14 Statutum occidendi Crassatorem, vel Bannitum favorable dicitur in publicum bonum directum.
- 15 Lex nature non deficit, etiam si deficiat lex scripta, vel consuetudo.
- 16 Rationem pro lege allegare sat est.
- 17 Rationes esse animam legis.
- 18 Reprobatur opinio Baldi in 1. lege nu. 2. C. de leg. bær.
- 19 Statuta sine ratione, cum sint uti corpus sine anima, reprehendi possunt.
- 20 Ratio est recta rerum omnium agendarum, ac legum condendarum regula.
- 21 Disciplina juris civilis non tam a lege 12. tabularum, a Pratorum editis, quam a lege nature, & ratione bauriri videtur.
- 22 Distinctio justi, & injusti ad eternam legem refertur.
- 23 Lex nature, & distinctio justi, & injusti eadem apud omnes.
- 24 Animi perturbationes, ut funes nos trahunt, & invicem retrahunt.
- 25 Lege naturae sensibus normam prescribimus.
- 26 Dei providentia infinita; prudentia autem hominis finita est.

**H**æc ipsa naturæ lex, tūm alia præcipue ratione est immutabilis, ac semper eadem manet, quod perfectissima sit, & absolutissima; qua enim parte divini luminis communicatio est tūm recta, & ab ipso Deo Opt. Max. tracta ratio Legislatorem divinæ providentiaz habet. Quod si aliqua ratione mutanda foret, mutatio diceret imperfectionem in lege, quæ quantum absit ab ea, non potest ornatius simul ac verius explicari quam Tullii verbis ex 3. de Repub. a Firmiano relatis. c. 8. de vero cultu, & a Barone in §. sed naturalia, inst. de jur. nat. gent. & civ. Verba sunt hæc. Est verò vera lex recta ratio naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, & sempiterna, quæ vocet ad officium jubendo, vetando a fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra jubet, aut vetat, nec improbos jubendo aut vetando movet. Huic legi nec propagari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest, nec verò per Senatum, aut Populum solvi hac lege possumus, nec est querendus explanator, aut interpres ejus aliis, nec erit alia lex Roma, alia Athenis, alia nunc, alia post bac, sed & omnes gentes & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilia continebit, unusquisque erit quasi magister, & Imperator omnium Deus: ille legis bujus inventor, disceptator, lator, cui qui

non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur, hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cætera supplicia, quæ abutantur, effugiet. Quis sacramentum Dei sciens ( ut subjiciam verba Firmiani ) tam significanter enarrare legem Dei possit, quam ille homo longè a veritate notitia remotus expressit, & verè hanc veram legem appellat, quod cæteræ positivæ, quibus utimur, minus propriæ leges sint, & secundum popularem rationem legem appella-mus, quæ scripto sancit, quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut idem est author, quia Populus Romanus eam intelligebat legem esse, quam ipse senatorio Magistratu interrogante veluti Consule constituebat §. Constat. Inst. de jur. nat. gent. At ejusmodi lex a Deo Optimo Max. originem ducit. Is autem tanquam summus, ac summæ prudentiaz legislator, quem nec momenta temporum, nec serum etiam singularum circumstantiaz latere unquam poterunt, legem hanc in omnes homines diffusam voluit omni tempore valitaram, omni loco, ac ab omnibus perpetuò legem servandam proposuit, ac præscriptit. Ideoque ignorantiaz velamento nemo se poterit aliquo modo excusare; non rusticitas, non sexus justam ignorantiaz causam præbent in iis, quæ secundum naturalem rationem scire tenemur 1. 2. C. de in' jus vocan. ubi Gordianum minus recte Accursius intellexit, dum dicebat ea ratione rusticatam non excusare libertum, qui patronum sine venia in jus vocaverit, quia naturali ratione honor bujusmodi personis debeatur, naturalem rationem non pro jure naturali accipiendam, quia hoc falsum esset: eo enim loco nihil aliud quam naturale jus opinor significare. Imperatorem, alioquin sequetur libertum quovis arguento erga patronum ingratum in legem naturæ minime peccare, quia jura patronatus, ac libertorum status non sit a lege naturæ; sed res se aliter habet, ut Cicero Tarquinii exemplo probat, quod supra retulimus. Neque hæc divini luminis communio, quam legem naturæ dicimus, a Deo Optimo Max. prodiit, ut in natura bene instituta solummodo & lex, & regula esset, sed ut quantumcumque res humanae mutarentur, hominem in sylvis, & civitatibus æquæ regeret, in bello, & in pace, intra domésticos parientes, & in foro; nec verò prius servitute inducta beneficium manumissionis invaserit, quam ob acceptum libertatis beneficium hæc ipsa naturæ lex manumisso imperaverit etiam, ut honorem deberet patrō, quem qui se debere recusat, is protinus etiamsi nulla civilis lex adesset, in naturæ legem peccat; nec enim ab eo, quod honestum est, aliquo modo recederet, quin ab ipsa Naturæ lege recebat. Etiam uno loco, si tamen ejus dilucidandi

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

dī gratia veniam sperare liceret *Cajum*, & *Tribonianum*, ac ejus *Aſſeclas* in ipsa naturalis rationis acceptione notari posse summopere vere. or; cum in l. 2. ff. *usufr. ea. re.* dicat *Cajus* Senatusconsulto non id effectum esse, ut pecuniae ususfructus propriè effet, subjicit hæc verba. *nec enim naturalis ratio auctoritate Senatus mutari potuit, sed remedio introducto coepit quasi ususfructus baberi.* Hic autem naturalem rationem pro lege usurpat *Cajus*, quam immutabilem esse constat; at cùm nulla hac in re sit ratio justi vel injusti, boni vel mali, honesti vel fraudis, nulla quoque lex naturæ erit, quia nihil ad eam, an pecuniae usus fructus proprius sit, vel improprius; aut verò usurpat pro discursu rationis in naturalibus cum applicatione ad civilia, argumento ducto ab iis, quæ sunt, ad ea quæ intelliguntur, & falsum opinor quoad usumfructum Senatum non potuisse naturalem mutare rationem. Naturalis ratio eò respicit, ut non possimus uti pecunia nisi consumendo, & per erogationem, sic enim affida permutatio ne videtur consumi, & extingui §. *constituitur Inst. de usufruct.* non videtur salva esse substantia: Cùm autem ususfructus sit jus utendi, fruendi alienis rebus salva rerum substantia, jam repugnat perire, & consumi substantiam, & esse ulumfructum, ac ita naturalem rationem inducere videtur *Accursius in d. §. constituitur*, & alii post eum. At satis poterat hanc mutare rationem negligendo Senatus, sic naturalis pugna est, ut quis decedat pro parte testatus, & intestatus, & tamen potuit jus civile hanc mutare rationem l. *jus nostrum ff. de reg. jur. l. 1. ff. de mil. test.* Tùm ex naturali ratione est, ne contractus claudicare debeant, & tamen in pupillo sine auctoritate tutoris contrahente fecus est l. 1. ff. *de re vendi.* Ita ne minor natu majorem adoptet ex naturali ratione est, non lege naturæ, nihil enim ad eam §. *minorem Institut. de adopt.* jus tamen civile deserit, aut mutat rationem naturalem in eo, qui licet filios non suscepit, in nepotem aliquem adoptet d. §. *minorem ver. licet.* Potuit ergo jus civile a naturali ratione recedere, eamque, si non in rebus naturalibus, in civilibus & quæ intelliguntur, mutare, negligere, deserere, vel amplecti, dummodò non sit circa justum, & injustum, quia non tam ratio, aut modus quidam naturalis, quam lex naturalis effet; quod & in aliis multis constat, quæ consulto omitto. Sed fortè cum posset, non debuit, quia in relatis casibus jus singulare inducitur, & hæc similia jure singulari constitui possunt. At Ususfructus rerum, quæ consumuntur usu, jure communi omnium gratia induci cum deberet, non

debuit contra naturalem rationem induci, à qua jus singulare recedit, jus commune nequaquam, ex quo noviter potest declarari l. *jus civile*, *supr. de just. & jur.* Vel dic, quod in oppositis speciebus id sit contra naturalem rationem; At in usufructu contra naturalem & civilem. Et sic, non obstat §. *minorem ver. licet*, ubi jure communi illud recipitur, non jure singulari, quia nullo modo est contra civilem rationem. Redeo ad naturæ legem in omnes diffusam ab hoc ipso capite deducitur, ut minoribus in delictis, & ubi dolo versati sunt, beneficium restitutionis denegetur l. *si ex causa §. nunc. ff. de minor.* Sic si per mendacium maiores se dixerint l. 2. C. *si min. se ma.* ubi redditur ea ratio, quia deceptis non decipientibus succurrendum est; si rationis rationem quæramus diligentius ex lege naturæ, cuius ex proprio dolo reus est, ab hoc beneficio excluditur, neque Praetor qui eo edicto, ut plerisque naturalem sequitur æquitatem l. 1. ff. *de mino.* potuit minorem in fraude constitutum audire; is enim lege naturæ condemnatus est, quem jus civile absolvere, aut relevare aliter non posset, nisi in totum à naturæ lege recedat. Eodem modo non tam lex *Ælia Sentia*, quam hæc ipsa naturæ lex rescindit & mai numissiones in fraudem Creditorum factas. Sed cur hæc commemoro? Ut in omnes homines, sic in toto jure civili est ejusmodi lex diffusa, ut totius legitimi juris norma, & regula esse videatur: nam ut rivi à fonte ducuntur, ita à naturæ lege jura omnia derivantur, quinimo si secundum naturæ institutionem homines vixissent, ea sola omnibus sufficienda fuissest. nos enim & colere Deum, Patriæ & Parentibus decet obtemperare. Ab hac denique lege ( ut scribit *Tull. 2. de invent.* ) totius humanæ vi tæ initium videtur esse profectum, & omnia sub hac lege comprehendi ostendit ibi - *Natura II jus est, quod non opinio genuit, sed quedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem; Religio est, quæ superioris cujusdam naturæ, quam divinam vocant, curam, cærimoniamque afferit: Pietas, per quam sanguine conjunctis, pariterque benevolis officium, & diligens tribuitur cultus. Gratia, in qua amicitarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi continetur voluntas. Vindicatio est, per quam jus & injuria, & omnino omne, quod obfuturum est, defendendo, aut ulciscendo propulsatur. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes culta quodam & honore dignantur. Veritas est, per quam immutata ea, 12 quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur.*


*dicuntur.* Hæc si consideremus, intelligemus legem hanc totum hominem, & erga Deum, & erga se ipsum, ac societatem humanam instituere, & nihil omittere, quod eumdem intra justitiae & honestatis tramites omni tempore contineat, & quo vocat ad officium jubendo, & vetando à fraude deterret, jam omnia gradibus suis compleat. Mirum tamen esse videtur, quod Cicero huic legi propagari fas non esse dicit: nam vel frustra positum est jus civile universum, aut eidem addere fas est; ex eo enim maximè constat, quod aliquid addat, vel detrahatur, *l. jus civile ff. de iust.* & *ju.* Sed vel si omnia quasi rivos ad fontem, ad naturæ legem referamus, quod ab ea deriventur, hæc ipsa derivatio species quædam propagationis esse videtur, tūm si unum dictat in ratione bene instituta, aliud in natura collapsa jam propagari videtur. Quid erit dicendum? Id si referatur ad rei definitionem, verè dictum esse videtur: nam justum & injustum, æquum, & iniquum, officium & fraus ex loco, tempore, personis, ac circumstantiis sèpe mutantur: veluti si ponamus occidere aliquem injustum, & iniquum esse: at Bannitos, & Grassatores nullo odio rancore, sed pro bono publico, & justitiae zelo occidere justum est, ita dictante, ac permittente statuto, quod in ejusmodi casu non tantum vallet, sed favorable est. *Bart. Conf. 188. Statuto Castri Plebis in fine. Jas. in l. si idem., n. 4. ff. de jurisd. om. jud. Dec. post Baldum in c. diletti n. 31. extra de excip. idem conf. 65. n. 3. & conf. 326. post. n. 3. & utrobique de communi.* Non tamen propagatur lex, quin sit eadem semper justi præceptio, pravique depulsio: nihil enim est, quod lex ista non comprehendat. Sed etiam *Baldum conf. 83. n. 7. vol. I.* ait naturalem esse rationem, quæ in cunctis rectè respondet, & adducit *l. si me,* & *Titium ff. si cert. pet.* nonne hanc legis hujus perfectionem cognoscere, ac fateri vilius est? Et certè quid mero jure civili responderi potuisset in specie illa *l. si me*, nisi lex ipsa naturæ bonum illud & æquum insinuasset? Tūm Prætor nisi huic legi suisset semper innixus, quomodo ex nimiis juris civilis subtilitatibus potuisset se ipsum evolvere, & educere? Fasit *l. Posthumus ff. de inju. rup. te. l. ei qui ff. de acq. bær. §. sui autem, inst. de bær. qual.* Nullibi enim à juris subtilitate recedit, quum ad naturæ simplicitatem hac ipsa lege dictante conetur accedere: similiter quacumque lege scripta, vel consuetudine deficiente hæc ipsa nunquam deficit. *c. secundum do requiris §. ult. de appell. Aymo. conf. 31. n. 5.* Ad idem pertinet, quod passim circumfertur, sat esse rationem pro lege allegare. *Cle. p. in prin. ubi not. Card. de elest. Bald. d. conf. 38. Aymo. d. conf. 31. & conf. 326 n. 13.*

Quò respexit *Modestinus*, cum dixit naturalem sufficere justitiam in *l. scire oportet.* §. *sufficit ff. de exc. tut. & usurpat Corn. conf. 98. n. 3. vol. 3.* tūm eandem mentem, & animam legis esse receptum est ab omnibus in *l. adigere* §. *quavis ff. de jur. patr. in l. cum ratio ff. de bon. damn.* Quare admodum vereor, ne defendi possit, quod tradit *Bal.* in *l. legen. 2. C. de leg. bær.* ut valeat statutum sine ratione, dum tamen nullius præjudicium contineat. Primum quia totius Civitatis præjudicium contineat ejusmodi statuta condere, quæ rationem non habeant, quia & eludi & reprehendi facile potuerunt, quod cavendum est *c. si civitas, de sent. exc. in 6. l. Salvius Arist. ff. de leg. prejt.* Tum secundò, quod pertinet ad rem nostram, erit statutum sine ratione, quasi corpus sine anima: neque verò, quod dicitur rationem esse animam legis, ad aliam rationem referendum est, quām ad hanc rectam, & nobis insitam, quæ rerum omnium agendarum, tūm maxime legum condendarum est regula, ut idèo sine ratione lex sit, quæ non habeat rationem honesta jubendi, & contraria prohibendi, quia necesse sit rationem illam particularem huic universalis respondere, alioquin rationis nomine erit indigna. Tertio nullius contineat præjudicium, & sine ratione valere, repugnantiam continet, quod unicuique etiam in particulari præjudicium sit ligari statuto ratione carente. Atque ideo sicut admodum difficile est imaginari statutum sine ratione, ita quod tale statutum nullius contineat præjudicium, videtur ferè impossibile. Quartò statutum contra rationem nec *Baldus*, nec quilibet aliis valere affirmabit, quod hoc ipso injustum sit, sed hoc ipso quod est sine ratione, si quis diligenter intueatur, contra rationem est. Tandem statutum hoc non derivatur ex lege Naturæ, quæ recta ratio est, & regula omnis juris consequentis; ergo tale statutum nec regula, nec jus erit, ac idèo si quovis alio modo valeat, in modum legis certè non valebit. Igitur (ut denique concludatur iste sermo) universa juris disciplina non tam a Prætoris edicto, *xii. tabulis*, aut cæteris præscriptis, senatusconsultis, constitutionibus, quām ab hac ipsa lege naturæ, tota ab hac recta ratione videtur hauriri; ex hac una lege cæteri legumlatores assequuntur, quò regant Populos, quò cæteras stabiliant leges, quò in improbos animadvertant, quò bonos tueantur, quò præcepta salutis, gloriæque suis civibus edant, ad decus hortentur, & flagitio revocent, ut consolentur afflictos, ut facta, & consulta sapientum, & fortium virorum cum improbo rum ignominia sempiternis prodant monumentis. Hæc ipsa justi, & injusti distinctio ad illam æternam rerum omnium legem sic referri videtur, ut mentem

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

imentem nostram attollat, cœlum, terram, maria, rerumque omnium naturam perspicere, ea unde generata, quo recurrent, quando, quomodo obitura, quid in iis mortale & caducum, quid divinum, aeternumque sit intueri; ipsumque Deum Opt. Max. ea moderantem & regentem pene apprehendere doceat, ac nos ipsos non tam ut populares alicujus definiti loci, quam etiam ut totius orbis cives instituat, moderetur, ac 23 regat. Et quamvis Athenas, Romam, Senasque non nominet, ubique tamen est eadem & sempiterna vocans ad officium, à fraude deterrens; quam qui recte sentit, & intelligit, is seipsum (quod Apollo præcepit Pythius) optimè noscit: quia quod in se divinum, & immortale est, intelligit, & secundum hanc divini luminis communicationem, naturæque bonitatem, Dei gratia accedente, super astra evehitur. Contra verò, qui seipsum huic non subjicit legi, & ipso non obtemperat, à semetipso recedit ab hac ipsa lege recedens, & se fugit, imò potius ad se ipsum quasi hostis ad hostem affici videtur, atque intestino bello summopere cruciatur, & si pars inferior intumescens exuperat, turpem sui ipsius vitioriam consequitur, & ejecto legitimo Domino tyrannum admittit, & anguem in sanguine proprio nutrit. Nam animi perturbatio-

24 nes, ut apud *Platonem* Atheniensis docet: i, de legi. quasi funes ingenitæ trahunt nos, & invicem retrahunt ad contrarias actiones, ubi virtus & vitium, justum & injustum, fraus & 25 officium discreta versantur. Hac verò lege tanquam regula quadam perpetua, & sensus moderari, & affectibus cunctis normam præscribere datum est, & ita verum libertatis usum in usu jucundissimæ servitutis collocare. Quam igitur piè, quam sanctè *Tullius* de hujusmodi lege sentit? Quis non mirabitur hominem assidue versatum in tenebris, fabulosaque religione edoctum, Idolisque mendacibus excolendis assuetum tam sapienter, tam verè de lege Naturæ, ejusque à Deo derivatione verba fecisse, ejusque pulchritudine ita delectatum, ut præclarum, atque simillimam ejus imaginem, aut potius ejusdem legis caussas, & effectus, non modo animo conceperit, sed verbis etiam expresse-  
26 rit, atque depinxerit? Cum itaque naturæ lex à divina providentia prodierit, quæ tūm perfectissima est, tūm etiam infinita, non potest non esse numeris omnibus absoluta, hominis autem prudentia cum finita, & imperfecta sit, legibus ferendis suspectura non est, si legislator, quantum fieri poterit, eas legi Naturæ non subjecebit, atque conjunxerit.



ALEXAN-

# ALEXANDRI TURAMINI J. U. C.

AD RUBRICAM DE LEGIBUS

## LIBER SECUNDUS.

*Cur sola Naturæ lege, cùm absclutissima sit, homines minimè contenti leges civiles instituerint Cap. I.*

- 1 Rei perfectæ addi non potest.
- 2 Addere legi naturæ, & dicere perfectam repugnat.
- 3 Juris ars naturam imitatur.
- 4 Hominum improbitas legibus condendis dedit occasionem, & numero 40.
- 5 Legis effectus est, homines non solum metu, sed præmiis spe bonos efficere.
- 6 Lex ad hominum malitiam coercendam inducta.
- 7 Interest Civitatis malis eam purgare hominibus, & delicta impunita non esse.
- 8 Omnes tenemur agere, quod justum est.
- 9 Obedientia in patriam, & parentes licet à natura sit, ejus mensura juris civilis est.
- 10 Defensio adversus vim, & injuriam naturaliter est justa.
- 11 Nemo judex in propria causa.
- 12 Aggressus presumitur ad sui facere defensionem.
- 13 Defensio corporis ad verum defensionem an extendatur, legitimò jure definitur.
- 14 Lex causas ingratitudinis filiorum, & legitimam eorundem metitur.
- 15 In mensura justi variatio est.
- 16 Inter naturalia præcepta interdum dissensio est.
- 17 Lex naturæ neminem cum aliena jactura vult fieri locupletem.
- 18 Lex naturæ Populi salus esto.
- 19 Varium jus circa usucaptionem.
- 20 Jus civile in usucapione à canonico coangustum.
- 21 Remedium præscriptionis an sit odiosum.
- 22 Distinctio Accurtii à Gratiano relata, & quo-
- modo ab Autore confirmetur.
- 23 Opinio Misingerii refertur.
- 24 Opinio Gratiani ad impulsivam, non finalē causam refertur.
- 25 Statutum permittens Bannitos odio occidi non valet.
- 26 Opinio Authoris circa usucaptionem.
- 27 Nulla præscriptio ratione finis odiosa, nisi deficit in circumstantiis.
- 28 Usucapio publico bono, & æquitate nititur.
- 29 Ex communi utilitate jus naturæ cum civili conciliatur.
- 30 Præscriptionem rejicere viam litibus aperit.
- 31 In usucapione bonum publicum spectatur, post privatum.
- 32 Ob opportunitatem loci, vel temporis plura introducuntur, licet ratio naturæ ubique justa imperet.
- 33 Domini utilis ficta species Senis inducta.
- 34 Opportunitas à quibus sumatur circumstantiis.
- 35 Legum mutationes, abrogationes, repugnantiae unde oriuntur.
- 36 Una est officina boni & equi.
- 37 Quoddam malum est quia malum, quoddam quia prohibitum.
- 38 Leges humanae tanquam regulæ hominibus constituuntur.
- 39 Legibus scriptis humanae consulitur fragilitati.
- 40 Jus honorarium uti juris civilis viva vox, ita naturalis jus positivum est expressio.
- 41 Cur lex dicatur Prudentum virorum consultum



Uamquam satis ex præcedentibus constare videatur legem solam naturalem esse verè legem, mihi tamen hoc in libro de lege civili tractaturo in ipso vestibulo res ipsa dubitationem affert, ac suspicari cogit, ne ex toto firma, solidaque sint, quæ de lege naturali, ejusque perfectione tradita sunt; neque enim fieri potest, quin sepe prima fronte objiciant populorum instituta, vel tanquam supervacanea, vel naturæ legi aliquid addentia.

2 Quod si rei perfectæ addi non potest l. 4. cod. de

donat. quæ sub mo. addere legi naturali, & asseverare eam undequaque perfectam, non modicam videotur repugnantiam continere. Quod si natura nihil frustra esse patitur, ut per Aristotelem l. de cœlo text.

32. & alibi saepè hæc nostra juris ars, quæ naturam imitatur §. minorem inst. de adopt. frustra juris civilis esset ars, si jus ipsum civile frustra positum esset; Aut si frustra non est positum, accusabimus fortè naturam ipsam, quæ cùm cæteris omnibus vel minimis etiam in rebus deficere nulla ex parte soleat, hac ipsa in re defecerit, quæ cæteris potior esset? Atqui difficultatem

tem hanc doctissimè quidem , & ornatissimè explicat *Albertus de lege, jure, & equi. c. 7.* Tres autem rationes adducit, quibus ostendit fuisse amplius leges civiles instituendas ; eorum præcipua tertia mihi videtur, ut cum irrepserit regnandi libido , ac depravati ob id fuerint hominum mores, furta, cædes, rapinae & his similia [ frustra reclamante lege naturæ ] 4 committi cœperunt , ipsa hominum improbitas legum condendarum occasionem præbuisse , aut potius necessitatem attulisse videtur , idque nobis *Isidorus 4. dist. c. 1.* aperte testatum relinquit his verbis *= Factæ sunt autem leges, ut earum metu humana coercetur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & no-* 5 *cendi facultas.* Eaque ratione vel maximè præcipuuus legum humanarum effectus est homines non solum metu pœnarum , sed etiam præ- 6 miorum exhortatione bonos efficere *l. 1. ff. de just. & jur.* quod ad eorumdem improbitatem , 7 & malitiam corripiendam , & coercendam introductæ sint . Igitur quantum interest & malis hominibus purgare civitates *l. congruit ff. de off. præf.* & ne delicta remaneant impunita *l. ita vulneratus ff. qd l. Aqui.* Tantum humanas leges condere videtur fuisse salutare . Quare queri potest, si vel populus aliquis secundum legem naturalem prorsus viveret , & nulla in parte ab illa simplicitate , rectaque ratione recederet, an legitimum jus necessarium foret . Quod, si superior ratio legum introducendarum sola fuisset , aliquam haberet dubitationem , sed ex sequentibus rationibus aper- 8 tè definitur : secunda enim ratio fuisse videatur, quod licet omnes teneremur agere, quod naturaliter justum esset , & ipsum justum naturale esset apud omnes idem , & à se ipso non differret , tamen , ut *Aristoteles 5. Ethi. c. 7.* docet, sicut granum & vinum mensuras quasdam habent , quæ non sunt apud omnes eædem , & sæpe vini & frumenti majores sunt ubi emitur, minores ubi venditur , vel è contra , ita & in legibus accidit . Ut Patriæ , ut Parentibus pareamus est à lege naturæ *l. veluti ff. de just. & jur.* at quounque hoc præcepto Patri teneamur, non satis à natura est definitum , sed ex Juris civilis dignoscitur mensura, quæ varia sæpe fuit ; aliquando jus vitæ, necisque tribuit . *l. in suis ff. de lib. 10 & postb.* nunc verò jus vendendi certo in calamitatis casu . *l. 2. Cod. de Patr. quib. lib. distr.* Adversus vim , & injuriam se defendere naturaliter est justum . *l. ut vim ff. de just. & jur.* Quis autem diffiniet an quod aliquid fecerit, sic totum ad defensionem fecerit , ut moderamen- 11 iculpatæ tutelæ non excederit ? an ipse in propria causa judex erit ? neque fas esse videtur

*t. 1. ff. quo leg. & C. ne quis in sua ca. jud.* an adversarius ? & eadem repellitur ratione . Terius forte ? sed cum iste etiam oderit, vel amet , tum voluptas & dolor ipsius judicia obumbret , ut ait *Aristoteles 1. Retb. c. 1.* debuit solum ab optimo legislatore id ipsum quantum potuit certa 12 lege definiri : veluti si sit aggressus non aggressor prælumet ipsum ad defensionem fecisse . *l. 2. ub. not. Bal. c. ad. l. Corn. de sic.* maximè si aggressor cum armis fuerit aggressus *Alex. conf. 76. nu. 4. & conf. 109. nu. 2. vol. 1.* & videtur diffinire . *l. sed & si quicumque ubi not. Bar. ff. ad l. aq.* considerandum est etiam si potuit fugere , si tenetebatur justa notata *in d. l. ut vim.* Quamquam receptius est , ut non aufugie etiam si posset , culpæ non adscriberetur . *Jas. in d. l. ut vim. nu. 38. Alex. d. conf. 109. nu. 4. Corn. conf. 162. nu. 7. vol. 1.* 13 *Car. in §. Homicidium vero, atque aded:* Tum verò quod licet pro defensione corporis, an lice- re deberet pro defensione rerum nostrarum, sola civili debuit lege diffiniri *l. 1. Cod. und. vi.* At 14 quæ potest rerum prædictarum mensura constitui nulla civili lege lata ? Esto etiam legitimam filiorum esse à lege naturæ , quis tamen debuit ipsius constituere quantitatem ? & cum vel ipsa naturalis quoque ratio filium ingratum à legitima repellat , an pater pro arbitrio suo causas ingratitudinis existimare debuit , an lex 15 ipsa metiri ? Summa igitur variatio est in ista justi mensura , licet justum ipsum ceu triticum , quoquomodo metiaris , semper idem esse concedamus . Tertia Alberti ratio ea est, quod quædam inter ipsa naturalia præcepta diffensio interdum appareat , ut in deposito restituendo *Triphoninus exponit in l. bona fides ff. depo.* sed 16 in usucapione conspicua magis diffensio est : Lex naturæ postulat neminem fieri locupletem cum aliena jactura *l. nam hoc natura. ff. de cond. ind.* quæ regula semper obligat bonæ fidei posseorem domino petente ad restituendum ; ob id tamen evenit , ut dominia plerumque essent 17 in incerto , ut non esset aliquis litium finis . Lex etiam naturæ illa est , Salus Populi suprema lex esto : Quis duobus iis capitibus addu- 18 etis statuere debet in hac re quod potius es- set ? & ubi receperis bonum publicum privato anterendum , quomodo aliquem dominium 19 rei suæ amittere introduces ? quanti temporis negligentia ? In hac ipsa plurimum variatum est apud ipsos legumlatores : primùm enim anno ubique uno res mobilis , biennio in solo Itali- co duntaxat usucapi cœpit *Inst. de usuc. in prin. mox usus docuit dominos citius quam justum esset , dominia rerum suarum amittere , ipsumque usucaptionis beneficium non nisi quadam cum iniqui*

iniquitate ad solum Italicum restringi, ac utrumque ab ipso Justiniano est emendatum l. i. c. de usuc. transf. Quia vero nihil est, quod tam facile ad injustitiam declinare valeat, quam præscriptionis remedium, variis modis primum à Jure civili, postea à Jure Canonum coangustum est: A Jure civili, ut si res affecta vitio reali furti vel rapinæ possideatur, §. furtiva inst. de usuc. si res ipsa usucapi non queat, quia non sit in commercio, ut res sacra vel religiosa, §. sed aliquando inst. eod. si ab initio malam habuerit fidem possessor Inst. de usuc in princ. l. si ex aliena. ff. eod. l. z. c. de præscr. lon. tempor. si ex falsa causa possideat. l. Celsus ff. eod. sed quod à Jure civili contra naturalem rationem inducebatur, ne mala fides superveniens noceret usucaptioni semel inceptæ, à jure Canonum justissimè emendatum est, ut superiori libro exposui, 21 ut in c. possessor de reg. jur. in 6. in c. vigilanti. de præscr. Hinc diffiniri potest, quod à nostris aliquando tractatum est, an odiosum existimandum sit præscriptionis remedium; & Gratianus in c. placuit. §. præscriptionum 16. q. 3. Glossatorum distinctionem videtur sequutus quod præscriptiones quædam introductæ sint favore possidentis, quædam odio non potentis tantum, quædam vtriusque caussam, ac ita favorem & odium contineant: Quod mihi videtur verissimum, & confirmari ex. l. ult. c. de ann. excep. & ita planè sentit gl. in l. ult. ver ex astroque c. de edict. D. Hadri. tol. ubi sequitur Bart. in prin. Saly. n. 24. jas. nu. 1. tūm gl. 23 in ver. per triennium inst. de usuc. At ibi Mysing. in rub. nu. 15. censet omnem præscriptionem ratione finis favorablem esse, quod omnis in bonum publicum dirigatur, ut sit aliquis litium finis, & naturalis quidem ratio eodem argumento, quo bella, lites abhorret & qua parte præscriptio consentit cum naturali ratione, & 24 publicam continet utilitatem, odiosa existimanda non est: Quod itaque Gratianus ait, ad causam impullivam pertinet, non finalem, nam qua ratione non valeret statutum principaliter odii caussa, non publicæ salutis gratia introductum, si permetteret Bannitos occidi, ut per Fely. in c. que in ecclesiistarum nu. 12. de constitut. ita in odium principaliter inducta præscriptio 26 non valeret: jus enim utilitate consistit. l. jus pluribus. ff. de just. & jur. ideoquæ constantissimè tenet, si non inde publica quies consurgeret, quod lites refescarentur, non tantum posse negligenter, 27 tiam non potentis, ut à jure suo eum cadere legislatores vellent. Nulla ergo præscriptio, si tamen legitimè processerit, odiosa est, si eam spectes. At si deficiat in circumstantiis, tūm vero in bona fide, quæ omnium præcipua est, etiam de rigore

juris rejici poterit Alc. in rub. extr. de præscr. Meno-de arb. Jud q. 49. n. 10. Non ergo indistinctè accipiendum est, quod paucum circumfertur, præscriptionem odiosum & iniquum esse præsidium; 28 cum enim undique circumstantiis legitimis vallatum est, totum in publico bono ac ideo in æquitate fundatur l. i. ff. de usuc. at cum aliqua ex parte vacillat, non est adjuvandum, ut sustineatur. Interpretatione itaque non est adjuvandum quo cadens relevetur, nam ab ea parte solum cadere potest, à qua non defenditur per æquitatem: at ubi rectum per se constat, adjuvantum est etiam ne intercidat. Qua in re, ut juris naturalis diffusionem conciliemus, com- 30 munem respiciamus utilitatem juxta Castr. in l. justo. ff. de usucap. cum enim rejicere præscriptionem viam litibus aperiat, ab intentione juris deviandum non est, sed publica utilitas cum privatorum damno compensanda; tandem reiici poterit, quandiu rejecta faciliorum litibus non 31 præbeat aditum; ut quia multi illo exemplo beneficium ammitterent præscriptionis. Semper igitur in hac re primum publicæ utilitatis, post vero privati commodi ratio videtur habenda. Sed hæc omnia, ut ad institutum redeamus, mensuræ optimæ legumlatoris subjicienda sunt. Quarta nec negligenda quidem ratio præter Albertum ab oppor- 32 tunitate sumi potest: quædam enim sunt, quæ non sunt usui futura apud omnes, sed quibusdam locis opportuna cuiusmodi lex Rhodia de Jactu, leges de nautico foenore: nam ipsa naturalis ratio, etiam si ubique justa imperet, ab 33 injustis avocet, quædam tamen ob opportunitatem introducit Romæ, quædam Athenis. Adebat Senis quædam utilis dominii conficta species, quæ vix habet in toto pene jure, cui comparetur, nec alibi practicatur jus hoc utilis dominii, licet simile credatur emphyteusi, quod minorem cum eo contractu, quam cum cæteris dissimilitudinem retineat; ideoque rectè Innoc. in c. ad rem de consang. & affin. rescriptit: Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim, cum urgens necessitas vel utilitas id expofit, quoniam ipse Deus ex iis, que in ve- 34 teri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Sumitur namque opportunitatis ratio ex cali, aerisque temperamento, ex situ, ex moribus, ex tempore. At quis esse potest qui has expendere circumstantias queat? & iisdem accomodatas ferre leges nisi optimus, prudensque legislator? Hinc tam multæ, & frequentes legum abrogationes, derogationes, & earumdem inter se plures repugnantæ & diffensiones; quod non alia accedit ratione, quam quia 36 idem non sit ubique & omni tempore opportunum. Una vero est officina boni & æqui, quae habita

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

habita ratione loci, temporis, causarum, personarum sancit, mutat, innovat, derogat, abrogat, tamque juris materiam tractat, & applicat. Quinta accedit ratio, cum quædam 37 prohiberi par esset, ut lex mala prohibita indiceret; cum enim quoddam sit malum, quia malum, quoddam, quia prohibitum ut malum, lex prohibens indicat malum, quia prohibitum, juxta illud Pauli ad Roma. c. 5. ep. 1. Peccatum quaten non imputabatur, cum lex non esset, & c. 7. sed peccatum non cognovi nisi per legem, nam concupiscentiam nesciabam, nisi lex diceret non concupisces. Meminit autem de concupiscentia, tamquam de generali, unde cetera mala oriantur, ideoque recte infertur in c. nam ad concupiscentiam de constit. bonam esse legem, quæ omnia mala prohibeat. Tandem cum ad errandum faciles simus, & obliqua saepeducatur via, internaque legis virtus sensuum superetur illecebris, & infirma reddatur, cum quid in nonnullis faciendum, aut quid fugient. 38 dum foret, ignoramus, leges humanæ constitutæ fuerint tanquam omnibus expositæ regulæ, quæ omnes etiam recta via ducere possent. Hinc David psal. 9. Constitue ( inquit ) Domine legislatorem super eos, ut sciant Gentes 39 quoniam homines sunt : sic eterim legibus 40 scriptis humanæ fragilitati fuit consulendum. Ex iis itaque compertum esse potest, non legis naturalis, sed nostram imperfectionem legibus humanis causam dedisse; sic aliquando Calphurnia improbissima scemina inverecundè postulans, & Magistratum inquietans causam edicto dedit, ne scemina pro aliis postularent. l. i. 41 §. origo. ff. de postul. Est lex naturæ perfectissima, sed sicut jus honorarium juris civilis viva vox existimatur. Leg. nam. & ipsum. ff. de just. & jur. sic jus omnè positivum juris naturalis quædam est promulgatio, & expressio, ejus, quod ratio naturalis exposcit, quæ quoniam ( ut ait 42 Tullius ) perfecta est in mente sapientis, ideo lex debet esse prudentum virorum consultum l. i. hoc tit. non autem arbitrio cuiusque ferri. Viri autem prudentes omnia pro recta ratione, ac ideo ex naturæ lege leges decernunt. Quare ex hoc vel maxime ostenditur eam absolutissimam esse, quod ceteræ ab ea omnes proficiuntur.

Qua ratione jus omne naturale, & profituum dici possit jus civile, tūm quid sit lex civilis secundum hanc significationem diligenter inquiritur.

## Cap. II.

1. Divisio Ulpiani reprobatur.
2. Jus naturale quid sit.
3. Dividitur jus ex sententia Pauli.
4. Quod Aristoteles legitimum, Paulus civile jus vocat.
5. Declaratur Aristoteles lib. 7. c. 5. Ethic.
6. Idem præstat latinis civile, quod Gracis politicum jus.
7. Declaratur l. omnes ff. de just. & jur.
8. Ulpiani definitio ad jus civile referatur, & declaratur.
9. Papiniani definitio affertur, & examinatur.
10. Demosthenis definitio ad legem affertur.
11. Ficini definitio ad legem oratoria est.
12. Francisci Piccolomini definitio recensetur, & declaratur.
13. Inordinatorum nulla dispositio.
14. Natura quid sit ex Aristotele.
15. Lex in omnibus ordinem statuit.
16. Judicia, testamenta, alioque juris species suum ordinem servandum habent, quo omisso nullius fuit effectus.
17. In iis, que ad formam, & ordinem Juris pertinent, nec actas, nec rusticatas attenduntur.
18. Ordo in quibus non servetur, narratur.
19. Ordo necessarius, & instructionis ex Baldo.
20. Ordinis quo species ultum videt, & quo servetur.
21. Statusum omnes removens exceptiones, eam, que ex defectu citationis provenit, removere non intelligitur.
22. Citatio ad ordinem necessarius, non instructionis referatur.
23. Nihil ordine vacat, ut in optimum finem dirigatur.
24. Ordo gubernandi rationem includit.
25. Jurisprudentia finis est optima Republica gubernatio.
26. Omnes leges uti legis, ita ordinis nomen usurpant.
27. Ratio gubernandi multiplex, tam civiles gubernationes quot sint ex Platone.
28. Popularis gubernatio duplex.
29. Lex optimam gubernandi rationem includens non refertur solum ad gubernationem à Platone relatam.
30. Lex ex Aristotele est mens sine appetitu.
31. Platonis Epistola ad Perdicam recensetur.
32. Lex à prudentia prodiens à prudentibus, non à jurisperitis ferri debet.
33. Prudentia refertur ad legislatorem, peritia ad ejus

- eius interpretationem.
34. Periti privatis dant consilium, Prudentes Reipublicae universae.
35. Prudentiam quomodo Author accipiat.
36. Cur Aristoteles specialiter de prudentia non trattaverit.
37. Prudentia rerum agendarum regula, humanae vita lex.
38. Lex à prudentia prodiens per media congruentia in optimum dirigit finem.
39. Jus omne hominum causa constitutum est.
40. Finis legis ex Tullio.
41. Servi, cùm civiliter mortui dicantur, an existimantur à proprio legis subiecto queritur.
42. Non eximi Author ostendit.
43. Princeps an legi subiectus sit, ac ab ea dirigatur, queritur.
44. Dirigi cum ostendit Author.
45. Varia legis instrumenta ex negotiorum varietate innumera.
46. Lex omnis in distributione versans, vel commutatione semper medio utitur congruo.
47. Omne agens agit propter finem.
48. Finis legis in rebus agilibus est publicum bonum.
49. Pœna utitur lex, ut à malo malos avertat, præmio, ut bonos ad bonum inflammet.
50. Optima gubernandi ratio, que conventiones tueruntur, Magistratus decernit, qui jus reddant.
51. Gubernandi ratio publicum & privatum spectat.

**E**X iis, quæ hactenus explicata sunt, satis compertum esse videtur, Ulpiani sententia de jure naturali reprobata, etiam tripartitam illam juris divisionem, quam idem affert, corrue-re, etiam si eam sequitur Justinianus, ut aliud naturale sit, aliud gentium, aliud civile, & si retineamus non aliud esse jus naturale, quam illam divini luminis communicationem, que solis competit hominibus, constituendum erit etiam non aliam magis commodam juris divisionem fieri posse quam ex sententia Pauli in l. jus pluribus ff. de just. & jur. & Arist. 5. Etbi. c. 7. ut jus omne sit aut naturale, aut legitimum. Tantum vero Aristoteli præstat legitimum, quantum Paulo civile, & plerisque positivum. Quintiliaus etiam re nobiscum convenit, licet nomine videatur differre: is lib. 7. c. 5. ait: *Justum omne continetur natura, vel constitutione.* Constitutionem vero ponit in lege, more, iudicato, pacto. Sed quia Aristoteles dicto loco ait: *Civile autem jus aliud naturale est, aliud legitimum,* refragari videtur quatenus dicimus civile idem esse quod legitimum, quoniam ille, ut genus à specie, videtur distinguere. Quomodo ergo dicimus, Paulum & Aristotalem idem sentire, si jus civile alter ut genus, alter ut speciem usurpat? Sed ut opinor ci-

vile jus Aristoteles politicum appellat, quod tam naturale, quam civile comprehendit; nam politicum & civile idem præstant, quod ex Cicerone lib. 3. de Nat. Deo. constat dum ait: *Cum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum, quasi civile, ac populi re, quod Greci politicon vocant.* Tantum itaque præstat Latinis civile, quantum Græcis politicum. Quare jus politicum ex naturali, & legitimo æquè constat, ac ea omnia complectitur, quæ in civitate servantur, sive hominibus natura insita sint, sive ab omnibus ferè gentibus, sive à solis ejus civitatis civibus constituta: Ita ut jus civile Aristotelis illud sit, quod ab Ulpiano in l. 1. §. bujus studii ff. de just. & jur. & à Justiniano Inst. eod. §. vlt. dividitur in publicum, & privatum intelligentes illud esse privatum, quod constat ex præceptis naturalibus gentium, & civilibus. Ita Caius in l. omnes populi ff. de just. & jur. dicens: *Omnis populi qui legibus, & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communis omnium hominum jure utuntur.* *Jus hoc politicum complexus esse videtur,* quod ex proprio, & communi jure resultat, ac ita prouersus de lege sentiendum est. Non igitur de definitione legis ita tractandum est, ut legem civile à naturali distinctam diffiniamus, sed ut legem politicam, quæ utramque comprehendit, explicemus; quia haec nobis ad eam dignoscendam magis poterit inservire; quam è contra: & prima quidem fronte ad hanc varie pertinere videntur diffinitiones. Primum itaque Ulp. in l. jus civile ff. de just. & jur. jus hoc politicum diffinisse ita videtur: *Jus civile est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei servit.* Politicum enim jus ipsum videtur ita se habere, cùm constat ex naturali, & legitimo jure. Sed verius est Ulpianum diffinire jus civile à naturali, & gentium jure distinctum juxta propositam à se ipso divisionem, qua ratione non potest jus civile idem esse, quod politicum; hoc enim utrumque jus comprehendit, & ex utroque constat, illud ab altero distinguitur. Secundo Papinianus in l. 1. hoc sit. ita definit: *Lex est communis præceptum, virorum prudentium consilium, delictorum, quæ sponte, vel ignorantia contrabuntur, coercitio, communis Reipublice sponsio.* Sed, ut ipse opinor, etiam Papinianus diffinit legem civilem à naturali distinctam, cum verba illa legi civiliter rogatae convenire queant, non autem naturaliter insitæ, cùm tamen politica constet ex utraque. Demosthenis autem, & Cbryssippi diffinitiones à Martiano relate l. 2. oratorie nimis sunt. Quare, cùm legis hujus diffinitionem non sine vi-tio omiserit Tribonianus, ad alios recurrentum est

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

est præter ipsos Jurisconsultos . Tertiò igitur loco *Marsilius Ficinus* in argumento in *Minoem* ex mente *Platonis* ita definit . *Lex est vera gubernandi ratio, que ad finem optimum per commoda media gubernata dirigit transgredienti pœnam, obedienti præmium statuens* . Hic le-  
 12 gem politicam videtur diffinire , quam nec improbare quidem audeo ; Sed quia *Franciscus Piccolomineus Gradu. x. c. 23. de moribus*, vir qui-  
 dem familiæ nobilitate , sed longè magis pro-  
 priæ virtutis gloria illuſtris paullo ab hac *Fici- ni* distantem , pleniorē tamen , ac per omne  
 genus cauſæ absolutam attulit diffinitionem , ego  
 qui tanti viri eruditionem , ac sapientiam ad-  
 mirari solitus sum , ipsius diffinitionem quam  
 sequor , referre simul , ac explicare proposui . Ille  
 ita diffinit : *lex est ordo rectam gubernandi ra- zionem includens, à prudentia prodiens, subiecta legi, per congruentia media in finem optimum di- rigens, pœnam transgredientibus, obtemperanti- bus præmium decernens* . Ordinem esse inde fit  
 apertum , quod ab uno ducitur principio , ac in  
 unum tendit finem . Ab uno principio , ea de-  
 rivatione , quam libro primo exposui , ut ex or-  
 dine divinæ mentis lex æternæ providentiaz , in-  
 de naturæ lex , ab ea vero lex ista civilis de-  
 rivatur , quæ nisi huic ordini consentiret , sed  
 reclamaret ab eo , neque lex esset . Rectè ideo  
 dixit *Justinianus C. de vet. jur. encl. const. I. in prin. legem eam esse, que res humanas, & divinas benè disponit* ; eadem ex sententia *Ne- rati* in l. 2. inf. eod. regula est iustorum &  
 13. injutorum , atque inordinatorum nulla disposi-  
 tio , regula item nulla . Sed vel ex eo maxi-  
 mè dignoscitur , quod lex naturam imitatur ,  
 14. §. minorem inst. de adopt. at ipsam naturam *Aristoteles 8. Physic.* dixit esse cauſam ordinis , &  
 nihil inordinatum esse eorum , quæ natura , vel se-  
 cundum naturam fiunt : *Plato* formam scientia-  
 rum & artium ; *Anaxagoras* munus divinæ mentis  
 ordinem esse dicebat , & universi forma nihil ma-  
 gis quam ordo esse creditur , ut refert præfatus  
*Piccolomineus in Introd. c. 14. & 16.* Deinde cùm  
 de ratione ordinis sit , ut cadat inter duo , quo-  
 rum alterum prius , alterum verò posterius ha-  
 beatur , jam hæc ipsa lex tanquam ordo qui-  
 15. dam à prudentia prodit , & in finem optimum  
 dirigit . Hinc est , ut lex in omnibus ordi-  
 nem statuat , quia velut ordo nihil inordinatum  
 16. sancire queat . Hac igitur ratione jubet omnia  
 esse ordinata . Ita fit , ut judicia suum habeant  
 ordinem , qui servandus sit *clem. 2. & ibi not.*  
*Card. de jud.* eoque non servato sententia au-  
 thoritatem rei judicatæ obtinere nequit . *I. pro- latam C. de sent.* sic instrumentum nullum esse  
 decernitur , quod fit contra formam & ordinem re-  
 scripti c. cum dilecta. in fin. de descr. Testamentis

etiam suus ordo præscriptus est *Inst. de test. ord. in princ. eoque omisso nulla sunt ipso jure l. si unus. C. eod. l. 3. ff. eod.* Conspicuum est etiam in tutelis , in usufructu , in acquisitio-  
 nibus omnibus , ut certis modis introducan-  
 tur , certis etiam finiantur *Inst. de tut. & quib. ma. tut. fin.* Huc maximè pertinet . *l. nibil tam naturale ff. de reg. jur..* In iis autem & similibus juris ordo adeo enixè præscribitur , ut eleganter dicat *Baldus in l. juris ignorantia nu- 6. c. qui adm. rusticos argumento imperitiaz ab ejus inobservantia non excusari* , ubi generaliter  
 17 inquit in iis , quæ pertinent ad formam , & ordinem juris nec sexum , nec rusticitatem , nec etiam ætatem attendi . Ad idem facit . §. pu-  
 pillis , & ibi gl. auth. de hær. & fal. Verum  
 18 his quæ amplura ex jure nostro obiici posse vi-  
 dentur , in quibus omittitur , ac negligitur or-  
 do . Primum itaque in cauſis fiscalibus non  
 servatur ordo cum creditum fisci liquidum est ,  
 sed executivè proceditur *Bal. in l. 2. nu. 2. C. quand. fisc. vel pri. tūm in probatione famæ , & præparatoriis judiciorum ordine omisso sum- matim procedi scripsit Card. in Clem. 1. n. 21. de off. jud. ord. ita in notoriis non est ordo  
 servandus *Fely. in c. licet Heli. ver. tertio not. de simon.* & generaliter scripsit idem *Card. in Clem. 2. in prin. de jud.* nimiam ordinis obser-  
 vantiam lites parere , quarum finem leges summopere  
 desiderant : *l. 1. ff. de usuc. l. 1. ff. de re judi.* Sed hæc  
 19 vel similia diluuntur distinguendo inter ordi-  
 nem necessitatis , & ordinem instructionis , ut  
 20 distinguit *Baldus ex sententia Oldradi in l. si duos ff. de exc. tut.* , & prioris tam omisso  
 quædam præposteriori vitiant actum , ut *Old.* , &  
*Bal.* probant , & sequitur *Rom. conf. 402. n. 2*  
 quorum sententiam nec ipse reprobo , sed for-  
 san ad rem nostram commodiūs , ac etiam ve-  
 riūs poterimus diffinire ordinem absolute nun-  
 quam remitti , sed ordinem particularem ; Nec  
 verò par est in cauſis summariis , & executi-  
 vis eundem servari ordinem , qui in ordinariis  
 servaretur . Nunquam absolute omittitur ordo ,  
 aut quid inordinatum esse permittendum est ,  
 sed commutatur , quia non omnia commode  
 uno particulari ordine regerentur , uti nec ulla  
 etiam consisterent sine ordine : Hinc est aliam  
 esse testamentorum , aliam codicillorum ordina-  
 tionem *l. si idem. C. de cod. l. non codicillum.*  
*C. de testa.* nullum tamen eorum inordinatum  
 est ; sic alius servatur ordo in præparatoriis ju-  
 diciorum , alius in judiciis ipsis , alius in cauſis  
 fiscalibus , alius in cauſis privatorum ; nihil ta-  
 men sine ordine prorsus esse debet . Ex quo  
 inferri potest quantumcumque executivè proce-  
 datur in cauſis fiscalibus , semper tamen partem  
 esse citandam , ac ea citata quantum velis sum-  
 matim*

matim de jure fisci cognoscendum, non tamen debet in exigendis creditis fisci sive ex contratu, sive ex delicto initium sumi à captura, quia ita ordo necessitatis omittitur, & nescio an magis iniquè, quāma nulliter procedatur: sic enim videtur denegari defensio, quod fieri nequit, ut *not. in clement. pastoralis.* §. ceterum de 21 *cav. poss. & prop. c. Deus omnipotens 2. q. 1.* & idē receptum est statutum, quod omnes removet exceptiones, nunquam intelligi removere exceptionem provenientem ex defectu citationis *Cald. cons. 8. tit. de re jud. in fin. refert & sequitur Fely. in c. ex parte il. 2. nu. 10. de off. del.* quia iste defectus nec à Principe, nec à Statuto suppleri potest, ut post plures con- 22 cludit *Vant. tit. de nullit. ex def. cit. nu. 8.* & secundūm *Oldradi distinctionem* citatio ad ordinem necessitatis, non instructionis est referenda; sed benè poterit decernere Princeps unam solam sufficere citationem cum comminatione capturæ, quod eo non decernente alium non poterunt ordinem servare judices in causis fiscalibus, 23 quām in ceteris executivis. Nihil ergo (ut ad institutum revertar) esse debet, quod prorsus ordine vacet, quia neque lex esset, ordinis verò est universa colligare; nulla autem lex est, nulla constitutio, quā in suum directa finem non sit, & quatenus omnes juris nostri partes vel in id u- 24 num conspirant secundum hanc diffinitionem, ut in optimum finem dirigant, ordine pollent. Includit autem hic ordo optimam gubernandi rationem, quo argumento *Justinianus* juvenes hortatur in §. ult. *Inst. in prem.* ut summa ope, & alacri studio ejus leges accipiant, ut eosdem spes pulcherrima soveat toto legitimo 25 opere perfecto posse etiam Reipublicam in partibus iisdem credendis gubernari. Verus enim totius juris prudentiæ finis, ac scopus est optima Reipublicæ gubernatio, & ut in ceteris ita se habet, ut lex agricolarum optimam agri colendi rationem, lex militaris similem 26 militandi rationem, lex venationis, aucupij, piscationis, leges denique omnes ut legis, ita ordinis nomen usurpat, ejusque rei gerendæ rationem includunt, cuius leges existimantur; sic lex civilis in universum circa gubernandi rationem, & in administratione rerum, quatenus ad civitatem pertinent, velut in proprio subje- 27 cto versatur. Ratio autem gubernandi multiplex est, licet, ut *Plato. 3. de leg. censuit*, ex duplice capite omnis proficiscatur, quorum alterum respicit principatum, alterum libertatem tuetur, & hinc reliquæ formæ omnes etiā variaz promanant. Idem *Plato* in eo dialogo, quem *de Regno* inscripsit, tres asseruit civiles esse gubernationes, unius, paucorum, & multorum, singulas verò in duas, ita divisit. Unius gubernationem in Regnum, &

Tyrannidem distribuit; paucorum autem dominationem in unam quā laudanda est, videlicet Optimatum, & alteram, quā damnanda, nem- 28 pè in paucorum potentiam. Item & populari gubernationem duplē dixit, eorum qui leges servant, item eorum qui legibus minimè parent: Conficit ex tribus prioribus septimam quandam, quam ab aliis gubernationibus quasi rem divinam ab humanis secernere licet: assu- mit enim cujusque quod optimum est, quod ve- 29 rō rude & imperfectum est, derelinquit. An ergo lex, quā optimam gubernandi rationem in- cludit, ad hanc, quam *Plato* ex ceteris confi- cit, duntaxat pertinebit? minimè quidem, sed omni gubernationi praeerit, quā sui transgressione damnanda non sit, & in unaquaque specie de- lit, quod est optimum non per se quidem, sed tanquam ipsi gubernationi respondens. Si de unius regimine tractat, eum regem non tyran- num constituit; si de paucorum, eos optimates desiderat, & virtute non vi utentes. Idem in gradu postremo. Avertit igitur ne in speciem oppositam labamur, quā vituperanda est, & contendit nos in 30 ea, quā laudanda est, quasi quadrata base con- sistere. Quò pertinet quod ait *Aristoteles 3. polit. c. 12.* legem esse mentem sine appetitu, & idē optima semper est ratio ipsius, quia sensuum 31 illecebris depravari non potest. Extat inter ejusdem *Platonis epistolas* quādam *Dionis ad Perdicam*, qua narratur civilium gubernatio- num quādam voces esse velut animalium quo- rundam: Nam ille inquit *aliam popularis, aliam paucorum, aliam unius gubernatio vocem emittit; has intelligere multi profitentur, sed longè absunt ab intelligendo præter admodum paucos; que igitur gubernatio propriam vocem erga Deos, & erga homines emittit, consentaneaque voci actiones reddit, ea viret semper, atque ser- 32 tur, quodsi vocem alterius imitatur, interitum recipit.* Cūm autem lex nostra, quam diffinimus, à prudentia prodeat, non tantum consequitur paucorum esse leges condere, sed etiam pru- dentes juris a jurisperitis non modicum differre; & 33 quidem permulti juri speriti sunt, prudentes verò pauci: nam prudentia refertur ad ipsam legum 34 rationem, peritia verò ad legumlatorum inter- pretationem. Periti etiam solent privatis consilium reddere *I. si quando. §. 1. ibi = Annio con- silium omnes Jurisperiti dederunt. ff. si ser. vend.* Prudentes verò Reipublicæ universæ; quo no- mine *Papinianus in l. 1. hoc tit. diffinit legem esse* 35 Prudentum virorum consultum; neque verò prudentiam accipere debemus à justitia, fortitudine, & temperantia separatam, sed per omnes 36 virtutes morales æquè diffusam: Qua ratione *Aristoteles in Ethi. ei speciale tractatum non edidit, sed veluti circumfusam in omnes virtu- tes*

virtutes lib. 6. c. 5. diffinit esse habitum cum  
 ratione vera ad agendum ea dirigens , quæ  
 homini bona sunt ; & quidem prudentia recta  
 ratio, rerum agendarum regula , humanæ vitæ  
 lex , quam qui servat , vitam fœlicem dicit ,  
 via regia ad honestum ducens , auriga facultat-  
 tum animæ nostræ mortalem hanc vitam ducen-  
 tum, magistra docens ex omnibus eligere bonum,  
 acies mentis dicta est , quæ finem spectans re-  
 Etè dirigat ordinata ad illum , alijque laudi-  
 bus decorata , quas cumulat *Piccolomineus* Grad.  
 38 5. c. 29. Nil mirum ergo si lex nostra à pru-  
 dentia prodiens sibi subiecta ( ut diffinitio se-  
 quitur ) per congruentia media in optimum  
 39 finem dirigat , & quidem si subiecta legi ex-  
 plicare velim , cùm personarum cauſa jus om-  
 ne constitutum sit l. 2. ff. da stat. hom. §. vlt.  
 inst. de jur. nat. gent. & civi. constat homines  
 ipsos legi subiectos esse , quos dirigat , res ve-  
 40 rò & actiones non per se , sed hominum cauſa ,  
 quod vel ex eo apertè probatur , quia  
*Tullius* lib. 2. de legi. finem legum esse ostendit  
 ad civium salutem , & civitatum incolumita-  
 tem , vitamque hominum & quietam & beatam  
 41 maximè respicere . Sed haſitari potest , cum  
 secundum jus civile Romanorum servitus morti  
 comparetur l. servitatem. ff. de reg. jur. l. quod  
 attinet. eo. tit. an homines in servitatem re-  
 daeti à proprio legis hujus subiecto eximantur ,  
 & rerum ne , an personarum consideratione habe-  
 antur ? Eximi suadetur , quia pro mortuis ha-  
 bentur d. l. quod attinet . At mortuis lex ista  
 non ponitur . In contrarium est , quod sub ea  
 juris parte , quæ ad jus personarum pertinet ,  
 servorum conditio examinatur , non cùm de  
 rebus instituitur tractatio , ut constat ex tit. ff.  
 de stat. hom. sed apertius ex primo libro insti-  
 tutionum , ac potissimum ex titulo de jure  
 personarum usque ad titulum *de bis q. sunt sui.*  
 vel al. jur. tum maximè non pro rebus existi-  
 mari probatur in §. in pecudum. inst. de re.  
 divi. Ibi - absurdum enim videbatur homines in  
 fructu esse , cùm omnes fructus rerum natura-  
 gratia hominum comparaverit . Atqui si jus ci-  
 vile existimamus discretum , ac sejunctum à  
 naturali , & gentium jure ! propria enim addu-  
 eta sententia placet ad *Ulpiani* divisionem com-  
 42 moditatis gratia revertere ) verum erit quod  
 in contrarium retuli ; sed cùm legem civilem  
 l. veluti jus civile politicum constans ex naturali  
 & legitimo jure diffiniamus , qua parte naturale  
 43 est , servos ipsos ut legis proprium subiectum  
 determinat . Amplius dubitari posset , an Prin-  
 ceps legi subjiceretur , & dirigeretur ab ea ; &  
 44 prima fronte videtur non subjici quod legi-

bus solutus sit l. princeps hoc tit. Sed contra-  
 rium est verius ut ibi dicam . Dirigit in finem per  
 media congruentia : congruentia quidem sunt ,  
 quia sunt consulta , ac ita prævia consultatio-  
 ne electa : lex enim , ut respondet *Papin. in d. l. i.*  
 est prudentum virorum consultum . Medii nomen  
 finis adipiscendi gratia & partibus , & instrumentis  
 convenire potest , ut scribit idem *Piccolomineus*  
 45 in *Introd. ad x. Grad. c. 23.* in fin . Quapropter  
 varia esse possunt pro varietate negotiorum ,  
 quæ penè innumera sunt l. 4. ff. de praefr. verb.  
 & ideo facilè diffiniri nequeunt , licet præ-  
 mio & poena tanquam mediis potissimum , uti  
 videatur l. 1. ff. de just. & jur. ut ad finem  
 suum perveniat ; tūm magistratibus ad idem uti-  
 46 mur , vel si hæc omnia ad justitiam referantur  
 ita generaliter statuere licebit . Quod aut lex  
 verlatur in distributione , & medium geometri-  
 cum servat , quod in analogia , & rationum si-  
 militudine positum est , vel in emendatione ,  
 sive commutatione , & pro ea arithmeticum ser-  
 vat medium , ac ita semper medio utitur con-  
 47 gruo , quo in optimum dirigit finem . In fi-  
 nem certè , quia si omnis agens agit propter fi-  
 nem , tūm maximè legislator velut eximus in-  
 ter agentes . *Plato de legi. dial. vlt.* ostendit  
 48 decere leges , ut unum habeant præcipuum , ad  
 quod cætera dirigantur ; id unum certè finis  
 est : est autem finis legis , finis optimus , ut res-  
 pondeat agenti , quem optimum esse oportet ,  
 l. & ideo hoc. tit. Optimum autem in rebus  
 agilibus est bonum publicum , simpliciter au-  
 tem est summum bonum , sed summum bo-  
 num est finis gratia cuius , at bonum publicum  
 finis cui poterit appellari . Postremò subiicit il-  
 la verba *prenam transgredientibus. &c. utrum-*  
 49 que decernit lex finis adipiscendi gratia . Po-  
 pena utitur , ut ejus odio à malo malos avertat ,  
 præmio ut bonos ad bonum inflammet . Utro-  
 que capite Justitia continetur distributiva . An  
 ergo justitia commutativa legem non habebit ,  
 50 & ad eam hæc diffinitio nullo modo respiciet ?  
 non utique . Optima gubernandi ratio , quæ  
 pacta , quæ conventiones tuetur l. 1. ff. de pact.  
 l. 1. ff. de const. pec. l. contractus. ff. de reg.  
 jur. l. in conventionalibus. ff. de ver. obl. & ma-  
 gistratus decernit , qui jus reddant inter privatos  
 l. 1. ff. quo. leg. neque patiatur quemquam  
 jus dicere sibi ipsi l. uni. C. ne quis in sua ca.  
 jud. videtur lex justitiam complecti universam .  
 51 Rursus hæc optima gubernandi ratio duas ha-  
 bet positiones publici , & privati l. 1. §. 1. ff.  
 de just. & jur. §. vlt. inst. eod. Primum ad  
 distributivam , secundum ad commutativam per-  
 tinet justitiam , ac ita justitiam complectitur  
 universam .

*De cauſa*

*De causa legis efficiente, & legislatoris officio; tūm de iis, qui habent, legis condendae potestatem, ac potissimum de Jurisconsultis. Cap. III.*

- 1 Legis initia, & semina à Deo.
- 2 Semina sapientie, & prudentie in legem naturalem, & civilem effunduntur.
- 3 Sola civilis disciplina legis effectiva.
- 4 Prudentia civili subjicitur disciplina.
- 5 Lex civilis civitatibus conditis orta.
- 6 Lex, cum sit totius Reipublicæ sponsio, in singulas Personas non constituitur.
- 7 Legis condendae potestas olim penes Populum.
- 8 Legis est in commune bonum dirigere.
- 9 Lex paucorum, eorumque prudentum constitutione ordinata populi comprobatur auctoritate.
- 10 Populus quomodo sue legis dicitur lator.
- 11 Lex perficitur sapientia, & prudentia.
- 12 Prudens legislator, & sapiens tria spectat, & n. 13.
- 14 Legislator ad injuriam, & nocumentum respicit ex Platone.
- 15 Novas leges Principibus suggestentes à recta via deflectunt.
- 16 Optimus legislator semper ad bonum animum intendit.
- 17 Leges alio intuita quam communis salutis gratia condere à munere legislatoris abest.
- 18 Princeps in alterius quam publici commodum legem ferri pati non debet.
- 19 Habitus civilis disciplinae in legislatore desideratur.
- 20 Est autem cum prudentia idem.
- 21 Prudentia universæ respondet disciplina.
- 22 Prudentia prior est lege.
- 23 Rectum à Deo divini luminis communicatione derivatur.
- 24 Leges quod faciliores sunt, faciliter observantur.
- 25 Legislator non tantum rei, sed verborum debet habere rationem, ne lex supervacanea sit.
- 26 Potestatem legis ubi explicat Justinianus.
- 27 Populus, & Princeps legem condere possunt.
- 28 Plebiscita an lex sint.
- 29 Plebiscita quando ab omnibus servari coeperunt.
- 30 Plebs an legem condere posset.
- 31 Dignitas Tribunorum que est.
- 32 Vexilliferorum dignitas Senis que.
- 33 Praetor an haberet potestatem legis.
- 34 Non habuisse ostendit Author.
- 35 Praetor, non ut jura conderet, sed redderet, creabatur.
- 36 Praetor bāredem facere non potuit.
- 37 Praetor quomodo legem corrigeret.
- 38 Lex scripta scripto, non voce loquens, vox mortua est.

- 39 Magistratus dicitur lex loquens.
- 40 Praetor non tam jus, quam ejus scripturam commendabat.
- 41 Sub scientia juris sèpè erratur.
- 42 Praetor quando jus civile confirmabat.
- 43 Tūm quando corrigerat.
- 44 Jus civile, & prætorium quando in unam consonantiam redactum.
- 45 Praetoris edita etiam ante Julianum perpetua.
- 46 Quæ edita legis obtineant auctoritatem.
- 47 Jus honorarium cur dictum.
- 48 Declaratur Justinianus in §. Praetorum.
- 49 Jurisprudentes an legis haberent potestatem.
- 50 Non habuisse Author ostendit.
- 51 Sententia & opiniones prudentum non leges, sed responsa existimabantur.
- 52 Lex aequo tolli non potest, nec induci.
- 53 Responsa prudentum pars juris scripti.
- 54 Responsa ex tacito consensu robur accipiebant.
- 55 Responsa quando legis obtinent auctoritatem.
- 56 Declaratur §. Responsa. inst. de jur. nat. gent.
- 57 Jurisconsulti partibus, non judicibus respondebant.
- 58 Judex quando non dicebatur recedere à responsis.
- 59 Judex quando faciat item suam.
- 60 Versus quorum omnium in §. responsa ad quos referatur.
- 61 Tullii locus declaratur.
- 62 Scribere formulas non est leges condere.
- 63 Interpretari quid?
- 64 Interpretatio novum non inducit jus.
- 65 Declaratur l. nulla Cod. de procur.
- 66 Galli formula jus non induxit.
- 67 Verbum inducere quid significet.

**U**t autem nihil omittatur, quod rei, de qua tractatur, quantum fieri potest, perfectam quisque notionem consequi valeat, sigillatim eisdem legis causas explicare constitui, ac primum dicendum est de causa efficienti, cuius inquisitio ad varia potest referri; ad initia, ac quasi semina ipsius, ad disciplinam, ad temporis, ad ipsum denique legislatorem. Itaque si primò initia, vel quasi semina requirantur, ea sunt à Deo Opt. Max., in quem lex omnis referenda est tanquam inventio, & donum ipsius. l. 2. ubi dicetur hoc sit. sunt enim quædam ceu principes legis facultates, sapientia, prudentia, voluntas, & potentia, quæ in Deo eminentissime copulata sunt, *Piccol. Grad: x. c.*

2 27. & ex iis pendet ipsa lex æterna. Ejus autem semina primum in legem naturalem, po-

3 stea in hanc civilem effunduntur. Si ad disciplinam quæstio referatur, sola civilis disciplina, quam *Ulp. in l. 1. ff. de just. & jur. veram* appellat Philosophiam, legis est effectiva, & ad

ad eam legis ferendæ ratio pertinet, & prudenteria, unde lex prodit, & quæ rectam suggerit rationem in legibus condendis desideratam, huic subjicitur disciplinæ. Temporis autem consideratio est, ut quemadmodum lex illa summa & præcipua Dei, est ipsi Deo coæterna, lex vero naturæ ipsis hominibus contemporanea, §. pen. inst. de jur. nat. gent. & civ. ita civilem hanc légem ortam esse credamus, cum primum humanis necessitatibus ita exigentibus civitates condi, & magistratus creari cœperunt. l. ex hoc jure ff. de just. & jur. Si verò non jus hoc civile politicum, sed civiles leges, ut juris legitimi partes spectare velimus, tempora legumlatorum spectanda forent, ut in l. Aquilia, Aelia Sentia, Cornelia, Flavia, & similibus posset animadvertisse. Sed ut proximam caussam legis exponamus, ipsum legislatorem talem esse statuendum est, ut cujusque operis suus est artifex. Necesse est enim homines, cum de lege civili ferenda cogitarunt, cogitasse etiam non rationem cuiuslibet esse legis effectivam, ut probat Sot. lib. I. q. 1. ar. 3. & q. 2. art. 1. quod supra relatae facultates insinuant; Nec verò omnium ea est sapientia & prudentia pollere, quæ ad legem ferendam sint satis. In singulis voluntas facile poterit reperiri, sed & potentiam ipsam non decet penes singulos esse, sed penes omnes. Est enim lex totius Civitatis, aut Reipublicæ sponsio. l. I. hoc tit. ac idèo ut in singulas personas non constituitur l. iura hoc tit. sed in universos, quos considerat ut unum corpus, ut ex lege naturæ homo sibi lex est, ita cives universi quasi unum corpus sibi legem statuere debent; & idèo justissime legis condendæ potestas olim fuit penes Populum Romanum §. lex inst. de jur. nat. gent. & civ. & ea ratione dicitur in §. jus autem civile inst. eod. ibi „nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium Civitatis est, vocaturque jus civile“. Populus enim consideratur, ut corpus quoddam. Et quidem, si verum amamus, nulli magis propriæ convenit potestas legis condendæ, quam populo universo. Ita enim causa efficiens habet proportionem quamdam ad finalē, quam habere debet; legis enim est in commune bonum dirigere, & illud est proximus Reipublicæ finis; ergo totius Reipublicæ erit condere leges, ut ad finem suum perducatur. In cæteris omnibus legis condendæ potestas non solum est, ut à populo translata l. I. ff. de const. prin. §. constat inst. de jur. nat. gent. & civ. sed in eo negocio vicem totius populi gerunt. Id tamen totum ad parentiam pertinet: Verum paucorum, eorumque prudentum consultatione lex ordinatur, sed populi autoritate comprobatur,

& promulgatur. An verò integrum populum solummodo legumlatorem dicemus, vel eos, quorum prudentia populus utitur in legibus ferendis? Hæc res referri potest ad varia; nam si prudentiam, ac sapientiam spectemus, ex quibus lex consequitur, quod sibi intrinsecus competit, eos paucos dicemus legumlatores. Sed populus eorum prudentia, & sapientia utens tum propria voluntate, & potentia poterit absolute suæ legis lator existimari; & quidem si ad jus civile politicum (ut in præcedentibus) sequens referatur sermo, & unius, & paucorum, multitudinisque regimen spectandum erit, & secundum hæc penes unum, paucos, vel plures dicendum est potestatem esse legis condendæ.

11 Quoniam verò ex sapientia & prudentia potissimum lex perfici videtur, & id consequi, quod ei intrinsecus competit, harum intuitu, quæ principes facultates sunt, quedam de officio legislatoris subjicere necessarium est, quæ omnia, vel circa legem, vel circa legis verba versari videntur. Et quidem sapiens, prudensque legislator ad tria, ut Platonii placet 3. de legi. respicere debet, ut civitas, quæ legibus instituitur, libera sit, ut sibi ipsi amica, ut mentem habeat. Neque verò liberam desiderat Civitatem, quasi justissimo Principi subjecta esse non beat, sed liberam optat, quasi non impiis exactiōibus exhaustam, non pœnarum atrocitate perterritam, non lava dominica potestate, sed paterna benevolentia administratam.

14 Idem Plato 9. de legi. sui ipsius optimus interpres dixit „Ad bac duo legislatori respiciendum erit, ad injuriam dico, & ad nocumētum, ita ut ad indemnum, integrumque statum quæque perducat, amissumque restituatur, quod decidit rursus consurgat, occisum, vulneratumque reparetur, ac semper conandum, ut discordie nocimenti suscitatae per leges in amicitiam reducantur. Quo loco aperte ostendit quibus in rebus civitatis libertas fœliciter conservetur, & ex hoc ipso argumento commodissimè deducitur,

15 eos, qui principibus leges novas, tanquam ipsorum senatores, aut consiliarii suggestunt, à recta via deflectere, impiequæ agere, cum leges alio dirigunt quam, ut à malo cives avertant.

16 At optimus legumlator, velut sagittarius illuc animum semper intendit, unde aliquid sequatur eorum, quæ bona sunt, cætera verò, ut idem Plato est Author. 4. de legi., relinquit siue divitias, sive hujusmodi aliud, quod à viri tutibus sit separatum. Ergo ab optimi legislatoris officio declinat alio intuitu, quam societatis hominum conservandæ gratia leges condere, cum in publicam salutem, & bonum intendere debeant; alias non ego leges appello, sed iniquissima decretā. Cùm enim scrutari debeat legisla-

tor, ut maximum conferat civitati bonum, ut docet *Plato* 2. de legi., nihil magis adversarium videtur, quam leges condere, quae tum ab æquitate & benignitate declinent, tum ad sævitiam & avaritiam accedant 1. respiciendum ff.  
 18 de pœn. Neque Princeps permittere deberet alterius, quam publici comodi caussa leges ferri, id enim est contra l. jura. hoc tit. ubi dicam; sed mente in publicum bonum directa eo contentus esse, quod ex omnium pace, & tranquillitate ad idem per consequentias reddit, & quemadmodum sarcire damnum civitati ex lege iniqua, & impia suggestione illatum difficile est, ita ob eam caufam æternæ salutis jaucturam facere facillimum esse reor. Hinc maximè desiderandus est in legislatore habitus civilis disciplinæ, quod recta ratio à natura insita, & ad leges ferendas idonea summopere excolatur. Est autem hic habitus ferè idem cum prudentia, à qua leges prodeunt, ut supra ostensum est: nam ut *Justinianus* ait in l. 2. §. sed cum. c. de vet. jur. encl. ad portandum tantam sapientiae molem non sunt idonei homines rudes. Non tamen hoc genere prudentiæ jurisconsultos dicimus prudentes; hæc enim prudentia non interpretando, consulendo, & judicando duntaxat, sed universæ disciplinæ respondet l. 1. hoc tit. & prior est lege, cum Jurisconsultorum prudentia sit lege posterior. Prius enim jus esse necesse est, post verò aliquos illius juris effici prudentes. Rectam autem & facilem legem ferre debet. Rectum illud à Deo Opt. Max. derivatur per divini luminis communicationem; facilitatem verò ipsa natura nobis insinuat, nam quod faciles sunt, faciliter persuadentur leges, & libentius observantur; & ideo *Plato*. 7. de leg. ad legislatorem pertinere dixit medio illo uti, quod est inter admonitionem & leges: sic etiam *Ficinus*. 3. de leg. ex *Platonis* sententia legislatores monet, ut nec arduas, nec violentas ferant leges, sed leves quoad fieri potest, & suaves. Nam, ut *Plato* 4. de legi. sicut pueri medicum orant, ut modo quam facillimo eos curent, ita populi legislatorem.  
 25 Tandem non tantum rei, ut supra dictum est, sed & verborum legislator rationem habere debet, ne ociosa, ne supervacanea sint, qua ratione aliquando superflui vitium Gallo Aquilio objectum est in l. *Gallus*. §. & quidam ff. de lib. & postib. sed injuria quidem, ut ibi eruditiores omnes accuratius docuerunt *Æmilius Per. Duarenus*, *Connarus*, *Cujacius*, & ex antiquioribus, *Castrensis*, *Cumanus*, & *Imola*. Porro hoc nomine *Justinianus*, aut potius *Tribonianus* damnandus est, quando in ejus Constitutionibus, & potissimum in Novellis quadam inornata verborum copia saturitatem exordio pariat, nec ad

legendum invitet. Sed de his plenius infra commodiori loco agetur, cum de iis, quæ legi repugnant, dicemus. Haec quæ dicta sunt à sapientia, & prudentia legislatoris maximè pendent. De potestate autem non universaliter tristabo, sed secundum jus civile Romanorum, quia illam ex eo, non ex politico jure censemus;  
 26 Eam verò *Justinianus* satis explicat in §. constat. inst. de jur. nat. gent. & civi. dicens, scriptum autem jus est lex, plebiscita, senatus consulta, Principum placita, Magistratum edita, responsa  
 27 prudentum. Et de Populo & de Principe indubitate juris est, legem eum facere potuisse jure suo, Principem lege regia lata. l. I. ff. de const. prin. §. lex. & §. sed & quod inst. eod.  
 28 de cæteris maximè dubitatur, & primum de plebiscitis. Plebiscitum est quod Plebs plebejo magistratu interrogante veluti Tribuno constituebat. Et ab initio quidem patritii, nobilesque romani plebiscitis non tenebantur, sed *Quinctus Hortensius* Dictator legem tulit, ut eo jure, quod 30 plebs scivisset, quirites omnes tenerentur; & videtur plebs aliquo tempore interrogante tribuno legis condendæ auctoritatem habuisse. Exemplo est ipsa lex *Aquilia*, de qua *Ulpianus* scribit in l. I. ff. eod. ibi: Lex Aquilia omnibus legibus, quæ ante se de damno, & injuria loquuntur sunt, derogavit. Neque aliter derogare potuit, quam si legis auctoritatem haberet; tum verò *Pomponius* in l. 2. §. deinde ff. de orig. jur. ait. & ita factum est, ut inter plebiscita, & leges species constituendi interesset, potestas eadem esset. Quare perbelli *Atticus Capito*, ut lib. x. c. xx. *Gellius* retulit, hoc inspecto dixit, legem esse generale iussum populi, aut plebis magistratu rogante, & refert *Petrus Tholos*. Synt. jur. iniu. lib. 47. c. 34.  
 31 nu. 7. in tantum crevisse tribunorum dignitatem, ut quamvis curiam senatus tribunis plebis ingressi non liceret, tamen ante valvas ejus positis subselliis decreta patrum examinabant, ut si quæ ex iis improbassent, rata esse non sinearent; & ideo veteribus senatus consultis T. littera subscribi solebat, qua significaretur Tribunus quoque censuisse. Ad eorum similitudinem vexilliferi in uno quoque Terzorio civitatis Senarum semper habiti sunt. Sed etiam eorum potestas translata tandem in Principes, qui & suscepserunt curam plebis defendendæ, ut deducitur ex Cornelio Tacito lib. I. & tradit. Petr. d. c. 34. n. 10. De Senatu, an talem habuerit potestatem, dicam in l. non ambigitur hoc. tit.  
 32 De Prætore dubitari potest, an legem condere potuerit. Primum ex l. jus autem ff. de just. & jur. cum dicat ibi *Papinianus*. Jus prætorium est, quod Pretores introduxerunt adjuvandi, vel splendi, vel corrigendi juris civilis gratia propter publicam utilitatem. Accedit secundò §. sed cum paulo

paullatim inst. de iust. ord. ibi cœpis in unam consonantiam jus civile, & prætorium jungi, ea verba videntur jus prætorum juri civili comparare: tūm tertio induci posset §. prætorum inst. de jur. nat. gent. & civ. quatenus prætorum edicta juri scripto adnumerantur, & comparantur Prætores populo Romano, & Principibus, & præsertim cum dicatur magistratus huic juri authoritatem dedisse, ut non videatur requiri superioris comprobatio, sed sola prætoris sufficiat, ut Dec. in tit. c. qui adm. n. 19. inducit, sed tamen contrarium communiter deciditur, ut testatur idem in d. tit. n. 3. & ita sentiunt Rayn. Cors. lib. 3. Indag. Jur. c. 4. Niccol. Bello. lib. I. supp. 34 put. c. 8. quod mihi verius videtur. Primum satis probari videtur ex Cicerone in Verr. orat. 3. dum ait. Qui plurimum tribuebant edicto Prætoris, non nisi legent annuam esse fatebantur, cui finem 35 afferebant Kalende Januariae. Proponebantur enim ut jura redderent, non ut conderent; & ut scirent cives, quod jus de quaque re quisque dicturus esset, eaque premuniret, edicta proponebant, quæ jus honorarium constituerunt l. 2. §. deinde ff. de orig. jur. tūm ab effectu idem comprobatur, quia 36 neque hæredem facere potuit §. quos autem inst. de bon. poss. per legem enim tantum, vel similem juris constitutionem fiunt, velut per senatus consulta, & constitutiones principales, ut ibi Justin. ait; at si posset condere legem, per legem, quam conderet, faceret ipso jure hæredem: adē autem veterum est, ut facere non possit, ut neque post petitionem, agnitionemque bonorum possessor consequeretur nomen hæredis, licet consequeretur effectum. Nec obstat, quod prætores adjuvaverint, correxerint jus civile, ut dictum est, 37 non enim tanquam lex legem corrigere, vel abrogare solet, sed omnia hæc tanquam viva vox juris civilis consequebantur, sic enim appellatum est jus honorarium l. nam & ipsum ff. 38 de just. & jur. nam lex scripta vox mortua est, quia scripto, non voce loquitur; erat vero 39 jus prætorium jus civile loquens, & sicut Cicero 2. de legi. magistratum ait esse legem loquentem, legem autem mutum esse magistratum, ita per juris honorarii interpretationem veram legis civilis sententiam acciperemus. Prætori enim in jure dicendo videtur data legitimi juris correctio, non tamen, ut emendaret, corrigeret, suppleret legem, sed voce, non scripto, sed pronunciacione, ut si quando jus civile videretur aut iniquum, aut subtile nimis, aut durum, non protinus foret contraria lege abrogandum, sed ex alicujus iudicantis imperio posset accipere moderationem. Neque juri civili adversari putabatur, sed quasi jus civile loquens id exprimebat, quod ipse legislator, si adesset, etiam sentiret, ac ita interpretatur Rayn. Cors. ubi su-

40 pra: Prætor enim non tam jus ipsum, quam juris scripturam emendare, supplere, juvare solebat. Jus enim ipsum per se absolutum est, atque perfectum juxta legis definitionem supra traditam, & illius studiuna recte ars boni & æqui dicitur in l. I. ff. de iust. & jur. At jus scriptum illud erat, quod sæpe prætoris moderationem desiderare debuit; & optima quidem ratione introduxerunt, ne jus scriptum ita teneret judicem, ut æquitatem deserere cogeretur, sed eam etiam adversus id, quod scriptum esset, sequi posset arg. l. placuit. C. de jud. l. in omnibus ff. de reg. jur. quia sub juris scientia poterit sæpe errare l. si servum §. sequitur ff. de ver. obl. Hinc prætorum edicta ab æquitate plurimum pendent l. I. ff. de pact. l. I. ff. de const. pec. l. I. ff. de minor. cum sim. Confirmat quidem jus civile, cum scriptis hæredibus tribuit bonorum possessionem secundum tabulas §. l. inst. de bon. poss. supplet cum actionem tribuit in factum, ubi dari æquum est, & tamen jure civili deficit l. iurisgentium ubi gl. ver. à Prætore ff. de pact. l. quia actionum. ff. de prescr. verb. ibi — supplet Prætor in eo quod legi 43 deest. Interdum corrigit & emendat, uti cum filios emancipatos vocat ad bonorum possessionem contra tab. §. emancipati. inst. de hær. quæ ab int. def. tūm etiam cum posthumum alienum, cuius institutio jure civili non valebat tanquam incogniti, bonorum possessorem efficiebat d. §. I. Minus obstat §. sed cum paullatim 44 inst. de testa. quia non ante jus prætorium in unā consonantiam cum jure civili conjunctum est, quām Salvius Julianus Adriano imperante idem collegerit, ac velut in artem redegerit. l. 2. §. sed quid. C. de vet. jur enu. Coras. in d. l. nam & ipsum in fine. Prætorum ambitio fecit, cùm gratia, vel odio jus reddere cœpissent, ut Cornelius Sylla Trib. Pleb. legem ferret, qua à novis edictis abstinerent, & ex edictis suis perpetuis jus dicerent, ut ex Bud. & Alc. tradit 45 Bello d. lib. supp. c. 9. Ea vero prætoris edicta, quæ lege Cornelia perpetua esse cœperunt, sunt à Salvio Juliano collecta, sed ante eum perpetua erant; tūm vero, ac ita tertium diluitur. objectum, auctoritatem juris habere cœperunt, & ab ipso 46 Justiniano inter jus scriptum annumerata sunt. Itaque non omnia prætorum edicta eam obtinent auctoritatem, sed quæ lege Cornelia perpetua cùm sint, etiam in corpus juris civilis redacta. Nullo itaque tempore potuerunt Prætores legem condere, sed tantum edicta proponere, secundum quæ jus rediderent, & quod Justinianus inquit, auctoritatem huic juri dederunt, non satis arridet Corrasio in d. 47 l. jus autem Is enim ibi notat honorarium dici ad honorem Prætoris, nuncupatum quasi in honorem Prætorum receptum sit, quod vim legis

gis haberet. Sed neque *Justinian.* contrarium dixisse videtur, vel aliquid longè diversum; non enim auctoritatem magistratus juri honorario dedit, ut jus esset pro auctoritate magistratus, sed propter magistratus auctoritatem pro lege 48receptum est. Itaque auctoritatem *Justin.* non usurpat pro potestate legis condendæ, sed pro existimatione quadam; & quod ante dixit non modicam obtinenter juris auctoritatem, quasi non omnem, nos movere non debet. Sentio enim edicta, de quibus loquitur *Justin.* in vim legis valere, nam & juris scripti pars sunt; aut enim, non modicam, quia non eam omnem à Prætoribus, unde profecta sunt, habent uti lex à Populo, constitutio à Principe; ab eo enim profecta sunt, qui cùm legem condere non posset, non tamquam legislator, sed tanquam jus dicturus proponebat; & cùm postea servata pro lege sunt, servata sic sunt, quasi neque lex essent. Jus enim prætorium neque coniunctum juri civili, bonorum possessorem facit hæredem: nam auctoritate juris civilis confirmatum est in vim legis, sed tamen tanquam profectum à non habente auctoritatem legis condendæ. Quare etiamsi considero bonorum possessionis jura servari pro legibus, intelligo tamen quibusdam effectibus carere, quod verè leges ab initio non fuerint, ac ita interpretor §. prætorum quo- 49 que; & haec tenus de potestate prætorum. An juris prudentes legis condendæ habuerint potestatem longè magis apud nostros controvertitur in l. *Gallus ff. de lib. & po.* Frequentius ibi in ver. induxit. notant *Gallum Aquilium* novum jus induxisse, cui consequens est jurisconsultos po- 50 tuisse condere legem. Mihi tamen *Salamonius, Duarenus, Connarus, & Cujacius* ibi contrarium verius affirmasse videntur, & quia distingui solet ante, vel post Cæsares, de utroque argumenta suppeditabo. Et quidem ante Cæsares id probat Pomponius in l. 2. §. & ut obiter. ff. de orig. jur. ibi. & ut obiret sciamus ante tempora Augusti publicè respondendi jus non à Principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant, neque responsa utique signata dabant, sed plerumque judicibus ipsis scribebant, aut testabantur, qui ipsos consulebant. Profectò si ex propria fiducia respondebant, ineptum est contendere unumquemque pro sui fiducia jura condere potuisse: neque enim cujuslibet ratio potest esse legis effe- 51 tiva. Nam cùm legis virtus sit imperare, ve- tare, permittere, punire l. legis virtus hoc sit. inde lex dicitur coercitio in l. 1. hoc eod. sit. non potest vis hæc esse, nisi penes populum vel principem, qui eum repræsentet, quia sicut totius animalis est membra movere, ita totius Reipublicæ legem efficere. Sed etiam post tem-

pora Cæsar's hoc idem probatur ex *Justiniano* in declaracione Digestorum -- ibi -- neque verò hoc dictum à nobis ita est, sed jam pridem Julianum virūm doctissimum, & jurisconsultum celeberrimum hoc ipsum palam usurpare constat, & Imperato- ris auxilium implorasse, ut controversiis, quæ exo- riebantur, satisfaceret. Præterea felicis memoriae Adrianus cùm brevi quodam scripto ea comple- xus esset, quæ annuo imperio Prætores edixerant, convocato ad id Juliano viro fortissimo in ea ora- tione, quam in senatu Romæ veteris habuisse traditur, hoc ipsum dixit. Nempe si quid ali- quando preterquam quod legibus diffinitum est, acciderit, aequum est eos, qui imperium tenuerint diffinire. Ad idem pertinet. l. 1. C. de legi. l. & ideo hoc tit. & hinc etiam est, quod aliquan- do legamus obtinuisse Galli sententiam l. pen. ff. de leg. 1. & Juliani sententiam receptam 51 esse d. l. *Gallus §. ult.* Sententiaz enim opinones, non leges prudentum responsa existimabantur: Notissimæ etiam sunt jureconsultorum sectæ à *Procule, Sabino, Cassio, Nerva* originem ducen- tes l. 2. §. vlt. ff. de orig. jur. Dicebant ergo duntaxat sententiam suam utriusque temporis ju- reconsulti, non legem condebant. In legibus con- dendas, ut *Julianus Adriani Imperatoris auxilium implorabat*, sic cæteris accidit jureconsul- tis. *Ulpianus* legem, quæ sibi dura visa est in l. pro- spexit ff. qui & à qui. si potuisset, utique tem- peraverat. Ita ambages *Pegasiani* etsi *Papiniano* dispu- ccesserint, auctoritate tamen *Justiniani* cessare opus fuit §. sed quia inst. de fid. hæc. 52 cujus ergo auctoritate lex tolli non poterat, nec etiam induci potuit. l. nihil tam naturale. ff. de reg. jur. Secundò hoc idem de utroque tem- pore promiscue probatur ex. d. l. 2. §. bis le- gibus, ff. de orig. jur. ibi bis legibus latè cæ- pit, ut naturaliter evenire solet, ut interpreta- tio desideraret prudentum auctoritatem, necessa- riamque disputationem fori. Hæc disputatio, & hoc jus, quod sine scripto venit, compositum à pru- dentibus propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes juris suis nominibus designantur, 53 sed communi nomine appellatur jus civile. Cùm itaque responsa prudentum sint pars juris non scripti, constat jus suisse, non quia pruden- tes ita respondissent, sed quia tacito populi consensu esset comprobatum § ex non scripto. inst. de jur. nat. gent. & civi. l. de quibus hoc tit. & eorum sententiaz plurimum obtine- bant, ac recipiebantur, quæ ab ipsis produ- rent jureconsultis, qui majori in existima- tione haberentur. Quod aliquando accidit Papiniano l. 1. §. cùmque hec C. de vet. jur. enu. ubi refert *Justinianus Pauli, Vlpiani, & Mar- celli* notas nullam antea habuisse auctoritatem propter ipsius Papiniani splendorem, cum tamen om-

54 omnes de jure responderent, nam ex tacito populi consensu vim & robur accipiebant, prout alter altero dignior haberetur. Tertio quod hic subjecendum est, extat in Cod. Theod. constitutio ejusdem *Theodosii*, ut referunt *Duar. in d. L. Gallus Albert. d. tratt. c. 34 nu. 7.* cuius verba sunt sub l. uni. C. de resp. prud.  $\Rightarrow$  *Papiniani, Cajj, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmamus, ita ut Cajum, atque Paulum, Ulpianum, & ceteros comitetur authoritas lectionis, quae ex omni opere citatur, eorum quoque scientiam, quorum sententias in operibus suis miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scævolæ, Sabini, Juliani, atque Marcelli, omniumque, quos illi celebrarunt.* Interpretationes ergo, ac responsa jurisconsultorum ita demum legis generalis autoritatem obtinebant, si vel expressim ab Imperatoribus confirmata fuissent, vel permittentibus ipsis in iudiciorum mores, & consuetudinem essent introducta. Qua ratione factum est, ut tam inter non scripti, quam scripti juris partes adnumerata sint; neque huic sententiae obstat §. *responsa inst. de jur. nat. gent. & civ.* quod passim in contrarium allegatur, quia Nerica lectio, quam ibi *Aeguinarius Baro, & Mysingerius* summæ eruditio viri probant, omnem facit cessare difficultatem: legunt enim  $\Rightarrow$  *Quibus permisum erat de jure respondere*  $\Rightarrow$  non ut vulgata lectio se habet  $\Rightarrow$  *Quibus permisum erat jura condere*; illa vero lectio verior videtur, & ex verbis sequentibus bene probatur, ibi  $\Rightarrow$  *Quibus à Cesare jus respondendi datum est.* Ergo dedit responderre de jure, non jura condere; à qua lectione, si recedamus, vix ab ea difficultate nos educere poterimus. Hunc §. autem accipiendum opinor non de omnibus prudentibus, sed de iis tantum, qui in relata *Theodosii* constitutione continentur, à quorum responsis recedere non licuit judicibus: neque vero mihi suaderi potest, accipi debere (ut viros doctissimos opinatos esse legi) de prudentum singulorum sententiis & responsis, quæ ad particulares iudicium interrogaciones proferebantur, quod sæpe ad sapientis, ut nunc dicimus, consilium se referent, ut hoc casu non liceret judicibus ab eorum recedere responsis, argumentorum, quæ notantur in tit. C. de Relat. quasi ejusmodi consilium aptissimè responsum diceretur per relationem ad interrogationem. Primum ab hac sententia recedo, quod iste §. non se referat ad hoc genus consilii, sed generaliter ad omnes jurisprudentes, quibus post Cesarem jus respondendi datum est; nam & særissime responderbant partibus ipsis, non judicibus in l. *is qui ff. de rei vend. in l. si quando §. 1. ff. si ser. vend. & alibi.* Neque satis compertum habeo, id quod asseritur in usu fuisse. Quinimo non modicum refragatur l. *an manumittere ff. de man. vind.*

55 *Marcelli, omniumque, quos illi celebrarunt.* In-

56 *ducta.* Qua ratione factum est, ut tam inter non scripti, quam scripti juris partes adnumerata sint; neque huic sententiae obstat §. *responsa inst. de jur. nat. gent. & civ.* quod passim in contrarium allegatur, quia Nerica lectio, quam ibi *Aeguinarius Baro, & Mysingerius* summæ eruditio viri probant, omnem facit cessare difficultatem: legunt enim  $\Rightarrow$  *Quibus permisum erat de jure respondere*  $\Rightarrow$  non ut vulgata lectio se habet  $\Rightarrow$  *Quibus permisum erat jura condere*; illa vero lectio verior videtur, & ex verbis sequentibus bene probatur, ibi  $\Rightarrow$  *Quibus à Cesare jus respondendi datum est.* Ergo dedit responderre de jure, non jura condere; à qua lectione, si recedamus, vix ab ea difficultate nos educere poterimus. Hunc §. autem accipiendum opinor non de omnibus prudentibus, sed de iis tantum, qui in relata *Theodosii* constitutione continentur, à quorum responsis recedere non licuit judicibus: neque vero mihi suaderi potest, accipi debere (ut viros doctissimos opinatos esse legi) de prudentum singulorum sententiis & responsis, quæ ad particulares iudicium interrogaciones proferebantur, quod sæpe ad sapientis, ut nunc dicimus, consilium se referent, ut hoc casu non liceret judicibus ab eorum recedere responsis, argumentorum, quæ notantur in tit. C. de Relat. quasi ejusmodi consilium aptissimè responsum diceretur per relationem ad interrogationem. Primum ab hac sententia recedo, quod iste §. non se referat ad hoc genus consilii, sed generaliter ad omnes jurisprudentes, quibus post Cesarem jus respondendi datum est; nam & særissime responderbant partibus ipsis, non judicibus in l. *is qui ff. de rei vend. in l. si quando §. 1. ff. si ser. vend. & alibi.* Neque satis compertum habeo, id quod asseritur in usu fuisse. Quinimo non modicum refragatur l. *an manumittere ff. de man. vind.*

57 *Tullii locus, qui dixit jus esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus judicatis, jurisprudentum autoritate consistit; nam aliud est jus esse, aliud jus consistere; nam & iis temporibus jurisprudentum autoritate eorum opiniones & sententiae in mores facile transferunt. Neque etiam obesse videtur, quod Gallus Aquil. ut refert Tullius 3. de nat. Deor., de dolo ma-*

*ubi Julianus scribit se exemplum Jaboleni præceptoris secutum, & in prætura & in consulatu suo quodam ex servis suis vindicta liberasse, mox ait: Et quibusdam prætoribus consulentibus me idem suasi. Nam re vera ei, qui me consulit, persuadendum est, non præcipiendum; & quod 58 ait, Judici non licuisse recedere, non restringit ad judicem interrogantem, neque est ex interrogazione, sed ex constitutione principis, ne licet recedere. Theophilus ibi, quem intelligo de constitutione *Theodosii* approbante responsa jam edita, non in futurum edenda, post cujus constitutionem vim legis habere cœperunt scripta eorum, cui consequens fuit non licuisse judicibus recedere, & jus hoc eorum scriptis dispersum appellatum est responsa prudentum. Quo fit, ut Salamonio consentire non possim, quem ibi Mysing. refert, ut quod ibi dicitur  $\Rightarrow$  *Quorum omnium collective dicatur quasi cum aliquid vel omnibus vel plerisque qui pro omnibus habentur l. quod minor ff. ad municip. l. aliud §. refertur ff. de reg. jur. ita placuissest communem sententiam constituebant, à qua neque nostris hisce temporibus judicibus 59 recedere licet, & si recedant, videntur facere litem suam. Bart. in l. 2. n. 5. C. de pœn. Jud. qui mal. jud. post gl. in l. si quis in conscribendo C. de pac. & sequitur Ang. in §. illud. sub. de app. Quoniam etiamsi similiter eo tempore receptarum sententiarum ratio haberetur, quarum variis libros Paulus scripsit, qui hodie per manus versantur, & est text. in l. in substitutione ff. de vulg. & pup. ibi, nam prudentes hoc ita interpretati sunt; non enim unius interpretationis poterat, sed quando communiter interpretabantur, & huc pertinet l. minime hoc tit. d. 60 l. si quando §. vlt. & d. l. pen. ff. de leg. i. restringi tamen videtur ille §. ad comprehensos in *Theodosii* constitutione. De ceteris vero ita sentio, ut qua ratione etiamsi judicantes ut plurimum ex Accursii, Bartoli, Baldi, & aliorum autoritate controversias diffinant, non tamen responsa eorum leges sunt, verum sententiae & opiniones, jus non scriptum constituunt, ita Antiquorum responsa non per se iuri scripto adnumerata sunt; ideoque d. §. responsa ad ea duntaxat referendum, quæ primum constitutione *Theodosii*, post vero Justiniani auctoritate confirmata sunt. Neque refragatur 61 Tullii locus, qui dixit jus esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus judicatis, jurisprudentum autoritate consistit; nam aliud est jus esse, aliud jus consistere; nam & iis temporibus jurisprudentum autoritate eorum opiniones & sententiae in mores facile transferunt. Neque etiam obesse videtur, quod Gallus Aquil. ut refert Tullius 3. de nat. Deor., de dolo ma-**

*lo formulas, ac iudicium introduxit: nam scri.*

scribere formulas non est leges condere. Proprium enim & illo, & hoc tempore nostro jurisconsultorum munus semper fuit scribere formulas sicut ex nostris *Roffredus* fecit, cautiones, ut *Veronensis*, & *Ferratus*, respondere de jure, & jura interpretari, ut publici professores quotidie faciunt. Et formulæ quidem 63 juris interpretationem continent; interpretari autem est sensum alioquin latentem, & verbis non expressum ex ratione legis depromere; 64 non ergo novum jus inducit interpretatio, sed legis semel constitutæ sententiam, cum opus est, aperit, atque defendit. Sic *Bartolus*, *Baldus* & cæteri deinceps interprætes dicti sunt. Itaque jurisconsulti omni tempore dumtaxat 65 juris interpretes fuerunt, & licet uno loco jurisconditores dicti sint *l. nulla C. de procu.* hoc tamen vel ad nudam originem referendum est, vel honoris causa dictum est, tum quæ ratione lex est prudentum virorum consultum, ipsi legum conditores nuncupandi sunt, sed hoc non pertinet ad potestatem, de qua que- 66 rimus, verum ad formam magis accedit. Ex ijs infertur *Galli* formulam de institutione nepotū non jus induxisse, sed cautionem adinvenisse testamentorum gratia ne aliquando, rumperentur. Quod rectè insinuat dictio *sic*, quia non induxit institui, quod fuisse jus inducere, sed *sic* institui, quod fuit solùm inducere cautionem & modum; neque tamen placet *Cornani* argumentum eo loci, quod nemo latine dixerit legem inducere. Induci enim in mores, aut in Civitatem, aut in Rēpublicam *Ciceroni* dicitur. Quoniam, et si 67 non ita dicatur, nihil tamen prohibet verbum hoc ad id referri, quod in legem transeat, ut *Inst. de bær. inst. in prin. & in ceterum inst. de leg. agn. succ. ibi*, *præfatam differentiam inducebat*, quæ differentia inducta lex erat. Tandem, ut summatim omnia colligam, opinor exceptis ijs, quæ Theodosij constitutione continentur, unam, & eandem, & illo, & hoc nostro tempore fuisse jurisconsultorum autoritatem, ut aliquando Romæ in publica ejus legis interpretatione defendi. Latior hæc disputatio fuit, quam instituti mei ratio patiatur; quia tamen fructuosam indagationem continet, injunctam minime futuram censui.

#### *De caussa legis materialis. Cap. IV.*

- 1 *Voluntas legislatoris, an legis materia sit queritur.*
- 2 *Declaratur §. sed, & quod, inst. de jur. nat. & nu. II.*
- 3 *Legis materia proxima est legislatoris præceptum.*
- 4 *Præceptum commune est lex, particulare jussus.*

- 5 *Præceptum duobus modis usurpatum.*
- 6 *Declaratur l. legis virtus ff. de legi.*
- 7 *Nuda voluntas secernitur à præcepto, & ex progressu nomen sumit.*
- 8 *Consensum materiam communem contractuum dicere possumus.*
- 9 *Contractuum genera subalterna quomodo respectu inferiorum considerentur.*
- 10 *Voluntas cum determinatur ad legem, dicitur materia proxima.*
- 12 *Contractus, & obligations rei appellatione continentur.*
- 13 *Humanæ actiones, ut in ijs iustum, vel legitimum refulgere potest, sunt subjectum civilis discipline.*

**E**X ordine proposito querendum est, quænam sit legum materia, quæ, ut omnis innoscatur, non tantum ea declaranda est, qua lex ipsa confici videtur, sed etiam ea, in qua veluti in proprio subjecto assidue versatur; & quod attinet ad primam dubitari posset, an ipsa voluntas legislatoris vicem materiæ gerat. Cum etenim observare possimus in testamentis, quæ legum instar habent §. disponat, autb. *de nupt.* voluntatem ipsius testatoris materiam esse, ut docet *Bal. in l. I. ff. de testam.* in ipsis item contractibus materiam ex consensu constitui *l. I. §. adeo ff. de paci. l. sicut C. de act. & obl. & latissime differui in l. I. ff. de verb. obl.* Similiter in legibus concludendum videbatur non aliam earum materiam esse, quam legislatoris voluntatem. Id ipsum in lege à 2 principe lata apertius constat; scriptum est, enim „Quod Principi placet legis habet vigorem“, §. sed & quod, *inst. de jur. nat. gent. & civi.* non tamen si principi placeat deambulare, venari, ludere, hæc placita vigorem habent legum, sed tantum ea, quæ ipsi pro legibus placent, atque ita regula illa intelligitur. Amplius oportet placere Principi, ut Principi, id est ut bono viro, & bono Principi, ut interprætatur *Andr. de Iser. in c. I. nu. 29. de cap. qui cur. vend. & probatur ex his quæ dicam infra in l. Princeps*, hoc titulo. Ex quo persuaderi videtur principis placitum, quasi materiam quandam, legis formam accipere. Et opinor quidem hanc voluntatem ea ratione, quæ explicatum est, officio materiæ fungi: sed vereor ne non hæc proxima sit, de qua nobis 3 querendum sit. Existimo igitur *Papiniano* addictus in *l. I. inf. hoc tit.* præceptum ipsum legis materiam esse, tum quia in ejus definitione pro genere usurpatum materiam repræsentet; tum quia si attentè consideremus ordinem in mente legislatoris, nudam voluntatem in volun-

- in voluntatem imperandi convertit, & illa præcipiendi cogitatio in legem transit. Itaque nuda voluntas est materia remota, sed voluntas præcipiendi ea est, quæ proximè disponitur in legem, neque simpliciter de eo, quod vult, sed de eo quod vult præcipere legem facit.
- 4 Præterea, aut aliquid præcipit communiter, & lex est d. l. i. aut particulariter, & est jussus quidam. Sed dubitari potest, quia lex aliquando vetat, punitque interdum *l. legis virtus infra eodem*, nec semper præcipit, ne hisce casibus alia sit materia legum. Respondeo præceptum duobus modis usurpari, generaliter, & hoc modo præcipit in omnibus, quia nunquam sine vi imperandi est lex, quia nec lex effet, tum particulariter accipitur ad eorum actuum differentiam, in quibus etiam si vis præcipiendi reperiatur, aliquid tamen magis speciale adnotamus, a quo omissa ratione præcipiendi actus denominantur, & ita procedit d. l. legis. Ex ipsa itaque præceptorum quasi congerie desumit legislator, quod tanquam legem communiter præcipiendum censet. Quod si quis objiciat non aliam esse legislatoris voluntatem, aliud præceptum, ut nec voluntas testantis erit, si aliquem proponamus contrahendi animum habere, vel è converso, ac ideo eam idem esse cum precepto: responderi poterit intellectu quidem nudam eam voluntatem à precepto optimè fecerni, nec re ipsa tam differre, quam modo considerandi, quod eandem voluntatem, dum legis formam assumit, dicimus præcipiendi voluntatem, quam paullò ante in ipso ferè ortu nudam intelligebamus esse voluntatem. Mutat igitur nomen ex progressu, sicut de militibus accedit, qui primum tyrones, mox veterani vocantur, licet ijdem sint milites. Qua ratione in contractibus plerique errasse videntur, eorum materiam consensum esse affirmantes;
- 7 8 Materiam enim quandam esse communem non nego, sed singulæ species materiam magis propriam simul, atque proximam habent. Contrahimus namque re, verbis, litteris, consensu, l. i. ff. de act. & obl. & si has quasi contractuum species consideremus, ex predictis profecto informantur. Sed quia sunt etiam quasi genera subalterna, qua ratione respectu inferiorum considerantur, depositi, mutui, comodati, pignoris materia proprie res est, cuius interventu contrahuntur, aut consensus circa rem determinatus. Mutui formam assumit, dum rem de mea fieri tuam consentimus. l. 2. §. appellata ff. si cert. pet. depositi eum penes te esse custodiae caussa l. i. ff. depo. & sic de cæteris, eaque ratione verborum obligatio à verbis, non à consensu est denominata, quod

*Castr. Alexan.* & alij non satis videntur intellexisse in l. i. ff. de ver. obl. quod ex verbis materiam proximam, ex consensu remotam consequatur, ut ibi adversus aliorum sententiam fusius disputavi. Quare cum voluntas legislatoris in lege condenda ad præceptum determinetur, hoc materiam legis proximam esse opinor. Ex quod satis intelligitur quomodo se habeat pronunciatum illud „*Quod principi placet &c.* ut non de omni placito, sed de imperativo intelligatur, & quod communiter, non particulariter præcipiat. Quod vero ad secundam materiæ pertinet considerationem, quam etiam legis subiectum esse dicimus, prima fronte videri potest, quemadmodum jus civile Romanorum universum, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinet §. ult. Inst. de jur. nat. gent. & civi & contractus, ac obligationes omnes rei continentur appellatione. l. nominis ff. de ver. sig. exceptiones vero, satisfactiones, & judicia ad actiones referuntur, ut probatur inst. de act. ex eo titulo usque in fine libri à ratione ordinis, ut in d. §. ult. adnotavit Aeguin. Baro., ut similiter in ijs omnibus integrum legis subiectum consistat. Neque dissimili ratione acquirere, conservare, & amittere subiectum quoddam legis erit l. ult. inf. hoc sit. Verum cum leges ipsæ ad civilem referantur disciplinam, & ab ea pendeant, ac permanent, videamus an qua ratione *Franciscus Piccolomineus* c. 4. statuit humanas actiones ex hominis libertate prodeentes, ut in ijs honestum, quodquæ decet, resulgere potest, subiectum esse civilis disciplinæ, ita humanas actiones, pro ut in ijs quod justum, ac legitimum est, resulgere poterit, affirmare possumus legum esse subiectum, & quidem id mihi rectius dici videtur, atque huc maximè pertinet recta gubernandi ratio, de qua in legis definitione, ut ita omnium actiones instituantur, ut nihil à justo declinet, quo nil utilius contendit potest ad finem legislatoris celeriter consequendum: neque tam prior sententia ex toto reiici debet, subiectum enim eo modo remotius consideratur. Hoc vero, quod ponimus, & primum, & proprie, & immediate subiicitur.

### De causa legis formali Cap. V.

- 1 Rationem esse animam legis dicitur per analogiam  
2 Regere, & dirigere rationis est munus.  
3 Vis, & potestas legis est in ratione.  
4 Ratio ad causam efficientem, & formaliter redigi potest.  
5 Ratio scriptæ legis Idea dici potest.

6 Dictum

- 6 *Dictum ratione quomodo restringatur, & producatur.*  
 7 *Ratio ut anima, scripturam, ut corpus movet.*  
 8 *Ratio est voluntas, & sententia legis.*  
 9 *Forma non adimpleatur per æquipollens.*  
 10 *Testamentum sine hærede non valet.*  
 11 *Stipulatio sine verbis nutu facta non valet.*  
 12 *Formæ pactis privatorum lædi non possunt.*  
 13 *Lex totius Reipublice & actus, & sponsio est.*  
 14 *Ratio legis unica esse debet: impulsivæ plures nu. 17.*  
 15 *Ratio finalis dicitur forma legis.*  
 16 *A ratione legis unica etiam non expressa licet argumentari.*  
 18 *Declaratur §. affinitatis inst. de nupt.*  
 19 *In legibus plures interdum rationes concurrunt & quæ sit finalis exemplo ostenditur.*  
 20 *Finis legis non est privatio mali, sed auctoritudo boni.*

1 **O**MNIMUM autem consensu receptum esse videtur rationem legis animam esse, ac ideo formam ipsius: quod enim passim circumfertur rationem esse animam legis, ut notatur per *Dyn. in cap. ult. de reg. jur. in 6. Bart. in l. cum mulier per eum text. ff. sol. ma. in l. adigere §. quamvis ff. de jur. patr. per analogiam ita dicitur, ut quemadmodum anima in homine ipsius est forma, ita in lege; & quidem non minus vera, quam recepta est eiusmodi sententia, quia tamen quomodo id se habeat, non satis omnes intelligunt, licet hoc dictum passim allegent, putavi nonnullis argumentis hanc ipsam veritatem non tam probare, quam aperire. Primum itaque desumitur id ipsum ab *Isidoro in cap. consuetudo. I. distin. ibi*, „nec differt an scriptura, an ratione consistat, quamnam legem ratio commendat. Porro si ratione lex consistat, lex erit omne jam, quod ratione constiterit dumtaxat, quod religioni conveniat, quod discipline congruat, quod saluti proficiat, „Nimirum cum ratione lex consistit, si eadem sit forma legis; nam, et si res quælibet consistat ex materia, & forma, quia tamen forma dat esse rei. *I. Julianus §. si quis ff. ad exhib. magis videtur consistere ex forma, utpote quæ rei potior est pars, quod etiam a tradita definitione confirmatur, quia quatenus est ordo, humanas actiones in finem optimum dirigens,*  
 2 *regere, & dirigere rectæ rationis est munus: unde *Marrianus in l. 2. inf. hoc tit. regulam esse dixit. Secundò huc maximè pertinet l. scire leges inf. hoc tit. vis enim & potestas legis tota in ratione posita est, & in sententia legis, ut ibi dicimus. Tertiò accedit senten-***

tia *Aristot. lib. 3. polit. cap. 2.* ubi dicens legem mentem esse sine appetitu, nihil magis quam rectam rationem, quæ forma legis est nobis expressit: ut tamen id ipsum clarus innotescat, quomodo se habeat, sciendum est, rationem ipsam, ut in cœteris artibus *Piccol. docet Grad. 5. cap. 47.*, & ad caussam efficientem, & ad formam redigi posse. Ad efficientem referri posset, si modum, quo ab initio ad ipsam legem ferendam concurrit, spectemus: hac etenim ipsa consideratione videtur legislator ex ratione legem efficere; si vero per se ipsam consideretur, est forma legis ab initio in legislatoris mente concepta, cum quadam rerum notitia ad id, quod exprimitur, ut plurimum conspirantium, & quasi scriptæ legis idea dici potest, & quæ in se considerata forma est; si vero ad ea referatur, quæ ab opifice per eam efficiuntur, instar efficientis habet. 6 Ex his colligi potest quamobrem fiat, dictum ex ratione restringi *d. l. adigere §. quamvis, tum etiam produci l. regula § si quis ff. de jur. & fact. ign. ac denique constringi, ut contra seipsum rationem admittat l. scire operetur §. sed & si ff. de exc. tut. ratio enim tanquam anima scripturam ipsam quasi corpus undequaque movet, & tanquam idea semper contendit opus illud extrinsecum sibi undequaque respondere; est autem ratio nihil aliud, quam voluntas, ac sententia legis, *l. non dubium cod. de legib. non nuda quidem, quia sicut nudum præceptum testatoris spernitur l. Filius familias §. Divi ff. de leg. 3.*, ita legis voluntas, nisi rationabilis esset attendenda non esset, quia nec ejus esset voluntas; tandem vero talis erit, quandiu in finem diriget. Quod si retineamus, prout constanter retinendum est, rationem esse animam legis, consequitur legem sine ratione, legem mortuam esse; tum, quod maxime refert, in lege condenda non procedere quod vulgo circumfertur, sufficit pro ratione voluntas, forma enim non potest adimpleri per æquipollens *l. Mexius ff. de cond. & dem. ideoque nuda voluntas non potest vice rationis haberis in adimplenda forma, ac ex ipso jure civili Romanorum optimè probatur. Sancitum namque est non valere testamentum, quod hæredem non habet *l. proximè ff. de bis, quæ in testamento del.* sine precio non consistere venditionem *§. pretium instit. de empt. & vend.***

11 sine verbis solo nutu stipulationem factam inutilem esse *leg. I. §. si quis ita ff. de verbor.*  
 12 *obligat, & actuum legitimorum formas pactis privatorum lædi non posse l. 3. ff. de testam.*; quod si privatorum actus non alias legitimis sunt, liquid deesse constet, quod ad eorum sub-

Substantiam pertineat, quo argumento in ipsa 13 legē, quæ totius Reipublicæ actus, & sponsio est, defectum formæ patiemur? Non erit, si ratione careat, virorum prudentium consulum, non sapientum decretum, non inventio, non donum Dei, ergo neque lex erit leg. 1. & 2. inf. eod. Quid amplius? si posset lex sine ratione consilere solo imperantium placito, jus aliquando esset latrocinari, jus adulterari, jus 14 falsa supponere testamenta. Hinc consequenter deduci videtur rationem legis unicam esse debere, quia forma unica sit. Ideoque quod 15 dicimus rationem esse legis formam, ad rationem finalem est referendum, quo argumento vel reprobari debet traditio *Salycti in leg. si servi vestri C. de nox. act.*, quod legislatores non unica ratione, sed pluribus moti præsumantur, quem sequitur *Jason in l. 1. num. 4. C. de fuc. ad.* quia sicut forma, ita ratio unica est, tum etiam alia longe quidem verior, ac receprior sententia everteretur, vel elusoria red. 16 deretur, qua *Dōctores consentiunt*, a ratione legis unica, etiam non expressa, licere argumentari gl. & DD. in leg. quamvis C. de fideic. Rom. consi. 32. nu. 5. & ibi Add. Alex. in l. si constante num. 5. ff. sol. mat., & alibi sepe, quia semper unicam adducens rationem juris præsumptionem haberet contra se, quæ relevat ab onere probandi c. ult. de præsum. Aut certè moderanda est eadem *Salycti conclusio*, ut de 17 ratione impulsiva intelligatur, quia plures esse possunt impulsivæ rationes. Nec me latet alios intelligere, ut scilicet non aliter plures præsumantur rationes, nisi quando una cum ipsa præsumptione, etiam rationes allegentur, ac ita plane intelligit Alex. in d. leg. si constante num. 5., & ibi sequitur Claud. Aq. ut refert Soc. jun. in tit. ff. sol. mat. nu. 78., & ipse etiam sequitur. Sed mihi, quotlibet adducantur rationes, unam tantum persuaderi potest finalem esse, si enim ratio legis idem est, quod mens legis, ut tradit Bariol. in d. l. cum mali & bene probatur in d. l. scire § sed et si; mens una est, ita & ratio una. Plurimum rationum allegatio id efficiet, ut si incertum sit, quænam earum sit finalis, non recte ducatur argumentum. Hoc ipso nomine damnandus est 18 *Angelus in §. affinitatis, Instit. de nupt.* dum ibi censuit, utramque ejus textus rationem esse finalē; nam in ea, quæ verè mea priuigna sit, ne possim ducere in uxorem, dispositio prohibitiva non habet duas rationes finales, quia, (& in hoc cum ceteris labitur Ang. & qui contrarium sentiunt) dispositio non est una, sed duplex ex duplice ratione; nam affinitatis veneratio non in ea, quæ nupta est,

consideratur, sed in ea, quæ fuerit jam privata tua, nunc verè non sit. Rectius colligunt legē intelligi in casu magis dubitabili, si lex, & ratio legis: Ineptum est in priore casu afferre eam venerationis rationē, quia nec eo casu disponit, unde falso colligunt unam dispositionem duas habere caussas finales. 19 Accidit aliquando plurium rationum concursus in aliqua lege condenda; exemplo est prohibitio donationis inter virum & uxorem, eam enim rationem habet, ut moribus recipetur, ne conjuges mutuo amore se invicem spolierent donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate utentes l. 1. ff. de donat. inter vir. Adjicit aliam *Paulus* ne esset eis studium liberos educendi. *Sext. Cecilius* aliam, quia sèpè futurum esset, ut discuterentur matrimonia, si non donaret is, qui posset, ac ea ratione eventurum, ut venalia essent l. 2. & 3. ff. eod. Quero postea, an omnes finales sint, & nulla quidem finalis est, nisi sola utilitas in matrimonii conservandis, ad quam unam ceteræ diriguntur omnes, quia sumuntur ab effectibus evitandis, non a fine adiipi- 20 scendo; non enim finis legis est privatio mali, sed assecutio boni, alioquin non esset finis optimus, sed imperfectus: Quare & illud Horatii „*Virtus est vitium fugere, sapientia prima stultitia caruisse*”, ad virtutis initium, non ad totam, integrumque virtutem referendum est. Quare ratio legis, non qua parte malum vitat, finalis est, quia pluribus malis obvia esse potest, sed qua parte in bonum dirigit, & ita dignosci poterit ratio finalis non a malo, a quo deterreatur, sed a bono, ad quod quasi finem pervenire contendat, hæc & ipsa legis forma existimanda est. Plurimum tamen obesse videtur l. non omnium inf. eod. nam si ratio legis magis spectari debet, quam verba d. l. non dubium, tantumque valet, quantum proxime dictum est, inde fit, ut non omnium, quæ a majoribus constituta sunt ratio sit inquiranda. Sed hac de re dicetur ibi. Nunc de caussa finali dicendum est.

### De caussa legis finalis, ac ejusdem legis effectu Cap. VI.

- 1 Legis finis ex Platone qui sit.
- 2 Legis finis ex Jurisconsultis est commune bonum.
- 3 Respublica, ut corpus, Princeps, ut caput, magistratus ut membra nobiliora habentur.
- 4 Lex ad commune bonum ordinatur.
- 5 Lex aeterna cuncta in Deum ordinat.
- 6 Commune bonum in jure appellatur utilitas, & exemplo ostenditur.
- 7 Confit

- 7 Constituto Prætor cur det actionem.  
 8 Utilitatem pro eo, quod interest significarunt Jus  
 risconsulti.  
 9 Utilitate metimur id quod intereat.  
 10 Fines plures ad ultimum finem dirigi ostenditur.  
 11 Reipublicæ interest cives locupletes habere.  
 12 Juris commune bonum summum est legis bonum.  
 13 Jus duobus modis accipitur, & dum conditur,  
     & dura dicitur, ac observatur.  
 14 Jus dum conditur omnium, dum observatur  
     privatam utilitatem spectat.  
 15 Lex præsertim cives efficere bonos contendit.  
 16 In usu virtutum posita est felicitas.  
 17 Bonis civibus existentibus tranquillus est Reipublicæ status.  
 18 Quilibet homo dicitur pars civitatis.  
 19 Effectus cujusque legis est facere cives bonos  
     respectu finis, in quem dirigitur.  
 20 Lex non ad fortitudinem, sed fortitudo ad le-  
     gem flectitur.  
 21 Cives quomodo formidine pœnae boni efficiantur.  
 22 Civis bonus dicitur ex habitu, & optimus ex  
     habitu bonus.  
 23 Lex a malo deterrens etiam ad bonum invitat.

**S**i omnis agens agit propter finem, legislator quidem nobilissimus inter agentes non poterit in eum finem non intendere, qui sibi nobilitate respondeat. Quare restissime *Plato* in *dialogo ultim. de legib.* dixit, unum præcipuum leges habere debere, ad quod cætera dirigantur. Id unum variis in locis expressit; nam in *legum appendice*, vel *Philosopho*, legum finem esse decernit, ut Dei cultu, ac puritate morum, optimum, & pulcherrimum vitæ exitum consequamur, & legum suarum, consilium est, ut ibi *Ficinius* animadvertis animos civium ita componere, ut expeditam adepti tranquillitatem, divinorum operum rationes, & caussas perscrutentur, atque in iis quasi speculis authorem Deum speculentur, & colant. Qua ratione idem *Plato* de legibus disputaturus, se paulatim ad Jovis templum proficiscentem constituit, ut in Deum, tanquam in finem verum, omnium legum rationem referandam esse significaret: tunc autem leges recte positæ erunt, cum beatos facient illis utentes. Sed hæc omnia ad finem pertinent, cuius gratia leges conduntur. At finis, proximè diriguntur cui ex prædictis non satis colligitur. Clarius ex nostris *Jurisconsultis* elucescere poterit, tum maximè ex *Ulpiano* in l. i. §. *hujus studii ff. de just. & jur.* ibi, *Hujus studii* due sunt positiones publicum, & privatum. Publicum jus est, quod ad statum rei Romanae spectat, Privatum quod ad singulo-

rum utilitatem. Quibus verbis publici juris publicum bonum, privati similiter bonum privatum, finem esse decernit: ex quo consequitur bonum illud, quod juri tam publico, quam privato respondet, universi finem juris esse. Id autem non aliud est, quam commune bonum quod utrumque, & publicum, & privatum comprehendat, quod *Isidorus*. in c. erit dist. 4. aperte confirmat, dicens — erit autem lex &c. nullo privato commodo, sed pro communi utilitate conscripta. Ad idem lib. 4. de leg.. *Plato* respexisse videtur statuens, tunc maximè legislatores suum assequi finem, cum communiter totius civitatis gratia leges condunt; & seditiones eos dicit, cum aliquam dumtaxat partem respiciunt, quod sibi Justinianus adscripsit in auth. de bær. & fal. sic exordiens: *Occupatis nobis circa totius reipublicæ curas &c.*, & quidem reipublicæ partem amplecti, partem deserere, ac relinquere est aliquo modo facere individui partem, quod nihil est leg. furiosa 3. c. qui test. fac. poss. l. si is ff. de test.. Habet enim respublika, vel civitas cuiusdam corporis instar, in quo Princeps quasi caput habetur, Magistratus velut membra præcipua, & nobilia censenda sunt, cæteri omnes, qui subditi sunt, membra quædam crassiora; neque corporis saluti commode prospiciet, qui ejus 4. partem infirmam esse patiatur. Est autem hujusmodi commune bonum, ad quod lex ordinari debet, felicitas illa, quam hoc sæculo adipiscimur, quæ in quieto, tranquillo, ac pacifico statu Reipublicæ posita esse videtur. Et quidem ut pars omnis ad suum totum naturali ordine dirigitur, ut imperfectum ad perfectum, cum cives partes civitatis sint, lex etiam eosdem in commune totius civitatis bonum instituere debet. Hinc *Cicero* 2. de leg. constat, inquit, *profecto ad salutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque omnium quietam, & beatam conditas esse leges;* „tum cum lex sit regula nostrarum actionum l. 2. inf. hoc tit. non potest non in supremum finem, quod est commune bonum, regulata dirigere, & cum universalis sit l. 1. ff. de const. prin. ideoque omnibus posita, non aliam magis, quam omnium 5. quærere utilitatem. Tandem sicut lex æterna, quæ fons, & origo est cæterarum legum, & lex est divinæ mentis, cuncta in Deum ipsum ordinat, et refert, sic lex civilis, quæ totius populi sponsio est, omnia in universi populi salutem ordinare, ac referre debet, & quatenus ab æterna lege regulam accipit, & mensuram, eo magis commune bonum quærit, quo illud ad summum bonum magis accedit, sic enim assequitur, quod & Platonem minimè latuit

Latuit 1. *de legi.* ut ipsa lex civilis ad alteram referatur, constat ex iis legem in commune bonum, ut in finem suum ordinatam esse: id ipsum autem commune bonum saepe in jure nostro utilitas appellatur: ratio esse potest, quia si privatum jus privatorum utilitatem, publicum vero publicam respicit utilitatem d. §. *buius.* & §. *ult.* *Instit.* de *Just.* & *jur.* totius juris finis erit communis omnium utilitas, quae & publicam, & privatam comprehendet. Idem vero semper in jure nostro utile existimabitur, quod bonum, justa Stoicorum sententiam, ut probat *Coras.* in d. §. *buius,* ac ita utilitatis nomen variis in locis usurpatum in l. *jus pluribus ff. de justit.* & *jur.* in l. nam ut ait, & l. *jus singula-re infra eodem:* semper enim jus, sive universale, sive singulare ob aliquam introducitur utilitatem: quod recte animadversum varias juris eximere difficultates, tum eam præcipue, quae Doctores turbat, in rubr. *ff. de verbor.*

7 obligat. qua ratione Prætor constituto tribuerit actionem; ex pacti enim geminatione motus non est, sed quia res illa utilitatem habet, quod *Paulus in l. 3. ff. de constitut. pec.* ante omnium oculos ponit dicens „adjicit *Labeo* propter has potissimum pecunias, quae nondum peti possunt, constituta inducta, quam sententi-am non invitus probarim; babet enim utilitatem, ut ex die obligatus, constituendo se eadem die soluturum, teneatur. Ita ex pacto pignoris quae jure honorario actio prodita est l. *si tibi § de pignore, ff. de pact.* non aliam habet rationem, quam utilitatis propter frequentiam pacti. Tum etiam *Ulpianus in leg. si remunerandi § ultimo ff. mand.* ei, qui de quota litis pactus non erat, sed tantum pecunia accepta fidejusserrat, mandati utillem competere actionem cum *Marcello* consen-tiens ait „que sententia utilitati rerum consen-sanea est“ ut nobis ostenderet omnia in jure civili ad utilitatem esse referenda *Cajus etiam in leg. servum ff. rem pup. sal. fo.* ait propter utilitatem receptum esse recte stipulari pupillum, si fieri possit, licet non intelligat. Quare vere *Paulus in d. l. *jus pluribus* diffinit jus civile esse, quod omnibus, aut pluribus*

8 in quaque civitate utile est. Hanc utilitatem per id, quod interest, saepe etiam juris authores significarunt, veluti cum dixerunt Reipublicæ interesse dotes mulieribus conservari l. 1. *ff. sol. mat.* ne quis re sua male uteretur §. *ult. instit. de bis,* qui sunt sui, vel alieni jur. suprema hominum judicia exitum habere l. *vel negare ff. quem test. ap.* delicta non remanere impunita l. *ita vulneratus ff. ad leg. aquih.* &

his similia; est autem Reipublicæ interest in re, id est in utilitate illius esse, nam id quod interest utilitate metimus ex lucri, & damni ratione. Finis itaque legum illud bonum, illa utilitas est, quae ex publici boni, ac pri-vati conjunctione resultat: sunt tamen quidam fines ad eum, velut ultimum finem diretti. Delictorum coercitio finis quidam est legis l. 1. *inf. hoc sit.* non tamen ultimus finis: Sic dum *Plato 9. de leg.* dixit, legum optimarum officium esse sic animos hominum instituere, ut oderint injustitiam, neque tam-en in eo quiescit, nisi etiam justitiam ament. Sed non hoc tantum lex universalis contendit, verum etiam totius populi salutem inquirit, pacem, & tranquillitatem introducit. Præ-te-rea legibus particularibus suus etiam particula-ris est finis, cuius adeptione conquiescant; at ille rursus ab universalis lege in finem ultimum dirigitur, ut potest hoc exemplo exploratum esse. Sta-tuta, quae per universam Italiam stantibus ma-sculis foeminas excludunt, hanc, ut agnationi favent, rationem habent, ut de com-muni testatur *Brun. in tract. Quod stat. Masc. art. 3.*, & tradunt *DD. in tit. ff. de aquir. posse.* Hic tamen particularis finis in eum universalem ita dirigitur: Familiae in paupertate fordescunt l. *quisquis C. ad l. Just. ma.* Reipublicæ autem interest cives locupletes habere, non pauperes, ac sordidos § cogi-tatio, autb. ut jud. sin. quoq. suff. dum ergo prospicitur, ut bona in familia conserventur jam & hoc agitur, quod cives locupletes sint, quod totius Reipublicæ interest, ac ita finis in finem dirigitur. Bonum itaque pu-blicum, publici juris est finis, pri-vatum, privati juris; jaris autem conamne bonum, quod summum bonum legis est. Sed hic potest dubitari propter usucacionem, quae cum privati juris sit §. *ult. instit. de just.* & *jur. juncto tit. de usucap.* bono tamen publico induciam dicit l. 1 *ff. de usuc.* ergo jus etiam privatura publici boni finem habet, & multa quidem inter privatos publicam ob utilitatem sunt introducta. Nam sub privati juris posi-tione libertates, dotes, tutelæ, testamenta reponuntur, quae omnia publicæ utilitatis insig-nibus fulgent; igitur, quomodo ait *Ulpianus*, privatum jus ad singulorum pertinet uti-litatem? Potest, ut opinor, jus privatum duplicit considerari dum conditur, & introduc-tur, tum etiam dum conditum, dicitur, redditur, observatur. Primò modo ad omnium utilitatem spectat, l. *jura inf. hoc sit.*, & om-nium, non singulorum gratia conditur d. c. erit d. 4. & ideo consideratur publicum de-num

num in privato jure, quatenus introducitur d. leg. 1. ff. de usuc. ibi „ bono publico introducta est usucatio „, quatenus recipitur l. servum ff: rem. pup. sal. fa & quatenus universaliter præcipitur l. i. hoc sit. Secundo modo quatenus inter privatos redditur per fori disputationem, & judicio introducto dicitur, decernitur, & observatur inter eosdem, ad singulorum pertinet utilitatem: & secundum hanc distinctionem omnis lex introducitur communis utilitatis gratia, & in commune bonum dirigitur. Ex quibus omnibus colligi potest, quicquid lex efficit propter hunc finem, verum esse legis effectum: præcipue autem contendit cives bonos efficere, ut docet Ulpianus in l. 1. ff. de iustit. & jur. ibi „ bonos non solum meta prenarum, sed etiam premiorum exhortatione efficere cupientes „ effectum enim quasi præcipuum esse legis explicat bonos cives efficere. Hic autem effectus in finem expositum ordinatur, ut docet Sotus art. 1. quef. 2. quia cum finis legum sit commune bonum, in quo civilis felicitas consistit, eum nemo nisi per exercitium virtutum affequitur: in usu enim virtutum posita est felicitas. Contendit ergo lex propter finem bonos efficere cives; nam ex singulorum probitate illud commune bonum consurgit, cum civibus bonis existentibus non possit universus Reipublicæ status non esse tranquillus: ut enim dicit D. Thomas in 1. 2. q. 92. cum quilibet homo sit pars civitatis, impossibile est quod aliquis homo sit bonus, nisi bene sit proportionatus bono communi, nec potest totum bene existere, nisi ex partibus sibi proportionatis. Iftius conclusionis veritatem alia etiam ratione probat in d. q. non tantum procedere in ea, quæ verè lex est, quia justè posita, sed etiam in iusta, quæ legis nomen non mereatur; sic enim arguit: si intentio legislatoris feratur in bonum verum, quod est bonum commune, contendit cives efficere verè, & simpliciter bonos, si verò feratur in id, quod non est verè bonum, contendit efficere bonos in ordine ad eum finem, ac ita si lex esset latrocinandi, bonos latrones efficeret. Facit ideo tales, aut simpliciter, aut secundum quid; ac ea videtur Divi Thomæ sententia, ut effectus cuiusque legis, sit facere homines bonos respectu finis illius, in quem lex dirigitur, & cum lex de omni virtutum genere præcipiat, ut docet Arist. 5. Ethyc. c. 1. & dicam infra in l. 1. videtur sentire, quod lex fortitudinis cives fortes, lex temperantiae temperatos, lex justitiae justos efficiat, & bonos in ordine faciat ad suum finem particularem, & ita Sotus interpretatur, eamque existimo fuisse Divi Thomæ sententiam, ut ex fine questionis in-

telligitur; verum de ea maximè dubito, nam cum finis legum sit commune bonum, ut idem fatetur, lex omnis etiam particularis in hunc dirigi debet finem d. l. i., & leg. jur., & d. c. erit, lex fortitudinis non efficit fortes propter fortitudinem, sed commune bonum; præcipit enim lex, ut de omni virtutum genere, non ut ad genus illud virtutis ordinet, sed ut ad commune bonum omnes virtutum referat actiones, & aliud est fortitudo, aliud lex fortitudinis; neque lex ad fortitudinem, sed fortitudo flebitur ad legem, quia lex de ea præcipit propter finem sui ipsius, non propter fortitudinis finem, & forte recte perpensus non aliud sentit D. Thomas. Sed ut ad effectum legis præcipuum redeam, dubitatur quomodo formidine poenæ cives bonos effice contendant, nam nemo nisi sua sponte efficit bonus; docet Arist. x. ethy. c. 9. alios natura, alios consuetudine, alios disciplina fieri bonos, sed nulla magis, quam juris disciplina boni fiunt, quæ licet metu poenæ primum avertat a malo, efficit aliquando, ut virtutis amore boni etiam sponte sua esse velint: nam mores immutat, & legum terror incussus, dum a malo deterret, etiam virtutis amorem insinuat. Vel secundo responderi potest eum, qui metu poenæ bonus est, etiam spe deposita ne quandoque sua sponte bonus efficiatur, est bonus in ordine ad commune bonum, quatenus in alios justus est, & statum Reipublicæ tranquillum esse patitur, & cum sibi sit malus, est tamen aliqua ratione civitati bonus; sed verius est legis intentionem esse, eum efficere simpliciter bonus, nec id sola formidine poenæ affequitur, sed virtutis amore, & quod Ulpianus inquit respectu poenæ, non effectum consummatum, sed principium efficiendi spectat, & ideo recte Arist. 2. Ethic. c. 1. dicit „ legislatores enim cives assuefaciendo bonos reddunt hæcque est uniuscujusque legislatoris voluntas nam ostendit id longo tempore fieri; nec enim possunt homines nisi longitudine temporis assuescere; quod etiam probat Ulpiani locum accipi debere de civibus bonis ex habitu, & hic est effectus legis consummatus. Platonii etiam legumlatori sapientissimo lib. 4. de legib. id videtur esse legibus contendendum, ut quandiu homines sint, optimi quoque sint, nec verò optimi sunt, nisi ex habitu boni sint. Lex verò dum a malo deterret, etiam ad bonum invitat, & efficit aliquando, ut non tantum mali esse desinant, sed etiam virtutum habitu exornentur. Itaque proprius, ac præcipuus legis effectus est, omnibus consentientibus, cives bonos efficere, ut ex omnium bonitate commune bonum, & utilitatem veluti finem consequatur.

De iis

*De iis, quæ legis cognata, sive affinia  
sunt.* Cap. VII.

- 1 *Quæ sint, quæ cum lege retinent cognitionem.*
- 2 *Simplicitas pluribus modis accipitur.*
- 3 *Simplicitas prudentiæ coniuncta veritatis est amica.*
- 4 *Simplicitas dicitur quasi sine plica.*
- 5 *Fides veritatis verborum adminicula non querit.*
- 6 *Statuto, ut procedatur sola facti veritate inspecta, an beneficium excussionis tollatur.*
- 7 *Excussionem de apicibus juris non esse Author sentit: & num. 12.*
- 8 *A vi contractus ob meram juris subtilitatem non recedemus.*
- 9 *Inductio excussionis est secundum æquitatem.*
- 10 *Emendatio omnis nititur æquitate.*
- 11 *Fidejussor adhibetur, ut creditori magis consulatur.*
- 13 *Opinio Authoris in questione excussionis.*
- 14 *Paucitas est legum comes, ut diu vivant, nec mutentur.*
- 15 *Legum multitudo magis illaqueat, quam devincit.*
- 16 *Brevitate leges scribi Justinianus præcepit.*
- 17 *Possibilitas in legibus desideratur.*
- 18 *Impossibilis conditio habetur pro non scripta.*
- 19 *Impossibile multiplex est.*
- 20 *Nimis arduum impossibile reputatur.*
- 21 *Legum servitia benignitatis uritur temperamento.*
- 22 *Duo notantur in l. respiciendum ff. de pœn.*
- 23 *Benigna interpretatio tanquam justa, & tutæ legi est conjuncta.*
- 24 *Leges in obscuris sequuntur quod est minimum.*
- 25 *Hæc regula in subsidium locum habet, & quando.*
- 26 *Hæc regula geometricam, & arithmeticam admittit proportionem.*
- 27 *In civilibus, & criminalibus reo magis favimus, quam actori.*

**P**ræter hæc, quæ hactenus exposita sunt, ac legum essentiam respiciunt, alia quædam sepe numero legi adjiciuntur, quæ plurimum conducit non ignorare. Ex iis enim facile poterimus intelligere, num lex duratura sit, vel ne; nam sicut corporis valetudo, licet ejus substantiam non ingrediatur, illud tamen, aut diu vivere facit, aut cito interire cogit, prout bona, vel mala adjungitur; sic quædam sunt, quæ adjuncta legi, veluti ipsi amica plurimum ad eam conferunt, quædam prorsus oppugnant, & ad nihilum sèpè redigunt. Ab iis itaque exordiar, quæ cognitionem quandam retinent cum lege. Sunt autem ejusmodi simplicitas, paucitas, brevitas, possibilitas, benigna interpretatio, minimum. Et quidem ante omnia simplicitas plurimum legibus amica existimatur §. cæterum *Inst. de legit. agn. suc.* ubi ponitur tanquam subtilitati contraria, de qua paulo post dice-

tur: interdum usurpatur ut contraria dolo c. si cupis 26. q. 1., ubi dicitur „Habeto simplicitatem columba, ne cuique machineris dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis, non enim multum distat in vitio decipere posse, vel decipi. Quo nomine damnatur quædam simplicitas fatua, & discretioni contraria, ut ibi in gl. & gl. in c. innocens 22. q. 4. Ejusmodi est nimia in credendo facilitas c. si quid. dis. 86. nimia ignorantia c. pastoralis. de jud. Commendatur autem simplicitas prudentiæ admixta, tanquam veritatis amica c. veritatis de jurejur. & fallaciæ, ac mendacii inimica d. c. si cupis . Accipitur etiam simplicitas tanquam obscuritati contraria & à verborum inusitata tela deflectens, ut not. gl. in c. 1. ver. simpliciter de sum. Trin. ubi dicit, legem simplicem esse debere, quæ inutilles verborum, litiumque circuitus effugiat; dicitur enim simplicitas, quasi sine plica, & involutione gl. in clem. sèpè de verb. signif. 5 Nam fides veritatis verborum adminicula non requirit l. i. C. si min. ab her. se abst. gl. in d.c.veritatis. nec requirit lex, quæ, ut Socrates in Minoe tradit, veritatis inventio est. Qua ratione factum est, ut non tantum antiqui juris formulæ sublatæ sint l. i. C. de Form. subl. differentiæ rerum mancipi, nec mancipi, receptæ & constitutæ pecuniae, Pegasiani ambages, & alia ejusmodi; sed ubique leges municipales introductæ, ut procedatur sola facti veritate inspecta, sic enim ab omni subtilitate, ac machinatione receditur, & simplicitas ipsa legibus amica custoditur. Nam istius municipalis censuræ ea vis esse creditur, ut omnes juris apices videantur remissi, omnisque juris positivi solemnitas, ut concludit Soccinus conf. 24. n. 48. vol. 1. post. not. in d. cle. sèpè & alios, quos allegat. Ex quo plurimum vereor, ne non rectè inferatur ejusmodi statuto tolli beneficium excussionis, licet ita sentiat Aret. conf. 127. n. 3. Alex. conf. 114. nu. 4. 8. vol. 6. Soccinus d. conf. novissime Rolandus & Val. conf. 69. n. 25. vol. 1. ubi 6 receptam sententiam affirmat. Falsum enim mihi videtur istius conclusionis assumptum, quod excusso sit de apicibus juris, & falsò huius sententiæ allegatur gl. in l. si mancipium ff. de evict. neque hoc ibi notat Baldus de exceptione excussionis, sed de exceptione ordinis, unde collectio vera est de exceptione ordinis habentis causam a subtilitate juris, non de exceptione ordinis ab æquitate derivantis, & ideo aliter, & rectius eam glossam intelligit Corneus conf. 55. num. 28. vol. 3. ut procedat in exceptione, quæ solus ordinem, solumque præposterationem respiciat, sequitur 7 Natt.

Narr. conf. 521. n. 5. vol. 3. & licet Rom. conf. 416. n. 1. contrarium consuluerit, tamen in l. si constante ff. sol. mstr. fatetur se male consuluisse, & conf. 211. fatetur esse justam, non frivolum exceptionem, & ut opinor recte probatur ex auth. de fidejus. in prin. ibi,, neque negligens debitoris intercessoribus molestus sit & ibi „ Quid enim ei in extraneis erit a debitore completo? Non enim ordinem, sed ejus rationem spectare debemus arg. l. verum ff. de furt. & in hac quæst. tradit Aymon conf. 263. n. 1. verb. sed præmissa, ac existimare, an ea subtilitate juris nitatur, vel æquitate; & tantum abest, ut sit de apicibus juris, quod jure digestorum nulla æquitate subsistente secundum juris apices daretur electio l. jure nostro Cod. de Fidejus. l. 2. C. eo. Nititur enī, quia uterque in solidum est obligatus, & est ex vi con-  
tractus, a qua propter meram juris subtilitatem recedi est inauditum, cum eadem subtilitate  
consistat; & ideo induc̄tio excusione non est secundum juris apices, sed secundum meram  
æquitatem, est enim legitimi juris emendatio;  
nam hoc remedium adhibet Iustinianus, non  
quasi subtilitatem, sed quasi stricti juris emen-  
dationem. Omnis namque emendatio nititur  
æquitate, ut apud Aris. 5. Ethic. c. x. id  
quod Iustinianus insinuat, quasi æquum sit, sine dam-  
no creditoris debitorem ipsum prius excuti. Ad-  
hibetur quidem fidejussor, quo magis ei con-  
sultum sit l. 5. §. satis acceptio ff. de verb.  
oblig., & in tuto creditum suum constitutus l.  
1. & 2. ff. qui sat. cog. At debitore existente  
solvendo jam in tuto creditum est, & quasi  
abundans cautela videtur adhibita fidejus. l.  
Itaque in tantum non est inventum a Justiniano  
beneficium excusione secundum apices  
juris, ut maximè subtilitatem juris emendet,  
ac eosdem apices ex bono, & æquo retundat,  
& licet videatur exceptio ordinis, ratio tamen  
subtili jure non nititur; & ideo falsò affir-  
mant supra relati, ex eo solum, quod sit  
exceptio ordinis, esse de apicibus juris. Quare  
qui in contraria sententia sunt, mihi quidem  
rectius sentire videntur, uti Corneus d. conf. 55.  
n. 28. vol. 3. Natt. d. conf. 521. n. 17. ubi  
hujus sententiaz citat Claud. Aq. in l. decem  
ff. de verb. oblig. Georg. Nattam in clem. sapè  
de verb. sig. ubi ita dicit se obtinuisse. Plu-  
res refert Aym. d. conf. 263. n. 3. ver. eam-  
dem. Sed tamen videtur mihi præter varias  
conciliationes, quæ apud hos habentur, ita pos-  
se inter has opiniones de jure distingui: Quod  
vel fidejussor adhibitus est propter facilitatem  
conveniendi, utpote quia debitori competeteret  
exceptio fori declinatoria, & eo casu exceptio-

nem non factæ discussionis prorsus rejiciendam  
censeo: exemplo sit si laicus contrahat cum  
clericō, & exigat fidejussorem laicum, poterit  
utique fidejussorem coram judice seculari con-  
venire, Spe. de comp. jud. adit. §. generaliter n.  
26. Baldus in l. 5. n. 10. C. de pri. dot., an  
poterit fidejussor opponere exceptionem discus-  
sionis? minimè, quia intercessit ad facilitatem  
conveniendi, & si opponere posset, afferret  
præjudicium creditori, cum tamen excusio eam  
æquitatis rationem habeat, ut in eo, quod tibi  
non nocet, & mihi prodest, gratificari debeas  
arg. §. Religiosum Inst. de rer. div. Hæc verò  
ratio tūm militat, cùm eadem est in conve-  
niendo, ac in exigendo facilitas; tunc enim  
creditori recte objicitur, exigas a principali,  
quia sine ullo incommodo tuo mihi commo-  
dum facies; quæ ratio tota in æquitate, non  
in subtilitate fundatur, & in hac specie ini-  
quum est, ejusmodi rejicere exceptionem, sed  
admissa quidem debet summatim tractari, ac  
de ea cognosci arg. eorum, quæ tradit Bart. in  
l. 1. ver. non obstat ff. jud. sol. & ita proce-  
dit sententia D. Malignati quam refert Aym.  
d. conf. 263. n. 2. nempe ex suppositione,  
quod exceptio admittatur, alioquin jure ab eo-  
dem Aymonio reprehenditur; & hanc distinc-  
tionem æquissimam puto, nam rena omnam  
ad eam simplicitatem, quam legibus amicam  
esse prædixi, redigit; quæ simplicitas quasi  
quædam bonitas est nulli nocens, nullique sine  
causa molestiam inferens; Ad eamdem simili-  
tatem pertinet, ut quæ fieri possit paucio-  
res leges condantur. Isthæc enim quasi quæ-  
dam paucitas est optima legum comes, ut diu  
vivant, non facilè mutentur, non contemnan-  
tur. Qui leges infinitas condit, id agit, ut  
quis aliquam earum facilè offendat. Multitudo  
legum illaqueat potius, quam legitimè devin-  
ciat, quia non facile omnes observare possi-  
mus, eaque res inconstantiam illam parit,  
qua leges sapè mutantur, vel in dissuetudinem  
abeunt. Porro legum authoritas, sive majestas in  
contemptum sapè vertitur, quod inconsulto  
condantur ab iis, qui neque legum essentiam  
intelligunt, nec circumstantias advertunt, & ut  
non fano consilio suadentur, sic veluti infirmæ  
facilè cadunt. Simili ratione brevitas in verbis  
desideratur, & rectissimè Iustinianus brevi sermo-  
ne leges scribi præcipit l. 1. §. quibus C. de  
novo cod. fa. non tamen ea esse debet, quæ  
obscuritatem afferat, nam vitiosa foret, ut  
monet Quint. lib. 8. c. 13. nam inde multitu-  
do interpretationum prodit, quæ fons, & ori-  
go est litium, ac controversiarum. At brevi-  
tas quædam dilucida legibus est amica, a qua  
Justi-

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

*Justinianus* in novellis constitutionibus defle-  
ctens, velut suæ iussionis immemor, in impo-  
litas, ac prolixas recessit narrationes. Neque  
brevis legislator esse poterit, nisi vim verbo-  
rum noverit, & dicendi artem optimè callue-  
rit. Quartò adjungitur legi, ut sit possibilis  
c. erit dist. 4., & licet dicat ibi *Isidorus*, erit  
autem lex honesta, justa, possibilis secundum  
naturam, &c. honestum, & justum sunt quid  
intrinsecum legis non adjunctum. *Solon* (ut  
scribit *Plutarcus* in ejus vita) ita dicebat „*Decet*  
*inferendis legibus possibilitatis, & facultatis ra-*  
*tionem babere, si quis malit utiliter in paucos,*  
*quam sine utilitate in multos animadvertere.*

17 Et quidem possibilitas in lege merito defide-  
ratur. Primum, ut removeamus impossibilita-  
tem, nam sicut ab actibus legitimis rejicitur,  
18 ab ipsa lege multò magis rejiciatur; condicio-  
nes enim impossibiles pro non adjectis haben-  
tur l. obtinuit ff. de cond. & dem. Est autem  
multiplex impossibile, veluti secundum natu-  
ram, ut digito cœlum attingere d. l. obtinuit.  
secundum factum, ut illud infectum reddere l.  
in bello §. facti ff. de capt. & post. rev. secun-  
dum bonos mores, ut spuriros ad successionem  
generaliter admittere, quod invitaret ad adul-  
teria, & futuri doli remissionem contineret  
arg. l. stipulatio hoc modo ff. de verb. oblig.  
Impossibile de jure, ut si quid contra jus, vel  
utilitatem publicam rescribatur l. ult. C. si  
contr. jus vel uti. impossibile contradictionis,  
ut ubi sit aliqua repugnantia l. ubi repugnantia  
ff. de reg. jur. l. jus nostrum ff. eodem; tūm  
impossibile propter perplexitatem, quæ nos in  
alteram partem abire non patitur l. duo sunt  
Titii ff. de test. tut. Hæc genera impossibilium  
declarat *Baldus* in l. eam quam C. de Fideic.  
num. 32. Verum non tantum hoc exigitur ad  
impossibile removendum, sed etiam, ut ab  
20 omni difficultate declinemus; nam quod ni-  
mis arduum est, ac difficile solet quasi impos-  
sibile reputari §. fere ubi gl. Inst. de rer. divi-  
tum docet *Plato* lib. 4. de leg. tales leges es-  
se debere, quas multitudo, & populus libenter  
fuscipliant: nec ardua, aut violenta lex ferri  
debet, sed quoad fieri potest lenis, ac suavis.  
Nam sicut in arte medica ille cœteris habetur  
peritior, qui nullo dolore, vel certè cum mi-  
nor corpora sanitati restituit, ita legislator ille  
cœteris semper erit præferendus, qui legum  
pharmaco publicam salutem cœteris suavius af-  
sequitur. Id tamen perpetuum non est: uti enim  
in morbis acutis medicamenta, quæ dolorem  
afferunt, tutiora sunt; sic ubi aliquando  
hominum malitia crescere visa fuerit, legum  
21 fævitia utendum erit, sed nec quidem abso-

lutè, verum cum benignitatis temperamento l.  
respiciendum ff. de pæn. qui locus summoperè  
22 est considerandus; duo enim ex eo inferuntur,  
alterum, quod sola, nudaque fævitia etiam in  
atrocissimis ad injustitiam descendit, quia ho-  
mo fævit in hominem, nec justitia est ab al-  
tero ita humanitatem omnem divellere, ut al-  
terum obliviscatur hominem esse; Alterum  
quod nemo tam impius haberi potest, quem,  
si vel legem somnis parumper consideras, om-  
ni, dum vivit, miseratione indignum judices,  
& ultima supplicia benignitatis mixturam ad-  
mittunt, & morituris quædam solatia dene-  
ganda non sunt. Quare quod dixi possibilem  
legem esse debere, facilitatem, ac benignita-  
23 tem quandam consequitur. Quinto itaque  
loco benigna interpretatio legi videri poterit  
conjunctissima, sicut actus agentium ex beni-  
gnna interpretatione sèpè numerò sustinentur l.  
quoties de reb. dub. l. ex hac scriptura ff. de  
don. Sic ipsæmet leges benigna interpretatione  
sèpè adjuvantur l. benignius inf. eod. & ad ju-  
stitiam, non tantum ad tutelam pertinet be-  
nigna interpretatio, quod *Marcellus* docuit in  
l. proxime ff. de bis que in te. del. dicens „*In re dubia benignorem interpretationem sequi:*  
*non minus esse justum, quam tutum.* Quare  
amica legi est tanquam justa, & tanquam  
tuta, & ideo qui ad duriorem interpreta-  
tionem accident, non tam a pietate, quam  
a justitia ipsa recedunt. Nam exasperandæ in-  
terpretatione non sunt leges l. interpretatione  
ff. de pæn. Sexto, & ultimo loco simili rati-  
one minimum, vel exiguum conjunctionem  
quandam retinet cum lege, de quo latè scri-  
bit *Tiraquellus* tract. de jud. in rub. exig. In  
obscuris enim leges sequuntur quod est mini-  
mum l. semper in obscurois ff. de regul. juris  
24 nemo autem id sequitur quod odio habet. Sed  
hæc regula non obtinet absolutè, sed in subsi-  
dium, ut tradit glos. in c. in obscurois de reg.  
jur. in 6. *Decius* in d. l. semper, & probatur  
in l. semper in stipulationibus ff. eodem. Nam  
primò inspicimus, quid actum est, secundò quid  
verosimilius, tertid quid fieri solitum, no-  
strem quid minimum, quæ regula in legatis,  
in pœnis, in contractibus sibi vindicat locum,  
ut ibi prosequitur *Decius*, quod minus ad rem  
nostram pertinet. De ratione querendum est  
respectu legis. *Glossator* ait, quia in maiori  
summa semper inept minor l. i. §. si stipulanti ff.  
de verb. oblig. *Decius* ibi n. 2. opponit, quod ra-  
tio hæc non sit generalis, sed summas dum  
taxat respiciat. Sed et si diversa sit causa quan-  
25 titatis, & speciei, regula tamen geometricam  
admittit proportionem, non arithmeticam tan-  
tum

tum, secundum quam semper verum erit in majori inesse, quod est minus, & idem cui licet, quod est plus, licet etiam quod est minus, ut not. in aust. multo magis C. de sacr. Eccl. Decius speciales affer rationes in contractibus, in legatis, in poenis, sed mihi videtur generalis inquirenda. Ea ex præcedentibus ita defumitur. Benigna interpretatio est amica legi, sed benigna interpretatio sequitur minimum, ita minimum ex benigna interpretatione cum le-

27 ge connectitur; sive enim in civilibus, sive in criminalibus de alicujus condemnatione, vel absolutione queratur, reo magis, quam auctori est favendum l. favorabilius ff. de regulis jur. Nam benignitas in condemnando nulla est, nisi quatenus remittitur de rigore juris, & ita tota consistit in absolvento, vel simpliciter, vel secundum quid, & eodem modo, & ratione, qua in dubio reus debet absolviri, non condemnari l. qui accusare C. de eden. l. ult. C. de prob. ita in dubio si queratur de majori, vel minori poena, vel summa, ad minorem declinare debemus l. interpretatione ff. de pæn. l. Arrianus ff. de verb. obligat. d. l. semper in stipulationibus, & de quolibet ita presumimus, vel ne deliquerit l. merito ff. pro soc. vel si deliquit, ut minus delinquisse videatur Aret. conf. 80. n. 6. sic & in civilibus dicimus aliquem non esse obligatum, vel in minori summa, ac ita minima legibus ex benigna interpretatione conciliantur, quia non possunt leges benignam sequi interpretationem, quia etiam in re obscura per eam perducantur ad id, quod est minimum. Non desunt alia legum affinia, atque conjuncta, sed ubi de iis, quæ legi repugnant, tractatum erit, ex oppositorum ratione eorumdem plenam cognitionem assequimur arg. inst. de iis, qui sunt sui, vel alieni jur. Itaque de repugnantibus dicam, nihil enim odio prosequimur, quin ejus contrarium amemus, quoniam illud semper erit optimum, cajus contrarium erit pessimum.

### De iis, quæ legi repugnant, ac primum de iis, quæ forme ipsius adversantur. Cap. VIII.

- 1 Quedam legi repugnant, à fine nonnulla avertunt, aliqua interitum afferunt, vel inanem reddunt.
- 2 Injuriam facere est sua sponte nocere contra legem.
- 3 Melius est injuriam pati, quam inferre.

- 4 Unde jura nascuntur injuriarum occasio nasci non debet.
- 5 Principum concessiones sine alicujus injuria factas interpretamur.
- 6 Iniquitas inæqualitas est dupliciter delinquens.
- 7 Plus & minus quatuor modis dicitur;
- 8 Arbitramenti iniquitas à Judice bona fides corrigitur.
- 9 Obtinens sententiam injustam potest denunciare Ecclesiæ.
- 10 Jus suum cuique tribuere non solum in definitione est justitia, sed inter precepta juris.
- 11 Sententia contra jus litigatoris lata publicæ utilitatis habet rationem, ut valeat, & jus constituit. nu. 13.
- 12 Juris disciplina demonstratione carens in probabili rerum posita est disceptatione.
- 14 Judici, ut jus cuique tribuat, dupli via consulitur.
- 15 Legibus, non exemplis est judicandum.
- 16 Sententia contra casum legis, vel constitutiones non valet.
- 17 Notoria iniquitas reddit sententiam nullam.
- 18 Sacerdos juris quando quis dicatur.
- 19 Fraus & ratione doli, & fraudis legis adversatur.
- 20 Inhumanitas legis adversatur, ac eam vitiosam reddit.

**V**Idetur autem generaliter diffiniri posse ea omnia repugnare legi, quæ, si in lege reperiuntur, eam vitiosam constituunt, & quasi ad non legem redigunt; nullum enim vitium in recta ratione esse debet. Sed ea vel maximè legi repugnant, quæ formæ ipsius adversantur, cujusmodi sunt ea omnia, quibus lex ad injustitiam flectitur, adeò ut corrumpatur, & lex esse definit. Inuria, iniquitas, fraus, inhumanitas in hoc genere collocanda sunt: Quædam vero a fine legis avertunt, veluti incertum, ambiguum, infinitum, subtilis disputandi ratio, cavillatio, inutile; Quædam eidem interitum afferunt, ut desuetudo, contraria lex, abrogatio; Quædam saudant, ut correctio, derogatio, elusio; Quædam inornatam reddunt, ut superfluum. Videamus de singulis diligentius, ac primum de iis, quæ formæ sese opponunt. Inuria quidem adeò contra legem est, ut rectè dixerit Aristoteles I. rhetor. injuriam facere nihil aliud esse, quam nocere sua sponte contra legem: Et Platon 3. de legi: Injuriam elationis lasciviarum filiarum dixit, & justitiam e contra sine temperantia ortam habere non posse. Et sapienter dictum esse: melius injuriam pati, quam inferre, quia inferentes pravi, injusti, & indigne

gni honeste redduntur : patientes vero luduntur quidem , non autem indigni , vel improbi sunt . Ut ergo injuria procul est a justitia , ita a legibus absit . Quare maximè cavadum est , ne lex injuriam contineat , quoniam aliquid sibi maximè repugnans contineret , & ideo rectè dictum est , unde iura nascuntur , injuriarum occasionem nasci non debere *h. non debet.* *I. meminerint.* *C. unde vi.* Hinc est , ut concessions Principis , sine alicujus injuria factas semper interpretari debamus *I. nec avus C. de emanc. lib. lege I. ff. de fund. dot. I. cum filiusfamilias ff. de mil. rest.* Quod si jus tertii vel modicum lèdant , præsumendum erit ad partis importunitatem emanasse , ac ita intelligo *Rom. cons. 436. n. 19. Dec. conf. 576. n. 12. Gram. dec. 65. n. 31.* & alios omnes , qui afferunt , quod rescriptum emanans ad postulationem partis , ob ejusdem importunitatem emanasse credatur , ut verum sit , si alicujus contineat injuriam . Hinc descendit illud juris præceptum : *Alterum non ledere §. I. instit. de just. & jur.* hinc emendandæ injuriæ caussa judicium , sive actio prodit ; nihil enim aliud est injuriam facere , quam facere contra legem ; ideoque lex injuriam veluti quid sibi contrarium insequitur *tot. tit. ff. & instit. de injur. & presertim in §. penna autem* , atque ideo legem ferre , quæ contineat injuriam , est non ferre legem , sed decretum injustum . Secundo loco iniquitas etiam legi repugnat , nam si dicimus jus esse artem boni , & æqui , idest juris studium , non poterit jus ipsum , sive lex esse , nisi quatenus bona , & æqua , arg. *I. I. ff. de just. & jur.* . Est autem iniquitas quædam inæqualitas , quæ dupliciter delinquit , plus , vel minus tribuendo ; qui suum tribuit , ille æqualiter tribuit , ac ideo justus est , cum justitia tribuat cuique jus suum *instit. de just. & jur. in prin.* . Plus autem , & minus dicitur quatuor modis , re , loco , tempore , caussa *§. plus autem instit. de action.* Sed videtur ne non iniquum juri adversetur ; nam & jus est , ut iniquæ sententiæ pareamus *I. jus pluribus ff. de just. & jur. tum , & sententiæ Arbitri I. diem proferre §. stari ff. de recep. arb.* licet secus sit in arbitramento , cum ipsius manifesta iniquitas per judicem bonæ fidei corrigatur *I. inde si Nervæ ff. pro soc. & reductio petitur ad arbitrium boni viri , ut per Bartolum in I. societatem §. arbitriorum ff. pro soc.* . Quid autem dicemus de statutis prohibentibus lauda redargui de iniquitate , aut reductionem peti ad arbitrium boni

viri ? Si legi repugnat iniquitas , quomodo hanc patitur iniquitatem ? Quia etiam ratione fit , ut sententia iniqua , etiam ubi opponatur de iniquitate , & ea detegatur , nihilominus executioni mandatur , ut planè habetur apud *9 Afflictum dec. 28. per tam , cum tamen ille , qui obtinuit sententiam injustam , possit Ecclesiæ denunciari Abb. in c. novis de jud. & in foro conscientiæ non facit jus , ut tradit Innoc. in cap. quia plerique de inamunitis Ecclesiæ & tradunt Canon. in c. inter cetera de re jud. & Afflict. d. dec. 28. sed extat casus legis clarus , in quo sententia contra jus litigatoris valet *I. I. ff. quæ sent. sine app. refc.* Maximam res ista habet dubitationem . Urget litigator , cui non tribuitur jus suum , sed de jure suo detrahitur id , quod injustum est ; at quomodo lex sententiam injustam perduci patitur ad effectum ? Auget dubitationem , quia si sententia contra casum legis , vel constitutionis non tenet *d. I. I. similiter & contra regulas juris Decianus conf. 8. n. 1. Ruinus 10 conf. 41. n. 16. vol. I. Jus suum cuique tribui non tantum est in diffinitione justitiæ , sed inter juris præcepta , quasi principium quoddam , non tantum tamquam regula relatum . Opinor in hac re quandam publicæ , & privatæ utilitatis contentionem versari , sicut in usucapione demonstravi ; lites finiri publicam continent utilitatem ; de jure litigatoris detrahit , privatam . Itaque sententiam contra jus litigatoris latam valere , rationem publicæ utilitatis habet *I. I. ff. de usucap. I. I. ff. de re jud.* Quod si eo prætextu sententiæ rescinderentur , magna litigandi præberetur occasio . Adde quod cum haec nostra disciplina demonstrationibus careat , ut monet Aristoteles *I. Etyca. c. 3.* tanquam in probabili rerum disceptatione posita sit , justum illud absolutum in particularibus controversiis *I. 13. constituere plurimum difficile est ; sed quia validè necessarium est finem controversiarum facere , justum fuit sententiam etiam ini quam jus constituere inter partes , quia honestius fuit aliquem privatum in gratiam publicæ quietis de jure suo remittere , quam unius caussa universam Rempubblicam litibus inquietari , quod jam cum tot sententiæ , quot pene capita sint , hoc diffiniri nullo tempore possit . Et in proposita specie non tam ab ipso litigatore jus suum aufertur , quam quod ipse civitati debitum jus tribuere cogatur , in quo non aliqua iniquitas , sed summa spectatur justitia . Quod ne deterius producatur tripli via in jure nostro occurritur :* *14 Prima est ne quis exemplis judicet , sed* *Ic.***

legibus l. nemo iudex C. de sent. & inter. quia secundum leges iustum judicium feret, & si alii aliter judicent, ipsorum non noceat exemplum, & licet etiam rerum judicatarum magna sit authoritas l. nam Imperator, inf. hoc sit., illud tamen in dubiis questionibus ob-  
 16 tinet, non ubi earum detegitur iustitia. Secunda occurrit via, ne valeat sententia contra casum legis, vel constitutionis d. l. i. quia alioquin leges eluderentur, & contra consilium Aristotelis l. Rhet. omnia judicantium arbitrio commissa viderentur, neque le-  
 17 ges Magistratibus, sed ipsi legibus præfessent. Notoria itaque iniquitas reddit sententiam nullam, ut plenè notantur in d.c. inter. in l. i. C. de err. cak. Ita si expressum errorem facti con- tineat per relationem ad acta Alex. consi. 123. n. 7. vol. 1. ubi de communi, idem consi. 77. n. 16. vol. 3. Soccinus consi. 99. n. 13. vol. 3. utpote judex ex tali sententia agentem repellere potest ex officio Rom. consi. 42. n. 4. quia intelligit, se reiicare id, quod plurimum legibus  
 18 adversatur: Et ideo tunc verè fäcerdos juris erit, cum jus ipsum ad iniquitatem declinare, vel iustitiæ labé contaminari non patietur. Tertia quatenus in dubiis questionibus judex pro suo arbitrio judicare præsumat, multæ regulæ positæ sunt, quæ in dubiis questionibus judicem sui arbitrii esse non sinunt, sed quomodo judicare debeat clare præscribunt, qua de re latè differui lib. singulari ad l. non puto ff. de jure fisci par. 3. c. 1. per totum & ad id pertinet l. in ambiguis l. quoties dubia ff. de reg. jur. l. 2. ff. de jur. & facti ign. c. ult. de re. jud. l. inter pares, ead tie.  
 19 cum similibus. Tertio loco fraus etiam legi adversatur, non tantum ratione dolii, qui in privatis negotiis sèpè committitur ad rit. ff. de dolo, sed ratione fraudis, quæ adversus legem ipsam excogitatur, de qua in l. non dubium C. eodem & infra dicemus in l. contra  
 20 & l. fraus hoc sit. Inhumanitas etiam ad- versatur legi, eamque vitiosam reddit, quo nomine notatur velut invida lex Fusia. Canina inst. de leg. fus. can. tol. nam quatenus etiam in summa fævitia temperamentum desiderat benignitatis l. reficiendum ff. de pœn. eatenus ab omni inhumanitate abhorret. Quid vero magis contradicit quam leges huraanas inhumanas esse; nam ad humanam conditio- nem reparandam, quæ vitiis labitur, nihil, quod vitiosum sit, erit accommodatum, sed ipsa lex tanquam recta ratio hærens mediocritati, & nulla ex parte ad extrema declinans, sola ejusdem saluti prospiciet.

De iis, quæ legem à fine avertunt; ac primū de incerto, de ambi- guo, de infinito. Cap. IX.

- 1 Fine adempto, ordo, quo cuncta ordinantur, deletur.
- 2 Jus incertum nec finem controversis facit, neo jus tribuit.
- 3 Incerti vitium judicis, & arbitri reddit sen- tentiam nullam.
- 4 De omni incerto non est idem ferendum judicium.
- 5 Pater datem promittens propriam agnoscit obli- gationem.
- 6 Declaratur l. i. C. de dot. prom.
- 7 Non omne incertum ex dispositione juris reddit. actum nullum.
- 8 Perpetuum habens incertitudinis caussam legem viciat.
- 9 Incertitudo, vel vitium, vel periculum legi afferet.
- 10 In lege incerta lata, nullæ sunt judicis partes.
- 11 Lex non ex verbis, sed sententia consistit.
- 12 Declaratur l. i. C. de usu.
- 13 Incertum in quo differat ab ambiguo.
- 14 Declaratur l. in ambigua ff. de legi.
- 15 Lex in finem suum tendens infinitum. debet ab- horre.
- 16 Infinitum quibus in casibus toleretur.
- 17 Probatis extremis præsumuntur media babilia.
- 18 Adversus dolo possidentem datur juramentum in infinitum, sed à judice taxatur nu. 27.
- 19 Infinitum aliud secundum perfectionem, aliud per contrarium.
- 20 Quod infinitum ex Aristotele natura contradicatur.
- 21 De infinito, vel in lege, vel conventione que- ri potest.
- 22 Infinitum legis avocans à fine, non ad eum perducens, evitatur, & num. 29.
- 23 Statutum, ut causæ inter conjunctos perpetua compromittantur, valet, & quam habeat ra- tianem.
- 24 Statuto si Arbitro detur prorogandi potestas, paperit quatuor opus erit prorogare.
- 25 Ususfrusus cur certis finiatur modis.
- 26 Actio redhibitoria, & stipulatio damni infecti cur ex conventione producantur.
- 28 Interesse cum in facto constat, nec eadem mo- do se habeat, universaliter non potest definiri.
- 30 Ex infinita evitanda que inferantur.
- 31 An promittens quem tories, quoties, repræsentare, teneatur in infinitum.
- 32 Opinio Authoris refertur.
- 33 Declaratur l. si ita ff. de fidejuss.
- 34 Legatum perpetuum an Testator relinquere possit.
- 35 Legatum perpetuum non durat ultra centum annos.
- 36 Pactum, ut nullo tempore dirissio fiat, non valet.

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

37. *Conventio contra communem utilitatem non vales*  
 38. *Quæstio omnis de infinito à legis fine determinatur.*  
 39. *Fidicommisso perpetua non sunt favorabilia.*

**Q**uedam deinde sunt, quæ legem ad finem suum pervenire non sinunt, quem cum lex appetat, ab eo distorquendo quasi injuria quædam avertitur. Fine autem adempto deletur ordo, quo cuncta diriguntur, & ordinantur in eum. Quare lex, quæ est ordo quidam, quatenus aversa a fine, ad non legem redire videtur: nam frustra posita erit. Primum autem vitium videtur incerti, cum enim jus certum esse debeat *l. 2. ff. de jur. & fact. ign.*

2. ut finem controversiis faciat *l. 1. ff. de re jud.*, & cuique tribuat quod suum est, neutrum facere poterit, si erit incertum, quia cum incerta legis sententia est, nulla controversia, nullaque diffiniri quæstio potest, & princeps adeundus est *l. & idem inf. hoc. tit.* & ita propter incertitudinem a suo avocatur fine, quia publicam non consequitur utilitatem. Aded autem incertitudine lex vitiatur, ut actus etiam legitimi vitientur: nam

3. incerti vitium reddit sententiam nullam, tūm judicis, tūm arbitri *l. 3. & 4. C. de sent.*, quæ *Sin. cert. quan. l. quid tamen §. Pomp. ff. de recep. arb.* Quod si omnimodo judex currare debet, ut certam sententiam ferat *§. currare inst. de act.* qui jus dicit inter duos, quo magis entendum hoc erit legislatori, qui jus statuit inter omnes? Sed tamen sciendum est

4. non de omni incerto idem ferendum esse judicium. Et in iis, quæ ad privatos pertinent, quoddam est vitium incerti, quod arbitrio boni viri potest facile reparari, ut si dos a patre promissa sit certa quantitate non adjecta *l. cum post. §. gener. ff. de jur. dot.* aliud est

5. si ipsa mulier promittat. Cum promittit pater propriam videtur agnoscere obligationem, quia judicis officio ad dotandum potest compelli *l. qui liberos ff. de rit. nupt. l. si pater C. de Dot. prom.* & mulieris interest patris promissio nem redigi ad effectum, quem si non urgeas ex promissione, compelles ex officio. At cum ipsa mulier dotem promisit quia matrimonium fine dote esse potest, imputet sibi vir, qui quantitatem, vel speciem exprimi non curavit; neque enim hic damnum mulieris aliquod imminet, sed commodissimum fit ex inutili dotis promissione collocari in matrimonium: Ac ita plane intelligi debet *l. 1. C. de dot. prom.*, quod & *Accur.* consideravit, licet non fixerit pedes, & falsum censendum est, quod ex ea lege inferatur, non dari duorum

7. specialium concursum. Rursus incertum omnne, quod ex juris dispositione, vel ex aliquo verisimili, possit certum declarari, non reddit actu inutilem, ut latè probat *Aym. cons. 162. per totum*: ex quibus infertur de eo, quod est absolutè incertum, quod prædicti accipendum fore, quod arguento possessionis confirmatur: nam res incerta ratione loci, vel quætæ dumtaxat, potest possideri, utroque modo incerta, non item, quia jam est absolutè incerta *l. locus, ubi nos. ff. de acquirenda poss.* & *Baldus in l. liberti. n. 9. C. de opp. lib.*

8. docuit quædam habore caussam incertitudinis perpetuam, quædam vero temporalem, & priori modo semper vitiare, posteriori non ita, sed si non declaretur congruo loco, & tempore. Hæc ut ad propositum nostrum transferamus constituendum est, legislatorem, quantum fieri possit, legem certam ferre debere, cum incertitudo, aut vitium, aut saltem periculum legi sit allatura, ut si non sit vitium in lege, sit semper in legislatore, ut eo nomine redargui possit: quandoquidem vel judici offeretur occasio prò arbitrio interpretandi, vel jureconsulto super ea re venalia responsa reddendi, & utrumque est periculosum, aut lege quasi inutiliter posita, Princeps erit adeundus Sed. Jusdicentes monendi sunt, ne suum arbitrium interponant, ubi sententia legis non est certa *l. 10. non possunt, ubi dicam infr. eod.* quia nullæ sunt judicis partes incerta lege lata, quoniam ea pro non lege habetur; quod tum verum est, cum incerta sententia legis est, cum lex non ex verbis, sed sententia consistat *l. scire infr. eodem*; atque ideo eo casu fit absolute incerta, & qui optimam legem ferre desiderat, certam ferat, quæque expeditum habeat intellectum; nam jus, quod certum, & sine controversia est, optimum jus appellatur; sic *Antonius usuras per stipulationem promissas optimo jure deberi*, re

12. scripsit in *l. 1. C. de usuris*, id est certo, & expedito jure, sic *Ulpianus in fragm. tit. de legat.* jus legatorum per damnationem optimum appellavit, quod certius esset, & sine controversia. Proximum huic est vitium ambiguï, quod a superiori differt, quia illud in

13. re, hoc in sermone consistit; est autem ambiguum verbum, quod ad plura potest referri, cum tamen ad unum sit referendum, ut probat *Socinus in l. in ambiguis n. 2. ff. de reb. dub. per l. si servitus ff. de servitus urb. præd.* ubi *Pomponius ambiguam scripturam dixit*, qua cautum est, ne luminibus officeretur; quia dubitatur, utrum cautum sit, ne iis luminibus officiatur, quæ nunc sunt, an etiam iis, quæ postea etiam fuerint, & ait *buma-*

humanius esse verbo generali: omne lumen significari: Ex quo loco notatur, verbum, quod quasi genus ad plura refertur, ambiguum esse; in eo tamen ambigua distant ab incertis, quod non ita facilè vitiant legem propter regulam.

14 Celsi in l. in ambigua inf. hoc sit. In ambigua voce legis eam potius accipiendam esse significationem, que vitio caret, præsortim cum voluntas legis, ex hoc colligi possit, apud quem de ambiguous latius dicam. Vitium ambiguï legitur in l. duo sunt Titii ff. de test. tut. reddit enim inutilem dispositionem, cum nulla conjectura declarari queat, & a fine avocat. Tertio loco sese offert infinitum, quod similiter vitandum est in l. uni C. de sent. quæ pro eo. ubi not. omnes c. 2. de resc. in b., & ibi gl. l. omnes l. sicuti C. de præscr. trig. vel. quad. an. tradit Bartolus in l. qui bona § ult. ff. de damn. inf., & quidem cum lex in finem suam tendat, necesse est infinitum abhorrire: Sed tamen in jure Civili Romanorum non ita semper se habere videtur, ut infinitum abhor-  
15 reat; exceptiones enim sine ulla temporis præfinitione nobis competunt l. pure § ult. ff. de dol. mal., & met. excep., & dici solet, quæ sunt annalia ad agendum, perpetua esse ad excipiendum l. licet., ubi notat Bartolus, & Baldus C. de except. nisi jus excipiendi cum actione ortum ipsi cohæreat, tunc enim eodem temporis cursu cum actione extingui tradit eleganter Bartolus in l. 2. n. 3. ff. de except. Fely. in c. si autem n. 6. vers. sexto lim. de rescri. Tum emphyteosis in infinitum potest concedi ut not. in § alienationis, & §. Emphyteosim auth. de non alien. & feudum in infinitum masculis conceditur c. 1. § pen. de bis, qui feud. da. pos. in usib. feud. tum dominia sunt perpetua, & in quoscumque successores descendunt, præsortim suos hæredes l. in suis ff. de lib. & postb. Ex quo infert Baldus in d. l. uni, quod si probetur majores meos mille annis jam elapsis possedisse, & non probetur alium medio tempore possedisse, ex hoc infertur, quod sum dominus, quia dominium, quod non auferitur, perpetuum est l. nec usilem ff. ex qui cau. ma. quod licet verum sit, apud me tamen aliam habet rationem,  
17 videlicet, quia cum probatis extremis media præsumantur habilia ut tradit Bartolus in l. Celsus ff. de usuc. not. in c. inter dilectos de fid. instr. Alciatus de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 22. tum etiam & qui olim possedit, hodie possidere præsumatur, ut not. in l. sive possidetis C. de prob. in c. cum ad sedens de rest. spol. latè Alciatus d. reg. 2. præsumpt. 21. Tanti temporis possessio acquirit dominium, non quia sola possessione quæratur, cum debeat

& titulus accedere l. traditionibus C. de paci. ubi gl. Sed quia isthac, quæ centum annorum, ac ita memoriam hominum excedit, habet vim privilegii c. cum super quibusdam §. præterea; ubi gl. & Hofst. not. de ver. sig. l. hoc juro §. ducus ff. de aq. quot. & astiv. nec requiritur tituli allegatio, ut not. gl. in d. §. præterea, & de communi restatur Aym. de ant. temp. part. 4. sect. absolutis n. 9. Similiter, ut ad rem nostram redeamus, servitutes sui natura durant in infinitum l. 4. ff. de servitu-  
18 tibus. Amplius adversus eum, qui dolo de- sit possidere, lex in infinitum auctori jurare permittit l. qui restituere ff. de rei vend. Tum conventionem admittit, ut perpetuò sit redhibitioni locus l. quod si nolit. §. si quid ita ff. de adi. ed. sic etiam admittit damni infecti stipulationem sine præfinitione diei l. si finita ff. de damn. inf. atque ita in aliis speciebus, quæ consultò omitto, infinitum tolerari vide- tur. Quæ res tum Bart. in l. qui bona §. ult. n. 3. tum Bald. in d. l. uni n. 42. tum aliis occasionem præbuit, ut tam varie de infinito distinguerent, ut rem ipsam implica- re magis, quam explicare videantur. Quod si jus iplum, quod verè in hoc naturam imita- tur, ad eamdem, qua decet, comparationem retulissent, totum hoc negotium bipartita, ac  
19 perfecta divisione sic poterant absolvire. Quod- dam est infinitum secundum perfectionem, quoddam verò per contrarium. atque ita non omne infinitum contradicit naturæ; nam & Deo Optimo Maximo contradiceret, qui prio-  
20 ri modo est quid infinitum. Illud infinitum naturæ contradicit, quod non finem suum as- sequi non finit, ut docet Aristoteles lib. I. c. 1. de Gene. ani. ubi eam rationem assignat, quia infinitum sine caret, natura autem semper finem querit. Qua distinctione præmissa, ut omnem de infinito questionem absolvamus,  
21 de eo queri potest in lege, aut in conven-  
22 tione, & in lege quidem retinenda; prorsus hæc distinctio est, ut renuat infinitum, quod avocat a fine, non infinitum, quod ad finem perducit. Ab hac ipsa distinctione descendit, actiones certo tempore finiri, ut sit aliquis li- tium finis d. l. omnes, & l. sicuti; contra ve-  
23 rò exceptiones perpetuò competere d. l. plures § ultimo, & d. l. licet; nam actiones ad excitandas lites, exceptions ad eas finiendas competit, ac ita ex iis alterum legem ad finem producit suum, alterum avertit. Hinc valet statutum quod causæ inter conjunctos sint perpetuò compromittendæ; habent enim rationem amicabilis concordiae, & compositio-  
24 nis, ac ideo, si eodem statuto data erit po- testas arbitro prorogandi, poterit, quod libu- erit

erit vicibus , prorogare ; si opus sit , & non ludibrii caussa faciat : arg. l. oratione ff. de ser. & benè probatur ex lege velut §. ult. ff. de eden. Non obstat autem quod objicit Dec. in d. l. uni. num. 3. ut non liceat tertio provocare , & quod not. in c. sua nobis de app. nam appellatio ad lites differendas , prorogatio ad li-  
25 tes terminandas inservit. Hinc per contrarium descendit , ut certis modis ususfructus finiatur , ne proprietas in perpetuum sit inutilis §. finitur inst. de usufr. servitutes verò rerum , quia dominii utilitatem admittunt , perpetuæ sunt d. l. 4. ff. de servit . Hinc reprobatur conditio , vel modus , per quem libertas infringitur l. Tizio centum , & l. 2. ff. de cond. & dem. & tamen perpetui exilii , & carceris poenæ recipiuntur l. relegati ff. de paen. hoc enim publica consequitur utilitas , illud ab ea recedit. Similiter , quæ eò pertinent , ut semper possideas , vel ut semper excipias , non contradicunt fini , sed quæ eò respiciunt , ut perpetuò agas , quia lites sopiri non patientur , habent a lege præ-  
26 finitum temporis spaciū : quid fit , ut actio redhibitoria , & stipulatio damni infecti non producantur ex conventione ultra cæterarum  
27 actionum metas. Quum verò lex in infinitum jurare permittat , hoc non absolute permittit , quia judicis officio committit , ne in immensum jurare patiatur , isque terminum statuit l. videamus §. ult. ff. de in lit. jur. gl. , &  
28 Bartolus in d. l. qui restituere . Et cum quanti cujusque intersit , non in jure , sed in facto consistat l. quatenus ff. de reg. jur. facta autem incerta sint l. ubi autem §. qui id quod ff. de verb. oblig. & ideo difficile sit diffinire universaliter illud , quod nunquam eodem modo , se habet argu. l. mara ff. de usur. eam ob rem , quod cujusque interest , a judice singulariter debuit diffiniri , quia a lege universa-  
29 liter non potuit diffiniri . Igitur infinitum omne vitandum est , quod avertit a fine ; nam dare obligationum progressum in infinitum , est nullum finem litium constituere , quod publi-  
30 co bono repugnat d. l. i. ff. de usuc. Ex quo varia derivantur notatu digna . Primum si aliqui legatum sit , & si perdidere rursus relietum , non amplius quam semel postquam perdidisset , præstandum est , non enim ( ut respondet Ulpianus in l. Fideicomissa §. si quis. ff. de leg. 3. ) onerandus est bæres , ut in infinitum quoties perdiderit , restituere ei tantundem debeat . Tum cum judex suam interlocutoriam revocare possit l. quod jussit ff. de re jud. , ait ibi Bartolus , quod non poterit revocare nisi bis , & recte , alioquin daretur progressus in infinitum . Hinc oritur , ne liceat tertio revocare l. liceat . C. ne lic. in un. ead. ca. ter.

prov. Sed videamus in conventionibus privato-  
rum , an etiam ita se habeat , ut in Lege ; &  
31 primò quæri potest , an ; promittens judici re-  
præsentare aliquem toties , quoties , teneatur in infinitum. Angelus in l. oratione ff. de fer. in l. si finita ff. de damn. inf. Roma. conf. 15. n. 5. Felyn. in d. cap. licet n. 5. Soccinus in d. l. uni n. 23. sentiunt non teneri nisi bis , sed in contrarium est communis opinio , ut testatur Jason. in l. duobus §. si eo n. 29. ff. de jurejur. , & contrarium tenent Imo. & Alexand. in d. l. si finita Dec. in d. l. unic. n. 2. quia hæc verba denotant infinitatem , & quia contrahentium verba ad infinitum sunt apta , tunc toleratur secundum Bartolum in d. l. qui bona §. ult. n. 3. versic. primo casu per l. si ita stipulatus ff. de Fidejuss. l. in annalibus C. de legatis , sed præter eos est l. i. §. i. ff. famil. erces. ibi : bæc autem facultas Domino tribuitur toties , quoties ignorantie eo furtum factum sit. quæ verba in infinitum accipiuntur , ut ad id perpendit Alexan. confi. 145. n. 3. vol. 2.  
32 ubi Angelum etiam reprehendit . Ego qui-  
dem verbum toties quoties pro sèpius accipi-  
reor , non pro infinito , & opinor adversus Angelum , non liberari ex bina præsentatione , sed aliorum sententiana temperandam censeo , ne liceat judici pro arbitrio hanc exigere præ-  
sentationem , nisi etiam verè opus sit ex evi-  
denti , ac legitima caussa , quod benè proba-  
tur ex l. veluti §. ult. ff. de eden. , & licet dicatur , ( toties quoties d. Domino judici videbi-  
tur ) id ipsum videri debet ei tanquam judici , non temerè , sed ex justa , & legitima caussa . Qua-  
ratione non dabitur progressus in infinitum , quia nec imaginari possumus accidere infinitas præsentandi causas . Hoc temperamentum in aliis etiam speciebus retinendum est , ut in  
33 ea Pauli in l. si ita ff. de fidejus. Si stipu-  
latus a Sempronio fuerit , quantam pecuniam Ti-  
tio quandoque credidero , & Fidejussores acce-  
pero , & si sèpius credidero in omnes summas  
tum Seius , tum Fidejussores tenebuntur ; dicit enim , sèpius non infinitum . Sed quid si  
hoc ageretur ut circumvenirentur fidejussores  
dicendum est aliter. Nam neque existimandum est , omnem meam pecuniam crediturum , nec Sejum in immensum accepturum . Ex quo progressus  
tenderet ad infinitum , eò suspecta res esset , quia nunquam hoc agi videtur . Quæri etiam  
34 potest , an possit Testator annum legatum  
perpetuum relinquere , & posse videtur l. cum  
quidam , cum l. seq. ff. de an. leg. & erit legatum finitum , tempore autem infinitum ; sed  
35 fortè verius erit , ne debeatur ultra centum annos Alexander , conf. 61. num. 1. vol. 1. ubi de communi . Legis fini contradicit perpetuò aliquem

aliquem obligatum manere , aut aliquam obligationem nullo unquam tempore tolli posse , &  
 36 ad idem pertinet , quod reprobatur pactum , ne ullo unquam tempore divisio fiat . in hoc §. si conveniar . ff. comm. dir. quia non eam tantum rationem habeat , ne discordia nascatur occasio ; sed ne talis constituantur obligatio , quæ dissolvi nullo tempore queat . Favore pia causa , cum ei aliquid perpetuo relinquitur , aliter statuendum est , tūm quod illi infinito tempore favere decens admodum sit , quod apud Deum perpetuū merendi præcipienda non sit occasio . Aliud in servitutibus , quia à re rei debetur l. 4. ff. de ser. & sepe causam habent in natura perpetuam . Ex quibus infertur d. l. in animalibus , non producere suum infinitum ultra centum annos , aut politica ratione prorsus deficere . Quid verò dicendum erit in emphyteosi , vel feudo perpetuis ? nonne similis erit superiorē recognoscendi obligatio ? Nequaquam , quia caducitate se liberare queunt , quod non ita est in legato anno : quoniam etiā hæreditatis repudiatio ne quis eam effugeret obligationem , honestius tamen est aliquandò finiri legatum , quam ea ratione testatorem esse sine hærede rot. tit. ff. ad leg. fal. Itaque & leges , & conventiones de infinito , sub eadem poterunt determinazione comprehendendi , quia nec valere conventio potest contra communem utilitatem , & quæ legum fini contradicat l. nemo  
 37 potest . ff. de leg. 3. cum sim. Quare quaestio omnis de infinito ab ipso legis fine poterit determinari , ut infinitum illi contradicens sit evitandum , ad eundem perducens summopere fovendum ; si verò neutrum operetur a lege abesse debet ; in conventionibus tamen poterit permitti , ex l. in re mandata C. mand. quoniam hac ratione in communem dirigetur utilitatem , quæ in hoc etiam versatur , ut quilibet in re sua sit moderator , & arbiter . Qua ratione perpetua fideicomissa defendi quidem possunt , non tamen in dubio est eorum perpetuitati favendum , neque in hoc favorabilia censenda sunt , ut deducitur ex Justiniano in §. nos igitur Auth. de rest. fid. notant Add. ad Alex. consi. 56. l. 1. scripsi Epist. for. 12.

*De subtili disputandi ratione quatenus rejicienda sit , vel amplectenda , tūm de cavillatione , & de inutili Cap. X.*

*z Subtilis disputandi ratio quando fugienda sit .*

2. Praetor à nimia subtilitate recedit .
3. Scientias juris Celsus pro subtili disputandi ratione usurparuit .
4. Eaque nos sèpè perducis ad errorē .
5. Differentia inter masculos & feminas in succēdendo subtilitati adscripta .
6. Discutitur locus Marcelli in l. si mulieri §. ex affe ff. de jur. dot.
7. Semel bares , non potest desinere bares esse .
8. Nimia subtilitas quo casu laudanda .
9. Sententia Connani expenditur , ac reprobatur num. 10.
11. Intellectus ad l. jus nostrum ff. de reg. jur.
12. Testati , & intestati causa opponitur invicem per affirmationem & negationem .
13. Dominus Hieronymus Benevolentus Authoris praeceptor laudatur .
14. Qui verè sunt Postbumi , & qui Posthumis similes habentur .
15. Jus civile in testamentis quomodo ad naturam accedat , & recedat ab ea .
16. Natura Duce errari non potest .
17. Subtilitas juris civilis in adoptione quenque producatur .
18. Donatio perfecta non capit conditiones .
19. Actus non potest pro parte valere , pro parte non .
20. Individuum per partes considerare nequit .
21. Sententia quando pro parte valet .
22. Jus certum esse debet , tūm certa juris forma .
23. Cur ad certum tempus heres institui non possit .
24. Tempus non est modus tollendæ , vel inducen- dæ obligationis .
25. Authoris conclusio circa subtilitatem .
26. Nimia subtilitas facile in cavillationem transit .
27. Quid sit cavillatio , & quos modis comittatur ex Alciati sententia .
28. Sententia Authoris circa idem ex Aristotele .
29. Quis cavillari dicatur .
30. L. 1. ff. de Reg. Cat. declaratur .
31. An licet cavillari distinguitur ex communī , concluditur , contra communem indistincte rejicienda cavillationes .
32. Qua ratione defendi possit cavillatio , tanquam licita .
33. Intellectus ad c. dominus 23. q. 2.
34. Inutile quamobrem displiceat legi .
35. De eo , quod est subtile , sed non utile , minimè curandum est .
36. Sententia Arist. quod de singulis dubitare non est inutile , declaratur .

**A**N subtilitas legibus inimica sit , non satis exploratum esse videtur , quod eam nunc rejiciant , nunc amplectantur . Videtur autem subtilis disputandi ratio tunc maxime fugienda

da , cum a communi utilitate recedit , ac ita legem avocat ab eo fine , ad quem semper properat , quod Julianus aperte testatur in l. item vulneratus ff. ad leg. Aquil. his verbis : *multo autem jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest.* Ostendit itaque tunc subtilitatem esse deserendam , cum 2 communi utilitati repugnat . Sic Prætor nimiam juris subtilitatem dederit , dum testamentum nativitate posthumi ruptum , eodem illico mortuo restituit l. posthumus ff. de injusto rup. , & irritu testam. Huc pertinet , quod circa moræ purgationem ex bono , & quo admittendam , tradidit Celsus in l. si servum §. sequitur ff. de verbor. obligat. Quo in genere plerumque sub autoritate juris scientiæ perniciose , inquit , erratur ; Scientiam Baldus in l. 2. num. 5. C. de bon. poss. cont. tab. interpretatus est subtilem disputandi rationem . Cavendum est maximè , ne subtilitas nimia sit , hæc namquæ reprobat , & ut docet Baldus ibi , nam sæpè nos 4 perducit ad errorem . Sic maximum quod vi- tium appellat differentiæ inter mares , & faminas olim constitutæ Justinianus subtilitati 5 adscripsit l. maximum vitium C. de lib. præt. sed obstat locus Marcelli singularis in l. si mulieri §. ex aſſe ff. de jur. dot. ubi nimiam subtilitatem admisit , cum hæres rogatus esset mulieri hæreditatem restituere , & ejus jussu marito promisisset , verius est Marcellus ne non viro restitui posset . Nam , ille inquit , mulieri in hoc tenetur , ut hæreditatem restituendo transferat actiones , & quas babet , & quibus est obstritus , quas transferre ad alium , quæm cui debet fideicommissum , non potest . Dixerit aliquis incerti cum eo agi posse , ut fideicommissi præstet estimationem , huic ego consentire non possum ; Nam obligari mulieris debitorem ita æquum est , si accipere id ipsum , quod ei debetur , vir potest ; sed ne indotata mulier esse videatur , dicendum est ipsi mulieri ex Trebeliano restituendam esse partem hæreditatis , quæ ei relicta est , ut ex suo marito pro dote eam solveret , quia & ad eam fideicommissum , & onera ejus pertinent delegatione , propter nimiam subtilitatem , & casus necessitatem minimè obtinente . Sed hæc nimia subtilitas , nec avertit a fine , nec perducit ad errorem . Tota enim niti videtur autoritate senatusconsulti Trebelliani ; translatio autem jurium , quæ fit per senatus consultum nimia subtilitate subnixa non est , sed summa æquitate , ut commoda sequantur eum , quem sequuntur incommoda , quod est secundum naturam l. secundum ff. de reg. jur. Quinimo ea translatio videtur adversus eam 7 juris subtilitatem , qua semel hæres non po-

test desinire , hæres esse §. restituta inst. de fid. bæred. l. etsi sine §. sed quod Papin. ff. de inoffic. testamento . In hac Marcelli specie duo urgebant , Trebellianum , quod non in aliud jura transferri sinebat , quæm cui fideicommissum deberetur . Alterum mulieris delegatio . Melius est cessare delegationem propter senatusconsultum , quæm illud propter delegationem ; nimia in eo subtilitas est , quod is , cui debetur fideicommissum , non possit delegare . Casus tamen necessitatem ad excludendam delegationem subtilitati adjunxit , ut urgens ratio attendendæ subtilitatis accederet , necessitas in eo vertitur , ut onera fideicommissi mulier subeat . Cum itaque nimia subtilitas pertineat ad conservandum senatusconsultum , magis quæm partium conventionem , videtur in eo versari , ut publica utilitas commodo privato præferatur : quo casu vel si nimia sit , laudanda tamen est ; contra vero , cum periculum affert subversionis , vel erroris , rejici debet . Sic testamentum alioquin secundum subtilem juris regulas ruptum , humanitate suggestente , defenditur in specie l. si ita ff. de liber. & posthum . Cæterum hic notandus est quidam Connani locus , qui nulla distinctione posita juris subtilitates improbare videtur . Is libr. 10. cap. 6. n. 1. Com. suorum ita inquit . Sed bæ , ut ingenuæ fatear , juris subtilitates plus habent artis , & ostentationis , quæm & veritatis , & solidæ doctrinæ ; cur enim sub conditione hæres scribi queat , in diem , vel ex die non queat ? Si queramus , nihil dignum reperiemus iis , qui se juris , & equi magistros , & doctores profitentur . Ita fit in disciplinis , quæ versantur in usu hominum , quod plus artis adhibeas , tanto recedas magis a simplicitate nature , quæ tamen ipsa fons , & origo est omnis veritatis , & justitiae . Hactenus ille , mihi autem contra ; Videtur enim subtilitates , quas reprobatur , ad naturæ vim & bonitatem magis accedere , ut meritò commendari debeat , non reprehendi . Quod ex 11 Pomponio in l. jis nostrum ff. de reg. juris fatis deduci videtur . Is inquit , jus nostrum non patitur cumdem in paganis , & testato , & intestato deceſſe , earumque rerum naturaliter inter se pugna est , ut testatus , & intestatus quis sit . Atqui testati vel intestati cauſa ad naturam non pertinet . Quomodo ergo naturaliter pugna est , vel si ad naturam id pertinet , quomodo militibus remissum hoc est , cum jus naturæ maneat immutabile §. pen. inst. de jur. natural. gentium & civi. aut quomodo poterit statuto tolli ? illud tamen factum est a Trajano l. 1. & 2. ff. de milit. test. hoc autem fieri posse , post Angel. , & Imot.

*Inol. Dec. probat in d. l. jus nostrum num. 12. ff. de reg. jur.. Quid hæc tam variæ? ea pugna naturalis est ducta ratione ab iis, quæ sunt, ad ea, quæ intelliguntur. In iis, quæ sunt, quæ invicem contrariantur, pugnam naturalem retinent. Natura eam legem dixit contrariis, ut se invicem expellant, & ut eodem subjecto uniri non queant. Affirmatio, & negatio sunt opposita, & si utrumque ponat aliquid, naturaliter pugnant 12 inter se; qui testatum dieit, & intestatum, tam affirmando, quām negando ponit, & licet testatus, & intestatus non sint (ut sic dixerim) naturaliter entia, pugna tamen rerum naturalium similitudine naturalis est, quia verum est in simili specie opposita per affirmationem naturaliter pugnare; atque ita ali 13 quando discipulus accepisse videor a D. Hieronymo Benevolento Viro, qui non tantum legibus studium totius Philosophiæ conjungens, nihil est tam arduum, & difficile, quod non assequatur intellectu, ut obscuriora Jurisconsultorum responsa fere opinia proprio splendori germana interpretatione restituerit, tum verò Senis omnes ab hujus seculi barbarie ad puriorem, ac nitidiorem dicendi modum revocaverit, sed etiam morum probitate, ac religionis cultu summopere refulget, ac modestiæ laudem omni doctrinæ præconio clariorem existimat. Est itaque pugna naturalis ad principia naturæ per similitudinem revocata; Sie 14 posthumi verè sunt post mortem nati l. 3. ff. de inju. rup. & irri. test. Nati post testamentum sunt similes posthumis §. Posthumorum infin. Institut. de exhaered. liber. Similitudo tamen facit nonnunquam posthumos dici & 3. §. nominatim, l. posthumus ff. eodem. l. posthuma ff. 15 de lib., & posth. Cum verò jus civile sit, quod neque in totum a naturali ratione recedit, neque in totum ei servit l. jus civile supra de just. & jur. accedit ad eam in paganis, opposita, & pugnantia non admittens, recedit ex causa in multis, & recedere posset in totum, quantum ad hanc causam pertinet, quia merè civilis est, adeo ut ex toto everti possit, quia civilis ratio civilia jura corrumpere potest, naturalia non utique §. ult. Institut. de leg. agn. success. Igitur jus hoc est civile quidem, sed ad similitudinem naturæ: quis illud redarguat, si, quo ad fieri potest, naturam imitatur? Atticus ait apud Tullium 1. de legibus. Natura 16 duce errari nullo pacto potest. Ne minor 17 natu majorem adoptare queat subtilitas quædam est, si juris potestatem spectes, cur & decernere non potuit, id fieri posse? Probè factum est, ne monstrum hoc videretur, non per se quidem, sed ad similitudinem naturæ*

legitima filiorum susceptione comparata §. minorem natu Institut. de adopt. Neque tamen jus civile rationi per omnia servit. Nam quamvis filium quis non habuerit, in locum nepotis, pronepotis, & deinceps adoptare poterit §. liceat autem. inst. eo. cum tamen secundum naturam nepotes non habeat, qui filios non habuerit, neque plenæ pubertatis præcedens tempus ad nepotes gignendum potuerit sufficere, cum filiorum pubertas adhuc expectanda foret; omnes tamen filiorum loco sunt, & adoptans loco patris, est, ideoque rem magis spectamus, & vim ipsam, quām nomina, quæ sortiuntur. Igitur subtilitates a natura ducuntur, non ab ejus simplicitate recedunt. Sic 18 quod donatio perfecta conditions postea non capiat juxta l. 4. C. de donat. que sub modo subtilitas quædam est secundum naturam, secundum quam rei perfectæ, aut formæ addi non potest Baldus in l. contractus n. 9. C. de fid. instr. Posset Connarus eodem argumento illud etiam præclarè reprobare, quod scripsit Papinianus in l. actus legitimis ff. de regul. jur. nempe actus legitimos, qui neque diem, neque conditionem recipiunt, ejus adjectione vitiari. Quinimo plerasque regulas evertet. Nam quoniam sunt de universalibus, subtilitate juris ut plurimum nituntur, quod quām absurdè fie 19. ret, nemo est, qui non videat. Nè actus quilibet pro parte valere queat, pro parte non valere, subtilitas quædam juris est, naturali ratione subnixa, secundum quam individuum 20. per partes confistere nequit l. furiosum ubi not. C. qui test. fac. pos. l. si quis ff. de test. 21. Hinc sententia de re individua non etiam potest pro parte valere l. in hoc jud. ff. fam. herc. Baldus in l. 1. C. de err. cat. Idem in l. si plures n. 17. C. de cond. infer. si tamen materia sit dividua, alia utemur regula, videlicet ne utile vitietur per inutile l. 1. §. sed si mibi ff. de verb. obl. c. utile, & ibi glos. de reg. jur. in 6. Rom. conf. 66. n. 1. Horum omnium atque similiū unica ratio est, quia jus, quoad fieri potest, certum esse debet l. & ideo in fi. hoc. tit. l. 2. ff. de jur. & facti ign. quo fit, ut formas tradat certas, easque ladi omnimodo prohibeat l. 3. ff. de testam. Id verò legumlator assequi nequit, nisi naturæ exemplis, & ratione utatur, nullaque ostentatio est, sed ars summoperè laudanda, quæ 23 naturam imitetur, ideo jure civili Romanorum in hæredum institutione rejecta diei adjectio est l. hæreditas ff. de hæred. instit. quoniam quis hæres est secundum naturam, solo tempore non potest definire hæres esse, cùm tempus non sit modus obligationis tollendæ, vel inducendæ l. obligationum ferè §. placet ff. de

*ff. de verb. oblig.* id, quod etiam habet naturae rationem, secundum quam homo, canis, leo, arbor, aut quidvis eorum, quae sunt a natura tale, non est ad certam diem, neque tempore, sed morte definit esse tale. Quod si haec non recipiantur, nulla erit ars, aut scientia juris. Sat erit legumlatori haec subtilia remittere, vel negligere, cum communis utilitas id postulare videbitur, tunc enim avocant a fine, & hoc casu a judicibus admittenda non sunt *l. sicut ff. si debitori ff. quib. mod. pign. vel. hypot. sol.* cum vero subtilitas communis utilitati non contradicit, attendi debet. Juris apices ac fori disputationem funditus revertet, qui subtilitates omnes absolute rejiciet; quod si ostentationem artis duntaxat ea, quae Connarus considerat, continerent, legum municipalium censura ubique ferè, ut alia multa juris civilis emendata forent. Concludo itaque tunc legi inimicam subtilitatem existimandam esse, atque deserendam, cum prorsus utilitate caret, alias propter conservandam juris cum natura consonantiam, vel ad certas rerum formas constituendas, servanda semper erit, nam erit amica legi. Sic intelligenda est *glo. in d. ff. si debitori*, quae notat quandoque subtilitates admitti. Non igitur quaevis, sed nimia subtilitas rejici debet, qua si nitantur leges, non satis firmæ erunt *l. lege C. de leg. bæred.* Sunt enim utilitati magis, quam subtilitati commendandæ. Quartò obvia fit subtilitati cavillatio; facile enim est ut nimia subtilitas in cavillationem transeat *Dec. in l. ea est. num. I. ff. de reg. jur.* Est autem cavillatio, cum ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatione ad ea producitur, quae sunt evidenter falsa *l. natura ff. de verb. signific. d. l. ea est.* Quod tribus modis fieri post Aristotelem docuit in *d. l. natura*. Vel cum argumentum peccat in materia, vel cum in forma, vel cum in utroque; in materia, ut si dicam, quae in nullius bonis sunt, occupanti conceduntur *ff. se. re inst. de rer. divis.* res sacræ in nullius bonis sunt *ff. nullius eod. tit.* ergo occupanti conceduntur. Nullius esse diversam habet rationem in majori, quam habeat in minori propositione, & brevissima ideo mutatio est nullius esse, vel quia non possedium ab aliquo, vel quia exemptum ab omnibus. In forma, si dicamus; omnis servus in potestate est *ff. I. Inst. de iis qui sunt sui*, vel *alien. jur.* filius familias in potestate est, ergo servus. In utroque, quilibet servus pro mortuo habetur *l. quod attinet ff. de reg. jur.* nemo alieni juris est, qui servus non sit, qui igitur alieni juris est, pro mortuo non habetur. Sed ad

28 ejusdem Aristotelis mentem sic res perstringi poterit, ut omnis cavillatio vel in verbis, vel in rebus lateat. Deteguntur dolii verborum, si perpendantur amphibologica, homonyma, adjuncta, seu composita, distincta, accentus falsus, & verus, ipsa orthographia, orationis forma, & punctuatio; Captio autem in rebus est, vel cum accidens pro proprio usurpatur, cum, id quod quodammodo est, omnino assertur, cum reprehensionem ignoramus, cum falsum consequens insinuatur, cum repetimus id, quod ab initio dictum est, sed alio modo, cum multa interrogata pro uno ponuntur, cum causa non vera assumitur pro causa. Sed ab ejusmodi via cavillationis, quae legi adversatur, Jureconsulti magis in consulendo, quam in interpretando, ut abstineant, admonendi sunt maxime vero judices in judicando, non ipsi legumlatores, quia vix imaginari potest, ut legibus cavillationes admisceant. Secundum quae 29 cavillari etiam dicendum est, qui calumniosè agit, quo breviter, & falso adversarium sermonem capiet, quod sèpè fit in positionibus, nisi Jureconsultis officio captiosæ rejiciantur. Cavillatur, qui sciens falsa prodit, ut suam scientiam tueatur, ut Alciato placet ubi supra. Ingenuum jureconsultum cavillari non decet, scit enim se legum religionem offendere, quod 30 Celsus regulam Catonianam expendens fastis ostendit in *l. prima ff. de reg. Cat.* Ait ille: Catoniana regula sic diffinit, quod si testamenti facti tempore deceperit testator inutile fore id legatum, quandocunque deceperit non valere, quae diffinitio in quibusdam falsa est. Quid enim si quis ita legaverit: si post kalendas mortuus fuerit, Tizio dato? an cavillamur? Nam hoc modo, si statim mortuus fuerit, non esse datum legatum verius est, quam inutiliter datum. Celsus ait, contrarium dicere, est cavillari, & verè quidem, quia est assumere id, quod non est, pro eo, quod est, sed inutile dico non esse, quia conditio nihil ponit in esse, Bartolus in *l. I. ff. de cond. & demonstr. l. ex facto ff. de bæred. instituend.* Aliud est defectu conditionis non esse legatum, aliud est quovis alio respectu esse legatum, sed inutiliter. Nam actus conditionalis longè distat ab inutili, itaque tum legislator, tum maxime jureconsultus, cui magis id faciendi se offert occasio, a cavillationibus abstinere debet, nihil enim bono, & quo magis adversari videtur; quamobrem animadvertant causarum Patroni, ne iis utantur. Nam & si distingui soleat, an foveant caussam justam, vel nè, ut pri- 31 mo casu permisum videatur juxta glo. in c. do-

*dominus 23. q. 2.* & ita frequentius recipitur , ut testatur *Alc. in d. l. natura. ac Dec. sequitur in d. l. & est n. 3.* idem tamen Alciatus ab hac sententia recedit , & merito . Scriptum est enim in cap. eis autem . 22. q. 2. verbis *uti ad fallaciam , non ad quod sunt instituta , peccatum est .* Nec ideo illud mendacium putandum est , non esse peccatum , quia possumus alicui prodeesse mentiendo . Hinc ergo deducitur ratione finis non honestari cavillationem , quia quanquam absit a dolo , veniali culpa non caret , ut cætera mendacia officiosa . Non est punibilis in foro contentioso , & hoc est , quod licere ajunt , quasi fiat impune , & ita procedit communis opinio . cæterum absolutè licita non est , quoniam semper est peccatum . Multoque minus licere debet ignaro judici argumenta falsa suggerere , quo facilius ad errorem perduci poterit . Lex omnis a fraude avertit , cavillatio fraude certè non caret . Neque obstat quod scribit *D. Augustinus*

*33 in d. C. Dominus. Cum justum bellum quis suscepit utrum aperte pugnet , an ex insidiis , nihil ad justitiam interest . Quoniam insidiae militares mendacio parent , neque fidem rumpunt , ut ibi not. glos. & ex militari disciplina suggestæ videntur vincendi , non fallendi causa , & ideo ex parte utentis cautiones potius sunt , ex parte ejus contra quem utimur , insidiae dicuntur , ut falsi nominis velamento illius imprudentia excusat , alterius autem mira sagacitas adumbretur . Tandem ea cavillatio quatenus fraudem continet , formæ legis adversatur ; quatenus a subtilitate prodit , à fine legem avocat , sed semper legi contrariatur .*

*34 Postremò quidquid lex contineat inutile , quod nullam frugem afferat , & ociosum undique sit , finis assecutionem non tantum retardat , sed tollit , & evertit . Lex ad finem suum properat semper ; ipsius autem festinatio cujusque rei infructuosa , vel constitutione , vel disputatione retardatur ; Qua ratione Scævola in *l. Gallus* §. si ejus ff. de *lio.* & *postbum.* quæstionem excitatam , cum subtilem , & acutam animadverteret , sed inutilem , relinquit indecisam . Apud quem *Æmilius Perottus ac Duar.* post eum adnotavit*

*35 non esse curandum id , quod est subtile , sed non utile . Cujus rei manifesta ratio ex fine legis desumitur , tum ex *Paulo in l. jus pluribus , supra de just.* & *jur.* dum diffinit jus civile esse , quod omnibus , aut pluribus in quaue Civitate utile est . Ac ideo legislator legem fine utilitate constituendo , nec legem constituit , quoniam inutilis esse non potest .*

*36 Est tamen verum , quod inquit Aristoteles in *Antepræd.* quod de singulis dubitare non est*

inutile , stat contra cum non esse disputandum de lana caprina , ut *Jas. & alii not. in d. & si ejus , alia tamen est utilitas in addiscendo consistens , alia in agendo . Prioris gratia verum est Aristotelis placitum , posterioris causâ obtinet vetus adagium civilis disciplina in agendo consistit .*

*De iis que legi aut mortem , aut vulnus inferunt , ac de superfluo , quod inornatam reddit .*

### Cap. XI.

- 1 *Lex tollitur defuetudine , abrogatione , & legge contraria .*
- 2 *Magis errata quedam toleranda sunt , quam leges mutandæ .*
- 3 *Facile mutare leges est legis vim infirmam reddere .*
- 4 *Leyes longa animi provisione fieri debent .*
- 5 *Solonis consilium in legisbus ferendis laudatur .*
- 6 *Quenam sit dissuetudinis caussa .*
- 7 *Leyes particulares omnia referunt in legem universam .*
- 8 *Legum correctio odioſa .*
- 9 *Nec debet induci per tacitos intellectus .*
- 10 *Error Accursii , & Antiquorum detegitur circa correctionem .*
- 11 *Allegans legem correctam cum decisione causarum incidit in pñnam falsi .*
- 12 *Derogatio modicūm distat à correctione .*
- 13 *Et stricti juris est .*
- 14 *Rescripta adversus legem non valent , non facta de ejus derogatione speciali mentione .*
- 15 *Elusio verba legis sovet , & sententie vultus infert .*
- 16 *Lex laudatur inter homines .*
- 17 *Superfluum vitium est in verbis .*
- 18 *Baldi distinctio circa superfluum .*
- 19 *Nullum in lege verbum debet esse sine virtute operandi .*
- 20 *Lex non debet ad eum modum intelligi , quo incidentius in superfluum .*
- 21 *Detegitur error Accursii existimantis Advocatos verbosos esse plettendos .*
- 22 *Quid servandum circa Advocatos verbosos .*
- 23 *Leyes oratione persuadendæ sunt , & quare .*

**Q**uædam præterea supersunt , quæ non tam legem oppugnant , quæm prorsus tollant veluti desuetudo , abrogatio , contraria lex . Non oppugnant quidem , si tunc tollunt , cum legem illam interire magis , quæm diu vivere , utile sit Civitati . Neque enim leges ita scribi possunt , ut nullam mutationem recipere debeat , sed non facile rautandæ sunt , hac

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

- hac de re plura Dida. in cap. Alma mater. iust. par. 2. num. 2. & 3. de sententia excommunicat. in 6. quinimo, ut docet Aristot. lib. 2. 2. Polyt. c. 6. in fin. potius errata quedam tollenda sunt, quam lex mutanda, non enim tantum proderit, qui corrigerem perget, ut is inquit, quantum nocebit assuetatio superioribus non parendi; cum enim lex nullam vim habeat nisi ex more l. de quibus in fin. eodem, ut sibi pareatur, mos autem ex longo temporis cursu inducatur §. ex non scripto inst. de 3 jure nat. gent. & civi. facile mutare leges, & novas condere, nihil aliud est, quam vim legis infirmam reddere. Quare caveant, qui leges ferunt, ne facile ferant, nam facile intereunt, cum tamen ita ferendae sint, ut iemel latæ diu vivant, atque serventur. Rectè idem Aristot. 1. Retbo. cap. 2. longa 4 animi provisione legum lationes fieri debebare, nos docuit, quoniam tunc facile asseuemur, ne abeant in desuetudinem, ne abrogentur, ne contrariis tollantur legibus. Scitè 5 admodum Solon leges suas, ut centum annis ratæ essent, postulasse fertur, æternas facere noluit, ut si quid in iis justum quidem, & rectum esset, sed durum, & acerbum, tanti temporis consuetudine leniretur, si quid perniciosum, & inutile foret, post id temporis emendaretur. Quamobrem legem sepe mutare, est non tantum legem, quæ mutatur, occidere, sed subrogatam legem ob frequentem mutationem, id quod maximè repugnat legi, infirmam, ac parùm duraturam reddere, quod vitium omni tempore fuit, ut Justinianus testatur in §. sed naturalia inst. de jur. nat. gent. & civi. „Ea enim, is inquit, quæ sibi queque Civitas constituit, sepe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia lege lata. 6 Desuevit populus ab observantia legis plerunque ob vitium ipsius legis, quod experientia doceat eam non esse loco, tempori, & moribus utentium accommodatam, & ita ab eodem populo accipit interitum, a quo solo vitam accipit l. de quibus in fin. eod. Abrogatio similiter legem tollit, sic legem Fusiam Caniniam, edictum divi Adriani, differentias rerum mancipi, nec mancipi, latinam libertatem, veteresque actionum formulas abrogatas esse reperiemus. Abrogatur quidem lex vel contraria scriptura, quæ legem solam tollit, non aliam inducit, vel contraria tollitur lege. Accidit porro, ut desuetudo, abrogatio, contraria lex, non tam legi integrum, reuni, quam universæ legumlationi interitum parant, cum facile legem tollunt; nam & facile tolluntur, & cum leges particulares facile cadunt, tota legum latio debilitatur,

ac quodam quasi vulnere premitur. Præterea tum legem, cum legumlationem ipsam sumiliter sauciant, correctio, derogatio, elusio. 8 Hoc argumento legum correctio censetur odiosa ut not. in Autb. quas actiones C. de Sa. crofan. Eccles., & quantum fieri potest semper est evitanda cap. cum expediat de elect. in 6. Hinc rectè deducitur, ne correctio inducatur per tacitos & subauditos intellectus gloss. in cap. cupientes §. quod si pro virginis de elect. in 6. tūm neque per argumentum a contrario sensu Alexan. conf. 25. n. 13. vol. 5. neque verò lex corrigi potest sine aliquali legislatoris reprehensione, quæ maximè vitanda est arg. l. Salvius Arist. ff. de leg. pref. Adeo ut nec valeat argumentum a sola ratione legis posteriorius editæ, ut frequentius tradunt in l. si constante ff. sol. matr. super 9. quest. Bart. quod mihi ea ratione placet, quoniam unumquodque eo vinculo solvi debet, quo colligatum est l. nihil tam naturale ff. de reg. jur. at jus scriptum, sive lex, non sola ratione talis est, si non scribatur; jus enim scriptum a non scripto sola scriptura distinguitur §. constat autem inst. de jur. nat. gent. & civil. ergo si sola ratio legem scriptam non constituit, neque etiam tollit. Itaque nominatim, & scripto corrigenda lex est, non argumentis inducenda correctio. Hinc Accursius, ac post eum Antiquiores omnes hoc nomine damnandi sunt, quod ubi aliquam legum antinomiam invenerint, easve conciliare nequierint, altera ab altera corrigi, non modo falsa, sed infeliciter affirmaverint; entendum est enim ut jura juribus concordentur d. c. cum expediat. de elect. in 6. quod plerumque promptum, & facile est l. 1. c. de inof. dot. & quidem delinquit in legem, qui eam, cum verum non sit, correctam asseverat, nam consequitur eam amplius non esse legem, adeo ut, qui eam allegaret ad decisionem caussarum, teneatur pena falsi, ut tradit Bartol. in l. ult. in fin. C. ad leg. corn. de fals. Quamobrem concludendum est, nec legislatorem ad leges corrigendas facile esse debere, nec Juris consultos, nisi liquido correctam esse constet, debere correctionem per argumenta suppeditare. 12 Non dissimilis est derogatio; modicū enim distat a correctione, ut quedam videatur potius dispensatio, quam correctio legis. Non enim derogatæ legis reprehensionem continet, vel eam redarguit, sed cessare facit nulla nota injecta, & hoc a correctione distat. Debet itaque Princeps raro, & non nisi ex magna caufsa legibus derogare, quoniam id est facere legem minus generalem, contra id quod proprium est legis l. 1. in fin. de const. prin.

- 13 *prius strictaque juris merito censetur dero-gatio*, ut non trahatur de casu ad casum, nec vim habet, nisi sit narratum in specie, in quo derogetur. *Rom. cons. 272. sequitur Felyn.*  
*in cap. Super literis n. 17. versic. Et ad secun-*
- 14 *dum de re script. Hinc est*, ut non valeant rescripta aduersus legem impetrata, non facta de eis speciali mentione *l. rescripta*, *Et ibi glof. C. de proc. Imp. off. Anec. cons. 310. n.*
- 15 *4 in fin. Ruyn. cons. 109. n. 18. vol. 4.*  
Tandem supereft elusio, que plerumque verba legis sovet, & vulnus infert scientiaz; contineat autem legis vilipendium, & ideo sumponere fugienda, adeo ut etiam lata interpretatione admitti debeat, ne lex reddatur eluforia *cap.*
- 16 *Si Civitas de sententia excom. in 6.* Quid vero est inter homines tam pium, tam sanctum, quod sedulo magis custodire, ac venerari debeamus, quam legem? cum ea sit inventio & donum Dei *l. 2. in fin. ead. jam Deum* videtur eludere, qui leges eludit, aut quomodo fidem praestabit singulis, qui dum legem eludit, eam universae negat civitati. Ad id ergo maximè respicere debet legislator, ne lex facile possit eludi, & nisi temper plus scripto valeret sententia *l. 3. C. de lib. præt. l. non dubium C. de leg.* facillimè eluderentur leges. Hactenus de iis, que rem ipsam afficiunt, & oppugnant. Supereft ut pauca de superfluo dicamus, quod vitium est in verbis & legem inornatam reddit. Superfluum
- 17 est verbum omne, quod neque intellectum, neque ornatum adjuvat, *Quintilianus lib. 8. cap. 3.* sed vitium afferit orationi, non dispositioni; cautum ideo est ea, que abundant, non vitiare *l. non solens ff. de reg. jur.*
- 18 *Bal. tamen in l. Gallus §. quidam recte 3. opp. ff. de liber.* *Et posthum.* putavit distinguendum esse inter contractus, leges, & regulas. In contractibus quidem, ac etiam in legibus admisit, ne verba superflua vitiarent. In regulis vero contra, quoniam hæ sunt, que rem, que est, breviter enarrant *l. 1. ff. de reg. jur.* quod recipiendum censeo, si ita intelligatur, ut regula propter superflui vitium amittat officium regulæ dumtaxat, & retineat legis, ita ut non ex toto pereat. Durum etenim admodum esset, ob solam verborum superfluitatem actum perire, quod enim agitur, magis re, quam verbis consistit; & ideo cautum est plus valere, quod agitur, quam quod simulatè concipitur *C. plus val. per totum,* sed quia decet, tum legem, cum regulam

in sensu; & verbis esse perfectam, nec minime quidem verbum esse sine virtute operandi, *ad. glof. in l. 1. ff. quod mer. casu. Bal. in tit. C. de contrab. emp.* nec debet lex ita intelligi, ut incidamus in superfluitatem ut post *Castillum tradit Soccinus jun. cons. 6. n. 5. lib. 1.* idem enitendum est legislatori, ut, quantum fieri possit, abstineat a superflui vitio, sic *Cajus* a verbosis commentariis abstinendum putavit *in l. 1. ff. de orig. jur.* *Et supervacua resocari Justinianus præcepit in 1. const. Cod. §. quib.* Sed tamen ab *Accursio* vendum est in *l. ex ea ff. de postul.* qui verbosos advocates hoc nomine ratus est ab officio posse repelli; nam & sine lege loquens debuit erubescere *l. illam C. de collat.*, & scire debuit aduersus nullum juris præceptum peccare, ac ideo plectendos non esse; Quoniam vitium superflui afficit orationem, non 22 dispositionem, quod fit, ut *in l. quisquis C. de postul.*, quod omnino destruit Accursii sententiam, quoisque maluerint Imperatorum rescripto orare permittantur, liceatque judici modum imponere, vel silentium, ubi satis dictum putat, non autem poenam, quasi superfluo dictum, cuius rescripti sententiam, aliter, & male quidem *Jason* accepit. Igitur hæc omnia diligenterissime custodienda sunt legislatori, ut in legibus condendis a vitiis omnibus abstineat, & que ad legis perfectiōnē conducunt animadvertis, & cuncta secernens nihil adjiciat, nihil prætermittat, quod 23 possit afferre detrimentum; Quas vero leges salutares existimat, utile erit prius oratione persuadere, quod, qui eas, (vera fabulis obnubentes), in Mercurium retulerunt, satis indicasse videntur. Poterit hac ratione amaritudinem quandam, quam saepe leges prima fronte promittunt, eloquentiaz mellibus temperare populo, cum persuaderi debeant; ille facile cedit arti, & jugum suave existimat, cuius dulcies verborum suavitate lenitur. Totum hoc in eloquentia legislatoris repositum est, qua mulcere potest animos, & legibus obtemperantes reddere. Quod si nulla ars in persuadendo præcesserit, vix erit, ne non cuncti reclament, & a concordi legum sponsione declinent, ita ut vel tardius recipient, vel citius in desuetudinem revocent. At cum jugo suaviter posito sponte ab initio colla submittunt, asperitas omnis primùm oratione velatur, postea per consuetudinem recedit incognita.

# ALEXANDRI TURAMINI J. U. C.

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS LIBER TERTIUS.

*Lex Civilis laudatur, & singulariter quædam de Jure Civili  
Romanorum subjiciuntur. Cap. I*

- 1 Legis civilis laus ex Cicerone pro Cuentio.  
2 Patres pro filiis salutare consilium capere solent.

- 3 Vera, justæque legis argumenta.  
4 Laudatur jus civile Romanorum.  
5 Natura duce errari non potest.



Uid ipsa lex sit, & ad quæm multa, & varia legislatorem respicere oporteat, huc usque traditum est, quæ a me ociosè congesta fuisse nemo arbitrabitur, qui momentum legum in quacumque Civitate ferendarum secum rependere non gravabitur. Nam, ut Cicero pro Cuentio uberrime testatus est: *Mens & animus, & consilium, & sententia Civitatis posita est in legibus; Ut corpora nostra sine mente, sic Civitas sine lege, suis partibus, ut nervis ac sanguine, & membris uti non potest. Legum ministri Magistratus, legum interpres judices, legum denique idcirca omnes servi sumus, ut liberi esse possimus, & pauclo infra: Circumspicite omnes Reipublicæ partes omnia legum imperio, & prescripto fieri videbitis.* Et quidem lex æmula Divinitatis est, antistes religionis, fons disciplinarum, artifex juris, bonos mores inveniens, atque componens, gubernaculum Civitatis, justitiae nuncia, magistra vitæ, anima totius corporis popularis, & adversus injustitiam, petulantiam, & impiorum denique omnium iniquitatem tutissimum, ac solum cujusque Civitatis propugnaculum. Hæc prospicit, ne tenuis vitæ homines a potentioribus opprimantur, hæc illatas injurias inultas abire non sinit, consilium indigentibus, auxilium afflitis præbet, & quasi pro patre, & tutore subditis omnibus præponitur. Et ut patres consilium capiunt pro liberis maximè salutare l. nec in ea ff. ad l. Jul. de Adult. & in pietate potius, quæm in atrocitate potestas eorum consistit l. Divus ad l. Pomp. de parric. ita solet

lex ad errata subditorum semper cum benignitas temperamento respicere l. respiciendum ff. de pœnis. His vero, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, porro quantum obvenit utilitatis ex legibus sapienter conditis? Quomodo & jus suum consequi possent, & alienum restituere cogerentur, & fidem conventionum ubique servare, legibus vel minimè latis, vel iisdem non prudenter, uti decet, neque sapienter positis? & justè quæsita pacificè possidere, & injustè occupata recuperare quis possit legum auxilio destitutus? Quinimo etiam solitario homini, vel in agro, vel in reposito thalamo vitam agenti, quæ supererit quies ad agrum, vel ingenium excolendum accommodata, nisi cæteri homines intra justitiae cancellos legibus contineantur, ac inter improbos nocendis libido refrenetur? Neque Diogenes cœlestia contemplari, neque Homerus excidium Trojæ, aut Ulissis peregrinationes canere potuisset; neque Plato nos ad superos attollere, aut Aristoteles in iis, quæ notoria sunt, ita egregie versari, nisi illud ocium leges ipsæ prudenter latæ suppeditassent, quibus publicæ utilitati consultum foret. Leges igitur ubique optimæ ferantur, & latæ ferventur; hinc enim, & publica & privata salus pendere videtur, hinc omnium suavissima libertas in rebus honestis agendis. Hæc quidem, si veræ leges sint, a Divina mente ducuntur, Divinæ Providentiae congruunt, naturæ ordines æmulantur, & ad summum bonum dirigunt. Hæc legem illam naturæ cordibus insitam detegunt, exprimunt, & custodiri, ac servari faciunt. Et ut ea quidem naturæ lex Divini Luminis communicatio est

est, ita lex civilis ad ejus similitudinem introducta, inventio quædam, & Dei donum existimatur, quod ab ejusdem luminis communicatione tota promanet, atque dependeat. Qua ratione mihi de lege civili omnium civitatum, non tam Romani Imperii causa huc usque differenti, & non ad hanc, vel illam, sed ad commodum cuiusque Civitatis respiciendi, ex jure civili Romanorum, non quasi illius Professori tam multa, & varia argumenta desumenda fuere, ut assertiones propo-  
4 sitas comprobarem; sed ut id ipsum inter-  
rim assequens, ejusdem juris præstantiam,  
quod præcipue intenderam, & quandam  
absolutionem etiam ostenderem. Quare vel  
hoc ipso satis etiam intelligunt, qui Patres  
illos ejusdem imperii propagatores ad mentem  
revocant, quantam habuerint prudentiam cum  
sapientia conjunctam, tum maxime quod eodem  
imperio crescente jureconsulti floruerint legi-  
bus condendis, non tantum interprætandis a-  
ptissimi. Legimus in hoc jure compilato,  
*Aquilius, Scarvalas, Julianos Marcellos, Pau-  
los, Ulpianos, Papinianos*, aliosque per-  
multos, quorum nunquam satis laudata res-  
ponsa præclararam fidem faciunt, eos omnes acri  
ingenio, eloquentia non vulgari, tum vero  
doctrina, & prudentia admirabili præditos,  
non tam juris consultissimos, quam legum  
latores optimos esse censendos. Et satis qui-  
dem ob suos authores eruditione, atque virtu-  
te illustres jus civile Romanorum laudatum vide-  
ri posset; verum amplius idem ubique commen-  
dat, quod Civitates lege municipali deficiente,  
omnes quidem ad illud libentissime re-  
currant, quod ab ipsius correptione, elusione,  
& abrogatione, quantum fieri potest, abstine-  
ant. Quod quam justissime fiat iis omnibus  
exploratum esse poterit, qui haec, quæ posui,  
principia non ignorantes idem jus ad naturæ  
legem referre volent, & quam perbelle ab ea  
5 derivetur, tum naturam ipsam, qua duce, ut  
*Tullius*, ait errari non potest, etiam imitetur,  
diligerenter animadvertere. Quod ejusdem juris  
professoribus gratum futurum scio, quo se stu-  
dium, & artem undeque perfectam, &  
numeris omnibus absolutam profiteri intelligent,  
tum etiam, ut istius indagationis, quæ junio-  
ribus apprime utilis futura, sit aliquod pateat  
exemplum, sequenti capite breviter indicare con-  
stitui; postea ad id, quod de æquitate, &  
consuetudine dicendum superest, illico descen-  
dam.

*Jus civile Romanorum à lege naturali  
ferè totum bellissime fluere, &  
Naturæ imitatione summopere  
delectari. Cap. II.*

- 1 *Jus in Ulpiani diffinitione pro studio juris usurpatum.*
- 2 *Idem in acquirendo, conservando, aut minuendo consistit.*
- 3 *Acquirendi jus ex naturæ lege eam accipit formam, ne cum alterius jactura fiat.*
- 4 *Eadem naturæ lege omnis injusta acquisitione prohibetur.*
- 5 *Actiones personales, aut ad dandum, aut ad faciendum competunt: reales vero rei persequitionem continent.*
- 6 *Æquitas l. curabit C. de act. emp. etiam vendicat sibi locum in contractibus innominatis correspondivis ex Cornei sententia, quæ ab Authore comprobatur.*
- 7 *Actionum omnium scopus, ut justè acquiramus, & alios injustè acquirere, aut retinere non sinamus.*
- 8 *Ex jure conservandi, & retinendi exceptiones prudeant.*
- 9 *Interdictum retinendæ, misturam actionis, & exceptionis continet.*
- 10 *Edictum legis naturalis perpetuum est, quod tibi non vis fieri, alteri ne fecris, & contra.*
- 11 *Pro rerum defensione licet vim vi repellere.*
- 12 *Tum convocare amicos statim ac quis dejectus sit, ut possessionem recuperet.*
- 13 *An pro rerum defensione licet occidere, opinio Legistarum affirmativa.*
- 14 *Opinia Canonistarum negativa de eadem re.*
- 15 *Distinctione conciliantur.*
- 16 *Defensio rerum conjuncta defensioni personæ justificat homicidium.*
- 17 *Statutum permittens bannitum percuti, permitti etiam occidi, ex Baldo.*
- 18 *Defendens res sibi necessarias, vitam defendere videtur.*
- 19 *Indigna res est divitias secundum dicere sanguinem,*
- 20 *Res necessaria ad usum vitæ, non ex Stoicorum sententia existimandæ, & quomodo.*
- 21 *In contractibus quædam relatio consideratur.*
- 22 *Rei sue unusquisque est moderator, & arbiter.*
- 23 *Minor tamen ob as alienum, & cum decreto tantum alienare potest, & quare.*
- 24 *Juris præcepta quæ sint.*
- 25 *Princeps ob corruptos subditos, vel ministros utiliter agere potest.*
- 26 *Aliud argumentum laudandi juris civilis, ex Authore.*

- 57 Natura sagax, justa, artificiosa ex Hippocratis sententia, omniumque provida dicta est.
- 58 Eadem ex bono prodit, & in bonum dirigens servat characterem boni.
- 59 Usucapio bono publico introducta, tum in do-  
tibus, in testamentis, in pœnis ratio summi  
boni elucet.
- 60 Bonum, quod magis commune est, ad summi  
boni conditionem magis accedit.
- 61 Natura nihil frustra esse patitur.
- 62 Ejus exemplo circuitus inutiles in jure evitan-  
tur.
- 63 Toties autem evitantur, quoties prorsus utilitate  
carent.
- 64 Decius in l. 2. §. servus ff. si cert. pet. re-  
probatur
- 65 Pauli locus l. 2. §. item si in facto ff. de  
verb. oblig. declaratur.
- 66 Ex regula de inutili circuitu evitando ad va-  
ria insertur remissive.
- 67 Natura una cum facultate etiam instrumenta  
largitur, & vice versa.
- 68 Concessa jurisdictione, ea quoque concessa viden-  
tur, sine quibus jurisdictione explicari non po-  
test.
- 69 Idem concessso jure servitus.
- 70 Legato usufructu fundi iter legatum ad eum  
intelligitur, si non nisi per hereditarium fun-  
dum ire liceat.
- 71 Qui non patitur apportari ea, quibus iter re-  
fici debet, tenetur, ac si refici non pateretur.
- 72 Adempta facultate, videntur & instrumenta  
adempta.
- 73 Prohibito alearum usu, an quis eas confidere  
possit, etiam si non ludat.
- 74 Cui conceditur jus lignandi, concessum videtur,  
ut ferro ad cædendum oportuna utatur etiam  
prohibita armorum delatione.
- 75 Fundo legato quare non debeatur instrumen-  
tum, inquiritur, & quid legato usufructu.
- 76 Natura contrariorum ratione, consonantiam re-  
rum parit.
- 77 Natura servat æqualitatem geometricam dum-  
taxat, jus vero etiam arithmeticam, & cur  
id ita fiat.
- 78 Äqualitas geometrica, & arithmeticæ declaratur.
- 79 Justitia aut distributiva, aut commutativa.
- 80 Lex debet esse cummensurata delicto.
- 81 Fur manifestus gravius punitur quam non ma-  
nifestus.
- 82 Homicidium deliberatum magis punitur, quam  
in rixa commissum.
- 83 Similiter magis punitur raptus Mulieris bone-  
stæ, quam inboneſtæ.
- 84 Äquum nihil aliud est quam æquale quoddam.
- 85 Plus, & minus possunt esse per proportionem  
æqualia.
- 56 Jus commutativum magis, quam naturam imi-  
tetur, nostris necessitatibus inservit.
- 57 Natura non utitur commutatione, quia non in-  
diget aliquo.
- 58 Jus commutativum, & medium Arithmeticum di-  
cunt imperfectionem.
- 59 Natura operatur quantum potest, & quamdiu  
potest.
- 60 Utile per inutile non vitiatur in dividuis.
- 61 Legata etiam nomine heredum inducto conser-  
vantur.
- 62 Captivitate interrupitur usucapio, adeo ut  
nullo juris remedio reparari valeat, & quare.
- 63 Possessio plurimum facti habet.
- 64 Natura universum complet gradibus suis, &  
quomodo id ipsum etiam jus civile adimpleat.
65. 66. 67.
- 68 Justitia ita cuique suum tribuit, ut non dia-  
strahat ab alterius justiore petitione.
- 69 Tantum prestat sententia legi, quantum lex  
ipsa prestat.
- 70 Gradus juris completi summatim recensentur.
- 71 Declaratur exemplo alluvionis cur usucapio do-  
minii adjectio esse dicatur.
- 72 Nihil tam naturale est, quam unumquodque eo  
vinculo dissolvi, quo colligatum est.
- 73 Peculium nascitur, crescit, decrescit, & ma-  
ritur.
- 74 Dos ex matrimonio formam consequitur.
- 75 Hereditas ante aditionem hereditas est, adita  
vertitur in patrimonium adeuntis, quad effi-  
cacer probatur.
- 76 Exceptio peremptoria cur finem non ba-  
beat, nova ratione declaratur.
- 77 Conclusio eorum que dicta sunt.

**U**lpianus libro primo institutionum scripsit  
Jus artem esse boni, & æqui, & ejusdem Sa-  
cerdotes eo potissimum intendere, ut justitiam  
colant, boni, & æqui notitiam profiteantur,  
æquum ab iniquo separantes, licitum ab illico  
discernentes, bonos non solum metu pœna-  
rum, verum etiam præmiorum quoque exhori-  
tatione efficere cupientes, veram philosophiam  
non simulatam affectantes. Et ejusdem studii (ni-  
hil enim aliud Ulpiano jus est in ea diffinitio-  
ne, quam studium juris) duas positiones statu-  
it Publicum, & Privatum. Hæc si concedamus  
Ulpiano, quis non videt jus nostrum ab il-  
la recta ratione, quæ & Divini Luminis com-  
municatio, & naturæ lex est, in totum deriva-  
re, atque pendere? Illa vocat ad officium,  
a fra-

a fraude deterret, justi præceptio est, pravique depulso, suadet honesta, prohibet contraria, ut primo libro abunde tractatum est. Quid vero distat ab iis, æquum ab iniquo separare, lictum ab illicito, tum cunctos bonos efficere? Ad quid verò magis respiciunt lex Julia majestatis, adulterii, stupri, repetundarum, peculatus, de ambitu, de vi publica, de privata, lex Cornelia de falsis, de fiscariis, Flavia de plagiariis, Pompeja de parricidiis, quam ut formidine poenæ a malo juxta naturæ legem omnes avertantur? sed fortè hæc nimis generaliter affirmari videntur. Sic etiam publicæ, ac privatæ utilitatis habere rationem videtur esse aliquid, in quod omnium populorum instituta consentiant. Sed etiam idem Ulpianus in 2 l. ult. hoc tit. scripsit totum jus consistere, aut in acquirendo, aut in conservando, aut in 3 minuendo. Lex omnis de acquisitione ab illa naturæ sanctione promanat, & ad eam semper recurrit, quæ nunquam satis laudari poterit, neminem cum alterius jactura fieri debere locupletem. l. nam hoc natura l. hoc conditio ff. de condit. indeb. Eatenus jure civili Romanorum concessa acquisitio est, quatenus nullius jacturam continet, & si contineat variis titulis, 4 variisque legibus interdicta. Hinc furti, & rapinæ persecutioes competunt §. ex maleficis inst. de action. hinc rerum amotarum l. rerum ff. de act. ver. amot. hinc conditio indebiti, vel cur eam dico solam? hinc conditioes omnes, ac persecutioes tam in rem, quam in personam, tamquam rivi ab uno fonte ducuntur, ne aliquem cum alterius jactura locupletem fieri patiamur. Hoc solo nititur, ut singulares decisiones attingam, l. si me, & Titiū, ff. si cert. pet. l. curabit. ff. de act. emp. Et, ut opinor, nec imaginari possumus, 5 cum actiones personales ad dandum, vel ad faciendum impellant §. 1. inst. de action. l. actionum genera §. in personam ff. de action. & oblig. l. 2. ff. de verb. oblig. reales verò rei alicujus persecutioem contineat d. §. 1. l. actio in personam ff. de action. & oblig. aliquam eorum esse, quæ non hinc suum trahat initium. Experiamur in emptione, venditione, si res tradita sit, nec solvatur præmium, vel econtra in locato, conducto, si alter operas præstet, alter mercedem neget, quantum porrò prædictum dictamen rationis offenditur? In mutuo, in commodato, in deposito, res evidentior est; in contractibus ianominatis, qua vel alia ratione, si dò ut des, & cesse dare, introducitur est, ut vel in id, quod interest me non accepisse, damneris, vel repeatam, quod dedi; quasi ob rem datum l. 5. §. 1. ff. de pres. ver. nisi quia si aliter fieret, jam alter eorum cum

detrimento alterius acquireret? Idem in do, ut facias, facio, ut des, facio, ut facias obser- 6 vare licet; Qua ratione recipi poterit, æquitatem l. curabit obtainere etiam in iis contractibus correspondivis ex sententia Cornei conf. 145. n. 7. & 8. vol. 2. quem sequitur Paris. conf. 75. n. 17. lib. 4., & quamquam nihil alle- gent, satis tamen comprobari potest ex ratio- ne d. l. curabit, quam Didac. lib. 3. var. re- sol. cap. 4. n. 1. ex sententia Aristotilis lib. 5. Et byc. cap. 5. doctissime deducit. Postulat enim commutativæ justitiae ratio, quæ in conventionibus præsertim correspondivis locum sibi vendicat, ut quatenus alter contrahentium impleat, alter vicissim impleat debeat etiam non interpellatus, quia satis interpellat imple- mentum, ut declarat etiam Lugdu. in con- suetud. Paris. §. 1. Glos. 9. n. 56. & incipit jam locupletari ex implemento alterius, cum ejusdem jactura ob non implementum suum. Actionum omnium unicus est scopus, ut pe- tentes justè acquiramus: persequimur enim quod nobis debetur §. 1. institut. de act. repetentes, aut vendicantes, alios injustè ac- quirere non sinamus, cum quod debetur nobis vix fieri possit, ut alii justè retinere queant. Cur vero tot sunt excogitatæ caussæ acquirendi tum onerosæ ut emptio venditio, loca- tio conductio, societas, & id genus similes, tum lucrativæ, ut successiones ex testamento, vel ab intestato, donationes, & aliz, nisi quod ita dictante lege naturæ justa omnium acquisi- tio esse deberet, non autem fraudulenta, aut dolosa usurpatio? Si vero ad secundum juris caput te convertas, quod in conservando 8 consistit, a quo exceptiones omnes prodeunt, & interdictum retinendæ, quod mixturam actio- nis & exceptionis habet l. actionis verbo ff. de act. & oblig. cognoscet quidem leges om- nes, quæ ad id tendunt in se naturalem habe- 10 re rationem. Perpetuum legis naturalis edictum esse videtur, quod tibi non vis fieri, alteri ne fe- ceris, & econtra. Quis vero is est, qui res occupatione, captivitate, alluvione, specificatio- ne, accessione, confusione, commissione, ædificatione, traditione, aliave caussa, vel gentium, vel civili jure approbatæ quæsitas, justum haud putet licere sibi retinere, & ab alio in earum possessione, vel dominio sibi molestiam inferri non censeat injustum? Tan- tum vero lex Civilis abhorret pacificos rerum suarum possessores perturbari, ut præter omnia legitima remedia, quæ adinvenerit, remedium facti etiam probaverit, constituens pro rerum suarum defensione illatam vim propulsare lice- re cum moderamine inculpatæ tutelæ l. 1. C. 12 unde vi, quod nec creditur excedere, si dejec- H etus

Eius continuo convocet amicos , auxilium  
quarat , & paratus ad recuperandum per vim  
redeat l. 3. q. curs igitur ff. de vi & vi arm.  
Vi etenim iustè dejectus , justè vi deiecer  
13 videtur. Quinimo licet etiam occidere , cum  
juris nostri interpres corporis , ac rerum de-  
fensionem existimat eodem jure coelendam glof.  
in l. ut vim ff. de just. & jur. cui , & Barto-  
lo consentit Jason ibi n. 23. Aqu. num.  
54. Dec. n. 31. Curt. num. 43. idem Barto-  
lus in l. furem per eum test. num. 2. ff. ad l.  
Corn. de sic. Flor. in l. itaque ff. ad l. Aquil.  
& est communis apud eos ; licet in contraria  
14 sententia sint Canonistæ determinantes pro  
sola rerum defensione non licere hominem oc-  
cidere glof. in verbo fugiens 23. q. 3. in prin-  
cipio Joan. And. in cap. 2. de homicidio , &  
sequuntur Hesien. Lsp. Zabas. quos ibi refert  
Mar. Soc. n. 8. Sed quoddam temperamentum  
15 adhiberi poterit , ut si persistens in rerum  
suarum defensione , quæ licita est d. l. 1. C.  
unde vi incurrat perlongæ periculum , possit oc-  
cidere , quia tutela corporis accedit d. l. ut  
vim , non si sola urgeat rerum defensio capit.  
2. extra de homic. ubi ex conjuncta rerum , per-  
16 sonarumque defensione justificatur homicidium.  
Quod si quis objiciat , ob solam corporis tu-  
telam licere d. l. ut vim , & nihil possum  
esse in defensione rerum , occurram , quia ef-  
fectus tribuitur primæ caussæ , & ob rerum de-  
fensionem in corporis discrimen licite ventum  
est , & ut consequens consideratur defensio cor-  
poris , cum defensio rerum antecedat . Facit  
quod egregiè tradit Baldus in leg. 3. ff. de  
17 adimen. leg. nempe cum statutum permittit  
bannitum percuti , permittit etiam occidi ,  
quoniam accensa rixa , proprii corporis defensio  
consequenter urget . Sequitur Felinus in d. cap.  
2. n. 5. de homicidiis . Ceterum si pro rerum  
suarum defensione nullum immineat vitz peri-  
culum , excedet moderamen inculpatæ tutelæ  
argumento l. si ex plagis & Tabernarius. ff.  
ad legem Aqui. & hujus sententiae videtur Dec.  
in d. l. ut vim num. 31. Hæc in foro fori  
recte dici videntur , quo de occultis non  
est judicium ; Et recte quidem ad naturæ  
principia revocari poterunt. Principiò etenim ut  
Tullius ait primo de Officiis , generi animantium  
omnium est a natura tributum , ut se vitam , cor-  
pusque tueatur , declinetque ea , quæ nocitura vi-  
deantur. Atqui non satis vitam defendimus , id  
quod homini cum cæteris animantibus com-  
mune non est , cum tutelam corporis suscipimus.  
Homo etenim , ut idem docet , quoniam rationis  
est particeps consequentia cernit , caussas rerum  
videt , earumque progressus , & quasi anteces-  
siones non ignorat , similitudines comp. z. it. rebus-

que præsentibus adjungit , atque annexit futu-  
ras , facile totius vite cursum vides & ad eam  
descendam preparat res necessarias . Ex quo in-  
telligimus vitz defensioni rerum defensionem  
18 sic posse conjungi , ut quicunque in rebus  
sibi necessariis defendendis insistat , vitam defendere  
19 videatur , non ea quidem incivili ratione , seu po-  
tius indigno arguento , quo res ipsas secundum  
sanguinem dicunt glof. & Bartolus in l. Advocati  
C. de advocat. diver. jud. & Jason. in d. l. ut vim  
n. 23. sed quia primo , veroque sanguini con-  
servando necessariae sunt , & vitam civilem  
20 degentes res nobis necessarias non secundum  
Stoicorum feueritatem , sed ex nostrorum sen-  
tentia , dignitate , statuque nostro undique ani-  
madverso existimare debemus arg. l. quero l.  
cum post & gener. ff. de jur. dor. Semper etenim  
legum nostrarum cum naturali ratione consonan-  
tiam perscrutari debemus , & quantum fieri  
potest , illas ad eam referre . Natura etenim  
hanc civilem societatem instituit , diligit , &  
perpetuò servari desiderat . Quamobrem legum-  
latoribus etiam insinuat frustra , tribui cuique  
jus suum , nisi retinere queat ; frustra modos  
acquirendi proponi , nisi acquisitum conservare  
possimus . Tandem & in minuendo consistit jus  
nostrum . Frustra sèpè quivis acquireret , nisi  
& certis modis liceret amittere . Et plerum-  
21 que se invicem referunt ; emit unus , alter  
vendant necesse est ; donat aliquis , alicui donat ,  
accrescit uni , alteri decrescit , & ita manet com-  
22 mercii vita perennis . Tum quod rei suæ  
unusquisque sit moderator , & arbiter l. in re  
mandata C. mand. & illud , ut quisque lega-  
vit rei suæ , ita jus esto l. verbis legis ff. de  
uerbor. significat. naturalem habet rationem ,  
nam ut quisque id in re sua libenter admittit ,  
& rationi consonum existimat , debet idem jus  
in alienis recipere . Generaliter hæc determina-  
ri videntur . Sed quoddam jure singulari con-  
stituuntur veluti , ut minor ob æs alienum  
23 tantum , & cum decreto alienet , non alias  
ob caussas leg. ob æs C. de pred. min. Lex  
Julia fundi dotalis prohibet alienationem l. pri-  
ma ff. de fund. dor. furioso , & prodigo interdictum  
alienatio leg. is cui ff. de verb. oblig.  
& in iis quidem a ratione naturali minimè  
deslegitimus . Nam ipsa naturæ lex non con-  
sentit eum rei suæ moderatorem esse , qui om-  
nem moderationem aut ignoret , aut minimè  
sentiat . Quamobrem Prætor , ut ait Ulpianus  
in l. 1. ff. de minor. naturalem sequitur æqui-  
tatem , tutelam minorum suscipiens , & eosdem  
facilitate lesos restituens . In omnibus enim  
juris nostri partibus naturalis rationis semina  
reperiit , qui ea investigare non gravabitur .  
24 Ejus præcepta sunt , ut altera ex parte id  
com-

comprobemus , honeste vivere , alterum non lacerare , jus suum cuique tribuere §. juris præcepta inst. de just. & jur. Primo capite mores hominum instituuntur , probros , & in-honestæ conditiones reiciuntur §. ult. instit. de Legat. adulteria , supra coercentur ; ad idem pertinet edictum Prætoris de servo corrupto , quod & pro filiosfamilias utiliter intentari potest l. ut tantum ff. de Serv. corrupt. Nec 25 illepidè dici poterit idem competere principi , ejusque procuratori ob corruptos , sive subditos , sive ministros , & quanti ea res est ex postremo capite , quasi damnum debetur , ad duplum , quod promittit l. i. ff. ead. magis deberi videtur , quia delinquitur adversus primum . Secundum tueret personas , & injurias tum reales , tum verbales cohibet . Tertium præceptum res , & facultates concernit , & ita intelligimus jus Civile nostrum nihil aliud esse , quam ipsam veram , legitimamque Philosophiam , quæ de moribus , ac reliquis actionibus hominum , secundum rectam rationem , veramque naturæ legem rectè præcipiat . Sed experiamur argu- 26 mento minus vulgari , ac plurimum concludenti ejusdem juris præstantiam exhibere . Quis dubitat ea rectissime gubernari , quæ ad nutum eternæ legis reguntur , atque moventur ? Aut quomodo insita nobis ratio rectius facienda , vitandaque præscribere potest , quæ , si 27 natura duce , quæ sagax , justa , artificiosa omniumque provida ex Hippocratis sententia , dicta est , cuncta agere , & instituere contendat ? Ejus nullum opus est , in quo divini aliquid non resulgeat , quod Sapientiam Dei non præferat . Rectissimè igitur jus nostrum laudari poterit , quod naturam imitatur ; hoc enim nomine eternæ Legi , non tantum naturali respondere videtur . Primum itaque , si 28 naturam contemplemur , ea cum prodeat ex bono servans characterem boni , cuncta bene in bonum dirigit ; quod gradu 10. cap. 29 Franciscus Piccolomineus adnotavit . Jus autem civile Romanorum ex bono prodire constat , quia virorum prudentum consultatio sit l. i. in fin. hoc tit. & a naturali lege promanat . Servat characterem boni , quatenus qualitates amicas secundo libro explicatas retinet , honestatem , simplicitatem , facilitatem , & alias dirigit in bonum ratione finis ; Semper enim jus civile de publico bono cogitat , 29 & in illud dirigit , quod usucaptionis introductione comprobatur l. i. ff. de usucapione , & dotum privilegia , conservationes testamentorum , delictorum animadversiones , aliaque multa satis ostendunt , quæ omnia publicæ utilitatis ratione nituntur l. prima ff. solut. matrim. l. vel negare ff. quem testa. aper. l. si ita vul-

neratus ff. ad legem Aquilam . Et quidem si jus ipsum a recta ratione prodit , ea , quandiu recta est , nihil magis appetit , quam quod verè bonum est , & bonum publicum , quo magis comune est , ad summi verique boni conditionem magis accedit . Quatenus constat ex præceptis naturalibus , gentium , & civilibus §. ultim. institut. de just. & jur. ex bono etiam prodit . Ipsa etiam juris præcepta ostendunt quomodo retineat characterem boni . Tum 31 secundò quemadmodum natura nihil frustra esse patitur , ut Aristoteles docet libro 7. de Cœlo , & alibi sepè , tum instrumentis opportunis utitur , ac minimè redundantibus , sic Justinianus nihil inutile , nihilque perperam possum esse voluit , sed quod in ipsis rerum obtineret argumentis §. cumque hoc , inst. in proem. tum eo maxime jus civile nostrum 32 naturam imitatur , quo circuitus inutiles fieri vetat , ne aliquid frustra esse pati videatur l. Dominus testamento ff. de condind. ibi : Sed tam benignius , quād utilius est recta via ipsum , qui nummos dederit suum recipere , l. si usuf. mibi , ibi , recta via fideicommissarium cavere oportet domino proprietatis ff. usuf. quem cav. Rectèque de inutili circuitu 33 concipitur regula . Nam ut Alciatus tradit in l. i. n. 17. ff. de verbor. significat & sequitur Gramm. dec. 103. n. 132. & probatur ex d. l. si usuf. evitatur circuitus , quoties nihil interest contrahentium ; atioquin si aliqua in circuitu reperiatur utilitas , cum jus nostrum maximè utilitati hitatur leg. jus pluribus , sup. de justit. & jur. cum iis , quæ libro præcedenti ad causam legis finalem aperiendam congesta sunt , non debet evitari circuitus , ita post Card. in Clem. Auditor de rescriptis , tradit Decius in l. cum Fundum §. Servus tuus n. 193. ff. si cert. petat . Qua ratione idem 34 Decius minus rectè impugnat decisionem Joan Andr. in add. ad Spec. in rub. de obl. & solut. dicentis , si quispiam promiserit se obligaturum ad decem , quod statim poterit conveniri ad illa decem , nam & si concederemus præmissione contineri factum , & ideo teneri ad quod interest juxta l. si quis §. ultim. ff. de re jud. & argu. l. si poene ff. de verbor. obligat . interest tamen decem , ut patet , non recipere decem , vel obligari ad decem , unde circuitus est inutilis , quia tantundem ex alia obligatione solveret , neque dilatio est ad solvendum , quoniam vel obligas te statim , & statim solvis , vel non obligas , & cum sis in mora , teneris in id , quod interest , quod est idem . Quare ab ea communis traditione , quæ utiles in praxi consequentias habere potest , receundum non est . Speciem afferre lubet , in qua de utilitate circuitus evidentius appareat .

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

35 A te stipulatus sum, per te non fieri, nequè per hæredem tuum, quomodo mihi ire, agere licet: Umus ex pluribus hæreditibus tuis prohibet me; Queritur apud Paulum in l. 2. §. item si in facto ff. de verbis obligat. an teneantur hæredes ejus: Videbatur ne teneantur, quoniam si teneantur, eis per eum, qui prohibuit, judicio familie erescundæ sarcini damnum debebit l. in executione ff. de verbis obligation. l. inter coheredes §. quod ex facto ff. familia erescundæ. Utilius esse videtur adversus eum solum pro solido agere, quād adversus coheredes omnes pro portione hæreditaria, ne multiplicentur lites arg. l. 1. ff. de usucap. & quia adversus plures agendum sit mihi, & illi plures adversus unum agere necesse habeant. Respondet tamen Paulus unius facto omnes coheredes teneri. Nam extitit conditio stipulationis, quæ omnes obligat d. §. quod ex facto. Et quantum ad stipulatorem in eo facto individuo perinde est, ac si contrafecerint omnes l. 4. §. Cato. ff. cod. effectus enim idem est. Circuitus est utilis, quoniam ille, qui contrafecit, potuit vel in minima parte hæres esse, vel quavis ratione non esse solvendo. Quare adversus omnes ea stipulatio committitur. Itaque cum in circuitu versatur utilitas, tunc etiam admisso circuitu naturam imitatur, quia patitur eam, quatenus frumenta non est. At varia, & in foro versantibus utilia ex hac regula særissimè inferunt nostri, quæ quoniam iudicentibus magis, quam legumlatoribus spectantia sunt, ipsi sibi requirant ex Bartolo, & aliis in d. l. Dominus testamento ff. de condit. indebit. ex Card. & aliis in d. Clemen. Auditor. Anch. in cons. 23. in fin. Soccin. cons. 20. n. 2. col. 4. Boer. decis. 183. n. 13. Grammat. d. decis. 103. n. 191. & seq. Gartad. cons. 65. n. 14. Natta cons. 153. n. 9. vol. 1. Menochius cons. 63. n. 19. vol. 1. Nobis sat est ostendisse, hoc quoque nomine jus civile nostrum laudari debere, quod naturam imitando, evitet inutilia, & nihil frustra esse patiatur. Prae-

37 terea natura varia cum facultate etiam instrumenta largitur, & viceversa, ut docet Aristot. lib. 4. de gener. Anim. Alterum enim sine altero frustra concessisse videretur. Id ipsum injure nostro observare licet. Hinc enim deducitur 38 regula l. 2. ff. de jurisdict. omn. jud. ubi Jabolenus ait „Cui iurisdicō data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit. Similiter concessio 39 jure servitutis, & ea concessa intelliguntur, sine quibus quis servitute uti non potest l. refectionis, & ibi Bartolus ff. commun. præd.

ad idem est textus in l. 3. §. qui habet ff. de servit. rustic. præd. & ideo si fundū 40 usufructus legatus sit, ad quem aditus non est, nisi per hæreditarium fundum, ex testamento utique agendo usufructarius consequitur ut per eum aditum sibi præstetur usufructus l. 1. §. 1. ff. si usufruct. per. & Venuleius in 41 l. veteres ff. de itin. att. priv. ait: qui non patitur apportari ea, sine quibus refici iter non possit, vim facere videtur, quo minus reficitur. Multaque practicis opportuna congettūt Jason in d. l. 2. ff. de jurisdict. om. jud. ad quem studio brevitatis remitto lectorem; Et 42 in contrarium, ut adempta facultate adi- mantur & instrumenta, non subobscurè probat L. oratio ff. de Sponsal. Sed tamen in re gula negativa cavendum est, quod etiamsi aliqua facultate prohibita, videantur etiam prohibita propria ejusdem facultatis instrumenta, pœna tamen non tam facile committitur respectu unius, sicut respectu alterius, ut multis probat Jason in d. l. 2. num. 25. usque in fin. quamquam ipse subsistit. Et etiamsi magis preparatoria, vel antecedentia, aut consequentia dici videantur, quād instrumenta ea, de quibus disputat, instrumenti nihilominus aliquam rationem habent, secundum quam posset sub ejusmodi capite determinari, nisi ad 43 alia festinandum mihi esset. Fac igitur lege municipalī ex toto prohiberi lusum alearum, num poterit aliquis aleas confidere, non ut ludat, sed ut vendat? Non posse existimo, quod & benignius est, cum legis voluntas conservetur l. benignius in fi. ff. de legi. nisi conficiat, ut vendat in loco non prohibito. 44 Contra finge alicui lignandi jus competere in alieno territorio, poterit & securibus, & ceteris instrumentis oportunis uti; Ita ut per legem municipalem forensibus delatione armorum, tam in civitate, quam in districtu prohibita, cui tamen jus erit cædendi silvas, vel nemora, jus quoque erit instrumenta ad cædendum ferre, & ex hoc capite non tam dicitur gestare arma prohibita, quād instrumenta concessa. 45 Illud tamen præterendum non est, quod pri- mum est quæstionis hujus; cur sit, ut fundo legato, si de instrumento nihil dictum sit, non debeat l. 2. §. ultim. de fundi instr. contra vero sit, fundi usufructu legato, cum boves aratores amovere non liceat l. item §. Seminarii ff. de usufr. Sed legatum proprietatis utile est aliunde quæstis instrumentis. Aliud est enim negare instrumenta particularia, quod fieri po- test, aliud prohibere genus instrumenti: In usufructu secus est, quia re debet uti aliena, & ita fructum etiam instrumenti habere, alio- quin ratione instrumentorum non esset usufru- etus

Etus . Hæc ita , nisi aliud placuerit inter par-  
 tes . Amplius natura contrariorum ratione ,  
 congruenteque ratione consonantiam rerum pa-  
 rit ? Ita certè se habet jus civile Romanorum ;  
 Nam si personas consideremus , quarum causa  
 leges positæ sunt l. 2. in fin. de stat. hom.  
 hominum ea conditio est , ut aut liberi sint ,  
 aut servi inst. de jur. person. in princ. Si res  
 consideremus ; aut acquisitionem , aut amissio-  
 nem admittunt l. ult. in fin. hoc ist. Hinc illæ  
 titulorum inscriptiones de acquirenda vel amit-  
 tenda hæreditate , de acquirenda , vel amitten-  
 da possessione , & similes . Quid si actiones  
 respicias , eas , vel in rem , vel in personam ,  
 vel poenæ , vel rei persecutorias , sed quodam  
 insigniori discrimine alias bonæ fidei , alias stri-  
 eti juris esse intelligis , Inst. de act. §. 1. &  
 §. Actionum . Accedant , quæ se invicem refe-  
 runt , emere , & vendere , locare , & conducere ,  
 stipulari , & promittere nonne opposita legi-  
 timam , & admirabilem consonantiam pariant ?  
 Ex iis etenim contractus consurgit , mutuaque  
 obligatio nascitur , similiter ex libertate , &  
 servitute status constat personarum universus .  
 Addas ex actione , & exceptione judicium in-  
 stitui , ex absolvendi & condemnandi potestate  
 jurisdictionem , & ex absolutione , & conde-  
 mnatione rem judicatam prodire c. forus , de  
 verbor. significat l. quod jussit l. 1. & 2. ff.  
 de re jud. Ex testari , & intestati causa , in-  
 ter quæ pugna quædam est l. jus nostrum ff.  
 de regul. jur. hæreditatum jus omne consistit .  
 Tum quod ait Justinianus hanc nostram juris  
 prudentiam scientiam justi , & injusti , inst. de  
 just. & jur. in princ. non alio pertinet , quam ut  
 ex hac contrariorum notitia publicæ salutis con-  
 sonantiam miro quodam ordine deducat . In  
 uno tamen hæsitari potest , cur non ipsam na-  
 turam imitetur , quod suminam rei respicit ,  
 nempe in jure suo cuique tribuendo . In hoc  
 enim natura servat æqualitatem geometricam ,  
 contra vero jus nostrum nonnunquam arith-  
 meticam adhibet ; & quidem æqualitas geome-  
 trica est , quæ in rationibus collocata præmia  
 meritis proportione determinat æqualia . Me-  
 dium vero arithmeticum est quoddam absolu-  
 tum æquè distans ab extremis . Cum autem  
 justitia omnis vel in distributione , vel in  
 commutatione versetur & ob id alia distributi-  
 va , alia commutativa dicatur , jus Civile addi-  
 etum justitiae in distribuendo servat medium ,  
 sive æqualitatem geometricam , in commutando  
 medium sive æqualitatem arithmeticam . Quare  
 leges , quæ sanciunt poenas debere commensu-  
 ratas esse delictis l. aut facta ff. de penis l.  
 qui injuriæ ff. de furt. Autb. omnes , ubi not.  
 in fin. C. comm:m. de succe: geometricam

æqualitatem servant , ex qua fit , ut gravius pu-  
 niatur fur manifestus , quam non manifestus .  
 furtorum inst. de obtig. que ex deli. nasc. §. in-  
 duplum inst. de Acti . Magis punitur homi-  
 cium deliberatum , quam in rixa commissum  
 l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. Magis  
 etiam punitur raptus mulieris honestæ , quam  
 in honestæ l. 1. ubi Doctores C. de rapt. virgin.  
 Coepb. conf. 140. ubi de communis lib. l. Cla-  
 rus in §. Raptum , in verbo , quero nunquid .  
 Neque tamen in iis versatur inæqualitas , nam  
 esset iniquitas quædam , quoniam æquum ni-  
 hil aliud est , quam æquale quoddam ; Sed  
 æqualitas est secundum geometricam proporcio-  
 nem , secundum quam contraria a ratione majo-  
 ri præmio ducem exercitus , quam privatura  
 militem afficere debemus , & plus etiam retribu-  
 ere ei , qui universam civitatem quam ei qui  
 unum Civem servavit incolutem . Illud ta-  
 men plus & minus est secundum propor-  
 tionem æquale . At in commutativo jure non ita  
 res se habet . Commutandi ratio non est a  
 natura , sed humanis necessitatibus exigenti-  
 bus sibi homines per commutationem consulere  
 cœperunt §. jus autem Inst. de jure natural.  
 gent. & civil. cum eveniret , ut quod uni su-  
 peresset alteri deesset l. 1. ff. de contr. emp. At  
 natura multò magis provida , & necessariis  
 non egens , dum tribuit cuique , quod suum  
 est , tantum tribuit , ut non amplius indigeat ,  
 & ita commutare neesse non habeat , ac ita ,  
 cum nulla rerum naturalium inter se commu-  
 tatio fiat , quoniam ignis semper retinet jure  
 suo calidum , & terra siccum , aqua frigidum ,  
 aer humidum , neque ob indigentiam commu-  
 tare debent , quoniam singulæ res , si quod  
 sibi natura tributum est commutarent , egestatem  
 pro subsidio , interitum pro salute conse-  
 rentur . Quare fit , ut quod nobis natura da-  
 tum sit , semper retineamus sine ulla necessitate  
 commutandi , neque vero risus cum latratu ,  
 vel hujus cum hinnitu , aut similium com-  
 mutatio aliqua fieri potest , ut olei cum fru-  
 mento , hujus cum vino , vini cum veste  
 vel similiū , quæ humanis necessitatibus sug-  
 gerentibus commutari cœperant d. l. 1. ff. de  
 contr. empio , & quanquam materia electa sit ,  
 cuius publica , & perpetua æstimatio difficulta-  
 bus permutationum æqualitate quantitatis  
 conveniret , eaque forma publica percussa non  
 mercem , sed precium constitutat , non eo mi-  
 nus hæc commutatio est , nempe rei cum pe-  
 cunia , sed quia speciale nomen contractus as-  
 sumit emptionis nempe , & venditionis , gene-  
 ricum illud commutationis dereliquit . Non  
 ergo plus habet jus nostrum , quod utroque  
 utatur medio , sed minus ; eorum etenim al-  
 terum

- terum dicit imperfectionem, quæ illo reparatur, non tamen hæc dicenda est imperfectio legis, sed materiae legi subjectae, quatenus in hoc illi deservit. Igitur jus civile Romanorum naturam imitatur, & hoc nomine laudari debet, illi vero repugnantibus ex toto excusari.
- 59 Similiter operatur natura, quandiu potest, & quantum potest, eandem jus civile imitatur in pluribus. Primum quatenus in his, quæ dividuntur, non sinit utile per inutile vitiari.
- l. i. §. sed si nibi ff. de verbis obligat. Et ibi Soccinus Sen. num. 3. Rursus in dubio nunquam actus perire patitur; sed quoisque potest, conservari præcipit argum. l. quoties ff. de reb. dub. Hinc nomine hæredum inductio-
- 61 legata, quæ inducta non forent, lex conservari voluit l. proximè ff. de bis, que in test. delen. hinc sufficere matrem vel medio tempore fuisse liberam, ut partus liber, & ingenuus nascatur, §. ult. inst. de ingen. hinc pendet dispositio Authen. ex caussa C. de libe. præt. Quid amplius desideras jus civile nostrum operari in eo, qui revertitur ab hostibus, cum postliminii jure habeatur, perinde ac si nunquam captus fuisset? §. si ab hostibus inst. quibus modis jus pat. potest. solv. Quid in eo, qui decedit apud hostes? Fingit enim ante recessisse, quam caperetur, ut ea confirmet omnia, quæ alioquin per captivitatē infirmantur d. §. si ab hostibus l. i. l. pater. §. ultim. ff. de-
- 62 capt. Et postlim. Ceterum eorum, quæ usum capiebat, per semetipsum possidens is, qui captus est, interrupitur usucatio; quia incertum est desisse possidere l. in bello §. facti ff. ead. Possessio enim plurimum facti habet, & caussam facti postliminio comprehendere non potuit l. denique ff. ex quib. cauf. majo. Sed de his pleniū scripsi libro singulari de vera
- 63 possessionis substantia. Conservaret lex etiam possessionem, sed ea facto non legis ministerio conservatur, ac retinetur. Operatur ergo quantum potest, nec ultra desiderare fas est. Rursus quemadmodum natura universum complet gradibus singulis, adeo ut nulla ex parte aliquid relinquat inane, ita jus civile Romanorum dum imperat, vetat, permittit, punit l. legis virtus in fin. eod. dum juris præcepta ita distribuit, ut hæc sint, honestè vivere, alterum non laedere, jus suum unicuique tribuere §. juris, inst. de just. Et jur. dum articulos, qui singulariter lege, vel consuetudine comprehensi non sunt, aut principis constitutione, cum est incerta sententia legis, aut si certa sit, per processum de similibus ad similia jussicentis officio definiri jubet l. Et ideo cum l. seq. infra eod. videtur omne, quod sibi subiicitur, singulis gradibus completere. Illaque cum sit
- 65 legum nostrarum justitia, authore Tripbonino, quæ suum ita cuique tribuit, ut non distrahatur ab illius personæ justiori petitione l. bona fides ff. depositi, nihil superesse videtur, in qua si non legem ipsam, non possis commodissime sententiam legis inducere, quæ tantum pra-
- 66 stat l. non dubium C. de Leg. l. Gallus §. quid si ff. de lib. Et postb. Vel alia ratione
- 67 jus universum contemplemur, ut illius primi gradus sint publicum, & privatum l. i. §. bujus sup. de just. Et jur. Publicum vero jus ex legibus, magistratibus, publicis privatisque judiciis, ex divinis rebus ad Ecclesiam, & & religionem pertinentibus, ex jure Fisci, ex jure militum, ex jure denique civitatum tanquam gradibus singulis, qui & gradus alios ex ordine subjectos habent, ex quibus universum juris opus completur. Privatum vero jus ad personas, ad res, ad actiones quasi gradus quosdam referre poteris §. ult. inst. de jur. person. Et personarum jus inter maritum, & uxorem, inter parentes, & liberos, inter pupillum, & tutorem, inter curatorem, & adultum, inter dominum, & servum, inter patronum, & libertum quasi singulos personarum gradus versari cognosces. Rerum omnium gradus, quod corporales sint, vel incorporales: rursus dominium, possessionem usumfructum, usum, habitationem, ceteraque servitutes, tum alia similia jura intueri facile est. Rursus dum causas acquirendi tractas, aspice onerosas, & lucretivas, & easdem partim ex naturali, partim ex gentium, partim ex civili jure prodeentes, singulasque consideres, tum vero actiones omnes, exceptiones, replicationes, duplicationes, videbis universum juris studium singulis gradibus mirifice completum, nullamque ipsius partem vacuam esse, aut inanem. Tum facilimè ex Nicolai Vigelii methodo, aut Eguin. Baronis oeconomia hos omnes universi juris gradus, & eorumdem inter se conjunctionem, & quantum utilitatis afferant, & ornamenti retineant, percipere licet. Nam rerum omnium tractatarum ordo sic materiam unam alteri conjungit, ut nunquam cogat facere saltum, sed medium aliud semper extrema connectit. Postremò ut
- 68 alia multa silentio involvam, natura mortis suos natos destinat, hac tamen conditione, ut ex interitu perennem conservationem eliciant; in jure civili simili quodam modo ac-
- 69 quisitio instar generationis habet, conservatio temporis quo vivimus, amissio mortis simili-
- 70 tudinem retinet. Et ut generatio unius est corruptio alterius, & viceversa unius corruptio alterius generatio, ut ait Aristoteles lib. i. de generat. c. 3. tex. 17. similiter unius acquisitionis

fitio alterius est amissio , & ex amissione alterius acquisitione consurgit . Ad idem pertinet consideratio omnis de acquirenda , vel amittenda possessione . Ad idem illa tria interdictorum genera , ut adipiscendo , retinendo , & recuperando . Sic usucapio dum alteri dominium adjicit , incrementum etiam latens est ad instar alluvionis §. per alluvionem , inst. de rerum divis . Ideo per continuationem possessionis adiectio dominii esse diffinitur l. 3. ff. de usucap. ab altero deiicit , seu quatenus dominium ad usucipientem accedit , ab altero recedit , contra quem usucapitur , & ita ab altera parte ortum , ab altera recipit iacitum . Similiter quod uni per sententiam adjudicatur , alteri detrahitur l. bona fides ff. depos. unius inclusio alterius judicatur exclusio l. cum Pnector ff. de judic. Semper cum jus unius exoritur , jus alterius interire videmus . Hac autem perpetua rerum ammissione , & acquisitione in privatis contingente consurgit in universo jure dominii , vel quasi , possessionis , vel quasi quazdam vita perennis . Huc pertinet illud : nihil tam naturale esse , quam unumquodque eo vinculo dissolvi , quam quo colligatum est l. nibil ff. de regul. jur. quod si actus legitimi , qui legis nati , filiique existimantur , non destinarentur morti , plura quidem absurdia resultarent . Sed quod unum pricipium est , infinitum , quod ad naturam similitudinem superiore libro evitandum esse docuimus , recidi videretur .

73 Quare peculum nascitur , crescit , decrescit , & moritur , & homini simile est l. peculum nascitur ff. de pecul. quo loci hanc natum legis cum natura similitudinem

74 Martianus expressit . Dos etiam , quæ ex matrimonio formam , & esse consequitur l. 3. ff. de jur. Dotium l. in potestate ibi : ipsa enim filia nubendo efficiet dotem esse ff. de Spons. soluto postea matrimonio dos esse desinit l. 3. ff. de jur. dot. & probatur si rationem dubitandi subtiliter inquiras in l. etiam ff. de fund. dot. Hereditas etiam , quæ haerede deliberaante jure hereditas est l. hereditas ff. de acquirens dom. adita in patrimonium vertitur adeuntis glof. in l. 1. §. veteres ff. de acquir. posse. Bartulus in tit. de acquir. hered. & ipso adeunte mortuo ex patrimonio rursus in hereditatem convertitur , ut probat §. igitur inst. de pupillar. subst. tum hereditatis diffinitio , de qua in l. hereditas ff. de regul. jur. cum alioquin vel daretur viventis hereditas , vel eadem res viventis esset , & non esset , vel pupillaris substitutio illico impubere mortuo , non aliis , quam paternis bonis relictis non constitueret testamentum duarum hereditatum . Ususfructus , tutela quibus modis

75

finiuntur , morti quoque destinari videntur §. ad. inst. de usucap. , & quibus mod. cur. fin. per tot Actiones morti etiam destinantur , l. omnes , l. siccis C. de prescript. 30. vel. 40. an. non exceptions ea ratione , quam in praecedenti libro c. de iustitia , explicavimus ; tum quia cum de peremptoriis loquimur , magis considerantur , ut actionum extinctivæ , & instar privationis , non habites habent , quæ non ad tempus , sed perpetuo privat , & ad habitum regredi non sicut . Cæteræ vero , quæ temporales sunt , cum hac ipsa regula contentiant . Ex his , atque similibus [ longe plura brevitas causa proterice placet ] . cuique intelligere facile est , quantum jus nostrum cum natura similitudinem retineat , & erit cuique ejusmodi inexactio fructuosa , atque jucunda . Tantaque vis est imitationis , sujus , & istius comparationis , ut hoc argumento naturam testamentorum l. jus nostrum ff. de regul. jur. naturam contractuum l. juris generam §. ut puta ff. de post. quinimo & substantiam contractus in jure nostro degamus , & accidentia ejusdem l. posta convenia ff. de contrahend. ompt. & ut juri entia quemadmodum , & realia dividantur in substantiam , & accidentem secundum quandam analogiam . Quare vel hoc potissimum nomine commendari debet jus civile Romanorum , quod scipsum referat ad naturam ordinem , iliumque principiū emuletur , quo nihil pulchrius , nihil ornatus , nihil præstantius intueri possimus . Quod vero de jure Quiritum in universum dictum est , idem & singulariter de Senatus consultis dictum esse intelligatur . Et quamquam verba tituli postulare videantur , ut speciatim de iis differatur , quia tamen æquè commode in l. non ambigitur in fin. hoc titulo de iis dici poterit , rectius me facturum censui ea disputatione retardata , hanc unam pricipiam , quam suscepi , celerius absolvere .

*Legem nunquam ita prudenter scribi posse , ut emendatione non indigeat aliqua , quam cum aequitas præstet , de ipsius nomine , ac definitione tractatur . Cap. III.*

1 In lege scribenda dupliciter erratur .

2 Materia rerum practicarum inconstans , & varia est .

3 Exemplum in quo legis ob universale peccatum ostenditur ex Aristotele

4 Statutum Bononia quod , qui fecerit sanguinem in palatio , capite puniatur , an comprehendat barbitonarem , qui ergo in vena sanguinem mittit

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

- mittit Medici jussu .  
 5 Lex ut liberi parentes alant , non ligat infantes .  
 6 Acquitatis nomen usurpatur pro eo , quod ini-  
   quitati opponitur .  
 7 Tum pro eo , quod opponitur juri scripto , sive  
   legitimo .  
 8 Et ad clementiam , & benignitatem quandam  
   refertur ex quorundam sententia .  
 9 Acquitatis diffinitio ex Aristotele .  
 10 Adnotatur error Alberti Bolognetti aequitatis  
   officium etiam in supplendo collocantis .  
 11 Aequitas ad ea respicit errata , in quibus  
   absolurd , & simpliciter loquendo peccatur .  
 12 Acquitatis diffinitio ex Donato .  
 13 Aequitatem laxamentum Cicero dixit .  
 14 Authoris adversus Albertum sententia ex Eu-  
   stratio confirmatur  
 15 Argumenta pro Alberto confutantur num 16.  
 16 Quid inter aequitatem , & interpretationem  
   differentie sit .  
 17 L. non possunt hoc titulo , non aequitatem nu-  
   ritur , sed interpretatione .  
 18 Suppletio , productio , extensio ab eadem ra-  
   tione , & utilitate proficiuntur , aequitas  
   ex diversitate rationis profuit & emendat .  
 19 Regularum ampliatio ab interpretatione , limi-  
   tatio ab aequitate proficiuntur .  
 20 Limitatio nulla recipi debet , quae non sit ,  
   aut scripta legibus , aut aequitatem suffulta .  
 21 Aequitas est ad aliquid .  
 22 Tria justorum genera , & quae .  
 23 Quomodo aequitas Aristoteli habitus esse di-  
   catur .  
 24 Et ex eodem virtutem esse perspicue docetur .  
 25 Aristotelis dubitatio de bono , & equo quomo-  
   do prater jus quiddam sit , & laudabile re-  
   solvitur .  
 26 Injusta non emendantur aequitate .  
 27 Nec istidem omnia justa , sed tantum legibus  
   descripta ex iis subinfertur .  
 28 Jus naturale non emendari aequitate .  
 29 Aequitas sui ipsius emendatio esse non debet .  
 30 Diminutio mutationem supponit , quia quod  
   imminuitur hoc ipso mutatur .  
 31 Declaratur quomodo depositum esse reddendum  
   juris naturalis sit , & tamen aequitate inter-  
   dum emendetur .  
 32 Jus naturale scriptura compræbendum sit legitimi-  
   mum , & ut tale duntaxat emendatur .  
 33 Jus gentium an emendetur aequitate , & Al-  
   berti adversus Connatum sententia .  
 34 Authoris sententia adversus Albertum .  
 35 Item an consuetudo eandem emendationem reci-  
   piat .  
 36 Inter consuetudinem , & legem quid intersit .  
 37 Consuetudo tantum habet de potestate , quan-

- tum de actu .  
 38 Et in scripturam redacta subiacet aequitas .  
 39 Error , quæ ab aequitate emendatur , in verbis est ,  
   non in sententia .  
 40 Diminutio reliquum , quod non diminuitur ,  
   justum esse supponit .  
 41 L. scire oportet q. aliud f. de excus. tur. de-  
   claratur .  
 42 Differentia scriptæ , & non scriptæ aequitatis  
   reprobatur .  
 43 Aequitas scripta legis nomen assumit & deserit  
   equitatis .  
 44 Restituitur l. placuit . C. de judic.  
 45 Edicta naturalem aequitatem in scripturam em-  
   digunt , & quid hoc inferat .

**S**ed etiamsi , quæ hucusque tradita sunt ,  
 tum de quacunque lege ferenda , tum de  
 jure Quiritum lato , legitimi juris præstantiam  
 exhibeant , ea tamen vel diligentissimè custo-  
 dita non sufficerent , ut legislator , quasi ope-  
 re perfecto , & absoluto requiescere posset ,  
 vel jus Civile Romanorum omni ex parte lau-  
 dari . Nam neque lex quælibet ita scribi po-  
 test , neque jus ipsum Civile Romanorum  
 ita scriptum est , ut in ipsa scriptura quædam  
 non detegantur errata , quod plura , vel pau-  
 ciora comprehendat , quam oporteat . In lege  
 etenim scribenda dupliciter errari contingit .  
 Primum quia lex universaliter scribitur , ne-  
 que hic error , est quia universaliter scribi de-  
 bet l. I. in fine de const. princ. q. sed quod  
 principi inst. de jur. nat. genti. & civil. ne-  
 que ad singuliaria decet legislatorem respicere ,  
 sed judicium ipsius , ut Aristoteles I. Reth.  
 c. I. explicat , non de singulis , nec de præsen-  
 tibus , sed de universalibus , & de futuris est . Sed  
 quis id , quod universaliter assumitur , ac de  
 eo scribitur universaliter , non universaliter  
 quidem , sed ut plurimum ita se habet . Lex ,  
 quæ universalis esse debet , nihil cernit in re-  
 bus , sibi subiectis , quod ad naturam universalis  
 magis accedit , quam contingens ut plurimum .  
 2 Rerum enim practicarum materia inconstans ,  
   & fluxibilis est , neque perstringi , aut sub  
   aliquo universali ita concludi potest , ut non  
   aliquid singulare inde effugiat , & extra illud  
   labatur . Quare factum est , ut jura constitui  
   oporteat non ex iis , quæ forte uno aliquo  
   casu , sed ex iis , quæ frequenter accident l.  
   jura , l. nam ad ea in fin. hoc sit . Lex vero  
   universaliter loquens peccat interdum , quia  
   determinat quantum ad vim verborum pertinet  
   non tantum quod se habet ut plurimum , id  
   quod comprehendere voluit , sed etiam ali-  
   quod contingens , ut raro , quod comprehen-  
   dere noluit . Exempla satis vulgaria suppeditari  
   queunt

queunt. Primum ex *Aristotele* I. *Rethor.* c. 13. Lex ait „Quicumque ferro percussit puniatur“. Anulatus manum extollens percussit, lege scripta reus est, æquitati non ita, quoniam hic cessat injuria. Aliud est: *Peregrinus si murum ascendit, capite puniatur*, „Cum hostes murum ascendissent, peregrinus etiam ascendens eos depulit, petitur ad supplicium. Si legislator cogitasset hunc casum, adiecisset, nisi is defendendz urbis caussa ascenderit. Atqui cum lex absolutè loquendo peccet, emendatur æquitate, quæ non patitur eum, qui præmio dignus sit, capite puniri. Simile exemplum est, quod tradit *Bartolus* in l. omnes populi quest. 6. princ. num. 55. supra de just. & jur. Statutum Bononiæ capite punit, qui fecerit sanguinem in palatio. Barbitonior ægro è vena medici præscripto sanguinem milit. Scriptus Bartolus post magnam contentionem fuisse absolutum, ne verba legis captarentur arg. l. pen. in fin. ad exhib. Neque profectò diu contendendum fuerat inter eos, qui se boni, & æqui magistros profiterentur. Quis non videt nec statuentes quidem fancire potuisse, ut poena capitalis irrogaretur ei, qui non deliquit. Quod si æquitate non emendantur verba legis, neque lex esset, quia injusta. Aliud ex *Quintilia* na lib. 7. c. 7. sumi potest. Lex est „Ut liberi parentes alant, aut vinciantur“ Num alligabitur infans? si verba legis spectes, & ipse vincietur, si æquitatem, non ita. Recte igitur *Aristoteles* d. c. 10. ita ait „Quando agitur lex in universum diffinit, & præter universale postea quippiam contigerit, tunc recte se habet“, si qua legislator omisit, absolute que, atque simpliciter loquendo peccavit, corrigatur defectus, id quod legislator etiam ipse si adesse dixisset, & si scivisset, ita præscribentem legem instituisset. Id vero proprium est æquitatis officium. Quare cum non satis sit de legibus sapientes ferendis scripsisse, nisi & de iisdem, cum opus fuerit, ex æquitate emendandis, dicatur, vel jus Civile Romanorum laudasse nisi, vel hoc ipso præcipue exhortetur, quod in omnibus plurimùm æquitate polleat, quedam de ea subiecta sunt. Itaque vim nominis, ac rei essentiam aperire opportuaum arbitror; tum ejus diffinitione posita, ad utiles quasdam consequentias inferre. Et quidem æquitatis nomen variè usurpatur. Primum etenim pro eo, quod opponitur iniuitati, sic usurpat *Aristoteles* 5. *Ethic.* c. 1. dum ait: *Jus ergo etiam ipsum legitimum, & æquum erit; injuria contra illegitima & iniqua*. Sæpiissime vero pro eo usurpatur, quod juri scripto opponitur, qua ratione ejusdem juris emendatio est. Neque bonum æquo ad-

junctum præstat id, quod rectum, cuique malum objicitur, sed id quod facile, cui durum, & inflexible opponitur. Et vir bonus idem qui facilis dicitur, quia non semper in malam partem durior est, sed de jure suo interdum detrahi patitur. Et in hac significazione usurpat *Imperatores* in l. 1. C. de legi. in l. 8 placuit C. de jud. Sunt qui putent æquitatis nomen, ad benignitatem clementiam significandam pertinere, prout rigori, ac severitati opponitur, quod mihi cum etiam ipsam æquitatem in hac benignitate reponent, nunquam persuaderi potest, nisi per quandam analogiam posse defendi, ut sequenti capitulo explicabitur. Itaque non prior illa, non haec posterior, sed media hujus nominis acceptio rei difiniendæ maxime coheret, secundum quam si Aristoteli credamus 9 *Magn. mor. lib. 2. c. 1.* æquitas est justorum, quæ legibus descripta sunt diminutio, & moderatio sive justum illa moderans, atque diminuens. Nam ita ait: *Post ea, quæ tradidimus, par videtur, ut de æquitate differamus, quidque sit, & in quibus, & circa qualia. Est nimis æquitas, & equus, qui descripto legibus justa diminuit, ac moderatur. In lib. 5. Ethic. c. 10. non diversam, sed magis conciam diffinitionem attulit dicens, „Æquum, & bonum jus est, non secundum legem, sed legitimi juris correctio. Unde colligitur æquitatem esse legitimi juris correctionem. Versabor ego circa primam, quia ejus in gratiam juvenum facilior explicatio futura fit. Quod igitur inquit diminutionem, & moderationem esse, 10 nos ab eo avocat errore in quem visus est incidere eruditissimus Albertus Bolog. de lege, jure, & equi. c. 29. n. 11. cum seq., & c. 30. per totum, ut existimaverit æquitatem non tantum legem emendare diminuendo, & moderando, sed etiam addendo, & supplendo. Nam etiamsi verissimum sit, quod inquit, peccari tunc, cum plura, quam oporteat, legis scriptura compræhensa fuerit, & peccari etiam cum fuerit aliquid prætermissum compræhensis paucioribus. Hoc tamen secundum non est scripturæ peccatum, neque vero peccavit scribendo legislator, sed omittendo. Eo 11 respicit æquitas, in quo legislator simpliciter, & absolutè loquendo peccavit, ut ex eodem Aristotele paulò ante admonui, ut qua parte deficit ob universale emendatio sit. Hoc vero casu non deficit ob universale, sed quia non ita universaliter concepta sit, ut casum hunc compræhenderet. Et longe interest an deficiat lex, quia tanquam universalis compræhendat eum casum, quem non debet, vel quia non ita universalis cum non compræhendat, quem compræhendere debet. Illud eget emendatio-*

ne  
I.

ne, ut diminuatur aliquid de illo universali, hoc non ita, quoniam verba extenduntur, non emendantur. Comprobatur hoc idem, 12 quoniam æquitas est, ut Donatus ait, quæ de jure multa remittit, jus, quod omnia inflexibilis exigit. At supplendo nihil de jure 13 remittitur. Quare *Tullius* pro *Cluentio* æquitatem laxamentum quoddam non injuria appellavit, & pro *Cecinna Sulpitium* laudat, quod ea, quæ proficisciabantur a legibus, jure civili, semper ad facilitatem, æquitatemque referret, quod similiter laxamentum illud, ac remissionem designat, a quibus maximè 14 distat extensio, sive productio legis. Postremò imminutionem hanc ad id, quod scriptum est, non ad id quod prætermisum declarat esse referendam *Eustratius apud Aristotelem lib. 6. Et hic c. 11.* ibi: non id oportet exequi, quod universaliter lex prescribit, sed minus aliquid faciendum, quam a legislatore fuerit pronunciatum, & paulo infra. *equus, & bonus vir jus imminuit, quod legislator in universum instituerat.* Neque contrarium rectè probari conten- 15 dit ex l. si quis id quod ff. de jurisd. omn. jud. ubi Pomponius ait sententiam edicti porrigitam esse ad eum, qui dum proponeretur, vel ante edictum corruperit, etiam si edi- 16 sti verba cessarent. Nulla enim verborum emendatio est, sed extensio eorumdem ex sententia legis; quod si non corriguntur verba, sed porriguntur, æquitas correctio est, non porrectio, vel productio verborum. Simili ratio- ne subvertitur argumentum l. 2. §. si mater ff. ad *Tertullian.* qua cavetur matrem incidere in constitutionem, non tantum si non pe- 17 ttat tutores filii suis, sed etiam cum pupilli aliquo casu debeat peti curator, & ces- sent in eo verba rescripti, ait tamen *Ulpianus* eamdem esse rationem; hoc autem est non emendare, non corrigerre, aut diminuere id, quod scriptum est, sed interpretatione supplere. Id autem bonum est, non tam- 18 atque *æquum, l. nam, ut ait in fin. hoc tit.* Atqui diversa sunt supplere, vel emendare, alterum enim est addere quod scriptum non est, alterum est minuere, quod scriptum est. Hoc æquitate, illud interpretatione absolvitur. Hoc autem interest inter unum, & alterum, quod interpretatio vim legis aperit, & ex lege est, & secundum legem l. scire in fin. hoc tit. instit. de legit. patr. tut. l. nominis §. verbum ff. de verbis significat. ibi: verbum ex legibus sic accipendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis, & ideo quantum interpretatio distat ab emendatione, tantum ab æquitate, quæ emendatio est, sive correctio.

possunt in fin. hoc tit. non esse referendam ad æquitatem, quæ in addendo, non in minuen- do consistat. Sed dicet aliquis hoc idem sen- tire & ipsum *Alber. cap. 30. num. 2. dum ait,* quod per interpretationem desumitur non potest videri præter legem esse, imo rectè legitimus appellatur *Or.*, & paulo supra fatetur non recte æquitatis nomen usurpari. Verum non de omni interpretatione tunc locutus est, sed de ea, quæ sumitur ex præcedentibus, vel se- quentibus argumentis l. si servas plurimum §. ultim. ff. de leg. 1. At initio ejus capititis ait: *Videndum modo est, unde bæc legis tum sup- pletio, tum refectio desumenda sit, sive emenda- tio appelletur sive directio, namque hoc non multum refert, & in fin. num. 4 Quid porro dicemus de bac ipsa interpretatione, quæ vel ex consuetudine sumitur, dicemus ne illi æqui- tatis nomen convenire? Puta rem ego id plane negandum esse, quoties id, quod una lege præ- termisum fuisset, vel obscure traditum, alia lege, vel consuetudine plane decisum reperiaretur.* Verum si non illud idem reperiaretur, dici tum rectè posset æquitatis nomen usurpari. Ego vero absolute pronuncio emendationem ab interpre- tatione distare, ac ideo interpretationi nullo casu nomen æquitatis convenire, utque casum hunc impugnarem adduxi l. nam ut ait in fin. hoc tit. ubi de hoc genere interpretationis a- gitur. Neque tam latè unquam patuit inter- pretandi verbum, ut emandandi, aut corri- gendi vim comprehendenderet. Tum vero quocum- que, te vertas interpretatio secundum hanc, vel illam legem est, & æquum, & bonum, ut *Aristoteles* inquit, non secundum legem est, sed legitimi juris correctio, & ideo in d. l. 19 nam ut ait suppletio fit ejusdem utilita- tis caussa, quoniam eadem utilitas sit in uno, & altero calu, emendatio æquitatis officio sic damni potius, aut injusti cujusdam evitandi gratia. Diminuit æquitas de eo, quod scri- ptum est, interpretatio vim scripturarum addit. Sed idem *Aristoteles* d. cap. 1. unde æquitatis diffinitio sumpta est, constantissime paulo infra retinet æquitatis officium in minuendo, non in supplendo versari inquiens: *Eiusmodi certè equus non omnino justa diminuens, quandoquidem quæ natura, ac vere justa sunt non dimi- nuit, sed ea dumtaxat, quæ legislator deseruit, cum explorare non posset Itaque justa descripta di- minuit, non ergo supplet, aut addit. Hinc in-* 20 telligere par est regulas ampliari interpre- tatione, limitari æquitate, ac restringi, & quem- 21 admodum nulla ampliatio recipienda est, nisi habeat eamdem utilitatem, & rationem, ut disertè præscribit *Pœdius in l. nam ut ait in fin. hoc tit.* ita nulla limitatio recipienda est

est, nisi non scripta erit, quæ non ab æquitate prominat, & ea sola nitatur, cum solius æquitatis officium in limitando, minuendo aut corrigendo versetur. Cujus rei ignoratio pernicioſas consequentias quotidie parit, & Novissimorum animositates in limitationibus recipiendis, ac superaddendis maximo cum artis nostræ detimento testantur. Ex hoc ipso infertur, quod cum omnis diminutio, aliqui-  
22 jus diminutio sit, quod æquitas sit ad aliquid quod clarius Etbic. 5. cap. 10. expressit Aristoteles. Ait ibi: nam cum æquum, & bonum juris cuiusdam æquum sit, melius jus quoddam est. Et paullo infra: idcirco jus quidem est, & melius quoddam jure, non eo tamen quod absolutè est. Est enim jus melius jure, quod emendat, & ejus juris est æquum, non erit igitur æquum ubi non sit jus scriptum, se invicem referunt jus emendatum, & jus emendans. Nam jus, sive justum absolutum constat ex jure, & æquitate, & æquitas absoluto jure, vel ju-  
23 sto melior non est. Tria ergo justa sunt, justum legitimum, absolutum, & æquum. Qua ratione adjeci illa verba: sive justum illa moderans, ac diminuens, ut genus æquita-  
24 tis colligeremus, simulac perspicuum fieret, quomodo intelligeretur, quod ait Aristoteles d. cap. 10. in fin. habitusque ipsa æquitas, quæ quidem justitia quedam, nec diversus ab ea habitus est. Nam & justum quoddam esse, & justitiam quandam simili modo dici videtur. Et hinc Albertus c. 28. num. 2. ex Aristotelis senten-  
25 tia certius, ut opinor, diffinire poterat æquitatem virtutem esse, quod habitum, & justitiam esse  
26 asseveret. Tum etiam pater quomodo illa de æquo, & bono Aristotelis dubitatio submoveatur, quomodo æquum, & bonum præter jus quiddam sit, & laudabile. Vel enim jus non est honestum, vel æquum, & bonum non est jus, si diversum quid est, vel si utrumque honestum, idem utrumque sunt. Ac ita dubitat Aristoteles: sed hæc omnia recte se habent, & tam oratio, quæ æquum statuit diversum a jure, quam oratio, quæ idem cum jure constituit; Nam cum æquum, & bonum sit quoddam jure melius, diversum est ab eo jure, ne se ipso melius esse dicatur. Utrumque tamen est honestum & ita idem æquum & bonum honestius est, & ita diversum. Non autem omnia justa, sed ea tantum, quæ legibus scripta sunt, æquitas emendat. Ex quo duo mihi adnotari  
27 posse videntur: Alterum quod injusta sive scripta, sive non scripta non emendantur æquitate.  
28 Alterum quod non omnia justa emendantur; sed ea sola, quæ legibus descripta sunt. Injusta si scripta sint, non sunt scripta legibus, quoniam lex injusta, lex non erit, nec quatenus

contineat aliquid injustum cap. erit dist. 4. Cum itaque injusta legibus ita describi nequeant, ut ea parte leges sint, ita æquitate emendari non valent, quoniam emendat scripta legibus. Præterea diminuit descripta legibus justa; at injusta legibus descripta minuenda non sunt, sed funditus removenda. Si peregrinus murum ascenderit capite puniatur, hoc quod scribitur justum est; in peregrino vero, qui hostes depellendi caufa ascendit, emendatur, ne contingat fieri injustum. Alterum autem est non omnia justa, sed ea, quæ descripta legibus sunt diminui, ac moderari. Hinc percipere licet intra quos fines æquitas ita contineatur, ut ultra sibi progredi non liceat. Primum est  
29 jus naturale non emendari æquitate, quia non est jus scriptum in tabulis, sed insitum cordibus nostris. Tum vero, cum jus naturale sit illud, quod semper bonum, & æquum est l. jus pluribus supra de just. & jur. æquitas  
30 æquitatis, ac ita sui ipsius emendatio esset, quod repugnantiam contineret, quam fugere tenemur l. ubi repugnantia ff. de regul. jur. Præterea cum jura naturalia sint a divina quadam providentia constituta, & ob id immutabilia §. pen. inst. de jur. natural. gent. & civil. ita absoluta numeris omnibus sunt, quæ a divina providentia prodeunt, ut nullo tempore, nulla ratione diminui, aut moderari queant. Neque diminutio fieri sine mutatione potest, ergo quod immutabile manet, non minui, non emendari poterit. Secundò intellige-  
31 re par est unde sit, cum depositum reddi juris sit naturalis l. jus naturale dist. 1., ut hoc ipsum civili quadam, ac summa æquitate emendari videatur, ut in l. bona fides ff. de pos. ubi latro spolia, quæ mihi abstulit, depositum apud. Sejum incium de malitia deponentis, queritur utrum latroni, an mihi restituere Seius debeat? Si per se dantem, accipientemque intueamur (Triphonius ait) hæc est bona fides, ut commissam rem recipiatis, qui dedit, si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ judicio isto continguntur, impletur, mibi reddenda sunt, quæ facta scelerrissimo adempta sunt, & banc probo esse justitiam, quæ suum ita cuique tribuit, ut non distrahabatur ab ullius persone justiore petitione. Non enim emendatur jus naturale per se, sed tanquam in scripturam relatum; Jus enim naturale cum semper bonum, & æquum sit, non alia ratione tale est, nisi quia versatur circa singula, & hoc est jus per se naturale. Aliud est jus naturale, cujus præcepta in jus Civile relata sunt, quod ex præceptis naturalibus juris gentium, & civilibus constare Justinianus ait §. ult. ins. de just., & jur., & naturalia quidem præcepta

tepta scribuntur, quasi leges civiles scilicet universaliter, & ita, ubi jus naturale, scribatur scriptura ipsius emendationi subjacet, non jus ipsum. Neque jus naturale decernit latroni spolia reddi, ut domino auferantur, sed præceptum ex naturali jure desumptum, & civiliter conscriptum. Quod si qui depositum accepit, non illud universale præceptum, depositum reddi, sed illas circumstantias intus examinet, legem naturæ, justiorem domini petitionem præferre, sentiet. Emendatur ergo, cum a jure civili in scripturam redigitur, quia neque præcepta naturalia ita scribi queunt, ut scribendo non erretur, sed cum scripsitum est emendatur ut legitimum jus, non 33 ut naturale, quia æquitas legitimi juris correctio est; est autem legitimum jus ex naturali præcepto consistens, quod optimè aduersus Bud. definit Albericus c. 31. n. 9. Tertio diffiniri commodissime poterit, num jus illud gentium, quod positivum esse constat, emendari possit æquitate. Albericus d. cap. 31. num. 11 & seq. aduersus Connanum defendit nullam æquitatis moderationem admittere, nisi ad quædam introductiones referatur, veluti bella, servitutes, quæ a simplicitate naturæ non nihil declinare videntur. At si jus gen- 35 tium pro eo jure retineamus, quod apud omnes gentes peræque custoditur iux. §. jus autem inst. de jur. natural. gent. & civil. quoniam jus scriptum non est, consequitur, ut nulla ratione possit æquitate emendari. Cæterum quæ capita ipsius in juris civilis, sive legitimi scripturam referantur, sine ulla distinctione æquitati subiacere non dubito, quod ita juris gentium, quemadmodum & naturalis juris præcepta scribi non queant, ut aliquo casu scribendo non erretur. Ideo fit ut in emptione, venditione, commodato, deposito, conductione, locatione, qui juris gentium contractus sunt §. jus autem gentium d. tit. non tantum in respicientibus bella, & servitutes, multa ex bono, & æqua emendentur. Quartò determinatur, nunquid consuetudo æquitatis temperamentum recipiat? & quamquam pro lege observetur l. diurna in fin. hoc tit. quum tamen juri scripto non adnumeratur, neque constituit iusta legibus descripta, & scripti appellatione dubio procul excluditur consuetudo §. ex non scripto inst. de jur. natural. gent. & civ., & in consuetudine non possumus verba damnare, quæ nimis generaliter concepta sint. Præterea illud interest inter consuetudi- 37 nem, & legem; Quod in lege ab ea velut universalis ad casus particulares descendimus, & imo interdum peccatur absolute loquendo, sed cum consuetudo ex actis resulset particu-

laribus nihil peccat: Quoniam non absolute consurgit, vel ultra se extendit ad aliquid, quod non ex toto actu, unde prodit, particulariter respondeat, ut notat Bartolus in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itin. act. priv. idem in Autben. qui rem num. 8. c. de sacr. sanct. Eccles., & ut ibi post Baldum tradit Jason. 38 num. 21. consuetudo tantum habet de potentia quantum de actu, & proprios facti, & usus terminos non excedit. Quare fit, ut nihil tam universaliter introducat, quod hoc ipso peccare queat. Quod si ea in scripturam 39 redigatur, multa enim moribus ab initio recepta postea in scripturam reducta sunt l. 2. de vulgar. & pupillar. l. Fæminæ ff. de reg. jur. cum similibus, tum quasi legitimi juris, ut in superioribus accidit, emendatio erit. Hinc infertur consuetudines Neapolitanas in scripturam redactas, & a Neapodano interpretatas æquitatis emendationem admittere. Quinto quoniam scripturæ peccatum emendatur, con- 40 stat errorem in verbis esse, non in sententia legis, quatenus ea non ex verbis, sed ex ratione, ac mente legislatoris colligitur, quod perspicue probat Aristoteles d. lib. 5. c. 10. ibi absoluteque, ac simpliciter loquendo peccavit, & paullo post, id quod legislator ipse si adesset dixisset, & si scrivisset, ita prescribentem legem statuisset. Tum vero, si error esset in sententia non in verbis, quod vix fieri potest, injustum esset minime descriptum. Vel si tum verba, tum sententia legis injustitiae morbo laborarent, non diminuenda, vel moderanda, sed funditus tollenda lex esset, quia neque quod scriptum esset, justum esset. Diminutio 41 reliquum, quod non diminuitur, justum esse supponit, quod utique cessaret si sententia legis injusta foret. Quare non tantum verum est non emendari sententiam legis, sed emendatione verborum eamdem explicari. Quod Modestinus in l. scire oportet §. aliud etiam ff. de excusat. tutor. hoc exemplo aperuit. Præscribit lex tutori ad se excusandum, si in civitate sit, vel intra centum miliaria spaciun quinquaginta dierum, ei vero, qui ultra centum miliaria habitat in unamquamque diem numerari viginti miliaria jussit, & extra hos alios triginta dies adjectis ad excusationem. Unde contingit, ( ait ibi Modestinus ) ut si cuius habitatio centum sexaginta miliaris absit, is octo, & triginta dierum spaciun dumtaxat habeat; Octo quidem centum sexaginta milliarum nomine in unamquamque diem viginti miliaris numeratis, triginta vero eo quod ad excusationem faciunt. Erit igitur deteriore ordine, qui longius habitat, eo qui intra centum miliaria est, vel in ipsa civitate. Si utique iis

is quidem semper quinquaginta dies spaci sunt, illis vero pauciores. Sed et si maxime verba legis bunc habeant intellectum; tamen mens legislatoris aliud vult. Ea enim mens legislatoris est, quod *Scaevola* ibi, *Paulus*, & *Ulpianus* probat, ut nunquam alicui minus detur quinquaginta dierum spacio, & hoc videtur esse officium æquitatis, ut verba legis minuendo maximè legislatoris mentem obliteret. Postremò ex hac ipsa diffinitione nostrum detegitur error, qui inter æquitatem scriptam & non scriptam longo ordine distinguunt in *l. placuit cod. de judic.* Nihil enim ita scribi potest, ut aliquando non sit peccatum in scriptura, tunc vero contingeret æquitatem non legis, sed sui ipsius emendationem esse, quod est ineptissimum. Ergo cum scribitur, quod æquum est, protinus legis nomen usurpat, & deserit æquitatis. Et cum æquitas sit ad aliquid, non potest sui ipsius æquitas, & moderatio esse. Quod si omne justum descriptum legibus subiacet æquitati, æquitas scripta legibus libi ipsi subjiceretur, ac sui ipsius diminutionem pateretur. Et cum æquitas sit melius quoddam jure, jam semetipsa aliquando melior esset, quæ omnia absurdâ sunt, ut *Michael Eph. apud Aristotelem d. c. 10.* alio tamen intuitu perspicue docet. Tandem cum illa justum aliquid sit præter legem scriptum, ut *prim. Rhet. c. 13.* Aristoteles docet, vel quod scribitur non esset lex, contra *Isidorum* dicentem constitutionem scriptam esse legem *c. lex diff. 1.* vel æquitas non esset justum hoc præter legem. Ex quo infertur mendosam esse lecturam *l. placuit C. de judic.* quæ habet: *Placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiae, æquitatisque scriptæ, quam stricti jurisdictionem.* Nam dispungenda est nota scriptæ, & emendatores codices illa carent, ut adnotarunt *Connarus lib. I. cap. 11. n. 6. Ant Aug. lib. 4. cap. 8. Emen. Alber. de lege jur.* & *equi c. 32. n. 11.* & ideo recte colligunt ibi *Salyc. & Alex.* æquitatem rigori præferendam esse, licet postea & ipsi in relata distinctionem ducantur. Sic absolute scripsit *Paulus* in *l. in omnibus ff. de regul. jur.* *In omnibus quidem maximè, tamen in jure æquitas spectanda est,* & eam scripto, vel non scripto minimè distinguit. Scribitur sèpe, quod æquum est, edita enim, quæ naturalem æquitatem continent, scripta sunt *l. I. ff. de pac. l. I. ff. de min. l. I. ff. de const. pec.* Sed ejusmodi scriptura magis favet æquitati, quam scribat æquitatem, neque illud æquum est, ceu scribitur, sed quare ratione civilis æquitas diminutio, vel moderationis est, quæ si non scribatur nihil minus æquitas est, vel si scribatur, non in eo, quod

scribitur, sed in eo, quod emendat, æquitas est. Nam in eo, quod scribitur, poterit aliquando emendari, quod argumento est, quod emendatur, æquum non esse, sed ipsa emendatio, quæ non scribitur, & quæ se ipsam non emendat, æquitas est. Sed hactenus quid æquitas sit dixisse sufficiat.

*Aequitatem hactenus diffinitam civilem esse non naturalem ostenditur, tum quomodo ab ea distinguatur ut liter explicatur. Cap. IV.*

- 1 Aristotelis de *equo, & bono sententia.*
- 2 Salyceti *sententia* examinatur, an æquitas in *clementia, & benignitate posita sit.*
- 3 Aristoteles ex *Eustratio declaratur.*
- 4 *Lege filius verberans patrem si capit is reus esse ponatur, quid si noctu, & per imprudentiam admiserit.*
- 5 *Consensio Aristoteli quid sit.*
- 6 *Aequitas cur Norma Lesbiae comparata.*
- 7 *Martianus in l. respiciendum ff. de Pœn. expeditur.*
- 8 *Aequitas medium est quoddam, & inter quæ extrema ponatur.*
- 9 *Salyceti, & aliorum sententia de æquitate defenditur.*
- 10 *Alberti Argumentum verbale notatur.*
- 11 *Diverso respectu eandem & æquitatem, & clementiam dici.*
- 12 *Alberti sententia, quod æquitas in supergressione pœnarum versetur, discutitur.*
- 13 *Diffinitio æquitatis proximo capite explicitata naturali æquitati convenire nequit.*
- 14 *Genus singulis speciebus suam communicat substantiam.*
- 15 *Prætor quare ad naturalem, non ad civilem æquitatem respexerit.*
- 16 *In bac inspectione quedam legum cum edicto de pactis pugna submovetur.*
- 17 *Quid sit apud Aristotelem Judicem ad legem, arbitrum ad bonum, & æquum spectare.*
- 18 *Arbitramenta proprie iniquitatis, non injustitiae notantur.*
- 19 *Statutum quod procedatur ex bono, & aequo de naturali æquitate intelligitur.*
- 20 *Ubicumque proceditur de bono, & aequo, agens pacta non repellitur per eam exceptionem, quod ex pacto non datur actio.*
- 21 *Aequitas naturalis latius patet, quam civilis.*
- 22 *Filiū emancipati nec secundum civilem aequitatem admittebantur ad patris hereditatem.*
- 23 *Civilis æquitas sub naturali compræhenditur.*
- 24 *Et nunquam ab ea ita subducitur, ut non in eandem per circulum labatur.*

Igitur

**I**Gitur bonum, & æquum esse constat, quod præter legem scriptam ad ipsius diminutionem ac moderationem justum est; Sed etiam, si Aristotelei credimus primo *Rhet.* cap. 13. *Aequum etiam est rebus humanis ad ignoscendum commoveri, & non legum, sed legis scriptorem, ac non verba, sed sententiam spectare, nec factum, sed voluntatem, nec partem, sed totum, nec quis nunc, sed quis semper, aut fere semper fuerit considerare, meminisse bonorum magis, quæ in se collata sunt, quam malorum, & eorum bonorum magis, quæ recepit, quam quæ fecit, & non iniquo animo injuriam ferre, & oratione disceptare potius velle, quam re, & in arbitrium magis, quam in forum velle descendere.* Nam arbiter ad æquum, & bonum, judex ad legem spectat, & hac de causa arbiter deligitur, ut æquum, & bonum prævaleat. Quo loci ad plura officium æquitatis producens, non esse solius legitimi juris correctionem, aliquo modo nobis insinuat. Quibusdam verò persuasum est, hujus loci autoritate posse defendi nostrorum opinionem maximè *Salyc.*, & *Jason.* in l. placuit *C. de judic.* quod æquitas in quadam clementia, ac benignitate posita foret tanquam juris rigori, ac severitati opponeretur. Sed quod inquit Aristoteles æquum esse ad ignoscendum commoveri, non ad hanc clementiam referendum est. Quid sibi velit explicat *Eustr.* in lib. 6. *Ethic.* c. 11. ubi idem Aristoteles ait *Æquum, & bonum virum maxime esse ad consentiendum, & ignoscendum idoneum dicimus, equitatem verò esse habere consensionem, & veniam circa singula.* Is verò ita sententiam Aristotelis explicat, ut æquitas ipsa, si eam ad legem referas, ejus emendatio, vel imminutio sit; si verò ad eum, qui lege scripta reus est, sit æqui, & boni viri consensio, & veniam ignoscens illud, quod homines non æqui, licet rectum honestumque sit, lege tamen scripta reprehendunt, vel si quid culpæ admistum habeat, non tanta tamen sit, ut scriptæ poenæ constituant reum. Capite punitur Peregrinus murum Civitatis ascendens. Ascendit, ut hostes depelleret, ac depulit, lege scripta reus est. Æquitas tamen emendat legem, & vir bonus, & æquus ignoscet, & dat veniam reo, qui lege teneri videbatur. Alterius species exemplum. Patrem verberans lege municipalis mortis reus esse fingatur. Filius noctu patri domum ingredienti eum furem opinatus occurrit verberans, lege reus est mortis, sed imprudens ex ignoratione peccavit, qua de re legislator nihil adjunxit, & ob universale defecit; æquus bonusque judex æquitate ad legis emendationem adhibita, remittet poenam

capitalem ignoscens reo, & mitiorem interrogabit. Quæ igitur legis intuitu, emendatio est, si te ad reum convertas est consensio, & veniam quædam. Judex enim cum reo sentit factum illud non esse secundum legislatoris interdictionem, & hæc consensio est, cuius consensionis intuitu *Normæ Lesbæ* eam comparavit Aristoteles lib. 5. *Ethic.* c. 10. in fin. quæ quod plumbea esset, & in omnes partes flexibilis, non ad regulam structuras suas exigebat, sed cedebat ipsis, & accommodabat se. Nam æquitas juris scripti duritie inspecta flectit se per consensionem ad reum, cum quo consentit totius negotii circumstantias inspiciens, & iis semetipsam accomodans. Tum verò, ut ad superiorem sententiam revertamur, ei contradicere videtur *Martianus* in l. respiciendum ff. de pñ. ait ille: *Respiciendum est judicanti, ne quid durus, aut remissius constituantur, quam caussa depositum, nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria affectanda est.* Quomodo autem clementia gloria affectanda non est, si idem quod æquitas erit, æquitas verò summiopere quærenda l. placuit C. de judic. l. in omnibus ff. de regul. jur. Sed hic locus, ni fallor, contrariorum detestatione medium nobis exhibet, in quo æquitas ipsa consistit. Est æquitas quædam in remittendo mediocritas, plura remittere quam oporteat, & pauciora remittere, extrema sunt medij istius. Alterum clementiam, alterum severitatem appellat. Quod verò sequitur: Sed propenso judicio, prout quæque res expostulat, statuendum est, id mihi solius æquitatis officium exhibere videtur, quæ versatur circa singula, & medium est inter severitatem, & clementiam, quatenus altera pro nimia duritia, altera pro nimia remissione usurpantur. Sed ne severè nimis cum nostris agere videar, dici potest tum clementiam, tum misericordiam dupliciter considerari. Primum prout nobis naturaliter inest. Homines enim, non tam ab humo, quam ab humanitate nunquam cupamus, non tamen a ratione, aut ab aſluetudine pendet. Secundo modo quasi virtutem, & habitum ipsius, rectamque rationem consequatur. Primo modo *Martianus* detestatur quod nimio, vel paucò sèpè admisceatur, neque satis constans sit. Secundo verò æquitas & clementia, & misericordia non nomen poterit admittere, quod ait *Albertus* c. 10 28. in fin. clementiam, & miserationem solius Principis esse *Tullii* autoritate adductus, dum pro Ligario ait: *In Senatu verò, & apud populum, & apud Principem, & ubicunque juris clementia est, habet locum deprecatio, videtur verbale potius; neque enim existimandum est nostrates se ad id retulisse, quod æqui-*

æquitatem a fori disceptatione, in quo servandam predicant, omnino removeret. Itaque dividendum est æquitatem esse inspecto jure, quod emendatur, clementiam inspecta persona, cui venia datur, sed lege emendata justissima clementia est. Veruna alia ratione nostrorum sententiam impugnat, quod severitatem in puniendo leges aliquando æquitatem appellant, ac ideo eam nonnunquam in poenarum supergressione versari. Adducit l. i. ff. de eo per quem fact. crit. l. i. q. bac actio ff. si quis test. lib. Ulpianus ait in l. i. aequissimum putavit Prætor dolum ejus coercere, qui impedit aliquem judicio sisti. Idem in q. bac actio: Hec actio est Labeo scriptis, naturaliter potius, quam civilem in se habet æquitatem, siquidem civilis defuit actio, sed natura aequum est, non esse impunitum eum; qui audacior bac spe factus est. Sed hic locus, quod & alii ad nonuerunt, distinguit inter naturalem, & civilem æquitatem.

Quare (quod ceteri prætermittunt) dubitanibus nobis de æquitate secundum hactenus explicatam diffinitionem (quo nomine Albertus notari poterit) ignorandum non erat eam naturali æquitati minime convenire, ac ita diffinitionem perperam dividi in naturalem, & civilem æquitatem.

Etenim substantia generis singulis speciebus communicari debet, at quod æquitas sit emendatio legitimi juris, naturali æquitati convenire non potest, tunc quia naturalis æquitas, & jus naturale idem sunt l. jus pluribus ff. de justitia, & jur. cum etiam quia ab initio nondum scriptis legibus nulla poterat earum emendatio fieri, ac ita nulla æquitas erat, quod jus non esset, cuius oporteret jus aliud aequum esse. Quapropter naturalem æquitatem lub explicata diffinitione minime compræhendi compertum esse potest, & Aristotelens de sola civili æquitate quæ juris civilis emendatio est, loquutum esse non est ambigendum. De æquitate igitur diffinita minus recte Albertum pronunciassæ existimo, quod in supergressione, ac severitate consistere possit. Quoniam neque imminutio est, neque consensio aliqua, aut venia ad ignoscendum in supergressione, quod proprium æquitatis esse videtur, & quidem in ipsa supergressione quedam additio est, non remissio.

Ex iis intelligi poterit cur Prætor ad naturalem non ad civilem se referat æquitatem, ut in l. i. ff. de pact. in l. i. ff. de minor. in l. i. ff. de const. pecun. & id ea ratione factum existimo quoniam civilis æquitas etiam citra Prætoris auxilium passim in judiciis recipetur d. l. placuit c. de judic. d. l. in omnibus ff. de reg. jur. quæ leges nisi de civili

æquitate accipi deberent, ita edicto de pa-

Etis adversarentur, ut nulla sane ratione conciliari possent. Convenit naturali æquitati pœna servari d. l. i. Placuit item in judiciis æquitatis plus, quam juris haberri rationem d. l. placuit, & eam in omnibus, maxime tamen in jure spectari debent l. in omnibus. Et tamen non datur actio ex pacto l. si tibi C. locat. l. ex placito C. de rer. perm. ergo non haberetur ratio æquitatis quod planè falsissimum est. Sed civilis æquitas ea est non naturalis, quæ juri opponitur in d. l. placuit. Hinc rectè explicari potest, quod ex Aristotele relatum est, quod arbiter & bonus, & aequum judex ad legem spectat. Nam judex spectat ad legem, & æquitatem civilem, & hanc illi præferre jubetur d. l. placuit. Arbiter autem respicit ad bonum, & aequum naturale, non ad bonum, & aequum civile. Sic planè in relato capite partim ad civilem, partim ad naturalem æquitatem Aristoteles se returnisse videtur. Qua ratione arbitramentum iniqutatis nomine, magis quam injustitiae notatur, & quod contra naturalem æquitatem, non quod contra legem latum sit, facit ipsum iterum reduci ad arbitrium boni viri l. unde si Nervæ ff. pro socio. Quanquam ita ad Arbitrum iri potest, ut de jure pronunciare tenetur, quo casu ipsius conditio deterior erit, quam judicis sit, quia si contra jus litigatoris pronunciet, erit arbitrium ipso jure nullum, veluti latum extra formant compromissi, ut post Bartolum in l. diem proferre q. statu num. 3. ff. de recep. Arb. Aret. conf. 68. Alexander conf. 22. num. 16. & seq. lib. 5. latè probat Felyn. in cap. caussam quæ n. 4. & seq. de re jud., ubi argumentis in contrarium cumulatissimè satisfacit, & veluti receptio sententiam admittunt in l. quis Roma q. duo Fratres ff. de verborum obligat. Rip. n. 8. Socinus junior. n. 27. Hieronymus Garz. de laud. mer. jur. par. I. q. 4. n. 4. & tamen sententia mero jure valeret l. 2. C. quando prov. non est necesse. l. i. ff. quæ sent. sine appell. rescin. Tum statuta, quæ disponunt procedi ex bono, & aequo ad naturalem æquitatem referenda sunt, quoniam si ad civilem expressio ejusmodi tanquam ejus, quod tacitè inesset d. l. placuit, & l. in omnibus, nihil operaretur argumento l. 3. ff. de leg. I. Amplius ex prædictis illa nostrorum assertio rectissime comprobatur, quod coram mercatore, vel arbitro, vel quocumque Judice, apud quem bonum, & aequum prævaleat, ille rejicitur, qui allegabit ex pacto non dari actionem, quemadmodum Bartulus in l. Quintus Mutius ff. mand. Bald. in l. si pro eo num. 14. C. mand. Salyc. in d. l. placuit Jason in l. juris gentium

gentium §. sed cum nulla num. 11. & seq. ff. de pact. & in Rubric. ff. de verbor. obligat. scribunt Soccinus Sen. n. 7. Ripa n. 40. & consuluerunt Alex. conf. 42. n. 3. lib. 3. Decius conf. 7. n. 3. conf. 107. n. 1. Felyn in c. 1. num. 3. de pact. Afflictus dec. 399. num. 3. Nam ad æquitatem naturalem boni, & æquimentio referenda est, quod respectu civilis æquitatis superflua illa adjectio foret, neque hunc effectum operaretur. Et naturalis æquitas non ita angustis clauditur finibus: nam civilem campuni egreditur, neque tantum scripturam emendat, sed etiam sententiam, non imminuit solum, sed supplet, & addit quod in bonorum possessionibus cuique compertum esse potest. Nam quod Filii emancipati ad hæreditatem Patris jure civili admitterentur, non scripta lege, non civili æquitate referri potuit, quia civilis æquitas eos hæredes fecisset, sed prætor naturali æquitate motus dedit eis bonorum possessionem, Unde liberi, & quos hæredes facere non potuit, bonorum possessores fecit §. emancipati Instit. de hæreditatibus que ab intestato deferuntur. Sic etiam Foeminæ agnatae, quæ præter sorores ex media juris prudentia ab intestato successione, & verbis, & sententia medie illius jurisprudentiae excludebantur ad bonorum possessionem Unde cognati vocavit §. sed quia instit. de legit. agnat. success. cum tamen æquitas civilis sententiam legislatoris non oppugnet. Nihil vero mirandum est latiorem naturalis æquitatis esse potestatem, quoniam cum ea idem sit cum jure naturali d. jus pluribus supra de just. & jur. non modò jus civile ut scriptum, sed ut civili æquitate emendatum quantum fieri potest, ad naturam legem, a qua promanat referendum est. Ex quibus subinferri poterit in latitudine naturalis civilem reperiri, vel ut speciem sub genere, vel quoquo modo ut contentum sub continente. Cum vero altera ab altera distinguitur civilem ad legitimi juris emendationem contrahi, reliquam omnem appellari naturalem. Et ita potius æquitas naturalis uno casu civilis nomen assumit, in cæteris naturalis appellatur. Quia in re non possum non repugnare Alberto in capite 30. n. 6. afferenti civilis æquitatis maiorem esse autoritatem, quam naturalis, nisi forte maiorem crediderit esse firmitatis, non latitudinis intuitu. Nam latitudinis respectu nihil est, quod naturalem æquitatem effugiat. Firmitatis vero consideratione jus civile aliquando recedit ab ea, nec ipsa prævalet, sed lex, ut in pactis ostendimus, & Aristoteles probat, cum tamen in jure civili civilis æquitas semper prævaleat d. l. in omnibus. Differentiae ea (ut opinor) ratio est, quod civi-

lis æquitas ad id pertineat, ne aliquando verba legis contra legislatoris sententiam obtineant, & ut scripturæ emendetur error, at æquitas naturalis non semper adjuvat sententiam legis, sed aliquando reclamat ab ea, civilis tolleret sçpè legem, in qua de industria legislator ob publicum bonum ab æquitate naturali recessit. Scripta lex est judicem secundum acta sententiam ferre debere, non autem secundum conscientiam l. illicitas § veritas ubi Bartolus not. ff. dæ Officio præsidis & tamen conscientia magis ad naturalem æquitatem trahitur, quam ad acta, & ideo non tantum potest hæc naturalis æquitas, ut legi præferatur, quoniam non tam verbis, quam sententiæ adversatur, & judex non ad eam, sed ad legem spectat, ita tamen, ut quanquam naturalem deserat, civilem æquitatem nihilo minus recipiat, quæ civilis circulo quodam & sub ratione publici boni in naturalem semper relabitur.

*Quo modo jus civile Romanorum se habet circa naturalem, & civilem æquitatem. Cap. V.*

- 1 L. i. C. de legib. de civili æquitate accipienda.
- 2 Aequitatem civilem rito jure civili diffusam esse ostenditur.
- 3 Declaratur l. bona fides ff. depos.
- 4 Aequitas integrum factum, & omne jus respicit, non partem alterius.
- 5 Au in contractibus stricti juris æquitas locum habeat.
- 6 Actionum divisio precipua, & illustrior.
- 7 Quid sit ex bona fide statuere, arbitrari, ex Budeo declaratur.
- 8 Idem ex bona fide censere, esse, præstare.
- 9 Bona fides in contractibus est æquitas potius conventionis, quam legis emendativa.
- 10 Universalis affirmativa nihil excludit.
- 11 Bona fides in contractibus est æquitas potius conventionis, quam legis emendativa.
- 12 Strictum jus dupliceriter usurpatur, & cum æquitate civili, & ab ea sejunctum,
- 13 Ad bona fidei differentiam strictum jus semper dicitur, non ita ad differentiam æquitatis.
- 14 Conventio inter partes fieri potest, ne ulla valeat æquitas.
- 15 Et ipsam servari æquum erit.
- 16 Statuta cum stricti juris esse dicantur, an æquitatem admittant.
- 17 An stricti juris sint, in dubium revocatur per authorem, & negativa probatur.
- 18 Dicimus actionem, contractum, judicium bona fidei, non tamen legem.

19 An

- 19 An intuitu actionum statuta stricti juris sint.  
 20 Bartoli in hac re consequentia reprehenditur, & ipsius argumentis occurritur.  
*Declaratur l. 3. §. hæc verva ff. de neg. gest. contra Bartolum, & contra eundem l. constitutio- nibus ff. ad municip. de incol. explicatur.*  
 21 Eiusdem consequentie alius reprehenditur erit.  
 22 Baldi distinctio circa actiones statutarias defenditur.  
 23 Actio praescriptis verois pro qualitate negotiis est bona fidei, vel stricti juris.  
 24 Transaction similiter in hoc sequitur naturam negotii, super quo interponitur ex communi.  
 25 Plura sunt negotia, quam vocavala.  
 26 Actio statutaria in dubio stricti juris, alia tam ratione quam Bartolus censcat.  
 27 Statuentes possunt actiones, quæ stricti juris sunt, efficere bonæ fidei, quod variis argumentis comprobatur.  
 28 Cur Quirites æquitatem scripto comprebendere non potuerint.  
 29 Aequitas naturalis Prætori commendata.  
 30 Jus honorarium cur dictum viva vox juris civilis.  
 31 Prætor ex civili æquitate jus civile Romanorum emendare non potuit.  
 32 Sola civilis obligatio in constitutum deduci non potest.  
 33 Authoris de æquitate conclusio.  
 34 Jus civile tum maxime inhærendo æquitati natu ram imitatur.  
 35 Natura semper intendit, quod melius est.

**D**ictum est quid æquitas civilis sit, tum quomo do a naturali distinguitur, nunc dicendum superest quomodo jus civile Romanorum se habeat circa unam, & alteram. Primum itaque rescriptum illud Costantini in l. 1. C. de legi. inter æquitatem jusque interpositam interpretationem nobis solis & oportet & licet inspicere, quoniam juri opponitur, ad civilem æquitatem pertinet cui l. placuit C. de judic., quæ adversari visa est, Bologn. cap. 34. rectissimè conciliat, de qua antinomia dicetur in l. jus singulare inf. hoc tit. Sic locus Celsi adversus juris scientiam, quæ questionem de moræ purgatione ex bono, & æquo diffinientis in l. si servum §. sequitur ff. de ver. oblig. ad æquum civile pertinet juris scientiæ emendativum. Hanc civilem æquitatem in toto jure civili diffusam esse facile poterit apparere, tum ex eo, quod juris hujus studium nihil aliud est, quam ars quædam omnis æquitatis, cum etiam ex alio, quoniam plerasque decisiones juris, cum fieri potuit, ad bonum & æquum revocatas esse conspiciemus. Singularis species est, & ad id probandum accommodatissima, quam supra retuli ex Triphonino in l. bona fides, 3 ff. deposit. Ait ibi; *Bona fides, quæ in contractibus*

*exigitur, summam æquitatem desiderat, sed eam utrum intimamus ad merum jus gentium, an vero cum præceptis civilibus, & prætoriis? Veluti reus capitalis judicii depositus apud te centum, is deportatus est, bona ejus publicata sunt, utrum ne ipse reddenda, an in publicum deferenda sunt? Si tantum naturale, & gentium jus intueamur, ei, qui depositus, restituenda sunt, si civile jus, & legum ordinem, magis in publicum deferenda sunt. Nam male meritus publicè, ut aliis exemplo ad deterrenda maleficia sit, egestate labore debet. Aequitatem civilem æquitatem summam appellat, & ex naturali, gentium, & prætorio jure æstimandam. Quod ait si civile jus, & legum ordinem, non jus scriptum, sed ipsum jus civile absolutè significat ex scripto & non scripto jure, & æquitate consistens, quod præcipue ea, quam summam dicit, æquitate polleat. Quod si hanc summam æquitatem nobis jus civile præstat, eamdem sibi inesse pro certo erit. Imminuit æquitas justum illud universali ter descriptum, depositum deponenti esse redendum, ut eo deportato, & publicatis bonis deferatur in fiscum, neque de eo cogitavit legislator, dum illud juris naturalis præceptum in scripturam redegit. Alteram quoque speciem affert idem Triphoninus inquiens: *Latro spolia, quæ mibi abstulit, depositus apud Sejum in scium de malitia deponentis; Utrum latroni an mihi restituere Sejus debeat?* Si per se dannatum, accipientemque intueamur, hæc est bona fides, ut commissam rem recipiat is, qui dedit; si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ in isto judicio continguntur, impletur, mibi reddenda sunt, quæ facto sceléstissimo adempta sunt. In qua quidem specie, ut in superiori non merum jus gentium, sed jus civile totum, ac legum ipsarum ordinem inspici debe re docuit, & ita æquitatem ex universi juris inspectione summam constitui; ita hic ex totius rei circumstantiis, & personarum qualitate eamdem impleri probat, ac ita bellissimè docet æquitatem esse non partem juris aut facti aliquam, sed jus totum, integrumque factum omni ex parte respicere, & secundum hanc universi juris, totiusque facti rationem determinare. Ita fit, ut justum, quod in eo particulari decernetur, justo absoluto rectissimè cohæreat, quod verbis sequentibus significare visus est, dicens: *Et hanc probo esse justitiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahat ab illius personæ justiore petitione, quæ ex jure, & æquitate constat, & hoc illud jus erit, quo non erit melius alterum. Sed dubitari potest cum ita loquatur Triphoninus in contractu depositi, qui bona fidei est, ne non contrarium sit in contractibus stricti juris, in quibus**

## AD RUBRICAM DE LEGIBUS

quibus non ea bona fides est, quæ hanc summam æquitatem desideret, quod si ita se habet pars juris æque præcipua remanere videtur plena rigoris, & omni æquitate destituta. Et qui-  
9 dem illa actionum divisio cæteris videtur illu-  
strior, quod alia bonæ fidei sint, alia stricti  
juris §. actionum autem inst. de acti.. Quæ bonæ  
fidei sunt, inde nomen usurpant, quod ab æ-  
quitate maximè pendent, quod in iis libera  
potestas Judici sit procedendi ex bono, & æ-  
quo §. in bonæ inst. eod. tit. Stricti autem juris  
actiones illæ sunt, in quibus non inspicimus  
quod est æquum, sed quod est scriptum, My-  
sing. in d. §. Actionum num. 7. Quare bona fi-  
des in iis æquitatem significare videtur, sic ex  
7 bona fide statuere, arbitrari, censere, existimare  
idem est, ut Budeo placet in l. I. ff. de just. &  
jur., quod ex bono, & æquo, hoc est ex ip-  
sa æquitate. Sic quod Cajus dixit ex bona  
fide præstare in l. ex maleficio §. I. ff. de a-  
ction., & obligation. ad æquitatem referri o-  
portet. Similiter Julianus in l. si mandavero §.  
Julianus ff. mand. scribens mandati obligationem  
confidere etiam in rem ejus, qui mandatum suscepit,  
& si ille propter hoc rem extraneo non addixerit,  
quod mandatum suscepit, ex bona fide esse, præstari  
ei præcium, quanti vendere poterat, nihil a-  
liud quam æquum esse significare voluit.  
Et cum æquitas in materia nostra stricto  
potius juri, quam iniquitati opponatur,  
bonæ fidei appellatione, quando vel ipsa stri-  
cto juri similiter opponitur, æquitatem si-  
gnificari verius opinor. Sæpè tamen sic usur-  
8 patur, ut malam fidem, ut fraudem, ut  
dolum excludat, ut cum dicimus bona fide  
possidere, ad malæ fidei possessorem exclu-  
dendum inst. de usucap. in princ., & in  
materia præscriptionis, & rei vindicationis  
receptissimum est. Hoc argumento Modestinus  
in l. bona fidei ff. de verbis. signif. dixit eum bona  
fidei emptorem esse, qui ignoravit eam rem alienam  
esse, aut eum, qui vendidit, jus putavit habere  
vendendi. Hoc ipso bonæ fidei possessor facit  
fructus suos, malæ fidei non ita §. si quis  
a non domino inst. de rer. divis. Sed cum  
ad æquitatem refertur in materia actionum ab  
iis, quæ stricti juris sunt, videtur prorsus  
9 æquitatem excludere. Cæterum non ita res  
se habet, ut jure Quiritum stricti juris actiones  
ab æquitatis emendatione subducantur.  
Primum etenim contrarium recte probatur in  
d. l. placuit, quæ sine ulla judiciorum distinc-  
tione, an bonæ fidei, vel stricti juris sint,  
vult æquitatem stricto iuri præferri, & ea-  
dem est sententia Pauli in d. l. in omnibus,  
10 nam universalis illa nihil excludit l. Julianus ff. de leg. 3. ubi Bartolus notat, &

ideo etiam in judiciis stricti juris æquitas spe-  
ctanda erit. Tum vero irrefragabiliter ex eod.  
Paulo in d. l. si servum §. sequitur ff. de  
verb. obligat. Certum est enim ibi nos versari  
in stipulatione, quæ stricti juris est l. un. §.  
sed & si C. de rei ux. act. Et tamen Celsus  
scribit eum, qui moram fecit in solvendo  
Sticho, quem promiserat, posse emendare  
eam moram postea offerendo; Hanc enim qua-  
stionem esse de bono, & æquo, quo in genere  
plerumque sub autoritate juris scientie per-  
niciosa ( inquit ) erratur. Hic plane locus  
officium æquitatis in emendando jure; scri-  
pto generaliter versari satis ostendit, ut non  
sit distinguendum inter bonæ fidei, & stri-  
cti juris actiones. Quare, quod in contrarium  
excitavi, totum ad naturalem æquitatem perti-  
net. Nam cum dicimus judicem ex bono,  
& æquo posse arbitrari in iis actionibus,  
quantum actori restituiri debeat, ne videatur  
expressio ejus, quod inest, quod & supra quo-  
que tetigi, quæ nihil operaretur l. 3. ff. de  
leg. I. cum ad civilem æquitatem in omni-  
bus eundem respicere debere diffinitum sit,  
ad naturalem referendum est, ut recte quidem  
My sing. in d. §. bonæ n. 2. retulisse videtur.

11 Est autem æquitas illa magis conventionis  
inter partes initæ, quam stricti juris emen-  
dativa, & ideo in stricti juris actionibus ma-  
gis a conventione, quam a scripta lege æqui-  
tas removetur, cum tamen ea, de qua nos  
agimus, legum magis, quam pactorum, vel  
conventionum emendativa sit. Itaque adno-

12 tandem erit strictum jus dupliciter usurpari,  
vel ad differentiam æquitatis, ut in l. placuit  
C. de judic., vel ad differentiam bonæ fidei,  
ut in d. §. actionum. Primo casu a civili,  
secundo a naturali æquitate distinguitur. Sed

13 & observandum est ad bonæ fidei differentiam  
semper jus strictum appellari, ad differentiam  
æquitatis plerumque jus non adjuncta stricti  
nota dicitur. Nam excepta d. l. placuit, in l.  
in omnibus ff. de regul. jur. in l. I. C. de leg.  
in l. nulla in fin. hoc tit. in l. si servum §.  
sequitur ff. de verb. obligat. juris, & æqui-  
tatis opposita mentio habetur, & simpliciter  
jus, non jus strictum nuncupatur. Neque  
prætereundum censeo hanc stricti juris rationem,  
quod attinet ad actiones, ad formulas earum,  
& ad fori disceptationem posse referri, in qui-  
bus diu observatum est, ut qui caderet a syllaba  
caderet a caussa l. I. C. de formul. sublat.  
Nam certas solemnisque esse voluerunt l. 2. §.  
deinde ff. de orig. jur. In iis enim judices stri-  
ctas litigantium stipulationes sequebantur. Cæ-  
terum cum quibusdam adjiceretur clausula ex  
bona fide, tunc latior erat jus dicentis po-  
etas

itas, ut sequi posset, quod bonum, & æquum videretur. Quod si partibus placuit strictas inire conventiones, easque stricto jure censeri, æquum videbatur, ne hi beneficium, aut commodum æquitatis acciperent, qui sponte ab ipsa recessissent. In eo igitur potest aliquo modo deterior videri conditio legum, quam pactorum, ut ita strictè conventio iniri queat, ut nullam admittat æquitatem, lex vero nulla ita scribi potest, ut æquitatem non admittat. Quod si pœnæ legum conventionalibus compararentur, evidenter apparebit, unde illud adnotarunt mtius agi cum lege, quam cum homine *l. Celsus ff. de reept. arb.* Illud non negaverim conventionem strictè initam ita servari æquum esse, & aliud sine injuria stipulatorum constitui non posse *arg. l. 5. §. si fortè ff. de verbor. obligat.*, ac ita dum ab una parte æquitatem effugimus, ab alia in eamdem revertimur, quod si undique excluderetur, in iniquitatem laberemur. Sed cogimur hic aliquantulum ad jura municipalia descendere, quod pariter dubitari queat ne non omni æquitate deficiant; Quod ex illa superiori ratione descendit, quod statuta locorum stricti juris sint, ut tradit *Bartolus in l. omnes populi n. 6a. supra de just. & jure* quem ibi alii sequuntur *Baldus in l. contra-ctus n. 1. in fin. C. de fide inst. idem in c. 1. n. 29. de const. sentit Castr. in l. scire leges in fin. hoc sit.* Et quidem ut eadem est ratio dubitandi, similis poterit esse dissolvendi ratio, quod si verum sit assumptum, excludatur tamen naturalis, non civilis æquitas, neque enim jus adeo strictum esse potest, ut hanc recusare valeat. Sed tamen maximè dubito, ne assertio illa quamquam receptissima sit, plurimum a veritate recedat. Primum etenim ejusmodi distinctio stricti juris, & bonæ fidei non convenit legi, nec quispiam est, qui vel uno loco legem cum bonæ fidei adjuncto inspererit. Dicimus in bonæ fidei judiciuna *l. juris gentium §. qui nimio ff. de paci. bonæ fidei contractum l. in bone fidei C. de paci.* bonæ fidei actionem *d. §. actionum*, non bonæ fidei legem, similiter stricti juris actionem, contractum, judicium, sed stricti juris legem nemo, ut opinor, hucusque legit. Nam lex a se ipsa distingueretur, & strictum jus, quod idem est cum lege, pro qualitate ipsius affumeretur. Et cum in actionibus, contractibus, & judiciis nota hæc stricti juris sit differentia nota, in statutis hanc vim retinere non potest. Quapropter cum statutum, quod stricti juris esse dicimus, dici oporteat ad alterius statuti, vel legis differentiam, quod statutum, quæ lex erit, a qua differre contenditur. Recte

*Aristoteles* sèpius citato loco dixit judicem spectare ad legem, arbitrum ad bonum, & æquum, quoniam in ea re legis nomen, & jus, & æquitatem significat civilem, & a naturali secernitur. Quare stricti juris appellatio nunc ab æquitate civili distinguitur, nunc ea adjuncta ab æquitate dumtaxat naturali. Quod si hæc disputatio tota ad actiones ex statuto descendentes referatur, ut eas *Bartolus* stricti juris esse contendat, neque absolute id affirmandum puto. Sed primum absolute damnanda est consequentia *Bartolli*, actio ex statuto descendens stricti juris est, ergo statutum est stricti juris, tum quia si respicimus ipsius statuti substantiam, & qualitates, nihil magis, aut minus stricti juris est, quam ipsum jus civile universum, cum statuta jus civile sint illius civitatis, in qua condita sunt *§. Sed jus quidem Inst. de jur. natur. gent. & civil.* quod ita probatur, jus civile Romanorum absolute adeo verum est non esse jus strictum, quod non sit nisi bonum, & æquum *l. 1. supra de justitia, & jure*, & in eo jus strictum dicitur ad differentiam. Sic statuta locorum, veluti Senarum, aut jus civile Senarum sunt, aut jus strictum ejusdem Civitatis: Si simplificiter civile, ergo non strictum, si jus strictum, ergo ad juris alterius differentiam: Sed non est jus a quo differat, quod strictum dicimus, ergo male dicimus strictum, ut ab aliquo differat. Cum enim dicimus statutum, omnia statuta significantur, non quædam, quæ possint hanc qualitatem adjungere habere, & perperam id notat in *l. 3. §. hoc verba ff. de nego. gest.* quod ibi de edicti non de statuti interpretatione agatur, neque ibi ea expressio necessaria fuit, quod stricti juris esset, sed quia legentibus edictum, quæ verbis comprehensa non sunt, non intonscunt. Tum longè deterius cum *Dyno* adducit *l. constitutionibus ff. ad mun. & de in-col.* quod ibi ex æquitate remittantur usuræ reliquatus (quem fallo *Accurtius* relictum interpretatur) quod ejus residui usuras minimè solvi æquum visum fuerit. Tum vero pesima est notata consequentia, quia falsò, et si concedamus actionem ex lege descendenter stricti juris esse, inferimus legem ipsam stricti juris esse. Condictiones ex lege omnes stricti juris esse concedo, quod bonæ fidei actionibus *Justinianus* non adnumeravit, receptam sequutus *Accurtii* sententiam in *d. §. Actionum*, qui cœteras stricti juris esse concludit. Sed tamen leges ipsas unde descendunt stricti juris esse absurdè dicitur, ut probavi, quia leges, nec bonæ fidei esse dicuntur. Statuit

tuit lex actionem, contractum, non autem se ipsam stricti juris esse, & ideo aliqua ex 22 parte poterit admitti distinctio *Baldi* in d. c. i, n. 29. de const. ut actiones ex statuto descendentes, si circa negotium bonae fidei versantur, bonae fidei sint; Pravè enim dicemus, si circa emptionem, & venditionem actio induceretur, eam stricti juris esse. Sed quemadmodum actio prescriptis ver. 23 bis pro qualitate negotii, a quo descendit, bonae fidei, vel stricti juris diffinitur d. §. actio, 24. nunc, similiter in transactione inspicimus negotium, super quo interponitur, & ab eo judicamus eam bonae fidei, vel stricti juris esse secundum *Bartolom* in l. sub praetextu n. 6, C. de transat. quem ibi sequitur *Alexander*, n. 10. *Jason*, n. 11, ubi de communi; idem proflus in actionibus statutariis respiciens est, ut magis negotii, quam statuti qualitates respiciamus. Quod si cum plura sint 25 negotia, quam vocabula l. 4. ff. de script. verb., negotii qualitas a jure civili dif- finita non sit, stricti juris actio existimanda 26 erit, non quia statutum stricti juris sit, sed quia conditio ex qualibet lege stricti ju- 27 ris similiter est. Quinima dicendum est pos- se statuentes decernere non tantum, ut actio, quæ statuto nititur, bonae fidei sit, quo casu stricti juris esset, sed quod actiones, quæ jure civili stricti juris sunt, intelligantur omnes bonae fidei esse, quod liquidò probatur ar- gumento l. un. §. sed & si C. de rei uxor. action. Nam qua potestate *Justinianus* stipula- tionem pro dote, cum stricti juris esset, bonae fidei esse decrevit, tum etiam, cum du- bitaretur super petitione hereditatis, idem con- stiuit in l. ult. C. de petit, hered. & d. §. actionum: eadem, si statutis locorum juri com- munis derogari posse non ambigitur, quod affero citra omnem dubitationem, fieri poterit. Et lex, aut statutum facit aliquid esse stricti juris, aut bonae fidei, & in actionis formula clausulam ex bona fide adjicere potest, & non adjicere, non tamen ipsa lex, vel statutum est per se tale, cum possit vel ci- vilem solam, vel etiam naturalem æquitatem re- cipere. Atqui non alia ratione a naturali æ- quitate recedit, quam ea, quæ docuimus pri- mo libro juri naturali non per omnia servire, nam incidit in æquitatem naturalem cum ci- vili conjunctam, quæ summa æquitas est d. l. bona fides, & de hac æquitate, quæ na- turalis, & civilis est, accipi debent verba *Celsi* in l. 1. supra de justit. & jur. ut in melius mutata sententia declaro lib. I. c. I. difficultum, quod in ejus legis explicatione versatur. Tum vero quoniam naturalis æqui-

tas versatur circa singula, quemadmodum, 28 & civilis, non potuerunt Quirites natura- lem æquitatem scriptura comprehendere, quoniam lex universaliter scripta conciperetur. Ceterum ne eam deserere videantur, Praetores 29 creaverunt, quibus ea curæ foret. Neque tamen juris condendi potestatem iis concesserunt, sed quandam juri authoritatem. §. Praetorum Inst. de jur. natural. gent. & civi, 30 ipsumque jus honorarium viva vox juris ci- vilis appellabatur l. nam, & ipsum supra de just. & jur. quoniam emendabat jus civile ob naturalem æquitatem non scripto, non ju- re, sed voce, & pronunciatione, non quasi contrarium juri Civili, sed cum scriptura vox mortua sit, ipsum quasi viva vox na- turali æquitati addictus in singulis speciebus videretur id statuere, quod & legislator si adesset, & iterum loqui posset, statueret, atque decerneret. Et ut ex caussa jus civi- le a naturali æquitate recedebat, ita prætor ex caussa recedebat a jure civili. Quod si 31 Praetores ex civili æquitate jus Romanorum emendassent, jus ipsum non Praetorium, sed civile, non annum, sed perpetuum extitit. Quare fit ut numquam Praetorem civili æquitati innixum esse legamus. Quo argu- 32 mento civilis obligatio sola in constitutum deduci non potuit l. 3. ff. de const. pec. & hoc pacto intelligenda sunt, quæ de Praetoris officio, & imperio tractavimus sup. lib. 2. cap. 3. Igitur, ut eo revertamur, unde di- 33 greli sumus, ex prædictis manifestissime deduci poterit vel hac præcipua ratione jus civile Romanorum summpere laudari oportere, quod nullo casu ab æquitate separatur, sed ipsi semper inhæreat, & ipsius studium universum in hac sola versetur, cum jure prætorio in unam consonantiam reducto, ut habetur in §. 1. inst. de test. ord. nunc, & naturali, & civili æquitate pollere, & ad eam semper recurrere. Et cum æquitas jus quodam melius esse dicatur aliquo jure, in 34 hoc ipso, quod æquitatem recipit, ut ejusmo- di seruonem cum præcedenti juris, & na- turæ comparatione concludam, Naturam eam- dem maximo totius absolutionis argumento 35 imitatur; ea etenim intendit semper, quod melius est, ut docet Aristoteles Physic. lib. 8. text. 48. & test. 56. sic (quicquid sibi ve- lit jus scriptum, quoniam non hoc simpliciter jus Romanorum existimandum est) jus hoc absolutè consideratum, ut considerat *Triphoninus* in d. l. bona fides. *Ulpianus* in l. 1. sup. de just. & jur. & jus intendit ipsum bonum, & æquum, & inter duo justa, quod justius est, nam hoc melius esse intelligit, meritò ejus ars, non ab

ab ipsa lege prout scripta est, sed ab ipso  
sequo, & bono, quod præcipuum est, ac  
idem cum jure tota pendere existimatur. Qua-  
re quicumque leges ferre debet, sciat se non  
ita ferre posse, ut emendatione non indigeant,  
sed tunc eas fore justissimas, cum in magi-  
stratus, cum in principes inciderint, qui se  
boni, & æqui magistros profiteantur. Eam  
itaque positis legibus quisque postremam, sed  
præcipuum legem statuat ex Pauli nostri  
præscripto, in omnibus ad æquitatem esse respi-  
ciendum.

**De consuetudine quid ipsa sit, &  
quousque legumlatori servanda**  
**Cap. VI.**

- 1 Consuetudinis nomen refertur ad varia.
- 2 Consuetudo pro us facti.
- 3 Ejusdem ex sententia Butrii triplex acceptio.
- 4 Dubitatur our jus naturale non adnumcretur  
juri non scripto sicut consuetudo.
- 5 De equitate dubitatio eadem.
- 6 Consuetudinis diffinitio ex Isidoro.
- 7 Quare Isidorus juris non facti consuetudinem  
esse dicat.
- 8 Consuetudines probari debere quomodo intelli-  
gendum sit.
- 9 Circa mores Philosophorum, & nostrorum ra-  
tio diversa.
- 10 Mores quomodo à consuetudine distinguantur  
ex Bartolo.
- 11 Varronis sententia de eadem re.
- 12 Mores sive consuetudines, quæ in legem non  
traficiunt.
- 13 An consuetudo obtineat non deficiente le-  
ge.
- 14 Consuetudo interpretativa non est per se  
jus.
- 15 Consuetudo debet esse legitime præscripta.
- 16 Consuetudo interpretativa non ita.
- 17 Consuetudo constat ex quatuor, ex moribus,  
ex tempore, ex ratione, ex tacito populi  
consensu.
- 18 Consuetudines irrationalib[us] improbantur.
- 19 Consuetudo veritati cedit.
- 20 Neque adversus fidem catholicam valet.
- 21 Neque permittens quod est absolutè malum.
- 22 Secus si malum, quia prohibitum.
- 23 Propria sedes consuetudinis, & proprius  
locus.
- 24 Nulla potest esse lex nisi iusta, ita neque  
consuetudo.
- 25 Legi repugnat quod contra bonos mores est,  
quod variis exemplis illustratur.
- 26 Consuetudo etiam contra bonos mores non valet.

- 27 Laudabiles consuetudines divinitatem quandam  
præferunt.
- 28 Romani præclaras eorum consuetudines ut pluri-  
mum scripto commendaverunt.
- 29 Lex usui respondens duratura est.
- 30 Legislator ad mores respiciens gratam rem po-  
pulo facit, ejusque rei ratio.
- 31 Neque scriptæ leges, neque consuetudines fa-  
cile mutari debent.

**D**E Legibus & æquitate hactenus disputatum est. Nunc vero quamquam titulus etiam de consuetudine scribatur, pluraque ad eam pertinentia jurisconsultorum responsa in eumdem Tribonianus contulerit, ut ideo uberiorem de ea, quam habiturus sim, disputationem, desiderare videatur, attamen legislatoris instituendi scopus, a quo remotior di-  
spungatur, cogit me paucis, iisque ad rei su-  
stantiam explicandam necessariis, eamdem le-  
gislatori sic ponere ante oculos, ut ipsius  
conservandæ, & revocandæ rationes, & ar-  
gumenta duntaxat comprehendere valeat. Cum  
autem nomen ipsius ad factum, & ad jus  
referatur, & varie usurpetur, ut ex antiquorum  
sententia scribit Rob. Curt. in repet.  
c. cum tanto de consuet. in præfat. n. 19. oportet  
ipsius varias acceptiones ante omnia recen-  
sere, post vero illa retenta, quæ rei nostræ co-  
hæret, ipsius diffinitionem subjecere. Primum  
itaque usurpatur, ut facti quædam observan-  
tia, quo nomine consuetudines facti esse di-  
cuntur c. i. de const. in b. vel latius ad ea etiam  
facta pertinet, quæ non suscipiuntur pro le-  
ge, quo argumento Justinianus in §. Pavonum,  
inst. de rerum divis. dixit pavones, & cer-  
vos habere consuetudinem avolandi, revolan-  
di, abeundi, & redeundi, tum vero etiam pro jure usurpatur §. constat autem §. ex non  
scripto inst. de jur. natur. gent. & civi. Tum  
etiam dixit Ant. de Bur. in d. c. cum tanto  
in repet. quod consuetudo tripliciter sumitur.  
Primum pro habitu bono, vel malo. Secun-  
dum pro materia, in qua consuetudo inducitur,  
nimis pro actibus, & moribus. Tertium  
pro jure sumpto ex materia prædicta. Cæ-  
terum hac postrema significatione duntaxat de  
consuetudine in hoc titulo edicitur, secundum  
quam a lege solum scriptura distinguitur. Sed  
addubitari potest, cum dictum sit jus naturale  
scriptum non esse, quinimo nec jus gentium,  
ac propterea neutrum æquitate potuisse emen-  
dari, cur factum sit, ut Justinianus in d.  
§. ex non scripto omnem juris non scripti  
partem consuetudini adscriperit? Mihi non  
alia ratione id factum esse videtur, quam  
quod juris naturalis, & juris gentium eatenus ra-  
tionem.

tionem habuisse videatur, quatenus ex utriusque præceptis constet jus civile; est enim collectum ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus §. ult. Inst. de just. & jur. Itaque considerat Justinianus jus naturale scriptum comprehensum, quod per relationem ad scripturam jus civile dicendum est, sed ea cessante remanet nihilominus naturale, & ideo fit, ut non semper naturalis æquitas prevaleat, ut in pactis, quoniam jus civile non respicit ad omne jus naturale, sed ad illud, unde idem collectum est. Posset de æquitate eademi haberi dubitatio, & cum ea non scribatur, videri poterat juri non scripto adnumeranda, quod Connarus probat lib. I. c. 10. & 11. sed si absolute id ipsum quereret, ipsi facile consentirem, at cum ad jus civile Romanorum exprefserit, ea mihi videtur suisse Triboniani sententia, ut jus scriptum cum æquitate conjungeret, quasi non existimaret jus, nisi cum ejusdem opportuna emendatione, & quanquam scripta non sit, scripto tamen juri æquitas ex legislatoris sententia videtur inesse. Quare fit, ut jus non scriptum totum ad mores retulerit. Et quidem diurni mores consensu utentium comprobati legem imitantur d. §. ex non scripto, & ita accidente populi consensu, & temporis diurnitate pro lege usurpantur, & in eam vertuntur consuetudinem, quæ jus esse videtur l. diurna, l. i. in fin. hoc tit. quam Isidorus in c. consuetudo distinet. I. ita diffinit. Consuetudo est jus quoddam moribus institutum, quod prò lege suscipitur, cum deficit lex. Ait jus esse, ut eam secernat non tantum ab omni extranea consuetudine, quæ ad materiam legum non accedat, verum etiam ab illo facto, quod eam necessariò antecedit, quodque factum eam inducit, & ipsum quandoque consuetudo appellatur. Ac ita cessat, quod in contrarium objici posset ex d. c. I. de const. in 6. quod consuetudo sit facti, neque enim factum illud diffinitur; sed jus ex facto consurgens, cui nomen consuetudinis convenire, & d. l. i. in fin. & §. ex non scripto apertissime probant. Hinc diffiniri potest quomodo intelligendum sit, quod vulgo traditur consuetudinem, velut quid in facto consistens, probari debere, videlicet actus oportere probari, ex quibus jus consuetudinis resultet, jus etenim directo testibus probari nequit, sed per consequentiam, quia oriatur ex facto probato arg. l. si ex plagis §. in clivo ff. ad legem aquilam; quanquam hoc temperandum est, nisi testis esset Jurisperitus, tunc enim probaret etiam directo consuetudinem, ut post Bartolum in l. de quibus quest. 4. tradit

Roch. Curt. in d. c. sect. 3. n. 21. Quod ait Isidorus moribus institutum, non ad omnes mores pertinet, quod ad jus hoc instituendum non omnes etiam valeant. De moribus tractat Philosophus, sed ille respicit ad mores internos ad animum pertinentes cum ratione conjunctos, & assuetudine contractos, quosve probos esse intellexit, non magis mores improbos considerans, quam medicus morbos, atque venenum. Mores vero nostri externi sunt, non intra animi cancellos clauduntur, sed in publicum prodeunt. Ille mores, ut habitus animi consistentes in mediocritate, quibus improba in extremis assuetudo opponitur. At consuetudini nostræ desuetudo magis opponitur, & moribus non usus contrariatur. Ille singulorum mores considerat, nos universorum nempe totius populi mores. Mores autem, de quibus in diffinitione, ab ipsa re diffinita, ut Bartolus docet in d. l. de quibus n. 10. distinguuntur, quod mores in factum duntaxat, non in legem sonare videantur, quod populi accidente consensu vertantur in legem; vel ut ex sententia I. Varronis Connarus lib. I. c. x. n. 6. declarat; mos est, qui hominum animis infidet, ejus autem usus & observatio consuetudo est, ut mos animi sit, & voluntatis, consuetudo autem actionis, ille præcedat, hæc sequatur, quod & Bartolus sentire visus est, dum caussam consuetudinis remotam morem esse censuit. Neque vero consensus Populi eos ut mores approbare debet, sed ut leges, quare adjecit Isidorus: quod pro lege suscipitur. Non etenim omnes populi mores transeunt in legem, quod diu approbati sunt, sed qua ratione, quod principi placuit legis habet vi-gorem l. I. in fin. tit. prox. si ita demum placeat prò lege, sic mores tunc demum prò lege suscipiuntur, si prò legibus approbentur. I. 2. Sunt etenim mores quidam, sive consuetudines circa vestimenta, circa convivia, circa epulas, quæ non ad effectum obligandi introducuntur, ac ideo juris appellatione non continentur. Quod ait, cum lex deficit, non modicam dubitationem habet. Videtur I. 3. enim ut lege etiam non deficiente obtineat consuetudinem Imperator in fin. hoc tit. Quintimo consuetudinem legi conformem dari adnotarunt Abb. & alii in cap. cum dilectus 2. not. de consuet. & cum consuetudo dicatur optima legum interprætatione l. si de interpretatione in fin. hoc tit., & interpretando confirmet legem. Ergo non deficit lex. Sed respondeo ad l. nam Imperator in fin. quod qua parte lex ambigua est, non impropriè videtur deficere, cum debeat esse certa l. 2. ff. de jur. & fact. ign.

& superiore lib. explicatum est. Deficit autem lex non uno modo, veluti cum lata non est, cum ambigua, cum posita inutiliter, cum quavis ratione vi sua non pollet. De consuetudine interpretativa dici potest eam non transire in legem per se, sed esse ipsius legis observantiam, ut ideo ei non conveniat diffinitio consuetudinis, quod verè non suscipiatur pro lege. Nam cum consuetudo juris inductiva debeat legitimè præscribi cap. ult. de consuet. consuetudo interpretativa admittitur, etiamsi legitimè præscripta non sit, ut tradunt Aret. conf. II. n. 4. Soccinus conf. III. n. 5. lib. I. Aymon conf. 273. n. 13. quoniam ea verè non est jus per se, sed pars quædam illius juris, cuius est interpretatio. Ergo hæc diffinitio non comprehendit consuetudinem interpretativam. Quatenus verò suscipitur prò lege, easdem fere conditiones inesse oportet, quæ in lege desiderantur. Constat consuetudo potissimum ex quatuor, ex moribus, tempore, ratione, & tacito populi consensu, ut tradit Baldus in capit. ult. de consuetud. & ratio quidem est qualitas ipsius formalis, & intrinseca, non aliter, ut legis. At quod lex in scripturam redigatur, consuetudo vires sumat ex moribus, tempore, & consensu, pertinet ad unam ab altera scernendam; sed quemadmodum non est lex sine ratione, ita nec consuetudo verè erit consuetudo scripta prò lege. Quo nomine detestamur consuetudines irrationabiles cap. ult. de consuet. & quia ratione convinci potest, frustra objicit consuetudinem cap. frustra distin. 8. Nam ea cogitur veritati cedere, sine qua nihil aliud est, quam vetustas erroris cap. consuetudo dist. 8. Dixitque Dominus noster, *Ego sum via, veritas, & vita.* Dixit ergo, *Ego sum veritas,* non ego sum consuetudo cap. si consuetudinem d. distin. Cumque, ut ibi sententia D. Cypriani habetur, quælibet consuetudo quantumvis vetusta, quantumvis vulgata veritati postponenda est. Quare nihil adversus Catholicam fidem usurpare poterit ipsa consuetudo, ne contradicat veritati cap. consuetudinem dist. 12. His consequens est, quod est per se & absolute malum, non posse consuetudine mutari, & quatenus id foveat, non valere cap. ult. de præsc. in quo genere ea sunt, quæ Naturali, aut Divino juri contraria sunt. 22. Cæterum mala quæ sunt, non quia simpliciter talia, sed quia jure positivo prohibita, consuetudine remitti poterunt, non ut mala quidem, sed quia quod lege prohibitum peccatum esset, lege per desuetudinem abrogata, definit esse peccatum, quia definit esse prohibitum, & in iis consuetudo tenet non tanquam nutriendis malum, sed quia

quod nutrit, sublata lege prohibente definit esse malum, dum etenim paulatim, & serpendo sese contrarius insinuat usus, contrario quodam modo lex cedendo recedit. Princeps autem in legibus condendis ad consuetudines populorum respicere debet, & sat esse videbitur si l. 2. Cod. que sit long. conf. memor erit: Constantinus etenim ad Proculum ita rescripsit: *Consuetudinis, ususque longævi, non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui validura momento, ut rationem vincat, aut legem.* Rationem pro naturali jure usurpat, legem pro jure scripto, & ideo constat 23 juxta Isidori diffinitionem proprium esse consuetudinis locum in iis, quæ legibus comprehensa non sunt, neque vincit legem consuetudo, sed desuetudo l. de quibus in fin. hoc tit. quo loci quid inter unam, & alteram interfit Julianum Constantino conciliantes declarabimus. Et quemadmodum in spiritualibus in iis rebus, de quibus nihil certi statuit Divina scriptura, mos populi Dei & instituta majorum pro lege tenenda sunt c. in iis dist. 12. ita de quibus rebus in civilibus scriptis non utimur, legibus id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine inductum est d. l. de quibus. Itaque ne plus tribuatur consuetudini, quam oporteat, eam Princeps non adversus rationem, non adversus legem servari patietur. Ut autem nulla lex est nisi justa & honesta sit c. erit dist. 4. Ita nullala consuetudo nisi talis, quoniam corruptela potius dicenda erit, quam consuetudo, quæ abicienda, & vitanda erit, & nisi citius radicitus evellatur, facile in privilegiis ius ab impiis assumitur c. mala dist. 8. 24. Contradicit etiam legi quicquid bonis moribus repugnat. Ideo illa stipulatio reprobat, si me non heredem feceris, tantum dare spondes? l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verbis obligat. omniaque pacta contra bonos mores non tantum ea, quæ fiunt de hereditate viventis, reprobantur l. ult. C. de pattis item, & stipulationes l. ex eo C. de inut. stip. Similiter turpis causa damnatur in dando, vel accipiendo l. i. & 3. ff. de cond. ob turp. caus. & ideo datum viro, ut lænocrinum committat in uxorem, repeti nequit l. Mercalem C. eod. sic neque legatum contra bonos mores relictum, nec juramentum contra eosdem præstitum tenere sancitum est l. si quis inquili nos §. ult. ff. de leg. 1. Quod si ita se habet, quid magis contrarium bonis moribus est quam consuetudo mala, quæ idem sit quod mali mores? Quare sancitum est non 26 valere consuetudinem, quæ contra bonos mores sit c. illa dist. 15. quod tantundem præstat,

stat , quantum malos mores non proficere ad consuetudinem inducendam . At si ponamus materiam indifferentem , tantum poterit consuetudo ut sanctiora quodammodo videantur esse ea , quæ moribus afferuntur , quam quæ imperantur legibus . Quo argumento *Tullius* dixit 2. de legib . *Ritus familie* , patrumque servari debere , nam id est ( quoniam antiquitas proxima accedit ad Deos , ] a Diis quasi traditam religionem tueri . Laudabiles consuetudines , quæ diu observatae sunt , speciem quandam Divinitatis habent , ob quam custodiendæ sunt , atque colendæ . Quare optimus legumlator ut pravas , & iniquas radicitus evellere debet , & contrariis legibus tollere , sic laudabiles , & honestas conservare , ac scriptis etiam tradere debebit , quod Romanos fecisse conspicuum est , ut consuetudines plerumque scripto commendaverint l. 2. ff. de regul. jur. l. 2. ff. de vulgar. & pupillar . Quinimo ipsa prudentum responsa , quæ antea in vim consuetudinis irreplerant , & juris non scripti partem constituebant l. 2. §. hec disputatio supra de orig. juris , scripto jure comprehensa sunt , ac ita posteritati commendata . Nullum certius argumentum affiri potest , quod lex duratura sit , quam si talis feratur , quæ populorum usibus repondeat , & accommodetur . Quod enim est consuetudinis , sua vi per se influit in mores hominum , ita ut vel a natura putetur esse , aut ab antiquis bono publico institutum . Eam vero facilitatem , quam in legibus con-

dendis desideramus nullo modo fœlicius legislator assequi poterit , quām si leges a moribus deducet , & ad eosdem in iis ferendis potissimum respiciet . Ita enim intelligit se volentibus , non autem recusantibus scribere leges , easque gratiore propterea futuras , quām eas , quæ traduntur præter usum . Nam dum legislator ad mores respicit , tacitum populi consensum sequitur in legibus , quod est ipsi populo gratissimum , sic etenim quodammodo populi potetas in Principem translata ad populum redire videtur , quod quasi rem primæ formæ restituens favorable est l. si unus §. pæctus ne peteret in fin. ff. de patf. & plurimum semper in legibus valere debet , quod populus eisdem libentissime suscipiat . Præterea , ut scriptæ leges facile mutandæ non sunt , ne res abeat in contemptum , ita nec revocandæ consuetudines sunt , & potius aliquid erroris admittendum esse videtur , quam ut gravius erretur , dum populus renuens , animoque turbato ab eo , quod tandem usitatum est , recedere cogitur . Hæc pauca tanquam instituto meo cohærentia de consuetudine dixisse volui . Cæterum hæc omnia , quæ hucusque ad necessariam in jure civili præcognitionem in addiscientium gratiam tractata sunt , lectorem rogatum velim , ut æquo animo perlegat , sic etenim , cum in multis defecerim , is tamen non durus , & retus , sed bonus , & facilis , & consensionem , & veniam ad ignoscendum habere non gravabitur .



ALEXAN.

ALEXANDRI TURAMINI  
IN EJUSDEM TITULI LEGES  
LIBER SINGULARIS  
IN L. P.

- 1 Quomodo diffinitio Papiniani sit per caussas.  
 2 An lex possit in alicujus gratiam, vel favorem emanare.  
     Baldi sententia.  
     Authoris resolutio.  
 3 An ḡ in odium alicujus.  
     Baldi sententia expenditur.  
 4 Lex semper praecepit, ḡ quomodo id accipendum sit.  
 5 Legis praeceptum quatuorplex sit.  
 6 Lex non tantum praecepit, quod justitia est, sed quod prudentia, quod temperantia, ḡ quod cujusq. virtutis.  
 7 An mulieres leges condere possint, disputatur.  
     Connani pro iis argumenta referuntur.  
     Argumentum Authoris ex sententia Platonis unum, ḡ alterum ex prena ipsius.  
 8 Resolutio questionis ex Authoris sententia cum distinctione.  
 9 Quatuor esse principes facultates legum ferdarum, ḡ binc ratio distinctionis assignatur.  
 10 Lex injusta non prudentis, sed callidi viri consultatio est.  
 11 De fine non est consultatio.  
 12 Juvenes debent parere legibus, non eas ferre; ḡ rationes ex Platone deducuntur.  
 13 Princeps quomodo Argus effici queat.  
 14 Baronis expositio reprobatur, latius quād deceat, delicti nomen usurpantis.  
 15 An leges humanae omnia vitia prohibeant.  
 16 Mos jureconsultorum ut in diffinitionibus à caussis divertant ad effectus.  
 17 An quisquam de linquet ignoranter.  
 18 Ignorantia multiplex ḡ alia in speciem voluntarii, alia in speciem inviti resolvitur, alia propriam ignorantiae formam retinet.  
 19 Inviti cur non coerceantur.  
 20 Qui de facili potuit fieri certior, pro sciente habetur.  
 21 An valeat statutum, ne ignorantia possit allegari.  
     Baldi sententia reprobatur.  
     L. Divus, ff. de fals. declaratur.  
 22 Clausula decreti irritantis non facit ignorantem incidere in pœnam.  
 23 Quo temperamento tale statutum defendi queat.  
 24 Quomodo lex sit sponsio civium, ḡ quis sponsonis effectus.

PAPINIANUS LIBRO PRIMO DIFFINITIONUM

*Lex est commune præceptum, virorum prudentum consultum, delictorum, quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis Reipub. sponsio.*



Cursius hanc descriptionem censet, non diffinitionem. Similis describendi modus est in §. constat autem Inst. de jur. Natur. gent. & civi. Ait ibi Justinianus: Scriptum autem jus est Lex, Plebiscita, Senatus consulta Principum placita, Magistratum edicta, Responsa Prudentum. Similis est modus sed ratio dissimilis. Justinianus ibi dinumerat partes, ex

quibus constat jus scriptum. Papinianus autem per omnes caussas describendo percurrit. Commune præceptum est velut materia, licet Corras formam esse ponat, & malè, quoniam assumentur, ut genus, non ut differentia. Prudentum consultum est caufsa efficiens. Sponsonem Reipublicæ formam esse notat hic Baldus. Coercitio finis est quidam non ultimus, sed medius, non omnium legum, sed quarundam, ut suo loco dictum est. Vel quasi plures diffinitiones

L.

nes sunt propter quandam absolutionem in unam congesit.

**2 COMMUNE.** Jura enim non in singulas personas, sed generaliter constituantur *i. jura, inf. eodem. Plato 4. de legi. ait, eas solum rectas leges esse, quae communiter totius gratia civitatis passa sunt.* Quid ergo si lex respiciat alicujus gratiam, vel favorem speciale? *Baldus ait* legem valere, si sit munita naturali ratione. *Movetur ex l. i. §. infra titulo proximo post Accusium*, qui ita sentire videtur. Sed ibi personales constitutiones dicuntur, non tamen leges, multum enim id differt. Item ex *l. Neque Dorothenum C. de decur. & filii eorum, lib. 10. ex titulo C. de Silen. & decur. lib. 12.* Sed ibi præceptum commune est, sic in *l. i. C. de his, qui sibi adscrip. in l. i. ff. de milit. testamento, in l. i. ff. de minor.* Legibus illis omnes tenentur. Semper igitur lex est commune præceptum, id est præcipit omnibus, ita ut omnes possint peccare in legem. Potest ergo lex favere paucis, & ita aliquorum continere gratiam, præcipere tamen debet omnibus. Si tamen aliquis ad iustitiam distributivam respexerit, dignoscet, quod in gratiam Dorothei sancit *l. neque Dorothenum*, alia ratione publicam magis, quam privatam gratiam continere, cum benemerentibus præmia jure publico debeantur, quod ceteri ad recte agendum invitentur. In Militibus, & minoribus publica utilitas magis eluet. Non igitur privata gratia legem facit, sed privatæ gratiae in publicum bonum directio. Et ideo propter aliquam utilitatem senaper introducitur *Leg. jus singulare infra eodem.* Quod etiam in

**3** odium aliquorum possit emanare lex, *Bald. ait, dummodo odium naturali ratione nitatur. Et quidem rationem naturalem in omni lege desiderat, cuius vim pulchre exornat Aymon. conf. 31. n. 5., minus recte mero odio ferri legem posse ait, aut in odio mero naturalem rationem reperiri.* Omnis agens agit propter finem, & in eum amore, non odio fertur. Sic dicimus, Reipublicæ expedit, quod delicta non remaneant impunita, *L. ita vulneratus ff. ad Legem Aquiliam.* Id, quod expedit, amamus. Delicta odio habemus, non tamen odio punimus, sed ob publicum bonum, quod assequi cupimus, in facinorosos animadvertis. Neque tam speciale odium, quam communis amor causa legis est.

**4 PRÆCEPTUM:** Legis est precipere; hinc modus legis præceptivus *Ulpiano* dicitur in fragmentis *titulo de Legatis.* Ille ibi; *Legati-*

*tum est, quod legis modo, id est imperativa testamento relinquitur. Sed non hoc dumtaxat videtur esse munus legis, verum etiam vetare, permittere, punire. L. legis virtus, inf. eod. Attamen omnia lex præcipiendo implet, & assequitur. Hinc Justinianus Inst. de just. et jur. §. 2. quicquid est in lege velut præceptum complexus est dicens: Juris præcepta sunt haec honeste vivere, alterum non laedere, *jus suum cuique tribuere.* Præcepta legum omnia, vel affirmativa, vel negativa sunt. Præcipit affirmativè, ut honeste vivamus, jus suum cuique tribuamus, negativè, ne quempiam laedamus. In iis quidem, quæ permittuntur vis præceptiva, seu imperativa non satis elucet. Sub capite tamen tribuendi jus suum, non etiam obscurè dignoscitur. Jure fiunt, quæ legis permisso fiunt, sed jus hoc præcepto legis assequimur jus suum cuique tribui præcipientis. Præcipit autem lex, ut Docet *Aristo. 5. Ethic. c. 1.*, & quod fortis viri opus est, ut non deserere ordines, non fugere, non abjecere arma, ut in *L. 3. §. transfugas ff. ad L. Corneliam de Sicar. in L. 1. & 2. quando licet sine jud. se vind.* & id, quod est temperantis, ut non committere adulterium, ut *toto tit. ad legem Jul. de adult.*, & id, quod est mansueti, ut non verberare, aut maledicere, ut *ad legem Aquiliam, & in titulo de injuriis*, interdum quod est prudentis, ut ne quis re sua male utatur, *§. ult. inst. de iis qui sunt sui, vel alieni juris.* Quicquid enim virtuti contradicit, ad iustitiam accedit aliqua ratione.*

**VIRORUM PRUDENTUM CONSULTUM.**

**7** Quod ait Virorum inferre videtur, ne Mulieres legem condere possint, ut hic *Bartolus, & Angelus notat, & sequitur Decius in L. 2. num. 36. ff. de Regul. Jur.* earum fragilis est sexus *L. 2. ff. ad Vell. Inst. quibus alienare non licet in principio*, cumque legis condendæ munus publicum sit, *in situ. de jur. natur. §. lex, illæque, quum à publicis muneribus remotæ sint, L. 2. ff. de reg. jur.* videntur etiam a legibus ferendis hoc ipso submotæ. Contrarium disputat *Connarus L. 1. c. 8. nu. 4.* Ad summam iis mediis foveat mulierum causam. Primum assert exemplum Amazonum, quæ propriis legibus utebantur. Itena Cererem tulisse leges. Addo Solonem in *Minnervam* retulisse, quas condidit. A Celis mulieres aliquando statutæ sunt judices, & apud Græcos jus suffragii habuere. Negat verba ista *Prudentum virorum consultum a Papiniano ad foeminas excludendas esse apposita, sed ut ostendat consuetum id esse, ut prudentum consi-*

consilio ferantur. Validius argumentari potuit ab auctoritate Platonis *7. de legibus*, ubi decernit mulieres non secus ac viros ipsos, ad litterarias, militaresque disciplinas admitti, & in castra, & in gymnasia recipi debere. Amplius cum nihil magis super heroicam virtutem in legislatore liceat expetere, & ejus quidem non sunt mulieres expertes, nulla ratione videtur a legumlatione repellenda. Exemplo sunt Judicatrix Hebreæ, Panthafilea Amazzonum, Camilla Volscorum, Cleopatra Ægypti Regina, quæ illustri aliquo facinore omnes heroicam virtutem patefecerunt. Taceo Virgines, ac Martires, quas Theologi extollunt. Neque tamen facilè a communi sententia recedendum videatur, neque ea absolutè probanda. Primum itaque si de jure Quiritum disputandum est, certum est, mulieres eo jure legem ferre non posse, quod moribus introductum est *L. fœminæ ff. de regulis juris*. Amplius quandiu more Italico a scientiis abstinent, a legibus ferendis easdem velut minus aptas abstinere necesse est. Quod si aliquis eas Platonis placito in castra, & gymnasia receperit, a Senatu, & legum sanctione justè rejicere non poterit. Postremo considerandum est (quod alibi tractatum est) quatuor esse principes facultates legum ferendarum, duas intrinsecas, prudentiam, & sapientiam, duas extrinsecas potentiam, & voluntatem. Postiores Fœminis tam hereditario jure, quam præscripta consuetudine competere possunt. Prudentia viri est, non mulieris. Sunt, & mulieri suæ virtutes, ut pudicitia. Igitur priorum facultatum non satis est compos. Quod si mulieris imperantis voluntati, & potentiae prudentum virorum consultationem adjunxeris, legem esse non dubito. Mulier igitur vocata ad regnum propria potentia, & voluntate, cum aliorum sapientia, et prudentia leges ferre poterit. Ex hac etiam diffinitione collendum est, legem injustam non esse legem, quoniam non prudentis, sed callidi viri consultatio existimanda est. Finis legum est publicum bonum, Reipublicæ conservatio, neque lex est de fine, quia de eo non est consultatio, sed de mediis dirigentibus in finem, *Arist. 3. Etbic. cap. 3.* Idem tamen *3. Polyt. cap. ult.* ait de iis, quæ in consultationem veniunt, fieri non posse, ut lex teratur; sed de iis videlicet omnibus accipiendum est, quoniam ut paulo ante monet, non omnia queunt legibus comprehendendi, ut *infr. eodens L. non possunt*. De omnibus igitur, quæ in consultationem veniunt, legem ferre impossibile est, sed cum de aliquo ferenda est, id veniat in consultatione, necesse est. Consultatio autem, ut mulierum esse non de-

bet, ita nec juvenum. Juvenes parere legibus, non eas ferre decet. *Plato 1. de Legibus* ait, legem optimam esse, qua jubet; ne quis juvenum querero audeat, recte ne, an contra leges se habeant, sed uno omnium ore, unaque vocem tamquam a Diis positas servari præcipit, ne allo modo aliter pati quicquam à juvenibus ex cogitari. *Seneca autem si quid excogitarit Principibus, & equalibus, nemine juvenum audente, referre*. Bonæ fortunæ non sapientiae imputandum ait, cum juvenis auctoritate recte quædam gubernantur. *Senibus contra propter statem, & prudentiam summa inest ad persuadendum authoritas. Iis merito idem poenè hominibus habitus est, qui, & magistratibus L. semper ff. de jur. immun.* Non igitur consultum hoc debet esse cuiuslibet, & sine delectu, sed prudentum virorum. Nam ut ait Justinianus *ad portandas tantam sapientiae malem non sunt idonei homines rudes L. 2. §. sed cum proximus. C. de veter. jur. encl.* Summum bonum intelligere, in quod lex dirigenda est, non tam potentia, & voluntatis, quam sapientia, & prudentia est. Ideo Princeps prudentum consilio non adhibito legem temere ferre videbitur. Sed cum suis oculos prudentum adjungit Argus efficitur. Conferunt ad id *L. humanum C. de Leg. L. 2. de orig. jur. Exemplum Adriani in L. item veniunt §. præter ff. de petit. bæred.* Tum quod ait Cicero Philip. 2. *In publicis actis nihil est lege gravius, in privatis firmissimum est testamentum.* Merito virorum consultationem exposcit.

14 *DELICTORUM. Eguin. Baro.* pro delicto omnia facta, dicta, & scripta, quæ a bono, & æquo, atque adeo a virtute, & officio deficiunt, usurpare videtur, & in civili negocio si nos debere appetet, per sententiam, & executionem coercemur ad dandum, & ad faciendum compellimur ignorantibus alioqui delictum, quod ipsa re admisum est. Suspecta mihi semper hæc interpretatio fuit. Verba enim impropiè nimis accipit contra *L. non aliter ff. de leg.* 3. Neque vero delicti appellatio in jure nostro ad negotia mere civilia referri consuevit, quod si numquam relatum est, nec recipi debet *L. 1. ff. de Senat.* Tum coercionis nomen ad causas referri solet, quatenus crimen sapientes *L. ult., & L. 1. §. ult. ff. de offi. ejus L. 2. ff. de jurisd. omn. jud.* Coercere aquam dixit Ulpianus in *L. 1. ff. de fonte* esse eamdem continere sic ne diffluat, vel dilabatur. Sic coercere delicta est eadem poena continere, ne diffluant, & dilabantur, unde confurat inæqualitas, quæ nihil aliud est, quam iniquitas. Est igitur ipsum inæquale intra æqualitatis *L. 2* cancellos

15. cancellos comprimere. Queri potest, an lex omnia delicta coerceat. Et quidem cives bonos efficere cupit, *L. i. ff. de just. & jur.* id assequi nequit, si in aliquo vitiosos esse permittat: contra tamen est, nam & cogitationis nulla poena, *lege cogitationes ff. de pen.* & meretrices sui corporis quantum publicè facientes tolerantur, & alia quædam minimè cohinentur, quæ per Divinam Providentiam vindicantur. Igitur leges humanæ non omnia, sed ea potissimum flagitia, sceleraque prohibent, quæ reipublicæ quietem, pacemque perturbant, & jus tertii lèdent aliquo modo. Ad argumentum respondeo, id legem gradatim efficere, ut ulterius postea sua sponte progradientur. Est autem coercitio effectus legis, potius quam lex. Sed consuevere Jurisconsulti in definitionibus etiam tradendis a caussis ad effectus divertere; satis enim habent rem ita demonstrare, ut omnis tollatur æquivocatio. Ideo servitus diffinitur, ut sit constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur *Inst. de jur. person.* §. servitus *L. liberta*, §. servitus *ff. de stat. bomin.* cum tamen non constitutio sit, sed a constitutione profiscatur. Sic ab effectu diffinit *Grat. in c. jus gentium dist. i. inquiens:* *Jus gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes &c.* hæc tamen sunt effectus juris, non jus. Ita Ulpianus in *L. i. ff. Depof.* *Depositum est, quod custodiendum alicui datum est,* contractum diffinit ex re, quæ in contractum deducitur.

**QUE SPONTE, VEL IGNORANTIA.** Videatur quilibet ignoranter delinquere, quoniam juxta illud Horatianum *decipitur specie recti, & errantis nullus est consensus L. 2. ff. de judic.* Et voluntas quidem fertur in bonum verum, sed hoc absolutè quidem, ut *Arist. placet tertio Etb. cap. 4.* Sed ignorantia multiplex, alia ejus, quod expedit, & conductit, alia universalis, utraque ignoratio non involuntarii caussa est, sed pravitatis spontaneæ, cum ob eam homines vituperentur, *idem lib. 3. c. i.* Alioqui nemo sponte improbus esset, quod est falsum, ut per eundem *d. L. c. 5.* Alia est ignorantia particularium, & circumstanciarum, eaque neque semper excusat, neque semper coeretur. Sponte autem fieri videtur ex ejusdem sententia cuius principium est, in eo, qui agit particularia, cognoscente, in quibus actio consistit. Ex iis vero, qui ignorantia delinquunt, quidam delinquunt inviti, quidam ignorantes, non tamen inviti. Inviti simul ac ignorantes sunt in ea actione, quæ dolorem,

ac poenitentiam affert. Qui enim factum minimè ægre fert, neque invitus, cum non doleat, neque sponte, quod ignoravit, egit, & hic dicitur non sponte, sed ignoranter agere, & ad hanc forte ignorantiam respexit *Papinius*, quæ punibilis est. Coerceri meritò voluit ignorantes, non autem invitos. Inviti enim, neque delinquunt, neque quisquam invitus redditur injustus, quia neque invitus justus efficitur. Legis ergo est coercere spontaneos, & ignorantes, delinquentes, & ignorantes non omnes, sed eos, qui non sunt inviti, cujusmodi censentur, qui non ægre ferunt, quod egerunt, qui sibi suæ ignorantiae caussam suppeditarunt, qui per negligentiam ignorantes sunt. Ita *Arist. c. i. d. lib. 3.* Nam, & qui de facili potuit fieri certior, pro sciente habetur *L. si duo, & ibi Gloss. ff. de acqui. bæredit.* *Dec. in L. quandiu num. 13. C. qui admitti Aymon cons. 225. num. 4.* Quæstiones quædam excitantur a nostris, quæ minus ad legislatorem pertinent. Ea præsentis est indaginis, an valeat statutum, ne ignorantia possit allegari. *Bald. num. 6.* ait valere per *L. divus ff. de fals.* ibi, & ne vel bis venia deatur, qui se ignorasse edicti severitatem prætendant. Sed ego contra; nam, & in ea specie ob solam ignorantiam parcitur militibus *L. quod adhibitus C. de iis, qui sibi adscrib.* & in *L. divus*, non tam prohibitionem edicti, quam ejus severitatem, ignorare prætendebant, & ita loquitur de ignorantia poenæ non prohibitionis. Qui ergo peccat in legem, tenetur, etiamsi poenæ legis ignoret, nam facit contra legem, statuere autem ne ignorantia excusat, vel allegari queat, est decernere aliquando eum, qui invite agit, delinquere, & ita aliquem invitum improbum fieri, quod est absurdum, & ab omni debet abesse. Sic ergo erit temperandum tale statutum, ne ignorantia allegatio admittatur, quasi in omnibus præsumptionem scientiæ inducat, nisi in continentis offeratur probatio justa sensum *Gloss. in L. 3. C. de iis, qui sibi adscribi.* Alioquin nec valere poterit velut injustum, nec iudicens, alter interprætrari, aut observare debet. Ex quibus constat, & si clausula decreti irritantis soleat ligare ignorantes *C. si eo tempore, & ibi Gloss. de elect.* in 6. nam in hoc æquiparatur sententiæ c. i. v. *adijciebantur de concess. præben.* in 6. eam nihil ultra operari, quam quodd irritum sit, quod in contrarium fit, etiam si fiat ab ignorantе, non tamen ut is puniri possit, quia fecerit contra legem, nam a poena rectè excusat propter ignorantiam, quoniam ea, cum faciat illum esse sine culpa, operatur etiam ut esse debeat sine poena, c. si *beneficia, &*

¶ ibi glof. de preb. in 6. ubi etiam notat Anch.  
2. nec. Felyn. in c. 2. n. 7. de const.

**COMMUNIS REIPUBLICÆ SPONSIO.** Est que  
dam sponsio civium inter se, que curat eos  
bonos efficere, non tamen efficit. Et qua ra-  
tione, qui pro *tregua* spondent, vel de non  
offendendo, non tamen iustum faciunt pro quo  
spondent, sed fracta fide pecunia emendant  
injuriam, ita lex coeret iustos datis judiciis  
Baro hic, & communis est sponsio, sicut &  
commune præceptum. Neque enim lex erit, nisi  
liget omnes, neque ligabit omnes, nisi omnes  
spondeant. Leges sub Rege latæ ex lege re-  
gia hanc sponsonem continent, qua populus  
transferens omnem in Regem potestatem, e-  
tiam spondit se leges ab eo ferendas servatu-  
rum §. sed quod Principi Inst. de jur. natur.  
gent. & Civil. Ante quidem lex erat, quod  
populus Romanus Senatorio Magistratu inter-  
rogante veluti Consule constituebat, ea consti-  
tutio communem omnium sponsonem contine-  
bat. Hanc *Baldus* [ ut adnotavi ] formam  
legis cenit, & profecto nihil aliud est præter  
legem, quod hac sponsonem conditum.

In L. 2.

- 1 Diffinitio legis ex Demosthene Oratoria est.
- 2 Lex an sit posita justis.
- 3 Princeps legibus solitus est.
- 4 Quod verum est coactive, non directive ex sen-  
tentia Divi Thomæ.
- 5 An lex humana obliget in fero conscientia.
- 6 Leges humanae sepe vitiouse.
- 7 Opinio affirmativa, quod lex obliget, compre-  
batur.
- 8 Et obligat Principem.
- 9 Varia recensentur, ob que legi obediendum est.
- 10 Ignorantia pro improbitate a Platone usurpa-  
ta.
- 11 Distio maximè significat majoritatem rationis.
- 12 Animalia bruta juris expertia, non tantum  
rationis.
- 13 Non voluntarium quasi ignoratum, non quasi  
invitum usurpatum in hac lege.
- 14 Districtuales an subjiciantur legibus civita-  
tis.
- 15 Et an alieni territorii gentes.
- 16 Legem, non hominem dominari oportet.
- 17 Legem rerum divinarum reginam esse, quomodo  
accipiendum.
- 18 Malos, & bonos subjici legi, diversa ratione  
ratione.
- 19 Regula diffinitio ex Accursio.
- 20 Alia ejusdem diffinitio secundum acceptiōnem  
diversam, sed huic legi magis congruentem.

- 20 Accursij error de animali natura civilis.
- 21 Civilis disciplina arti medice proportione re-  
spondet.
- 22 Chrysippi diffinitio, & civilem, & naturalē  
legem comprebendit.

## L. II. Martianus lib. I. Institutio- num.

**N**AM & Demosthenes orator sic  
definit: *Lex est, cui omnes ho-  
mines deret obedire, cum propter  
multa, & varia, tum maxime, quia  
omnis lex est inventio quedam, &  
donum Dei: decretum autem ho-  
minum sapientum: correctio autem  
voluntariorum, & non voluntariorum  
peccatorum: civitatis autem composi-  
tio communis, secundum quam omnes  
debet vivere, qui in civitate sunt.*  
*Sed & Philosophus summus Stoicæ  
Sapientiæ Crispinus sic incipit li-  
brum, quem fecit: *lex est omnium  
divinarum, & humanarum rerum  
regina, oportet autem eam etsam  
præsidere, & bonis, & malis, &  
principem, & ducem esse, & se-  
cundum hoc regulam iutorum, &  
injustorum, & eorum, que natura  
civilia sunt animantia, præceptrix  
quidem faciendorum, prohibitrix au-  
tem non faciendorum.**

**I**Definitio hæc Demostenis, ut Egu. Baro a-  
dit, verè oratoria est, in quam ornandas  
rei gratia multa conjecit ad explicandam vim  
legis usquequaque necessaria. Sed utile est po-  
pulo exhiberi legem tanquam aliquid sanctum,  
& prope divinum, ut quidquid adversus le-  
gem sit, id adversus fas, & religionem esse  
intelligatur. Hæc, vel similia ut vera sunt,  
sic quoque ad persuadendum videntur aptissima.  
Demostenis historiam ornata admodum Corasius  
retulit.

**CUI OMNES HOMINES OBEDIERE DECET.**  
Hinc duo licet adnotare. Alterum, quod ho-  
mines

mijnes omnes, alterum, quod solos homines decet obedire: quo argumento excluduntur animalia rationis expertia. Ex primo, quod & inferius apparet, consequitur, leges justis, & injustis hominibus positas esse, oportet enim, ut infra hac ipsa lege, eam praesertim bonis, & malis. At justis non videtur esse lex posita, ut scribit Paulus ad Tbi. Epi. 1. Verum illud intelligi debet, ut justus non subjiciatur legi coactus, sed sua sponte. Decet igitur omnes obedire, & justi quidem voluntarie obediunt, improbi autem coguntur obediere. Sed amplius Princeps legibus solutus est L. Princeps infra eodem, ergo non omnes, & quidem universalis affirmativa in uno falsa, in totum vitiatur, L. si is, qui ducenta §. 1. ff. de reb. dub. Respondeo, Principem velle nihilominus vivere sub lege, L. digna vox C. de legibus. Salyc. & alii ibi dicunt de honestate, & non de necessitate teneri. Divus Thomas super pr. 2. q. 96. art. 5. distinguens ait, Principem coactivè non subjici legi, quia supra legem est, sed directivè subjectum esse. Quatenus lex regula quædam est, dirigit, & non potest Princeps hanc vim legis directivam non sentire, & quamquam non sit reus violata legis, non servando illam, est tamen reus violati juris naturalis, secundum quod quilibet pars suo toto respondere debet, & ideo videri potest subjectus in foro poli, jure cuius audit iatus repugnare conscientiam. Quod eatenus verum esse poterit, quatenus lex humana obliget in foro conscientiæ, de quo dubitari potest; 5 Primum quia inferior in superiore imperium non habet, cum neque par habeat in parem, L. ille a quo §. tempstivum ff. ad Trebellian.; ergo lex humana non poterit de conscientia iudicium statuere, quonia n. ejus judicium divi- 9 num est. Secundo haec leges humanæ sèpius vi- tium continent L. maximum vitium C. de lib. prat. sèpè duræ sunt, L. prospexit ff. qui, & a quibus, sèpè invidæ, & inhumanæ, inst. de leg. Fus. Canin. Aliquando captiosæ §. sed quia, inst. de fideicom. bæredit. quæ certè in foro conscientiæ, quod malum omne abhorret, ligare 7 non queunt. Contrarium sentit hic Martianus, dum ait, quod ei omnes homines decet obedire. Confirmatur hoc argumento, quod cum lex recta ratio sit, & eatenus lex, quatenus rectitudine rationis informatur, non potest quis a lege recedere, quin & idem a rectitudine rationis recedat, & rationis di- Etamine contempto in obliquum fleatur, & ideo hujus saltem culpæ reum esse oporteat. Sed apertius probatur secundum illud Proverb. 3. per me reges regnant, & legum conditores ju- sta decernunt. Ex quo solvitur secundum argu- mentum, quod cum lex iusta, ne lex qui-

## DE LEGIBUS

dem sit, dum dicimus, legem humanam obligare in foro conscientiæ, dicimus legem iustam, quæ derivatur a lege Eterna, quo ordine libro singulari ad hunc titulum explicatum est, & quatenus ab ea derivatur, dicit ab eadem vim hanc obligandi in foro conscientiæ. Ad primum responderi potest juxta illud Apostoli ad Romanos, Omnis potestas humana a Deo est. Quamobrem Justinianus inst. in prem. in §. 1. & in §. cumque hoc, & alibi sèpe omnia retulit in Deum, & ideo qui potest resistit justè dominanti, & imperanti, Dei ordinationi videtur adversari, quo nomine reus est in conscientia sua. Tum etiam ex Martiano hic respondere possumus, quod quatenus omnis lex est inventio quædam, & donum Dei, hoc etiam nomine obligat in foro prædicto. Quia ratione neque Principi eam negligere fas est, quoniam ejusdem legis ab æternæ derivationi saltem subjicitur quoquo modo, ut eam vim sine culpa non queat effugere. Sed & de eadem re plura dicemus infra in L. princeps velut congruentiori loco.

CUM PROPTER MULTA, & VARIIS. Multi sunt, quoniam vero omnia conionant, nec mirum est, si multa sint, quæ ad id impellant, nam ad multa bonum est, obedire legi & Varia ex diversis respectibus oriuntur; primum quia, cum lex præceptum commune sit, ut L. proxima, frustra præciperet, si nullus obedit, ea propter Arist. lib. 4. Polit. c. 3. inquit: habere autem leges bonas, non id est, si recte posite sint, nec eis pareatur. Itaque una recte legum institutio putanda est legibus parere, altera, ut recte sint leges positæ, quibus parere oporteat, & cum sponsio totius reipublicæ sit, turpe est, & flagitiosum fidem fallere, L. 1. ff. de constit. pec. Accedat, quod cum lex prælecta sit, ut ait Arist. 1. Retb. nocere, & flagitium committere contra legem, vitium, & incontinentia est, tum nulla daretur distinctio bene, aut male vivendi, & si quisque suo viveret arbitrio, & ut ait Plato 4. de legibus, facile civitates omnes lascivia, & iniustitia replerentur. Denique lex, ut Tullius probat 3. de legibus, imperium quoddam est, sine quo, nec domus ulla, nec Civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest, ut meritò idem Plato 3. de legibus non parere perniciosissimam ignorantiam esse, quæ certe te eo loci nihil aliud Platonis est, quam improbitas ipsa.

TUM MAXIME. Maximè legi obediendum est, quia omnis lex est inventio quædam, & donum Dei. Dicitio ejusmodi majoritatem rationis

11 tioni significat glo. in l. illud ff. ad leg. A. quiliam. Major ratio est finalis non impulsiva, quoniā magis illa urget, quam ista, nam hæc remota est, illa vero proxima; Bartolus in l. demonstratio q. quod autem q. de cond. & demonst. Hæc igitur ratio ceteris multis, ac 12 variis potior erit. Ob id animalia bruta eximuntur a notione juris etiam naturalis contra Ulpiani placitum in l. i. q. hujus studii sup. de just. & jur. & Justin. inst. de jur. nat. gen. & civ. quonia[m] ut ait Tullius i. de legibus ex tot generibus nullum est animal præter bovinum, quod habeat notitiam aliquam Dei. Qui autem legem præesse jubent, videntur jubere Deum præesse, & leges. Arist. lib. 3. Pol. cap. 12. Inventionem Dei esse probarunt legumlatores omnes. Nam Mercurius Termaximus, qui Ægyptiis leges tradidit, eas in Mercutium, Minos, qui Cretenis, in Jovem, Dragon, & Solon in Minervam retulere, Charonides, qui Carthaginensibus, a Saturno accepisse fatetur. Plato nunc Jovi, nunc Apollini acceptas ferre videtur. Quas relationes nemo quasi penitus fabulosas contempserit; legislatori opus est sapientia, & huic adjuncta est contemplatio; amplius indiget iustitia, potestate, eloquentia. Hæc per Mineru[m], Saturnu[m], Apollinem, Jovem, Mercuriu[m] significantur. Moses, qui Iudeis leges dedit, in Deum verum retulit, qui velut Maximus, & Optimus nobis hæc omnia præstat. In quem non relata lex similis erit, ut aliquando Firmianus dixit de vero cultu c. 9. humano corpori caput non habenti, in quo taneti membra omnia locis suis constent, & figura, & habitudine, tamen quoniā deest id, quod est omnium principale, & vita, & omni sensu caret. Hac ipsa ratione quis merito nos Sacerdotes iuri appellat authore Ulpiano in l. i. ff. de just. & jur. Custodimus etenim id, quod verè donum Dei est.

**DECRETUM HOMINUM SAPIENTUM.** Tum etiam virorum prudentum consultum dicta lex est, si conjungimus hæc duo, quod ante dixi, assequi videmur sapientiam, & prudentiam principes facultates legi insitas esse.

**VOLUNTARIORUM**, & non voluntariorum peccatorum correctio lex dicitur, quemadmodum coercitio eorum, qui sponte, vel ignorantia 13 delinquunt. Non voluntarium hic quasi ignoratum, non quasi invitum, velut medium inter voluntarium, & injustum ponitur,

**CIVITATIS** autem compositio communis. Composita lex, dum ligat, ligat enim omnes, eos-

que dum ligat sub se sicutul etiam ponit, quatenus est sponsio totius Republicæ, ejusdem etiam est compositio.

**QUI IN CIVITATE SUNT.** An eos, qui sunt 14 extra civitatem, decet non vivere secundum leges, vel indecorum non est ita non vivere? Districtuales etiam secundum hanc legem vivere debent, quasi pars civitatis ejusdem territorium usurpat, est enim Civitati connexum, & de connexis idem est judicium L. eum aetum ver. planè ff. de nego. gesto. & tamenquam connexi districtuales in civitate videantur esse, & ita cessat objectio: Simul vero consequitur ut Corasius notat, eos, qui sunt extra territorium, quia nullo modo in Civitate sunt, ejusdem legibus non alligari l. i. ff. de tut. & cur.

**STOICÆ SAPIENTIÆ.** Latè admodum de Stoicis, & eorum sapientia tractat Corasius, ad quem alios referto.

**LEX EST.** Hæc Chrysippi diffinitio significat 15 legem, non hominem dominari oportere, quatenus legem reginam esse ait, ea quidem regit, non regitur ab homine; citoque peritura illa civitas est, quæ sibi subiicit legem, non autem se subiicit legi. Regimen hoc ad vim directivam referendum est, quo nomine obligat in foro soli. Sed quomodo lex est rerum divinarum regina? Si de lege ipsi Deo coetera Chrysippus intellexisset, quæ ratio quædam est Divinæ Sapientiæ moventis omnia ad suum finem, id verum esset absolute, quasi legem illam diffinisset, unde ceteræ derivantur omnes. Alioquin rerum divinarum interpretari fas erit, id est ad divina pertinentium. Quomodo enim debeat hominem se habere tam in divinis, quam in humanis, reginâ lex impetrat. Ideo erga Deum Religio à lege est l. 2. ff. de iustitia, & jure. Sic multa civili legi profita sunt, quæ res divinas attingunt, ut in tit. C. de Sum. Trinitat. de sacro. Ecclesiis. De Epis. & cler. de heræ. & Manich.

**17 BONIS, ET MALIS.** Mali quidem subiiciuntur legi, ut coactum cogenti, boni non hoc modo, ipsi enim sibi sunt lex. Sed ut regulatum subiicitur suæ regulæ. Lex autem dum utrisque præst secundum iustitiam distributivam pœnas, premiaque decernit, Accursius hic. Sed & officia commutativa jūstitia etiam adimpler, sic itaque præst, ut iustitiam omnem tueatur, dum pacta, conventiones, & ita denique commercia omnia sovet. Præst ergo in hominibus, non in præmiis, pœnali dumtaxat; Sic legislatorem omnibus præstet operet

portet, quod significat *Justi. Aut. de hered. & falc. in princ. inquiens: occupatis nobis circa totius Reipublicae curas.* Recte totius inquit, quia partem agnoscere, partem deserere, est scindere actum contra naturam, *L. jus nostrum ff. de regul. jur.* Et publicæ, & privatæ utilitatis rationem habere oportet in legibus condendis *L. i. §. bujus ff. de just. & jur. & rei militaris, & totius disciplinae civilis, inst. in præmio, & ita omnibus præesse.*

**DUCEM**, quia dicit ad bonum, *Accurtius hic;* Est autem hoc bonum commune, quod in summum bonum dirigitur.

**18 REGULAM ESSE.** Quatenus *Accursius regula* diffinit esse compendiosam doctrinam, vel unius casus, vel plurium, in quibus eadem ratio vertitur, vel accipit pro eo, quod rem, quæ est, breviter enarrat, *L. i. ff. de regul. jur.* minus recte *Chrysippi* mentem videtur accipere. Rectius ex cap. regula dist. 3.

**19** regula dicitur hinc, quæ recte ducat, nec aliquem aliorum trahat, vel quasi regat, & normam recte, beneque vivendi præbeat, & distortum, pravumque corrigat, & emendet, & hoc sensu regula nunquam fallit, sed est lex quedam absoluta, quæ suas exceptiones includit, ut *ibi gloss.* Superiori modo regula ex jure descendit, & ex jure, quod est, regula fit *d. l. i.* Posteriori autem ex regula ejusmodi, quasi lege quadam absoluta aliæ leges defumuntur. Sic *Tullius i. de legibus* dum ait: *Ea est enim naturæ vis, ea mens, ratioque prudentis, juris atque injuria regula eodem sensu nomen hoc usurpat.*

**INJUSTORUM.** Sic ipsa jurisprudentia est justi, atque injusti scientia, illud, ut custodiri faciat, hoc nosse debet, ut quatenus possit, emendet, sive puniat.

**NATURA CIVILIA** sunt. Notat *Accursius*, & malè duas hic species contrarias significari, aut coæquales, naturale, & civile. At *Chrysippus* aliud sentit, videlicet, hominem natura esse animal civile sociabile, hinc solus mundi civis nuncupari meretur, cum solus civilis disciplina sit compos. Videtur autem, id esse naturale in homine, quod omnibus accidit, multoque magis, quod solis hominibus accidit. **21** Civilis scientia proportione quadam arti medicæ respondet, hæc corporis ægri, illa animi curam suscipiunt, & medelas afferunt. Ut igitur solus homo animi morbis affici valet, ita solus civilis scientiæ notione, ac medicina restitu potest. Actiones prout a virtute vitiisque prodire queunt, ad civilem inspectionem perti-

nent. Ha verò a solis hominibus prodire possunt. Lex merito civilium dumtaxat animatum est regula. Quod sequitur, vim preceptivam significat superius explicatam. Sed præter 22 redundum non est, hanc *Chrysippi* diffinitionem civilem simul, & naturalem legem comprehendere, & quod ex utraque consurgit abolutum, atque perfectum. Illam verò *Demosthenis* magis ad civilem legem esse referendam.

### In L. 3.

- 1 An iis quatuor legibus sequentibus aliqua inculcatio, vel superfluum insit.
- 2 In jure nihil debet esse superfluum.
- 3 Superfluum quid sit.
- 4 Duo sunt Pomponii pronunciata in hac lege:
- 5 Inopinatorum quare non sit lex.
- 6 Que accident ut plurimum, redolent naturam universalium.
- 7 In justo, & injusto constituendis maxima differentia, maximus item error.

### L. III. Pomponius lib. 25. Ad Sabinum.

**JURA** constitui oportet, ut dicit *Theophrastus* in iis, quæ ut plurimum accident, non quæ inopinate.

**JURA.** Diffinita lege, ejusdem constituendas loci, & argumenta proponuntur, ad quæ potissimum legumlatori respiciendum est. Sunt qui putent hanc cum legibus sequentibus inculcam tam esse, & in iis quatuor legibus ejusdem rei supervacaneam quandam contineri repetitionem. Mihi contrarium affirmare verius, & honestius videtur. Nam *Justinianus* decrevit nihil adjici superfluum *L. uni §. quibus C. de novo Cod. faciendo*, ex quo delimit *Bartolus* in *L. si constante num. 6. ff. solut. matrim. quod in jure nostro nihil debet esse superfluum*, cumque ea superflua censenda sint, quorum exprimendorum nulla est nec ratio, nec utilitas, & ut *Fabio placet lib. 3. cap. 3.; Verbum omne, quod neque intellectum adjuvat, neque ornatum, vivi duci solet*. Planè ex ipsis commentariis liquido constabit, *Pomponium, Celsum, & Paulum* idem certè sentire, sed circa idem non eadem, sed plane diversa pronunciare. Duo sunt *Pomponii* 4 pronunciata, alterum affirmativum, nempe jure constitui in iis, quæ ut plurimum accident, alterum negativum, id est minime constitui in iis, quæ inopinatè eveniunt. Primi capit 5 ratio multiplex afferri potest. Prima sumitur ex

**ex fine legis**, quem commune bonum esse libro singulari ad hunc titulum explicatum est. Hoc autem refertur ad omnes, non ad singulos. Alia sumi potest, quo lex magis sit certam cum de singularibus nulla sit scientia.

**6** quæ ut plurimum accidunt, redolent naturam universalium aliquo modo *cum universale sit*, quod in pluribus prædicari natum est Arist. lib. I. de interpr. c. 5. & ideo idem lib. 5. Etbe. c. 10. affirmat, quod hic tradit Pomponius dicens, *lex id sumit, quod ut plurimum fit*. Nam hac ratione in universum edicitur. Etenim legislatoris judicium, ut I. Retb. c. 1. idem explicat, *non de singulis, nec de præsentibus, sed de universalibus, & de futuris est*. Profectò quæ ut plurimum contingunt, pro universalibus accipit eo loci, quod ex iis lex constituantur universalis. Hinc inter argumenta topica illud non immerito relatum est, quod sumitur a communiter accidentibus, de quo dicemus in l. nam ad ea. Rursus sancitur lex ut longo tempore duret; nam quæ brevi labuntur intervallo, contemptum pariunt legislatoris. Neque vero perpetua lex esse potest, nisi in iis constituantur, quæ communiter accidere solent, Dormirent enim leges casibus inopinatis positi, & eorum contingentiam expectantes obsolefcerent. Amplius cum regula sit ut L. præced. mensura quædam humanarum actionum, regula, & mensura; non sunt pro singularibus, sed quæque regula, vel mensura plurimorum debet regula vel mensura, non unius tantum. Ut vero constituamus id, quod ut plurimum solet accidere, non tantum præsentis, sed preteriti, & futuri temporis oportet habere rationem, non Pauli, & Sempronii, sed universorum, tunc enim in communi lex lata videbitur, cum multis casibus, multis que personis, & earum qualitatibus, tum & multis temporibus poterit inservire. Alioquin neque commune preceptum lex esset. Alterum caput hujus legis reiicit rationem eorum, quæ inopinato eveniunt. Et quidem justum & inustum, de quibus legislator considerat, tantam differentiam, tantumque errorem in se habent, ut ait Aristotiles I. Ethic. c. 3. ut magis lege, quam natura consistant, ac ideo tanquam positiva plurimum ab opinione dependent, & idem lib. I. Elenc. c. 12. opinionem multitudinis legem esse dixit. Quo sit, ut sit præter omnem rationem, ut opinari debeat legislator id, quod est inopinabile. Meritò etiam si Lazarus resurrexerit, nulla lex sancitur de mortuis ex miraculo resurgentibus, neque causus Lazarus quenquam Legislatorem movere debuit, quoniam non tam rarus, quam etiam inopinatus dici potuit. Et quia semel accide-

**7**

rit, non tamen opinatur, quod iterum accidat. Inopinabilia enim secundum naturam cogitare non possumus glos. in §. & hæc dicimus Autb. ut qui oblig. se bab. res min. Quare de aqua pluvia arcenda prætore dixit non de lacte, sanguine, carne, & lapidum pluvii, quamvis hæc omnia è celo cecidisse memoria hominum extet; ut ex Plinio lib. I. cap. 55. & 58. Corasius dedit.

## In L. 4.

- 1 *Inopinatum distinguitur ab eo, quod uno aliquo casu potest accidere.*
- 2 *Dubitatur an de singulis possit fieri lex.*
- 3 *Regulariter ex casu singulari non insertur ad universale bonum.*
- 4 *L. sed, & si, §. ult. ff. de judiciis declaratur.*
- 5 *Bartoli error ad eam l. reprehenditur.*
- 6 *Si sciri posset, quid futurum esset, sequeremur, quod certius esset; non quod frequentius.*
- 7 *L. si major, C. de leg. bæred. expenditur.*
- 8 *Socc. conf. 126. vol. 3. declaratur.*
- 9 *Differt, an lex feratur in formam legis, vel quod emanans in formam rescripti transeat in legem.*
- 10 *Casus singulares ad judicem pertinent.*
- 11 *§. Insula, Inst. de rerum divisione declaratur.*
- 12 *Christoph. Port. & Decii ad eum §. sententia refellitur,*
- 13 *Celsus hic non loquitur de iis, quæ ex miraculo accidunt.*

## L. IIII. Celsus, Libro 5. Digestorum.

**E**X iis, quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt, jura non consti-tuuntur.

**E**X IIS. Aliud est inopinatum, aliud est, quod fortè uno aliquo casu potest accidere. Legislator poterit opinari de hoc non, de illo. Amplius Pomponius inopinata reiicit tanquam præterita. Quia tanquam futura non poterit de iis opinari. Veluti stante Lazarus resurrectione, an legislator in futurum constituet legem super ejusmodi casu, si denuo contingat. Contingit præter opinionem, adeout nec opinetur, quod iterum contingat. At Celsus re-vocat legislatorem, non ab inopinatis, sed a liis

- liis, quæ uno aliquo casu accidere queunt. Ex iis, quæ se offerunt Legislatori, quædam videt ut plurimum accidere posse, quædam uno aliquo casu, quum tamen nullum horum sit inopinatum. Liquent ex Pomponio duo, & ad ea, quæ ut plurimum eveniunt respicere debere & minime debere ad ea, quæ inopinato; de iis, quæ uno aliquo casu accidere possunt, non liquet adhuc, nisi quis colligat ab oppositis rationem aliquo modo. Nam & contingens ut plurimum, & contingens ut raro, sunt aliquo modo opposita.
- 2 Sed refragari videbantur, & Philosophorum placita, & jurisconsultorum exempla. Nam Arist. 5. Ethyc. c. 7. ait, & de singulis sancti legem, ut Braxidæ sacra facere. Si de singulis, ergo & de iis, quæ uno aliquo casu accidunt, sed leges possunt in gratiam singularis personæ ferri, ut sunt leges festorum, quæ in honorem Sacræ Virginis, aliorumque Sanctorum habentur, nam istæ etiam in communi omni populo indicuntur, & in summum bonum tendunt prævio religionis cultu. Hinc infero etiam in singulari casu, si possit boni publici rationem continere, legem ferendam esse. Verum, quia regulariter non ita se habet,
- 3 ut ex singulari casu inferamus ad universale bonum, ideo regulare etiam erit, ne in iis, quæ uno aliquo casu accident, feratur lex, ne remotior sit ab eo, in quem instituitur finem. Obiicit Accursius varia juris exempla. Primum de l. sed & si §. usq. ff. de judic. Ubi cum frequentius accidat, mulieres prægnantes unum parere, & uno aliquo casu accident, ut aliqua tres pariat filios, agitur ad quartam, quasi tres nasci potuerint. Cujus rei Sabinus, & Cassius eam subiiciunt rationem, quod ratione natura insuenda minimè sit, sed tantum inficitia nostra aspici debeat. Notat ibi Bartolus, & male, quod in ventre in dubio tres esse præsumuntur, quasi hoc præsumere audeat Jurisconsultus, quod se ignorare fatetur. Aut aliquod ita præsumendi sibi possit argumentum occurrere, cum a communiter accidentibus, unum dumtaxat nasciturum esse præsumere deberet. Sed illa potius, quam lex, est quædam suspensio legis, quoniam aliquot mensium dilatio Filio nocitura non sit, qua expectata certum sibi jus statuet ex partu. Et nisi tempus partus expectari non sine magno incommodo posset, sequeretur lex, quod esset frequentius, cum possit expectare, suspendit, seu revocabiliter disponit, ut partu adveniente sequatur, quod est certius. Hinc
- 6 adnotare licet, si breve temporis spatium possit obstendere quid accidet, an quod frequentius, an quod raro, utilius esse expectare, quod erit certum, alicquin amplectemur, quod
- est frequentius. Et sane si quis attente legat Paulum in l. antiqui ff. si pars hereditatis petatur, cognoscet, hanc suspensionem quædam esse, ut libero ventri in tempus nascendi jura integra servarentur. In ipsa tamen suspensione cum & Authores tradidissent, & septenos aliquando natos, non tamen Juris prudentes id sequi sunt, quod rarum ita esset, ut id quod fieri non raro admodum possit intuerentur. Lex tamen ipsa est de eo, quod frequenter accidit, licet respiciat id, quod est rarum. Secundo obiicit l. si major Cod. de legit. hered. ibi Imperator edidit legem circa mulierem quinquagenariam, quæ partum ediderit, cuum tamen, & mirabilem partum, & casum de raro contingentibus esse fateatur, & ideo recte Socinus consi. 126. vol. 3. respondit non obesse cogitationem filiorum habenti uxorem quinquagenariam, ut amittat beneficium l. si unquam C. de revocan. donat. quoniam cœteris circumscriptis, videtur donasse desperando. Sed multum interest, quomodo cogitaverit, neque absolutè illius sententia tenenda est, sed quando cogitat cum desperatione, quia probabilis est desperatio, Redeo ad 9 objectum, multum interest an lex feratur in formam legis, vel quod emanans per viam rescripti transeat in legem. Lex in formam hoc pacto ferri consuevit. Qui cædem fecerit capite plectatur Magistratus non præcio creentur. Judicia Judices ne præcio vendant, vel ut in 12. tabulis. At cum rescribit Princeps ad aliquorum controversiam, & petitionem quasi judex lites dirimit, & vim habet rei judicatæ, quod rescribit. Quia tamen idem Legislator est, ideo res judicata a Principe lex 10 est, sed cum casus singulares, & præsentes ad judicem pertineant, vel senatorem, universales verò, & futuri ad Legislatorem, ut per Aristotelem 1. Rhetor. cap. 1. aditur Princeps in ea re tanquam judex, ejus tamen sententia transit in legem; quoniam vult ob futuros casus legem esse, sed ut questionem dirimit præteritam, sententia magis est. Conclusio legis huius pertinet ad leges, quæ conduntur ut leges, non ad rescripta; quæ in legem transeunt, quoniam hæc emanant sèpè numero super rebus 11 singularibus. Tertio obiicit §. insula instit. de rerum divis, ubi Justinianus statuit legem de insula in mari nata, cum tamen raro nasci fateatur, & ita de eo legem condit, quod raro accidit. Sed ea lex non est propter id, quod est rarum, sed propter id, quod est frequens, quia licet insulæ raro nascantur, quoniam tamen natæ perpetuo durant, accidit super natis sèpe dubitari: Utrumque tamen 12. objectum Christoph. Port. in d. §. insula,

**C** & Doc. in l. ea , que raro ff. de regul. jur. alia ratione tollunt , nempe distinguunt , an contingat naturaliter id quod est rarum , an ex miraculo , primo modo continetur sub lege d. l. se major , & d. §. insula , secundo nota . Sed iis obstat , quod septenos nasci naturale est , nec tamen lex illa suspensiva ampla est , hoc rarum d. l. antiqui . Et quinquagenariam parere ex natura est , & tamen Rescripto Imperatoris opus fuit , dubitantibus Antiquis , ne sub lege contineretur , sed ut frequenti lege ostendam ad judicem pertineat easius raro contingentes , quasi præter legem , ut eorum traditio recipi non queat : simile est , ut in negotiis contrabandis non temere ea , que raro accidunt , computentur , d. l. ea , que raro ff. de regul. jur. Plura hic post Accusatione circa Lazarus resurrectionem nostrates inquiruat , sed proprium est Jureconsulti , non Legislatori in singulari specie de jure responde re , ut ex Arist. I. Rer. probavi . Merito ad rem presentem non pertinent . Congruentius in lege præcedenti poterant inquirere , que removet inopinata .

**13 ACCIDERE** , Accusatus miraculose interpretatur , ego de his , que naturaliter , licet raro , non de iis , que ex miraculo contingunt , legem hanç accipieadam puto , ut distinguatur a superiori .

In L. 5.

- 1 *Mali eribus in suscipienda filiorum tutela jura mentum non deferri , qua ratione statutum ?*
- 2 *Legislator. Medico comparatur .*
- 3 *Respublica sanitas , & agitudo in quibus con sistat .*
- 4 *Frequens , & raro , ut extrema , & opposita considerantur .*
- 5 *In una quoque re exacta trattatio exigenda est , quatenus rei natura patitur .*
- 6 *Cum aliquid accidit præter legem , non est peccatum in lege , sed in ipsa rei natura .*
- 7 *Argumentum a communiter accidentibus ex hac lege desumitur .*
- 8 *Dictio Potius in hac lege comparationem quan dam supponit .*

## L. V. Idem Lib. 17. Digestorum.

**N**AM ad ea potius debet aptari jus , que frequenter , & facile , quam que raro accidunt .

**N**AM. Subiicitur ejusmodi lex , tanquam ratio præcedentis conclusionis , est autem in iis verbis implicita ratio aptitudinis cuiusdam . Debet aptari jus ad ea , que frequenter , & facile , quasi circa eadem magis aptè jus dicatur , magis apertè propter finis affectionem , ceterasque rationes , quas in 3. connumeravi .  
 1 Usurpat idem Justinian. dum statuit in novella . Ut sine proib. matr. matres ad tutelam filiorum admitti minimè delato juramento , quod a secundis nuptiis abstinebunt : cum etenim tale juramentum pleraque contemnerent , raro que a quibusdam servaretur , ad periculum periurii vitandum , quod frequenter , & facile incurrebant , præstari vetuit , non inspecto , quod aliquando , raro tamen observatum foret , & ait ibi in §. nam quod , *Nam quod raro fit , ( quod verus sapientia docet ) non observant legislatores , sed quod plerunque , & respiciunt , & mendentur .* Qui locus aliam rationem non illepidam suppeditat , quod instar Medici Legislator 2 se habeat , ut singul. ad hunc tit. libro ex Platone deduxi . Et quidem medicus ab ea potionem , & cibo , que frequenter , & facile no ceant abstineri potius curabit , quam que interdum minime nocitura sint permittere velit , & certo in delictis coercendis , Medicus animorum non improprie dici Legislator poterit , & dum curat malis hominibus purgare Civitatem , quod 3 quieta , & pacata sit Respublica , sanitas ipsius est ; quod malis hominibus abundet , infirmitas , l. congruit ff. de off. prestd.  
 4 Sunt autem frequens , & rarum quasi extrema quedam invicem opposita in conspectu Legislatores . Ita vero , se habent actiones humanæ , ut quatenus sub civili ratione ponuntur , ex iis tanquam singulis non colligatur absolutum universale , itaque subjecta materia cogit Legislatorem ad ea respicere , que plerunque , aut raro eveniunt , & inter haec deliberare , cum frustra sit querere ea , que semper uno modo se habeant . Et Eruditus est in uno quoque genere exactam indagationem exquirere , quatenus rei natura patitur , Arist. lib. I. Ethyc. c. 3. Igitur Legislator sumit , quod ut plurimum fit , quia nihil tale est , quod semper ita fiat . Et si quando aliter accidat , non ignorat quidem accidere posse , & quod ideo 5 peccatur , sed peccatum non est in lege , ne que in Legislatore , sed in ipsa rei natura . Idem Estbyc. lib. 5. cap. 10. Quod si Legislator secundum ea , que communiter accidere solent , legem condit , rectè etiam quivis Jurisperitus ex iisdem dicit argumentum . Nam qua ratione nituntur leges etiam argumenta consistunt . Et hac ratione ex hac lege rectè deducunt ; 7 quod valeat argumentum a communiter accidentibus

dentibus, ut per Nico. Ever. in eiusmodi loco, Aymon. conf. 6. n. 23. conf. 40. num 2. Doctores in l. neque Natales, C. de probat. Can. in c. i. de cler. non resid. Et si valet hoc argumentum in legibus condendis, valere etiam debet in legibus conditis interpretandis.

- 8 **POTIUS.** Videtur Celsus hanc assertionem proferre, posita comparatione duorum extremorum ut in specie Justiniani de juramento mulieribus deferendo, quod raro servatur sint, frequenter periurum incurunt, statuit super eo, quod frequenter poterit accidere, & ne jurent. Sic, si dubitaret Legislator, an urile sit universis delationem armorum concedere, aspiciet frequenter, & facile evasurum, ut rixæ, tumultus, & cedes orientur, quod vitandum est, d. l. congruit ff. de off. præsid. raro autem, ut iis quispiam utatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod est permisum, l. ut vim ff. de just. & jur. Id ergo medetur, quod ut plurimum poterit accidere.

In L. 6.

- 3 *Consuetudo ex bino actu non inducitur.*  
 2 *Neque frequenter accedit, quod bis accedit.*  
 3 *Qui ad secundas nuptias convolat, dicitur frequentare conjugia.*  
 4 *Actus, qui raro plus, quam bis fiunt, si bis fiant, frequenter fieri videntur.*  
 5 *C. ita nos xxv. q. 2 expenditur.*  
 6 *Ex duabus vicibus in criminibus inducitur consuetudo, & qua ratione.*  
 7 *Differentia inter crimina, & negotia mere civilia.*  
 8 *Pro tertio furto fures suspendi sapienter constitutum.*  
 9 *Lectio legis cuius expenditur, an habeat contemnunt, vel prætereunt.*  
 10 *Singulares controversiae subjectum Judicantium vel de jure Respondentium, non Legislatorum existimamus.*

L. VI. Paulus, Lib. 13. ad Plautium

**Q**uoniam, ut ait Theophrastus, quæ semel, aut bis accidunt, contemnunt legislatores.

**Q**UONIAM. Ideo non aptantur jura ad ea, quæ perarid accidunt, ut Celsus proxime dixit, quoniam quæ semel, aut bis accidunt, contemnunt Legislatores, & ita subneqtunt ex Paulo Compilatores rationem quamdam ratio-

- nis eorum, quæ tradita sunt. Hic sane locus obiciendus fore ante eorum oculos, qui vel ex bino actu consuetudinem induci affirmant, ut fere communiter tradunt in l. de quibus, in fin. hoc tit. ubi dicemus, vel quod bis fa-  
 2 Etum frequenter factum esse opinati sunt quorum auctor est *Accursius in q. ultimo.* Authen. de defens. civi. sequitur Gloff. in cap. monasteria de vit. & honest. cleric. Et utrobius Doctores. Ceterum pro iis obstant non  
 3 nulla. Primum is frequentare conjugia dicitur, qui ad secundas convolat nuptias c. una tantum, dist. 16. ibi quomodo autem potest esse bortator viduitatis, qui, & ipse coniugia frequentaverit. Sed si ex universo hominum ceterum virgines, tum cælibes, tum uno conjugio contentos exceperis, horum respectu is, qui ad secundas properat nuptias, dicitur frequentare conjugia. Tum etiam quia licet, secundas, tertias, quartas, vel ( si lubet ) quintas nuptias celebrari contingat, rarissimum est ad has pervenire, ad ulteriores vero fere nunquam. Sed quum raro ad has perveniat, frequentat nuptias, qui secundas affectat, prout in nuptiis frequentia considerari potest. Perpetram ergo colligitur in universum ex bino actu frequentiam induci. Sed actus, qui raro plus, quam bis iterantur, si bis fiant, frequenter fieri videntur, quod probat hic locus.  
 4 Secundo obiicitur c. ita nos xxv. q. 2 ibi geminatam antistitum cedem usum appellat & glo. not. duas vices in criminibus inducere consuetudinem. Sed quod inquit textus, *velut usum, consuetudinemque sacrilegam declinantes* tale quid est, quasi studeat summus Pontifex, ne transeat in usum. Illaque dictio ( velut ) improprietatem quamdam designat l. in suis ff. de lib. & postbu. Verba illa magis sunt in argumentum præcautionis cajusdam, quamquod intelligat summus Pontifex diffinire an ex bino actu inducatur usus. Ut tamen futuris prospiciamus, quod bis flagitiose admissum erit, cum facile in usum transire queat, est quasi usus quidam opportune reparandum. Re-  
 7 Eté glos. hoc arguento statuit differentiam inter delicta, & negotia merè civilia. Nam ut citius evitentur, par est iterata crimina excludere frequentia. In civilibus verò negotiis, quod certior sit usus, ex pluribus vicibus inducere frequentiam. Qua ratione municipalis censura tum Senis, tum in plerisque locis  
 8 pro tertio furto suspenduntur fures, quasi geminatum furtum inducat frequentiam, & consuetudinem furandi, tertium eumdem furem famosum constituat. *Baldus in l. 3. n. 5. C. de Episc. aud. Adheret Gramm. decis 48 n. 3.* hæc enim determinatio est publicè utilis, quoniam

quoniam a malo deterret. Cæterum frequentiam ex pluribus, non duabus dumtaxat vicibus induci sentit Imperator in l. i. C. quæ sit long. confuet.

9 **CONTEMNUNT.** Falsum mihi videtur, quod contemnunt. Nam potius est defectus potestatis, quam voluntatis, ne omnes singuli casus legibus comprehendi queant, l. non possunt inf. eod. Neque tamen contemnunt, sed ei, qui jurisdictioni præst, commendatos relinquunt; Ut verior lectio videatur prætereunt. Neque verò accidit ex contemptu, sed rei subjectæ ratio id expostulat, ut quæ raro accidentia prætereant Legumlatores.

**LEGISLATORES** ait, non judices, quoniam ut singulares controversias sententiis, rebusque judicatis dirimunt, ac diffiniunt l. i. ff. de re jud., sic tam quod sèpe, quam quod raro accidit, in judicium venire cum possit, sive semel, sive bis accidat, pro sua jurisdictione diffinire coguntur; Jureconsulti similiter super qualibet singulari specie, quantum velis, raro contingat, officium est de jure respondere. 10 Nam & Judicantis, & Consulentis subiectum singulares controversiaz pari modo existimari queunt.

#### In L. 7.

- 1 Isidori in c. ult. dist. 3. de virtute legis sententia.
- 2 Dominici Soto ad Isidorum explicatio relata, & confutata.
- 3 Inhibitioni permisso magis, quam præceptum opponitur.
- 4 Præceptum magis ex prohibitione, quam ex permissione resultat.
- 5 De Isidori sententia Authoris opusio.
- 6 Virtus apud Ulpianum quid.
- 7 Lex XII. Tabularum omnes legis actus verbis imperativis explicabat.
- 8 Aequalitatis fruenda gratia leges sanciuntur, cui privilegia contradicunt.
- 9 Legis imperantis exempla ex Accursio referuntur.
- 10 Accursius à Bartolo reprehensus defenditur.
- 11 Lex prædia minorum alienari vetat.
- 12 Vetat etiam delicta patrari, sed in iis magis puniendi, quam vetandi actus consideratur.
- 13 Formas actuum, que juris publici sunt, pactis privatorum laedi lex prohibet.
- 14 VETANDI verbum ad simpliciter prohibita sine pœna adjectione referendum.
- 15 Fidejubens pro contractu reprobato, non teneatur.

- 16 Stipulatio contra bonos mores non valeat.
- 17 Captatoria voluntates reprobantur.
- 18 Nullitas actus est pœna agentis contra legem.
- 19 Lex dupliciter aliquid fieri vetat verbis, & sententia.
- 20 Tribus modis aliquid permitti ex Glo. in c. omnis dist. 3.
- 21 Ejusdem Glo. sententia circa secundarum nuptiarum permissionem expenditur.
- 22 Minus malum majori malo comparatum boni speciem redolet, & contra minus bonum majori bono comparatum redolet speciem mali.
- 23 Patrie potestatis in liberos jus permitti rationem habet.
- 24 Utilitatis causa prædia minorum alienari minime permissum.
- 25 Permissi latior appellatio quæ.
- 26 Privilegia militum permissiones sunt.
- 27 Actus legis in puniendo ad justitiam distributivam respicit.
- 28 Rationi puniendi criminis ratio depositi restituendi cedere cogitur.
- 29 Latrones famosi quomodo puniendi.
- 30 Actus puniendi non alterius, quam legis est.
- 31 Consulere an legis virtus dicenda sit.
- 32 Accursius sub virtute permittendi reponit consultationem.

#### L. VII. Modestinus Lib. I. Regularum.

**L**EGIS virtus hec est, imperare, vetare, permettere, punire.

**L**egis Virtus. Diverso quodam modo Isidorus virtutem legis explicat in cap. ult. 3. dist. inquiens: omnis autem lex, aut permittit aliquid, ut vir fortis petat præmium, aut vetat, ut Sacrarum Virginum nuptias nulli petere licet, aut punit, ut qui cædem fecerit capite plectatur, ejus enim præmio, aut pœna vita moderatur humana, divina autem præcipit, ut diliges Dominum Deum tuum. Sotus lib. I. de 2 just. & jur. existimat Isidorum permisso appellatione ex more Jureconsultorum præcepta comprehendere. Quod & si rectè deducat ex l. leges Sacrissimæ. C. de legibus secundum Glo. ibi in verb. permissa, ego tamen primùm subsistō circa Glossatoris interpretationem, quod 3 inhibitioni opponatur permisso magis, quam præceptum, quoniam inest præceptum, & inhibitioni, & supra in l. i. dictum est, esse præceptum negativum. Secundo loco alienum M arbitror

arbitror a sententia *Isidori*, quod *Sotus* ait, cum permisso exemplo satis doceat, se non de præcepto sentire. Neque vero omisit actum præcipiendi, sed speciatim in Deum retulit. Quod nisi fecisset, cum lex vetare non queat, quin saltem negativè præcipiat, præceptum 4 magis ex prohibitione, quam ex permissione deduci deberet. Sed nonne etiam lex Divina vetat, ut ex decalogo patet; *Non occides, non furtum facies, & similia.* Ut legibus pareamus, lege Dei sit, & eatenus verè humana lex obligat, quatenus a Divina derivatur, [de vera obligatione nunc sentio, quæ in foro poli contrahitur] & ab ea vim accipit utiliter præcipiendi, merito in eam *Isidorus* 5 præcipue retulit. Sed planior explicatio est, ut dicamus, ipsum quoque *Isidorum* quatuor hos actus simili modo explicasse, ut sensus ejus sit, omnem legem permittere, vetare, punire, præcipere, Divinam verò maxime præcipere. Qui sensus, ne eidem *Isidoro* inconstantiam objiciamus, aptior erit. Is enim in *can. præcedenti* ita inquit: *Officium vero secularium, sive Ecclesiasticarum legum est præcipere, quod necesse est fieri, aut prohibere, quod malum est fieri, permettere vel licita, ut præmium petere, vel etiam quedam illicita, ut dare Libellum Repudii, ne fiant graviora.* Non ergo potuit virtutem præcipiendi ad divinam legem contrahere, quam æque secularium legum propriam esse prædixerat. Sic igitur erit *Isidorus* ex toto Modestino consentiens.

6 *VIRTUS*. Non prout habitus est animi, sed prout vigor, aut vis quædam, sive potestas, ut exponit *Accursius*, usurpatur, quod abusivè dicitur, ut *Corasius* latè ex *Cicerone* deducit. Vim ergo, & proprietatem legis hoc loco designat. Unde hæc omnia prodeunt tanquam legis actus.

7 *IMPERARE*. Adeo proprium legis est præcipere, & imperare, quod modus legis dictus sit *imperativus*, dixi in *l. prima sup. hoc tit.* Et lex quidem duodecim *Tabularum* hos quatuor legis actus verbis imperativis explicabat. Præcipit, dum ait: *quodcumque postremum populus iussit, id jus, ratumque esto.* Vetat iisdem verbis caput illud legis; *Privilegia ne irroganto, quod piè institutum, impie recessit ab usu.* 8 Cum enim æQUITATIS fruendæ caufa leges sanctiantur, quid aliud æquitas præstat, quam æqualitatem, ut summi cum infimis pari jure sine aliqua dispensatione retineantur, & hæ leges habarentur, quæ cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Permittit etiam, dum ait, *uti quis legaffit rei*

*sue, ita jus esto;* tum caput illud: *Glandem suam in alienum fundum procidentem colligendi jus esto.* Punit illud: *qui falsum Testimonium dixisset, e saxo Tarpejo dejicitor.* Et certè hos actus omnes sic exercet, ut præcipiat in omnibus, nihil enim permittit, quin in contrarium agi vetet, ad effectum, ut permisum illud semper sit, & ita de singulis. Et huc respexit *Papinianus*, dum dixit legem esse commune præceptum, quia verè præcipit in omnibus. Attamen *Modestinus* clarius omnes legis actus patefacere voluit, quod eosdem singulis appellationibus distinguere commodius esset, arguento *inst. Quib. mo. test. infir. §. hoc autem casu.* Ita *Accursius* hic. Eorum, quæ specialiter lex præcipere videtur, idem varia subjicit exempla. Primum est *legis Juliaz in l. si postulaveris §. questioni ff. ad l. Julianam de adult.* quæ jubet reum, reamve, & patronos eorum, & eos, qui crimen detulerunt, questioni interesse, & facultatem interrogandi patronis dat. 10 *Bartolus* tum ibi, tum hic sentit advocationum questioni interesse non debere, & quod ibi ait *Questioni interprætatur examinationi, an debet torqueri, & Accursium reprehendit sed injuria.* Nam *Accursius*, non id pronunciat absolute, sed in speciali casu, nempe in questione servorum in causa adulterii. Non ergo in omni causa, nec cuiusquam questioni advocati jubentur interesse. Vereor tamen, ne quod ait ibi textus: *Questioni interesse jubentur, intelligendum sit, si velint, quasi judices eos vocare teneantur, quod legis initium persuadet, ibi, sive ipse voluit interesse, sive noluit, jubent judices aestimari servum.* Secundum hic deducit legis præceptum, quod servos questioni subjetos publicos esse jubet, ne, dum timent, se in reorum potestatem reversuros, obdurent in questione. Possunt alia afferri exempla ex lege duodecim *Tabularum*, veluti dum filios familias suos, & necessarios, servos autem necessarios hæredes fieri jubet, ex jure *Digestorum*, ut *Testes* in testamentis rogatos adhiberi *l. hæredes palam §. in testamentis ff. de testam.*

11 *VETARE*. Vetat lex prædia minorum alienari sine decreto *l. 1. ff. de reb. eor. & cod. de pred. & ali. reb. min.* Item res *Ecclesie l. Jubemus la 2. Cod. de Sacrosanct. Eccl. Accurs.* Sed non tam videtur lex in iis absolute vetare, quam sub certa forma, & certis casibus concedere, quanquam res *Ecclesie Constantinopolitanæ* magis est, ut absolutè alienari vetet. 12 Vetat rursus omnia delicta, sed eorum respectu ponitur hic virtus puniendi magis, quam 13 vetandi. Vetat, formas actuum a se excogitatas, & adinventas pactis privatorum lædi *l. 3. ff. de*

¶ 4 ff. de Testam. Et in hac lege *vetare* ad ea referendum est, quæ lex vetat simpliciter, non autem punit poena in ære, vel corpore solvenda. Nam & in iis, quæ simpliciter vetat, si non aliam poenam, decernit nullitatem aetatis, si contra fiat. Quicquid enim fit resistente lege, inutiliter fieri dicitur, ut expressum ad id pertinet, *l. non dubium.* C. eodem, facit *l. si non sortem*, ubi Bartolus not. ff. de conduct. ¶ 5 indeb. & hoc nomine fidejubens pro contractu reprobato non tenetur *l. cum lex ff. de* ¶ 6 Fidejus. Stipulatio bonis moribus adversans inutiliter concipitur *l. stipulatio hoc modo con-* ¶ 7 cepta ff. de verbor. obligat. Captatoriz voluntates, quarum conditio ad secretum confertur alienæ voluntatis reprobantur, leg. captatorias ff. de hered. inst. Fundi dotalis alienatio nulla existimatur *toto tit.* ff. de fund. dotal. quoniam Legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficit, ut quod contra factum sit reputetur inutile. Est autem nullitas hæc poena quædam agentis contra legem, cum ex prohibitione resultat, ut docet Baldus in d. ¶ 8 *l. non dubium num.* 5. lex autem quid fieri vetat dupli modo, verbis, & sententia, sic etiam imperat, punit, atque permittit. Non dico verbis a sententia nudis, sed ut sententiam verbis expressam ab ea, quæ tacite inest, discernam.

**PERMITTERE.** *Gloss. in d. c. omnis dist. 3.* ¶ 9 tribus modis aliquid permitti contendit. Uno modo, quod nullo jure prohibetur, ut secundas nuptias contrahere *31. q. 1. c. banc rationem*, quia secundas nuptias permisit Apostolus, ut evitaretur fornicatio, sicut permisit Moses libellum repudii, ut evitaretur homicidium. Ideo etiam reparandæ incontinentiæ cauſa, non tantum liberorum procreandorum gratia matrimonium celebratur *xxxii. q. 2. §. bis autho-* ¶ 10 *ratis.* Vereor ob id, ne genus hoc permissi tertio loco fuerit reponendum, glossator ait, quod permittitur illicitum eis vitandi gratia, quod magis illicitum sit. In iis tamen, quæ prorius illicita sunt, regula prima est, non esse illicitum pro illicito faciendum, quoniam utrumque malum, nullumque permissum. Altera est, si unum ex illicitis facturus sis, fac, quod minus est illicitum, quæ tamen, neque permittit ut facias, & ita habetur *in c. quod verias 33. q. 2.* Toleratur hoc, non propriè permittitur. At superius, nempe secundas nuptias habere permittitur, non tantum toleratur. In tertio genere sunt meretrices in Terris Ecclesiæ, neque enim permittitur fornicatio, sed toleratur, ut evitentur adulteria, & stupra. Nunquam igitur

id, quod est absolutè malum, lego permittitur, sed toleratur, quasi minus malum, quod respectu majoris aliquo modo redolet speciem boni, sicut minus bonum majori comparatum redolet quodammodo speciem mali, & minus licitum, hoc sensu videtur appellari illicitum c. privilegia 4. dist. Facit, quod tradit Catus de veneni venditione in *l. quod sepè §. vene-* ni ff. de contrabenda empt. Quoddam est permisum, quasi relaxatio, vel indulgentia legis, ut cum Anglicis permittitur in quarta, & quinta generatione copulari, c. quædam 35. quest. 3. & hanc Glossator veram, & absolutam permissionem appellat. Ego magis dispensationem, aut privilegium reor, non enim generaliter, sed specialiter id permittit summus Pontifex. Ideo Privilegium, quasi privata lex 23 censi poterit. Permissi rationem habet jure patriæ potestatis filios vendere, ac distrahere ob summam egestatem *l. 2. C. de patr. qui fil. distr.* & aliquando jus fuit occidere, *l. in suis ff. de lib. posth.* ob æs alienum prædia minoris alienare habet eandem rationem, *l. ob aes c. de pred. min. l. magis puto* §. & magis ff. de reb. cor. Quidam utilitatis 24 cauſa id quoque permissum esse rati sunt. sed falsò quidem *l. si fundus eod. tit.* & recepta est sententia in hoc diversam esse minorum, & Ecclesiæ cauſam, ut in *l. 2. ff. de off. ejus, ibi Caſtr. & alii, & Dec. num 6.* ibi de communi, & ex cauſa utilitatis id fieri non posse tradunt *Afflictus decis. 87. Capic. dec. 113. Rolandus conf. 7. n. 26. vol.* 3. Videamus an permissum sit etiam quod a 25 lege permittitur omnibus, velut, quod nullius est, cuique permissum est occupare §. feræ Inst. de rer. dirüs. conceditur enim occupanti, & in hoc non aliæ virtus legis elucet, non enim imperat, vetat, aut punit, & virtus legis adeſt, ergo permittit. Alioquin enumeratio Modestini mendax dici deberet. Ex permissione legis est facere testamentum *l. 1. C. de Sacr. Sanc. Eccl. l. 3. ff. de testamentis l. si quando, C. de inoff. test. §. disponat Novel. de nupt.* In iis omnibus, ubi non punit, vetat, aut imperat, opinor legem permettere, & habere, vel non habere contractus *l. sicut C. de Act. & oblig. legem iisdem dare l. contractus ff. de regul. jur.* Contrario consensu ab ipsis abire *l. ab emptione ff. de paſt.* Novationes, acceptilations, & id genus alia, ex permissione profiscuntur. Ac ita latius permissi nomen usurpatur, ut omnia compræhendat, quæ minus 26 proprie ad alia referri possunt. Multò magis permissione legis est, quod miles post sententiam possit opponere exceptions peremptorias, *l. 1. C. de juris, & facti ignor.* cum regulariter opponi

opponi non queant. *L. pomeritorias*, & ibi  
non. *C. sententias rescis.* non pos. Igitur privi-  
legia, & dispensationes permissiones sunt, sed  
magis speciales. Quare premiandi actus, quod  
in privilegia, prærogativas, ac beneficia que-  
dam, quæ non conferuntur invito, resolvatur,  
ab hoc permittendi actu proximè pendet.

- PUNIRE**, Virtus hæc conspicua magis est, a-  
lioqui, si probitas, & innocentia servaretur in-  
ter homines, nec quidem necessaria. Ad justi-  
27 tiam distributivam refertur, & publicam re-  
spicit utilitatem, ne delicta remaneant impuni-  
ta. ita *wilneratus ff. ad legem Aquiliam*.  
Hinc Papinianus supra in l. i. legem coerci-  
tionem dixit. *Facte sunt leges* ( ait Isidorus  
c. facte dist. 4.) ut earum motu humana coere-  
ceatur audacia, tutaque sit inter insperatos inno-  
centia. Facit rerum malarum emendatio, ne  
concessa videatur ex taciturnitate male agendi  
licentia, facit autem poena, ne facile quis  
profiliat ad delinquendum, l. si operis ff. de  
28 pun. Tantumque potest ratio puniendi crimi-  
nis, ut si reus capitalis deponat centum apud  
aliquem, & deportatus sit, in publicum defen-  
denda, non ipsi ex lege depositi reddenda sint.  
Nam ut *Trib. ait in l. bona fides ff. depos.*  
*malemeritus publice, ut aliis exemplo ad deter-*  
*renda maleficia sit, etiam egestate laborare de-*  
*bet.* Hinc *Callistratus ait in l. Capitalium §.*  
29 *ut. ff. de pun.* Famosos latrones in iis locis,  
ubi grassati sunt, furca figendas, ut & conspe-  
ctu deterreantur alii ab iisdem facinoribus. Lex  
aut metu poenarum, aut premiorum exhorta-  
tione homines bonos cupit efficere l. i. sup.  
de just. & jur. At qui non metuunt, poenas  
luant necesse est, ne dum non efficiuntur bo-  
ni, quia non metuunt, in nequitia perseverent,  
quia non luant. Et ideo si non iis proficit,  
quos poena soluta perdit, cedit tamē in alio-  
rum commodum, quos simul poena deterret &  
exemplum, & bonis diligentibus justitiam in  
solatium cedit. Est verò legis adeo propria  
30 virtus hæc puniendi, ut non conveniat pri-  
vatis personis, quibus altera justitia pars, quæ  
in premiis versatur, non denegatur. *Accursius*  
31 addit præter hæc, quod virtus legis sit con-  
sulere. Quo nomine *Ulpianus* in l. i. ff. de  
sneff. test. ait: *Cognati enim proximi, qui sunt*  
*ultra fratrem, melius facerent, si se sumptibus*  
*inanibus non vexarent, cum obtinendi spem non*  
*babeant.* Itidem in l. is, qui destinavit ff. de  
rei vend. consultius esse docuit agere possesso-  
rio judicio, quam petitorio. Sic *Alexander* in  
l. age. *C. de transact.* Alph. in l. si quando  
§. i. ff. si serv. vend. consilium afferre viden-  
32 tur, Subdit *Accursius*, hæc sub capite permit-  
tendi videri comprehensa, statuitque, nullam

esse legem, quæ aliquod horum, aut corun-  
dem aliquod æquipollens non efficiat, & ita  
sunt *Bartolus*. Rectius hæc quasi summa  
genera censi possunt, ad quæ comprehensive  
reducantur omnia, non per æquipollens, &  
33 ita sentia.

## In L. 8.

- 1 *Legem generalis esse debere ex proprietate, &*  
*virtute ejusdem.*
- 2 *Privilegia reprobantur,*
- 3 *Oppositiones plures ad hanc legem colluvantur.*
- 4 *Lex ista ad leges fetendas, non ad lecas perni-  
tates.*
- 5 *An lex omnis regula sit, distinguendo resolu-  
tur.*

**L. VIII. Ulpianus, Lib. 3. ad Sabi-  
num.**

**JURA** non in singulas personas, sed  
generaliter constituantur.

- 1 *JURA.* Dictum est in libro secundo, legem  
generalem esse debere, quod non tam ex  
proprietate legis, quam ex utilitate deduci  
videtur. Ex proprietate, quoniam quæ perso-  
nales sunt, nec leges esse videntur, sed ha-  
duntaxat, quæ generales sunt §. sed quod Prin-  
cipi inst. de jur. natur. gent. & civil. Ex utili-  
tate, quod lex generalis in commune confe-  
rat, quia commune præceptum, l. i. sup. ea  
contra in singularem personam constituta natu-  
ram assumat privilegii, quod & odiosum est  
c. *sane de privilegiis in b. & injustitiam redi-  
let, ac propterea damnum infert.* *Tullius lib.*  
3. *de legib.* refert primo capite legis duodecima  
*Tabularum de jure publico duas præclarissimas*  
contineri leges, quarum altera privilegia tolle-  
ret, altera de capite civis rogari, nisi maxi-  
mo convitio vetaret. *In privatos homines* ( se-  
quitur ille ) *leges ferri notuerunt, id est enim*  
*privilegium, quo quid est injustius?* cum legis  
hæc vis sit scitum esse, & jussum in omnes.  
Idem etiam Atheniensibus institutum fuisse pa-  
tet ex *Demosthenis* oratione contra *Timocratem*,  
ut *Hotomanus* refert, & ratio videtur esse [ ut  
proxime dictum est ] quasi æquitatis fruendæ  
causa leges sanciuntur, hoc est, ut summi  
cum infimis pari jure retineantur, hæc demum  
habendæ leges sunt, quæ cum omnibus semper  
una, atque eadem voce loquuntur. Sed obstat  
3 l. *jus singulare inf. ead.* *Sol.* ut ibi. Secundū  
obstat l. negat *Dorotheum C. de Decyr.* & fil.  
eorum

avata, lib. x. Accursius ait, excipiendum esse casum illum ex regula hujus legis. Sic Fabiani Episcopi laudationem, & Entyebatis abolitionem in l. quoniam venerabilis C. de Episc. & Cler. comprehensam, excipiendam putavit. At dicendum est, ut in l. i. in versic. consuevus supra ead. Tertio obstat l. i. §. planū inf. sit. i. Sol. Bart. quod ibi loquatur de privilegio non redacto in corpore juris. Sed induita ob meritum rediguntur aliquando, d. l. sequo Dorsatum, & d. l. quoniam. Sol. ergo, que ut leges sanciuntur, quo ad verba sunt in singulas personas, sententia vero legis omnes intuetur. Coeterum ubi non sanciuntur ut leges, nihil ad nos. Ut enim leges esse velit que alicujus gratiam, vel odium coatinerent, non tam movere Principem ratio personæ, quam ut eo exemplo omnes alliciat, vel deterrat. Nam utilitate movetur, d. l. jus singulare, & l. 2. inf. sit. i. Et licet gratia sit unus, utilitas tamen, vel omnes, vel plorosque respicit l. jus pluribus sup. sit. prox. Itaque constat, rationem legis esse generalem, qua ratio lex est. Accursius, & Bartolus intelligunt, quod lex constituta in singularem personam trahetur ad similes, & ita plura hic de extensione legis admiscent, quorum propria sedes est infra in l. non possunt. Ipse malum hoc Ulpiani prescriptum referre ad leges ferendas, quam ad leges latas, ut eos moneat, qui ferre, non doceat, qui judicare, aut respondere debent. Nam, & ita rectius cohæret cum praecedentibus. Quod inquiunt, non omnem legem esse regulam, probatur ex lege prima de reg. iur. & aliud jus esse, aliud juris regulam necesse est, ne regula sui ipsius sit regula. Sed contra, lex omnis regula est justorum, & iustorum l. 2. sup. ead. Regula ibi est directione, quo sensu omnis lex est regula, at in l. i. brevis enarratio est, qua ratione non omnis lex est regula.

## In L. 9.

- 1 Origo Senatorum ex Fenestellæ.
- 2 Senatus auctoritas ante Cesares ex Cicерone.
- 3 Tribuni plebis patuerunt vetare Senatusconsultæ.
- 4 Joannis Bondini sententia de auctoritate Senatus.
- 5 Auctoris adversus eum conclusio.
- 6 Senatusconsultæ quoniam fierent.
- 7 Ulpianus à Consiliis Alexandri Imperatoris.
- 8 Accursii sententia in l. ult. C. de legibus reprobatur.
- 9 Aliud est jus facere, aliud legem condere.
- 10 Senatus ex lege judicare non tenebatur.

- 11 Post Cesares, que Senatus reservata sunt.
- 12 Post Principem suprema est senatus auctoritas.
- 13 Conspirans adversus Senatorum reus est Lege Majestatis.
- 14 Auctoritas Senatus non est penes singulos, sed apud omnes.

## L. IX. Idem Lib. 13. ad edictum.

## NON ambigitur Senatum jus facere posse.

**D**E Senatorum origine scribit Fenestellæ, a Romulo primum institutos fuisse, quippe qui urbis parens, & conditor, cum jam novam Civitatem viribus, & robore juvenum affatim a se muniam cerneret, haud minoris momenti fore ratus est, si eamdem consilii ope suffulisset, & ex primioribus Patrum, qui tunc aderant civibus, centum numero elegit, quos ob honorem Patres, ob ætatem Senatores appellavit. Sed quantum ad rem præsentem pertinet, duo tempora nobis observanda sunt, ut Senatus auctoritatem intelligere possimus: ante Cesares, & post Cesares. Et ante Cesares quidem eam Marcus Cicero pro Publio Sextio ita descripsit: Hæc est una via (mibi credite) & laudis, & honoris, & dignitatis a bonis viris, & sapientibus bene a natura constitutis laudari & diligiri, nosse descriptionem Civitatis a majoribus nostris sapientissime constitutam, qui cum Regiam potestatem non tulissent, ita Magistratus annuos creaverant, ut Consilium Senatus Reipublicæ preponerent sompturnum; deligerentur autem in id consilium ab universo populo, aditusque in illum summum ordinem omnium Ci-vium industrie, ac virtuti pateret. Senatum Reipublicæ custodem, præsidem, propugnatorem collocaverunt, bujus ordinis auctoritate, uti Magistratus, & quasi ministros gravissimi consilii esse voluerunt. Senatum autem ipsum proximorum ordine confirmare, plebis libertatem, & commoda sucri, atque augere voluerunt. Neque tamen in tanto verborum ornatu video legis condendæ potestatem. Sed cum ea penes populum fuerit, tum verò, ut relatum est, quamvis Tribunis plebis curiam Senatus ingredi non licet, tamen ante valvas ejus positis subsellis, decreta patrum attentissima cura examinabant, ut si qua ex iis improbassent rata esse non sinerent, ac per nota T, & V. probare. & reprobare soliti fuerunt, qua ratione novissime Joannes Bodin. lib. 3. de Republica c. i. negat supremam hanc auctoritatem ullo unquam

quam tempore Senatui Romanorum fuisse. Addit sacerdotiis apud Livium verba hæc observari: *Senatus decrevit: Populus jussit*, ac ideo deliberationem a senatu profectam, vim cogenadi, ac subjiciendi a Populo semper emanasse. Cui non obstant verba *Justin.* in §. *lex in fin. inst. de jure natur. gent.* & *civil. equum vi-*  
*suum est Senatum vice populi consuli;* Nam jussum Populi requiri semper asseverat. Sed e-  
5 go ab hucusque recepta sententia ( etiam si sci-  
am hanc facti, non juris esse questionem ) re-  
cedere non possum, quod verisimile non fru-  
stra Senatum fuisse consultum. Nam *Senatus* decernebat nomine proprio, jubebat nomine *Populi*, quia in jubendo ejus vice fungebatur, non tamen populi jussus per se separatus a de-  
creto *Senatus* desiderabatur, quoniam qua ra-  
tione difficile erat *Populum* in unum cogi le-  
gis sancienda causa, eadem quoque difficile e-  
rat in unum convenire jubendi causa. Sed ne  
*Senatus* aliquando *Populi* autoritatem usur-  
paret, sed constaret hanc esse populo reserva-  
tam, verisimile est vice *Populi* jussisse, nec aliter  
populo aucto fieri potuit. Et hanc nostram sen-  
tentiam probat *Pomponius* in l. 2. §. *deinde sup-*  
*pra de orig. jur. ibi: Necessitas ipsa curam Rei-*  
*publicæ ad Senatum reduxit; Ita cœpit Senatus se*  
*interponere, & quicquid constituisset observabatur,*  
*idque jus appellabatur Senatusconsultum.* Potu-  
it etiam facere hæredem §. *quos autem Inst.*  
*de bonor. posse.* quæ res a legis condenda fa-  
cultate proficiscitur. Quid vero post Cæsares  
observatum sit statim dicemus. Hoc autem jus  
6 ad rogationem, seu consultationen eorum, qui  
jus agendi, & habendi *Senatum* haberent solem-  
ni more, sole exorto, & ante solis occasum  
constituebatur. *Gell. lib. 14. cap. 7.* Et quem-  
admodum ab initio hanc opinor fuisse *Senatus*  
authoritatem, ita parvo tempore conservatam  
fuisse credo, Tribunis primùm, post verò aliis,  
interdum populo ipso, tandem ipsis *Principibus*  
eam diminuentibus, ac sære negligentibus.

7 *NON AMBIGITUR*; *Ulpianus* legis hujus au-  
thor fuit a consilio *Alexandro Imperatori*,  
quod maximè notandum est, ut intelligamus  
post Cæsares talem fuisse *Senatus* authoritatem.  
Et ideo cum *Ulpiani* temporibus lex regia ob-  
tineret, qua populi suprema authoritas omnis  
in *Principem* collata est, dubium est an *Senatu*  
possit condere legem. Obstat l. *ultim. C.*  
8 *eod.* *Accursius* ibi, quod dicitur Imperatorem  
solum legem ferre posse, ait, accipi debere, ut  
excludat singula generum, non genera singulo-  
rum, ut nemo solus, nisi Imperator possit le-  
gem condere, ceterum in *Senatu* nemo con-

dit solus. Sed nugatio est. Quid? ibi *Justinianus* ait: *Et leges interpretari solo dignum Im-*  
*perio esse oportet.* Quid? quod sequitur: *ex suga-*  
*gestionibus procerum*, nemo ibi solus? Sed tum  
ibi, tum hæc solvit alio modo, quasi correctio  
hujus legis inducatur, & hæc esset propter il-  
lam, nec *Bartolus* dissentit. Verum evitanda  
est correctio capitul. cum expeditat de elect. in  
9 6. tum maxime quia *Ulpiani* temporibus vi-  
gebat *Imperator*, & lex *Regia* obtinebat, ut  
admonui. Dicendum est ergo, aliud esse jus fa-  
cere, aliud legem condere, sancire, ferre: Nam  
sententia facit jus inter partes, saltem ubi in  
*judicatum transit l. Papinianus §. ult. ibi. glo.*  
*ff. de inoffic. Test. l. ingenuum ff. de stat. ho-*  
*minum, Bartol. in l. Julianus verum num. 21.*  
*ff. de condic. indebiti.* Et tamen hoc pronun-  
ciatum non accipitur pro generali lege, cum  
tertio non nocet l. *sæpè ff. de re. jud.* & *C.*  
*res inter ali. act. per tot.* ergo *Senatum* jus fa-  
cere posse ad *judicia*, non ad *leges referendum*  
est, ac ita novissimè interpretatur *Pet. Tolos.*  
*synt. jur. uni. lib. 47. cap. 25. nu. 32.* quo-  
niam, ut ille multis probat, adempta est illa  
*Senatus* auctoritas, tum aliorum, tum maxi-  
me quadam novella constitutione *Leonis Cæsa-*  
*ris*, cuius titulus erat, *ne amplius Senatuscon-*  
*sulta fiant.* Et *Theod.* & *Valentin.* *Imperi-*  
*tores*, vel oratione missa ad *Senatum*, vel de  
*Senatorum* consilio sibi legumlationes reservan-  
tes in l. *leges*, & l. *humanum C. de legi. fa-*  
*tis demonstrant antiquatam fuisse illam supre-*  
*mam Senatus* auctoritatem. Sic *Senatuscon-*  
*sultum* circa petitionem hæreditatis relatum ab  
*Ulpiano* in l. item veniunt §. *præter hæc ff.*  
*de petit. hæreditat.* magis constat auctoritate  
*Trajani Imperatoris*, quam *Senatoria*. At *Ulpia-*  
*nium* ad *judicia* respexit mihi persuadetur  
ex *Quintiliano lib. 6. cap. 5.* dum ait: In  
10 *Senatu* vero & apud *Populum*, & apud *Princi-*  
*piem*, & ubicumque juris clementia est, babet  
*locum deprecatio*, ut auctoritas esset *Senatus* in  
*Judiciis* pro arbitrio procedere, & a juris scri-  
*pti* rigore ad clementiam declinare, & ita jus  
facere. Non enim jus pro generali lege usur-  
pari debet, ne abrogatam hanc legem esse fa-  
teri cogamur, & a *Senatu* juris condendi po-  
testatem receperisse *Pomponius* in l. 2. §. *novissi-*  
*me ff. de origine juris* his insinuat: *Novissime*  
*sicut ad pauciores juris constituendi via transi-*  
*se ipsis rebus distantibus videbatur*, ut esset  
*neceſſe, Reipublicę per unum consuli.* Nam *Se-*  
*natus* non perinde omnes Provincias probe rege-  
re poterat. Igitur constituto *Principe* datum est  
*ei* jus, ut quod constituisset ratum esset. Sed qua-  
11 dam etiam post Cæsares ipsi *Senatui* com-  
petunt

petunt, in quibus lex ista locum vindicabit; Nam potest restituere ad famam, quod post Principem solus Senatus l. i. §. de qua ff. de postul. & ibi glos. quod est restituto facere postulandi jus. Sic vetare potest, quominus publico ex flumine ducatur aqua, l. quominus ff. de flum. ibi: nisi Imperator, aut Senatus vetet, & cum ducere jus sit, vetando facit jus non esse. Principi etiam comparatur in eo, ut ab eo non detur appellatio, l. i. ff. A quib. appell. non lic. An veniam ætatis concedere possit dubitatur? Odofr. & Bartolus hic n. 2. negant posse, & recte quidem, quod probat l. i. & 2. C. de bis, qui ven. ætat. ibi: a principali clementia, quasi specialiter in hoc sit Principi reservatum, quod ipsi adnotarunt, tum quia Senatorum in ea re officium est de moribus, & honestate impetrantis apud Præfetum prætorio docere, non autem veniam ipsam concedere, d. l. 2. quoniam Imperator prævia Senatorum informatione concedendam esse decernit. Quinimo cum ante non esset Senatorium judicare, nec usitatum, Principes ne Senatum in legibus ferendis occupari patarentur, judiciis præesse voluerunt, ut ademptæ autoritatis amaritudinem aliqua ratione temperarent; Senati datum est non modo, ut ab eo non liceret appellare d. l. i. ff. a quib. app. non lic. sed ut neque a Principe rescripta contra ejus sententiam impetrare liceret, l. i. C. de Senatuscons. quæ non de rescriptis adversus leges a Senatu conditas, sed adversus decreta Senatus intelligi debet, cum alioquin per se rescripta juri contraria non valeant l. rescripta. l. nec damno. C. de præc. Imp. off. Atqui post Principem suprema est Senatus autoritas, quod testantur Imperatores, dum se in numerum Senatorum adscribunt, l. jus Senatorum C. de dign. lib. XI. Jus Senatorum (ibi dicitur) & autoritatem ejus ordinis (in quo nos quoque ipsos numeramus) necesse est ab omni injuria defendere. Quo fit ut conspirans adversus Senatores reus sit læsa majestatis, l. quisquis C. ad Leg. Jul. maj. Sed tamen, ut prædixi, in judicio dumtaxat obtinere debet hoc Ulpiani responsum, facti l. ult. C. de petit. heredit. cum glos. ibidem.

14 SENATUM. Ait non Senatores quoniam autoritas non est disaggregata per singulos, sed juncta apud ipsum Collegium Senatorum, & in forma collegii, Baldus hic; Vel unus homo censeri poterit, qui multos pedes habeat, multisque manus, multisque sensus, cum eos consideremus non ut singulos, sed ut omnes Aristoteles lib. 3. Polyt. c. 7. Major autem

pars pro omnibus habita semper est; Sic quod major pars curiæ facit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, leg. quod major ff. ad municip. & refertur ad universos, quod per majorem partem efficitur, l. aliud est vendere §. refertur ff. de regul. jur.

## In L. 10.

- 1 Legis nomen ad quæ referatur.
- 2 Peccatum legislatoris est in sermone, non in sententia.
- 3 Ratio cur omnes casus lege comprehendendi non queant, an recte sumatur ab humani ingenii imbecillitate.
- 4 Facta omnia incerta sunt,
- 5 Ratio propositæ questionis ex Baldo perfectè explicata.
- 6 Oratio universalis affirmativa, quam in uno redditur falsa, in totum vitiatur.
- 7 Quod sit diffinitionis officium, & quod officium regulæ.
- 8 Dicitio plerumque significat regulam.
- 9 Regula apud nostros fungitur vice diffinitionis.
- 10 Et quamobrem omnis regula habeat exceptiōnem.
- 11 Exactum non in uno quoq; genere eodem modo exquirendum.

## L. X. Julianus Lib. 59. Ad editum.

**N**EQUE leger, neque Senatusconsultata ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, sed sufficit ea, quæ plerunque accident, contineri.

**N**EQUE LEGES. Accursius nomen Legis generaliter interpretatur; Ego vero ad legem Populi, & Tribunitiam referendum censeo, quoniam de constitutionibus Principum specialiter infra tracta. & de jure honorario non satis constat nomen Legis ipsi convenire. Ejusmodi acceptio satis coheret titulo, qui de Legibus, & Senatusconsultis inscribitur. Legis nomen generaliter usurpat Ulpianus in l. omnes Populi supra de just. & jur. ibi: aut legibus, aut moribus reguntur; jus enim omne scriptum complectitur legis nomine, ut ibi Accursius docet recte. Verum non inferior, quod hic de legibus

bus, & Senatusconsultis edicitur, ob rationis identitatem ad leges omnes generaliter pertinere.

**SCRIBI POSSUNT.** Vellit quidem Legislator ita scribere, at minime potest, neque tamen vitium est in arte boni, & æqui. Nihil enim est, quod ars non compræhendat scripto, aut sententia. Merito ait scribi, quoniam defectus est in scripto, non in sententia. Semper enim, quum casus occurruunt, affirmare licet, si Legislator adesset, ita sanciret. Neque jus absolute peccat, sed tale jus scriptum. Aristoteles lib. 5. *Ethic. c. 10.* de hoc ita plane loquitur: *Quando igitur lex in universum dixerit, & præter universale postea quipiam contigit, tunc rectè se habet, si qua Legislator omisit, absoluteque ac simpliciter loquendo peccavit, corrigatur defectus, id quod Legislator etiam si adesset dixisset, & si scivisset ita præscribentem legem statuisset.* Ergo 2 peccatum ponit in sermone non in sententia. Neque verò jus scriptum aliter in artem redigi posset, nisi ea, quæ plerunque accidentū inspicio universaliter statueret *leg. jura constitui, supra eod. ubi dixi.* Cur ita leges scribi non possint, *Accursius* querit, varias assert rationes. Prima est propter humani ingenii exiguitatem, confirmat ex *Justin. in l. 2. §.* Sed quia C. de vet. jur. encl. Ille ibi: Sed quia divina quidem res perfectissimæ sunt, humani juris conditio semper in infinitum decurrat, nibil est in eo, quod in perpetuo stare possit ( multas enim formas edere natura novas deproferat ) non desperamus quedam postea emergi negotia, que adhuc legum laqueis non sint innodata. Sed hic locus, uti par est, peccatum ponit in ipsa rerum conditione, non in hominis ingenio. Et rectè quidem, quippe cum ( ut Aristoteles relato in loco inquit ) peccatum in lege minime sit, neque in Legislatore, sed in rei ipsis natura consistit, statim enim rerum agendarum materia ejusmodi est. Nam cum jus finitum esse debeat *l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.* plura verò sint negotia, quām vocabula, quod rerum natura inductum est *l. 4. ff. de præscript. verb.* peccatum est in hac ipsa materia, quæ varia, inconstans, atque fluxibilis est. Rursus quedam facta adeo incerta, licet incerta sint omnia, *l. ubi ait §. quidquid ff. de verbor. oblig.* ut diffiniri non queant, atque certis verbis compræhendi, ut diffinitio moræ *l. mora de usur.* ut diffinitio fidei testibus adhibenda *l. 3. §. ideoque ff. de Testibus.* Vides amplius ex minima facti mutatione totum jus mutari, *l. natura cavillationis, ubi Alciatus not. ff. de verbor. oblig.* *l. ea est ff. de regul. jur.* At nullum planè factum est alteri simile, si omnes circumstantias diligenter scrutari velimus. Merito legislatori, ad ea duntaxat ref-

piciendum fuit, quæ plerunque accidentū. Et hoc nomine distat jus naturale a civili, & legitimo jure, quoniam immutabile est tanquam a Divina, non ab humana Providentia constitutum §. sed naturali *Inst. de jur. natur. gen. & civ.* Civile autem jus ob prædictam materiæ inconstantiam sèpè mutatur. Rectaque ratio, quæ tanquam lex quid rectum, & honestum sit nobis ostendit, respicit singula quæque, & in omnibus fungitur officio suo, ut primo libro explicatum est. Non ita est lex scripta, neque ita scribi potest. Rationem omnem exponit *Baldus inf. in l. non possunt in pri. lectura*, eam desumens ex parte rei, quia res sunt infinitæ; ex parte agentis, quoniam Legislator homo est, & in mortali natura nihil perfectum nec in sensu, nec in intellectu; ex parte accidentium, quia scientia nostra est de accidentibus, & factis hominum, quæ pro cuiusque conditione variata uniformem certitudinem non admittunt, *l. idem erit ff. de stat. hom. l. si non sortem §. libertus ff. de cond. indeb.*

**UT OMNES.** Signo utitur universalis, quoniam illud est proprium universalis affirmativæ, ut quum in uno redditur falsa, in totum falsa reddatur *l. si is, qui ducenta §. si quis ita ff. de reb. dub.* Omnes casus compræhendere officium est diffinitionis, compræhendere plerosque officium regulæ, unde notatur, quod dictio plerunque significat regulam. *Inst. de legit. patr. tut. §. quia*, & hac ipsa ratione regula apud nostros fungitur vice diffinitionis *l. 1. ff. de Reg. Cat.* & nomen diffinitionis pro regula usurpatur *l. omnis definitio ff. de reg. jur. ut Vigil. declarat Inst. de testam. ordin. in principio, Ant. Aug. l. 3. emend. c. 9.* & omnes eruditiores admittunt, & libri *Papiniani*, quos diffinitionum inscripsit, manifeste demonstrant. Cœterum si quando nomen hoc propriè usurpetur, tunc & jureconsulti diffiniunt debere cum diffinito converti, quo nomine *Ulpianus* Servium repræhendit in diffinitione doli. Regula cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum *l. 1. ff. de reg. jur. diffinitio autem non perdit officium, sed non est diffinitio;* *l. 10. Et ideo omnis regula habet exceptionem d. §. quia ubi glof. quia non de omnibus est, sed de plerunque contingentibus.* Verum tamen est, quod ea respiciens statuit universaliter, & absolute, ut jus in artem redigat. Qua ratione juris scientiam esse *Celsus* dixit *in l. si servum §. sequitur ff. de verbis. obligat.*

**II SED SUFFICIT.** Quoniam exactum non simili modo in uno quoque genere exquirendum

dum est, Aristoteles l. 1. Ethyc. c. 3. sed eam explicationem requirere debemus, quam rei ipsius natura pati potest. Vitium est enim ab Oratore demonstrationes exigere. Tum sufficit, quoniam, & iis casibus, qui præter legem eveniunt, alio remedio lex occurrit, de quo in l. non possunt, &c. seq. in fin. eod.

## In L. II.

- 1 Lex ista à præcedenti consequentiam ducit, & quomodo.
- 2 Arguitur contra hanc legem ex legibus sequentibus, ex l. placuit C. de judic.
- 3 Questionis status duplex, in altero dubium est de sententia, in altero certa.
- 4 Certa cum sententia est, non est Princeps adeundus.
- 5 Cum dubia, & incerta sententia legis est, Principem adire oportet.
- 6 Exemplum sumitur incerte sententiae ex l. quoniam indignum C. de testam. an in legatis obtineret.
- 7 Aliud ex l. ult. C. de testam. manumis.
- 8 Quadam interpretatio legis est, quedam pro lege.
- 9 Accursii intellectus examinatur.
- 10 Princeps quomodo procedat interpretando, & constituendo.
- 11 Principem optimum esse debere.

## L. VI. Idem Lib. 90. digestorum.

**E**T Ideo de iis, quæ primò constituantur, aut interpretatione, aut constitutione optimi principis certius statuendum est.

**E**T Ideo. Verba hæc ostendunt consecutivè ad præcedentem legem hanc esse subjectam hunc in modum. Quum Leges, & Senatus consulta non ita scribi possunt, ut omnes casus compræhendantur, ideo dubitare accidit de iis Legibus, & Senatusconsultis, quæ primò constituantur, an aliquem casum compræhendant, vel ne; quod non accideret, si omnes compræhenderent ab initio. Hac dubitatione exorta certius id statuendum est, aut interpretatione, aut constitutione optimi Principis, quod dubitatio submoveatur. Cæterum obstant leges sequentes, l. placuit C. de judic. l. in omnibus ff. de reg. jur. Cur enim Principis desideratur interpretatione, si per processum de similibus ad similia possint ii casus certa jurisdictione suppliri? Aut æquitate ante oculos habita, si non ex scripto, ex sententia tamen legis, ex bono

& æquo diffiniri? Sed potest duplex esse questionis status; Alter, quum verba legis dubia sint, sententia autem certa, aut quum planè pugnant verba cum sententia. Alter, ut quum verba sic sunt dubia, aut argumenta hinc inde proposita talia sunt, ut dubiam quoque sententiam reddant. Exemplum in primo casu erit lex illa: *Quicunque muros Civitatis ascenderit, capite puniatur*; quum hostes murum ascenderent, civis ascendit, ut eos depelleret, petitur ad supplicium; verba legis eum comprehendunt, attamen & sententia in contrarium certa est, non eum reum esse, qui civitatis servandæ causa ascenderit. Simile etiam illud est; *liberi parentes alant, aut vinciantur*: Num infans, quia non alat erit alligandus. Tertium etiam cum prædictis ex Quintilian. desumitur lib. 7. c. 7. *Qui nocte cum ferro depræbens erit, alligetur*. Inventusne cum annulo ferreo, an cum ferro nocendi causa erit alligandus? In iis planè omnibus sententia legis est certa, & quæstio judicantis sententia diffiniri poterit, & contraria locum sibi vendicant. Quum vero dubia quoque sententia redditur, Principis interpretatione, aut constitutione statuendum est, ut hac lege. Exempla afferri pleraque possunt ex Justiniani decisionibus, quas, ut veterum controversias dirimeret, *Lampadio*, & *Oreste* consulibus, edidit. Quarum exempli causa duas afferre sufficiat, quæ, velut insigniores fructuosam explicationem habent.

6 Prima sit, quod, quum *Constantinus* Imperator in l. quoniam indignum C. de testam. statuerit circa hæredum institutionem non esse necessariam verborum observantiam, ut directis verbis conciperetur, in legatis tamen dubitatio erat, an minus aptis, congruisque verbis inutiliter conciperentur. Obstatbat ipsis legati diffinitio, quam *Ulpianus* in frag. tit. de legatis retulit, ut illud sit, *quod legis modo imperative relinquitur*. Verebantur omnes, an, si pari jure legata, quo fideicomissa censerentur, non esset quedam confusio eorum, quæ lex distincta volebat, argumento l. si iisdem C. de codic. Contra quod in institutione receptum erat, quæ caput est testamenti, §. ante hæredis, *Instit. de legatis*, multò magis in ipsis legatis recipiendum videbatur. At forte, quod per eam subverteretur testamentum, per legata non ita, benignius cum ea, quam cum legatis agendum fuit. Plura hinc inde afferri possent, quæ judicem anticipitem esse cogent, quumque non sit certa sententia, nec ullum habeat æquitatis argumentum, quoniam ex voluntate dubia desumi non potest, quidquid hic statuendum est, in modum legis, non sententiae pronunciandum est. Certius ergo hac de re statuit

N

it Imperator in l. 2. C. *commun.* de legat. Certius, quum non satis est certum quid statutum sit, ac ita non est certa sententia, quum enim ea certa est, frustra certius statui desideramus, propter regulam juris, quod verba nunquam sensu potiora esse debent l. 3. C. de lib. *præter.* cum similibus. Altera species huic rei accommodissima legitur in l. ultima C. de testam. man. Constitutione *Divi Marci* relata in §. 1. In §. de eo, cui lib. can. bon. adj. caustum erat, ut libertatum conservandarum gratia bona adjicerentur servo testamento manumisso, cujus nemo hæreditatem adiret, si de solido solvendo creditoribus idoneè caveret, & hoc primò constitutum fuit. Postea addubitatum est, an si res hæritariæ interim venditæ es- sent, servus recuperare posset. Amplius quid si plures simul eodem momento bona sibi adjici peterent? Quid si bonis adjectis, alias meliorem afferat conditionem? Revocare ser- vum in libertatem iniquum, conditionem sper- nere meliorem non satis justum esse videba- tur. Pro iis non judex fuit, sed optimus Princeps adeundus, qui certius statueret interpre- tatione, & constitutione. Sic statuit *Justinianus*, ut remedium annale daretur ad recu- perandum ex *Ulpiani* sententia, ut petitores simul admitterentur, ut priore in libertate manente posterior meliorem afferens conditio- nem audiretur. Desiderabant hæ dubitationes legem ob incertam sententiam. Ex iis facilè intelligi potest, qua ratione lex ista a sequen- tibus planè differat. Ad idem ferè pertinent l. 1. l. *humanum* l. ult. C. de legi. & hujus sententia videtur quoque esse D. Thomas in l. 2. q. 96. art. 6. *Connarus lib. 1. c. 1. num. 7. Albericus Bolog. De leg. jur. & Aeq. c. 34. n. 2.* Et dilucide probant verba sequen- tis legis, ibi: *sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, & ibi dicam.*

**AUT INTERPRETATIONE.** Interpretatio verborum ad Jureconsultum pertinet, qua ra- tione *Ulpianus* verba *Edicti* interpretatus est, tum Senatusconsulti illius de petitione hæritatis delibera- ntis, l. item veniunt, §. *præter bac in fi. ff. de petit. hæred. l. 1. §. Prætor ait ff. qui satisd. cog. l. 3. §. 1. ff. de neg. gest. l. ait Prætor ff. de min. cum simil.* & est inter- pretatio legis. At hæc interpretatio voluntati- vis videtur, & pro lege esse. Quod rectè pro- bat l. ult. C. de legi. Quod enim ibi ait Imper- ator; *si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum Imperio esse oportet, ad quam interpre- tationem referendum sit, paulò infra aperit his verbis, vel quis legum enigmata solvere, &*

*omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli legislatorem esse concessum est?* Enigmata vero nihil aliud, nisi legum sententiam perplexam, ac penitus incertam nobis ostendunt, quod quum non rectè percepit *Accursius* ad 9 verborum interpretationem hoc verbum retu- lit. Quod, ut non est absolútè falsum, sic potest aliquo casu verum esse, velut si de verbis ip- sis sit controversia inter Jureconsultos; at vix est, ne Judex diffinire valeat, nisi quæstio, non tam verborum, quam voluntatis pendeat, ut in l. cum avus, ff. de cond. & demon. in l. cum acutissimi C. de Fideicom.

**CONSTITUTIONE.** In d. l. ult. C. de testa- men. manu. quædam *Justinianus* interpretatur, quædam constituit; Interpretari est sententiam incertam reddere certam, constituere est addere, non simpliciter interpretari. Quod primò con- stitutum est, interdum incertum est, quoad se ipsum, aliquando licet certum in se sit, ejus tamen occasione dubitationes oriuntur, non de eo, sed propter illud; In priori specie optimi Principis interpretatio, in posteriori constitutio delideratur, ac ita reor.

**OPTIMI PRINCIPIS.** Ne putas ad orna- tum pertinere adjunctum hoc, sed quod sem- per Principem optimum esse deceat, magis autem in legibus primò constituendis, maximè vero in constitutis interpretandis, aut aliis le- gibus superaddendis. Id enim vitium detegit in superiori lege, & quoquomodo mutationem inducit, quod faciliter facere nihil aliud est, quam virtutem legis infirmam reddere. Aris, 2. Polit. c. 6. Neque vero multum tribuet populus illi legi, quam velut incertam, & ambiguam disceptationis causam præbere conspicet, & aliam desiderare post se legem. Princeps de summa legum tractare videtur, quid sanctum sit, quidve sanctiendum in hoc ipso perstringens; optimum ergo esse requiri- mus.

**CERTIUS.** Vitium incerti quale sit, libro singu- lari ad hunc titulum pa. 2. c. 9. explicatum est. Jus autem & potest, & debet esse certum l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.

In L. 12.

- 1 Si omnia scribi possent, nihil esset relinquendum arbitrio judicantis.
- 2 Pauciora tamen quam fieri possit arbitrio judi- cum committenda sunt.
- 3 Facti questiones ad judices pertinent.
- 4 Lex ista ad questiones facti pertinere non po- test

7. *reſt contra Jacobum Menochium.*  
 3. *Sententia legis dubia arbitrio judicis declaranda non est.*  
 6. *Extensiones omnes eò minùs favorabiles sunt, quod arbitrio judicum indulgent.*  
 7. *Bartoli decisio in l. in ambiguo ff. de rebus dub. legem habentem ambiguos intellectus non posse allegarè ad causarum decisionem, comprobatur.*  
 8. *Sententia legis manifesta satis dicitur, si promanat a ratione ejus unica, licet non expressa.*  
 9. *Nam ea perinde habetur, ac si scripta foret.*  
 10. *Judex est legislatoris interpres, ac justitia minister auctore Ficino.*  
 11. *Judiciorum laus, & utilitas.*  
 12. *Nullum simile est idem.*  
 13. *Similibus dissimilitudo, & dissimilibus similitudo sepe inest ex Quintiliano.*  
 14. *In hac lege similitudo ex paritate rationis existimari debet.*  
 15. *Dictio taxativa non impedit extensionem ad casus similes.*  
 16. *Sententia Alex. cons. 203. lib. 1. comprobatur, ut valeat exhortatio facta ex causa simili, vel maiorem rationem habente expressis in Authentis.*  
 17. *Similitudo est ibi, ubi est utilitas eadem.*  
 18. *Sententia eorum, qui similia arbitrio judicis committunt, reprobatur.*  
 19. *Baldi sententia existimantis, statutum, quod habet voluntatem pro ratione, non extendi ad casus similes.*  
 20. *Neque Legislator, neque Lex ibi est, ubi est pro ratione voluntas.*  
 21. *Verbum debet est verbum necessitatis, & pracepti.*  
 22. *Legibus, non exemplis est judicandum.*  
 23. *Accursius modestie laudatur, qui in legum defectum dixit, non esse propria glossemata alleganda.*  
 24. *Honestius est de aliorum, quam de propria sententia confidere.*  
 25. *Glossatoris distinctio reprobatur.*  
 26. *Lex, quæ ex alia lege, vel consuetudine declaratur, dubia non est.*  
 27. *Legis bujus regula etiam ad respondentes de jure pertinet.*  
 28. *Expenditur l. illud ff. Ad leg. Aquil.*  
 29. *Producitur etiam consuetudo ad casus similes.*  
 30. *Quando lex ista locum habeat distinctione declaratur.*

## L. XII. Idem Lib. 15. Digestorum.

**N**ON possunt omnes articuli singulariter latim aut legibus, aut senatus-consultis comprehendendi: Sed cum aliquia causa sententia eorum manifesta est, is, qui jurisdictioni praefert, ad similia procedere, atque ita jus dicere debet.

**N**ON POSSUNT. Ea ratione, qua dixi in l. neque leges, supra hoc titulo, quod fieri posset, nihil arbitrio judicantis relinquendum foret, cum id fieri nequeat, pauciora relinquenda sunt, Baldus hic post Aristotelem Rhet. cap. 1. Idem cons. 427. lib. 1. Refert, & lequitur Aymon. de antiqu. tempor. par. 1. sect. quid in lib. officialis num. 35. Menochius de arbitr. judic. in præm. in principio. Quia legislatoris judicium non de singulis, neque de præsentibus est, sed de universalibus, & de futuris, ut explicatum est, oportet senatorem, aut judicem esse, qui de præsentibus, determinatisque judicarent. Verum cum isti amerint, vel oderint (ut ait Arist. c. 1.) sua quoque utilitas conexa sit, non satis queant veritatem perspicere, sed propria, vel voluptas, vel dolor judicia sua obumbret. Quare minimam ceterarum rerum potestatem judicis tribuendam dicimus, factum vero esse, aut non factum, & fore, aut non fore, esse quoque, vel non esse, hec omnia, quum non possit lator legis providere, Judicibus relinquenda necessaria sunt. Hactenus Aristot. Itaque facti quæstiones ad judicem pertinent, nec super iis consulendus est Imperator, ut Adrianus rescripsit, quum quis seruos alienos sollicitasset, aut intercepisset, & an teneretur crimine plagi, quod ei intendebatur, quæstio esset, l. non statim ff. ad leg. Jul. de plag. Et ad id pertinere legem hanc visus est sentire Menochius de arb. judic. in proximo num. 3. Quod mihi falsum videtur. Julianus enim hac lege respicit ad juris, non ad facti quæstionem; facti quæstio semper ad judicem pertinet, non aliquo casu. Id autem permittitur judici aliquo casu, non semper. Et processus de similibus ad similia est diffinitio juris, non facti. Quod dicuntur pauca arbitrio judicantis committi debeare, non attingit ea, quæ in facto consistunt, quia quum a jure diffiniri non queant, l. mors, ff. de usur. l. quatenus ff. de regul. jur. jam judicis

judicis arbitrio commissa sunt. Igitur pauciora committenda sunt de iis, quæ commissa non sunt, id èd pertinet, ut nihil agant præter legem, nisi in quibus lex ipsa deficiat, agant tamen ex sententia legis.

#### SENTENTIA EORUM MANIFESTA EST.

Si quis hanc cum præcedenti lege conjunxerit,  
5 dignoscat, eos omnes errasse, qui dubiam legis sententiam judicantis arbitrio relinquunt.  
Cum dubia est sententia legis, adeundus est Imperator, l. præcedenti l. ultima C. de legibus, cum sententia legis est certa, licet judici  
6 ad similia procedere. Extensio omnis, vel èd minus favorabilis est censenda, quod sit arbitrio judicantis indulgens. Quò persæpe fit, ut non leges Magistratibus, sed Magistratus legi-  
bus dominantur. Salus autem Civitatis in eo  
maximè posita est, ut ait Plato lib. 4. de legi.  
7 Si Magistratus servientibus leges dominantur.  
Hinc descendisse videtur, ut jure jurando judi-  
ces ab initio Statuta Civitatum, in quibus ju-  
dicaturi sunt, se servaturos polliceantur. Ita-  
que, quum dubia legis sententia est, nulla fieri  
debet extensio, neque ejus interpretatio ad ju-  
8 dicem pertinet. Quo nomine defendi potest  
placitum illud Bartoli in l. in ambiguo ff. de  
rebus dubiis, quod lex habens ambiguos intel-  
lectus non debet allegari, quoniam ubi senten-  
tia legis non est manifesta, nullum sit judican-  
tis arbitrium, sed Principem oporteat adire. At  
ubi sententia manifesta est, judex planè, ma-  
gis, quām suo, arbitrio legis utitur, ut ideo,  
neque ob id res suo arbitrio commissa videa-  
tur. Et hoc rectius dicitur, ut judicibus ad  
9. iniquè judicandum angustior reddatur aditus.  
Erit autem sententia manifesta, non tantum si  
verbis expressa sit, sed etiam si ab unica, &  
explorata ratione sumatur, quia receptum est  
perinde haberi, ac si ratio esset scripta, glo. in  
l. quamvis C. de Fideicom. Alex. in l. si con-  
stante ff. sol. matr. Rom. conf. 32. num. 5. ubi  
Mod. add. facit tex. in l. nominatim ff. de  
leg. 3.

10 IS, QUI jurisdictioni pæcest Legumlatoris in-  
terpres est, ac iustitiæ minister Ficin. in Plat.  
11 de legib. lib. 11. Est autem judicium iustitiæ  
quædam praxis, & legum executio, quia pa-  
rum esset jus in civitate esse, nisi sint, qui  
jura reddere possint, l. 2. §. post originem, su-  
pra de orig. jur. Per eos, qui juridicundo præ-  
funt leges ad effectum perducuntur, ignorantia  
docetur errantium, malitia publica emendatur  
auctoritate, æquitas ipsa custoditur, & casus  
omissi per processum ad similia determinantur.  
. Ex iis itaque causis disceptationes judiciorum

apprime necessariaz fuerunt, ut ornatè admo-  
dum ac diffusè comprobat Petr. Tholos. lib.  
47. c. 1. synt. jur. uni.

**AD SIMILIA.** Difficilis admodum est similiū  
12 diffinitio, nam licet nullum simile sit idem  
l. quod Nerva ff. depo. sic tamen simile esse  
13 debet, ut planè videatur idem. Nam & dif-  
similibus simile inesse constat, ut formicæ, &  
elephanto genus, quo sunt animalia, ut docet  
Quint. l. 5. c. 11. & similibus dissimile, ut  
canibus catulos dissimiles esse dicimus, diffe-  
runt enim ætate. Quamobrem quomodo simile  
existimandum sit, planè dubitatur. Sed in hac  
14 lege similitudo ex paritate rationis existimanda  
est, Coras. hic num. 2. Menochius de arb.  
jud. cas. 84. n. 8. Sententia enim eo solo  
manifesta desideratur, ut ex sententia legis fiat  
extensio, ea fit ob rationis paritatem, & e-  
15 tiamsi adesset dictio taxativa non prohibetur  
extensio ad casus similes ex sententia glo. in  
l. ob es C. de pred. min. Et ideo sententia  
16 Alexandri conf. 203. n. 5. l. 2. postum. Gul.  
de Cun. in Autb. non licet C. de lib. præter.  
minimè, videtur improbanda, qui dixit præter  
causas relatas in §. causas, Autb. ut cum de  
app. valere exhæredationem factam ex causa  
simili, vel majorem expressis rationem haben-  
te. Similitudo igitur versatur in paritate ra-  
tionis. Quæ paritas rationis non est in omni-  
bus aut requirenda, aut existimanda, sed in  
eo, de quo agitur. Tunc planè similia erunt,  
17 ut leges ex legibus declaremus, cum tendunt  
ad eamdem utilitatem, l. nam ut ait, inf. eo-  
dem, quæ declaratio tum certior, tum cæteris  
omnibus & clarior, & verior videtur esse.  
Et ita paritas rationis ex utilitate mensuranda  
18 est. Ac ita rejicienda est eorum sententia,  
qui id etiam iudicis arbitrio committunt, ve-  
lut Innoc. in c. causam, quæ, de judic. Fely. in  
c. translato n. 11. de const. & aliorum, quos  
refert Menochius ubi sup. n. 7. quia eadem u-  
tilitas certum est similitudinis argumentum, ut  
judex ad hoc respicere, non suo arbitrio confi-  
dere debeat. Ex iis defendi poterit, quod  
19 tradit Baldus in l. 3. n. 4. C. de jur. dot.  
Et sequitur Dec. in l. quad contra, n. 2. ff.  
de regul. jur. quod statutum, quod non habet  
in se aliam rationem, quām quia ita placuit  
statuenti, non trahitur de similibus ad similia.  
Magis enim traheretur ex paritate voluntatis,  
quam rationis. Non obstat l. non dubium C.  
de legi, ubi sat esse videtur legislatorem ita  
velle, quia inibi supponitur voluntas ratione  
20 munita, neque enim legislator est, qui  
voluntate utitur pro ratione, neque lex,  
quæ ratione caret, verè lex est. At de senten-  
tia

tia veræ legis *Julianus* loquitur. Neque ipsa sententia aliud est, quam vera, & certa ratio legis.

- JUS DICERE DEBET.** Ait jus dicere, non legem ferre, ut potè quum ex sententia legis manifesta procedat, videtur ex lege lata jus dicere.
- 21 *Verbum debet esse necessitatis, & præcepti, gloss. in clem. 2. in ver. debeant de stat. mon.*
- 22 *c. ut fame de sent. excom.* Quod si non aliorum exemplis, sed legibus judicandum sit *l. nemo C. de sent. & inter. om. jud.* & ut ait *Procul. in l. sed licet ff. de offic. præf.* non tam spectandum sit, quid Romæ factum sit, quam quid fieri debeat, eoque loci *Accursius*
- 23 modestissimus legum interpres non esse in defectum legum, vel ipsa glossemata inducenda neverit, quoniam est ea pro lege usurpare, dicendum est multo minus judicem sui arbitrii
- 24 esse debere, cum longè honestius de aliorum quam de propria sententia confidere possit, & hoc casu non lex, sed verba legis deficiunt, quamobrem jus dicit ex lege, prout dicere debet. Ex iis patet minus idoneam esse Glos-
- 25 satoris distinctionem hic, ut si dubitatio sit super novo negocio, consulendus sit Imperator, si super lege, tunc procedatur de similibus ad similia. Nosse debuit *Accursius*, non esse dubitationem in lege, quæ certam interpretationem semper habuit, quia exploratum sit eam non esse mutandam *l. min. inf. eod.*
- 26 neque dubia videbitur lex, quæ ex alia lege, vel consuetudine declaretur *l. si de interpretatione inf. eod.* Ut enim sufficit sententiam esse certam per relationem ad acta, ut *not. in §. curare, inst. de act.* ita lex certa esse videbitur per relationem ad aliam legem, vel consuetudinem. Altera enim alteri videtur inesse, *l. ideo quia inf. eod.* Neque huic legi locus esse potest, cum dubitatio est in verbis, quia aliae sunt regulæ ad eam eximendam, vel ut propriè accipiantur, *l. non aliter ff. de legat.*
3. vel in benignorem, ac tutiorem partem *l. benignius cum seq. inf. eod.* neque in his admittitur processus de similibus ad similia, sed ubi sententia manifesta est, quo casu verborum dubitatio, vel nulla adest, vel sparsi debet servata sententia, ut *Modestinus* docuit in *l. scire oportet §. aliud etiam ff. de excusat. rutor. ibi: Sed, & si maxime verba legis bunc babeant intellectum; tamen mens legislatoris aliud vult.* Summa omnium sit, quod quæstio facti tota ad judicem pertinet, *l. non statim ff. ad l. Flau. de plag. Arist. 1. Rhet. c. 1.* Quæstio juris, aut emergit circa verba legis, & secundum juris regulas verba interpretanda sunt, aut circa mentem, & consulendus est

Imperator, aut, quum manifesta voluntas legis est, versamur in casu præter verba legis, cui convenit sententia, & procedendum est ut hic. Sic aliquando veteres legem deferentem patronis libertorum, libertarumque intestati successionem jure crediderunt voluisse etiam tutelas ad eos pertinere. *In l. de leg. pat. & dicitur ex leg. XII. tabularum illa tutela deferri, non quia nominatum id caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbis legis introducta esset, quod certè secundum legis nostræ regulam obtinuisse videtur, & inde dixi, & hoc casu jus ex lege dici. Hæc ipsa regula, & respondentibus de jure præscripta videri debet, licet *Joannes*, & *Accursius* subdubitent, quoniam eadem est ratio respondendi, & judicandi, vel respondendi major, quod judices prudentium responsis addicti quodammodo sint, & usurpassæ videtur *Julianus* in *l. ex facto ff. de nego. gest.* Ulpianus in *l. postularerit §. ratio ff. ad leg. Julianam de adult.* Pomponius in *l. quedam, §. nummularios ff. de eden.* Cajus in *l. nauta in fi. ff. naut.**

27 *caup. stab.* Idem in *l. illud ad l. Aquiliam*, quod eadem ratio esset in furto, & in damno; quanquam illa videatur potius producio coniuetudinis, aut observantiaz cujusdam, quam scriptæ legis. Producitur enim, quod Proconsul observat in furto a familia facto, ut præstari id sufficiat, quod præstaretur, si unus liber furtum fecisset, ne ex uno delicto tota familia dominus careat, ut etiam observandum sit in damno ex lege Aquilia. Manifesta sententia obtinet etiam in damno, ex

28 *quo loco poterit adnotari, legem hanc non tantum in lege scripta obtainere, sed etiam in consuetudine, ut ubi certa sit ratio consuetudinis, & in similibus obtineat, facit l. diuturna, l. imo magna inf. eodem.* Ut vero constituamus, quando ista lex locum habeat, dicendum est, quosdam casus compræhendi verbis, & sententia, ut in eo, qui corruptit Edictum propositum, *l. si quis id quod ff. de jurisd. omn. jud.*; quosdam compræhendi sententia, non verbis, ut cum lex prohibet extrahi frumentum, tu extrahis farinam, juxta tradita in *l. non dubium, C. de legibus*, Quidam vero casus non compræhenduntur, nec verbis, nec sententia, ut casus Galli respetu legis Vellejæ, sunt tamen similes compræhensis in *l. Velleja*, & tunc licet procedere ex lege ista de casibus compræhensis, sive verbis, sive sententia, dummodo sententia manifesta sit, ad casus non compræhensos, & in iisdem sententiam legis inducere, quod in *l. sequenti* mox clarius explicabitur.

In

- 2 Sententia notorioris iusta est nulla.  
Idem si contra regulas juris.
- 2 L. ob æs C. de præd. min. ad caussam utilitatis prævè producta.
- 3 Scævola Garbidius præxim bujus legis optimè docuit.
- 4 L. Gallus, §. item credendum, ff. de lib. & posth. declaratur.
- 5 Intellectus §. & quid si tantum ejusdem legis adducitur.
- 6 Explicatur §. quid si qui filium, ejusdem legis.
- 7 Gallus Aquilius, & lex Vellea ad eandem utilitatem respiciunt.
- 8 L. i. §. hoc interdictum ff. de font. expenditur.
- 9 Regula l. hujus, & l. non possunt, non ex vi, sed ex potestate legis ducuntur.
- 10 Interpretatio omnis, aut ex verbis, aut præter verba, aut contra verba est, exemplaque adducuntur ex quorumdam sententia.
- 11 Adversus quos dicitur legitimam patronorum tutelam ex mente, non ex verbis legis duodecim tabularum per interpretationem prodiisse.
- 12 Differentia est inter interpretationem, & conjecturam.
- 13 Franciscus Mantica laudatur.
- 14 Distinctio inter Judices, & Jurisprudentes.
- 15 An verum sit, quod generalia interpretetur, specialia vero suppleamus.

### L. XIII. Ulp. Lib. I. Ad Edictum Curulum.

**N**am (ut ait Pœdijus) quoties lege aliquid unum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, qua tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certa jurisdictione suppleri.

**L**ege. Idem etiam in senatusconsulto dicendum est, vel quia legis nomine comprehendatur, vel quia eadem sit ratio, & utilitas.

**BONA OCCASIO.** In hoc uno universa juris prudentia pendet, & nihil certè utilius est, sed nihil, quod magis periculo subjaceat. Errata præcipua eorum, qui judicant, vel de jure respondent, in hoc solo versantur. Vix erit

aliquem reperire, qui si leges certas ante oculos habeat, non eas sequatur, vel si recedere audeat, jam sententia tanquam notorie iusta, vitio subjacet nullitatis, quoniam de jure constitutionis pronunciasse videtur l. i. §. contra ff. que sententia, sine appellatione resci. Idem, si contra juris regulas, Decianus cons. 8. n. i. Ruynus cons. 41. num. 16. lib. 2. Vant. tit. de Null. ex def. proc. nu. 118. Sed in eo falluntur plerique, ut non satis pensent, an quod certa jurisdictione supplent, ad eamdem tendat utilitatem. Quo nomine doctissimos viros errasse non dubito, qui l. ob æs, C. de præd. min. & l. magis puto in fin. ff. de reb. eorum, dum ex causa urgentis æris alieni bonorum alienationem permitunt, & ubi nullum vertatur æs alienum, ob solam pupilli utilitatem valere alienationem defendere conati sunt, non tam supplentes legem, quam destruentes. Tantum distat, ut eadem sit utilitas in utroque casu, quantum ut ægro, vel fano medela paretur. Est enim æs alienum patrimonii morbus, qui alienatione curatur. Et cum hæc cauſa necessaria sit, non debet in argumentum deduci l. que propter ff. de reg. jur. Sed lib. 7. difficultum in prædictæ legis explicatione nihil prætermittam, quod reliquos ab eorum exemplo abstinere compellat. Justissime vero, quod hic Pœdijus ait, ac feliciter quidem Scævola Garbidius observasse visus est circa Galli Aquilii formulam, & l. Vellejam. Primum enim in l. Gallo, §. idem credendum ff. de lib. & posth. ait cum Gallus concepisset formulam de nepote, idem credendum de pronepte, est enim in eo eadem ratio, & utilitas; Ratio quia ita rumperet pronepos, ut nepos in casu concepto per Gallum: Utilitas eadem, quia formula Galli pertinet ad conservanda testamenta. Utroque conceptio conservat, ergo utilitas eadem. Tum in §. & quid si tantum, ubi dubitat, an concipi queat Aquilii formula in casu emancipationis, vel interdictionis, & quidem formula Galli loquitur de casu mortis, non de iis casibus. Ideo verba non convenient, nec etiam verba legis Velleæ, quoniam ea non loquitur de natis post mortem avi, ergo non Gallus, non Vellea hos casus attingit. Ait tamen Scævola ex sententia legis Velleæ hac omnia esse admittenda, ut ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sint, ut & in his casibus possint testatores institutionem concipere, non ut concepta in casu mortis ad hos casus trahatur, quod prævè plerique colligunt. Sed hoc non videtur ex sententia, sed ex verbis legis Velleæ, sunt enim verba legis ejusmodi: Qui ei suis futurus erit

erit, & ita convenient omni casui, quia, quavis ratione a potestate liberato filio, nepos succedit in jure sui §. *sui autem ver. sed ut nepos, in t. de hered. & qual. & differ.* Sed quia Vellea loquitur vivo testatore, conceptio Galli & horum casuum, eo mortuo, ideo ad Velleam non pertinent, sed ad *Gallum ex sententia legis Velleæ*. Et quod in suo casu introduxit Vellea, bona occasione arrepta supplevit *Scævola* in formula Galli *Aquilii*. Dum enim lex Vellea in specie sua admisit casus similes morti, facit, ut qui in Galli formula casus similes morti recipit, videatur recipere ex sententia legis Velleæ. Tum vero in §. *Quid si qui filium, ubi dubitatum est, si mortuo avo, filio autem apud hostes existente, nepos, qui post mortem avi nasceretur, rumperet, vel adhuc vivis filio, & nepote ( nec enim aliter construendam reor particulam, illis vivis, ut a falsa, vel impropria aliorum interpretatione abstineamus, quod particula vel satis insinuat, quia duplex est casus, alter, si filius decedat ante testatorem, & ad formulam pertinet, & concipi poterat, alter est, si filio apud hostes manente, nepos nascatur post mortem avi, & ita vel adhuc illis vivis, videlicet filio, & nepote ) dubitabatur, ne rumperet, & hic casus ad Velleam non pertinet, quia nepos natus est post mortem avi . Nihil tamen in eo Gallus induxit, quoniam loquitur de morte naturali, non de civili . *Scævola* tamen inquit ex regula legis hujus: *Melius eit ergo, ut bujusmodi utilitate praesertim post legem Velleam, quæ multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur.* Ergo eam interpretationem admittit propter eamdem utilitatem, non admissurus, si sine utilitate foret. Est enim ius nostrum ars boni, & æqui l. i. ff. de just. & jur. & id maximè spectat, quod est utile l. jus pluribus ff. cod. Gallus, & Vellea ad eamdem utilitatem tendunt, ne testamenta rumpantur, quod utile est, l. vel negare ff. quem test. aper. Introduxit Vellea, ut generaliter conciperemus formulas in omnem casum suitatis, & ideo multos casus rumpendi abstulit, non tamen omnes, quoniam & si generali formulam admiserit, restrinxit tamen se ad natos, vivo testatore; bonum ergo fuit, ut quemadmodum forma generalis admittitur de natis, vivo testatore, ne rumpant, cum hoc unum jam introductum sit, introducatur, & alterum, quod tendit ad eamdem utilitatem, ut & de natis post mortem eadem formula admittatur, quod, quia non introduxit Gallus, *Scævola* bonam nactus occasionem, feliciter affectus est. Idem in §. *si ejus, ubi quæstionem excitatam cognovit utilitate carere, reliquit**

indecisam. Igitur exemplum ipsius, velut speciosum, & ad legem hanc mirum in modum accommodatum afferre volui, ut ad illud resipientes, consultius cæteri agant, simul atque qui in illorum intellectus, §. aut dubitant, aut errant, certam simul, ac veram eorumdem explicationem affequantur. Huc etiam pertinet apertior, at non ita celebris locus Ulpiani in l. i. §. *bos interdictum ff. de fonte;* Inquit enim interdictum de purgando fonte habere eamdem utilitatem, quam interdictum de rivis reficiendis, quia nisi purgare, & reficere fontem licuerit, nullus erit ejus usus. Nihil aut certius, aut justius, quam eadem utilitate moveri. Et ut rem ipsam concludam, cum scire leges sit non tantum verba earum tenere, sed vim & potestatem, l. scire inf. 9 cod. regula l. non possunt, & l. bujus non a verbis, non a vi, sed a sola potestate deducitur.

10 *VEL INTERPRETATIONE.* Quidam interpretandi verbum latissime accipiunt, ita ut quomodounque legem mentem ex verbis, præter verba, vel contra verba Prudentes eliciant ad jus constituendum in casibus pro bono publico, dici debeant juris Interpretates. Exempla vero sunt secundum eos ex verbis in tit. *Interstitu. de leg. patr. tute. præter verba in l. cum avus ff. de cond. & demonib. contra verba in l. scire oportet, §. sed si maxime ff. de 11 excusa. tut.* Atqui legitima patronum tutela ex mente, non ex verbis. Ait enim Justinianus non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur; Sed quia perinde accepta est interpretatione, ac si verbis legis introductorya esset. Eo enim ipso quod hereditatis libertorum, libertarumque, si intestati deceperint, jussicerat lex ad patronos, liberosque eorum pertinere, crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelam ad eos pertinere. Est ergo id totum præter verba, non ex verbis. Et quum unum introductum est, nempe delatio successionis, ex regula *Predii*, & alterum introductum est, nempe delatio tutelæ. Similis est locus in l. utrum §. de eo ff. de petit. heredit. distinctio tamen vera videtur, quamquam interpretatio, de qua *Predius* intelligit ex verbis esse non queat, quoniam supplet, at interpretatio ex verbis sumpta videtur magis declarare, quam supplere l. i. §. *quamvis ff. de vent. insp.* Ulpianus ibi: *Quamvis sit manifestissimum edictum Praetoris, attamen non est negligenda ejus interpretatio.* Nisi dicamus aliud esse interpretari verba, aliud mentem ex verbis per interpretationem accipere. Sed si ita distinguamus, eadem erit interpretatio ex verbis, & præter verba, cum

quum semper ex aliquo expresso colligatur . Non obstat lex cum avus ff. de cond. & de-  
 12 monst. Nam multum mihi videtur interesse inter interpretationem , & conjecturam , Pa-  
 pinianus enim ibi conjectura pietatis , non in-  
 terpretatione aliqua niti videtur. Interpretamur  
 mentem legum , ut hac lege & præcedenti :  
 Conjicimus hominum voluntates , maximè po-  
 13 stremas. Meritò Franciscus Mantica non vul-  
 garis eruditionis vir librum , quem edidit , de  
 conjecturis ultimarum voluntatum inscripsit .  
 Quanquam conjectura pietatis apud Papinia-  
 num minus est , quam voluntatis conjectu-  
 ra .

**CERTA JURISDICTIONE.** Videtur mihi haec  
 14 distinctio interpretationis , & jurisdictionis ,  
 & ad Jurisprudentes , & ad Judices pertinere ,  
 Jurisprudentes enim interpretari consueverunt ,  
 l. 2. §. bis legibus ff. de orig. jur. Judices  
 verò certa Jurisdictione utuntur , qua seposita ,  
 nec judices essent , argumento l. judex postea  
 quam ff. de re. judic. loquitur ergo Pædius de  
 occasione , quæ Jurisprudentibus , & Judicibus  
 occurrit , & ab iis sumenda est .

**15 SUPPLERI.** Verbum hoc est adversus ali-  
 quorum distinctionem : ut interpretari dicamus  
 generalia , specialia verò suppleamus . Nam in-  
 terpretatio hinc pro suppletione usurpatur , ut  
 & usurpat Scævola in d. l. Gallus in §. quid  
 si , & ibi Baldus notat , & ideo hic locus  
 non pertinet ad nudam verborum interpreta-  
 tionem , sed ad eam , quæ est præter verba .  
 Et suppleri verba , non mentem dicendum est .  
 Quoniam illud , & hinc retinendum est , ut  
 sententia legis , vel senatusconsulti in casu , quo  
 aliquid introductum est , sit certa . Alioquin  
 nullæ sunt partes Jurisconsulti , aut Judicis , si  
 dubium sit in sententia , ut supra l. & ideo .

#### In L. 14.

- 1 Ratio quid significet ex Corasio .
- 2 Jus , & ratio juris adversus eum differunt .
- 3 Receptum dicitur , quod in mores , & consue-  
 tudinem transit .
- 4 Stipulatio sine consensu nulla est .
- 5 diffinitio contractus ex Theophilo .
- 6 Aliud est receptum esse , aliud esse constitutum .
- 7 Quædam consequuntur , posito actu , quædam po-  
 sita ratione actus .
- 8 Qui vult antecedens , vult etiam suum necessa-  
 rium consequens .
- 9 Accursii ad hujus legis declarationem exempla  
 varia .
- 10 Exemplum Corasii ex l. si domus , §. si pe-

cunia , ff. de leg. i.

11 Corasii in ea re notatus error .

12 Exemplum Authoris ex l. jubemus , C. ad Trebell. utiliter declaratum .

13 Quod ibi obtinet in liberis primi gradus , ne  
 fructus computentur in quartam , ad parentes  
 primi gradus non trahitur .

14 Limitatur lex ista , si productio fiat ex ma-  
 joritate rationis .

14 Majori summae ineſt minor .

15 L. ob æs C. de præd. min. obtinet multæ  
 magis in causa famis .

16 Paria sunt aliquid non fieri , vel fieri inuti-  
 liter .

17 Facilius confirmatur aliquid inutile , quam quod  
 aliquid introducatur de novo .

#### L. XIV. Paulus Lib. 54. ad edi- etum .

**Q** uod verò contra rationem juris  
 receptum est , non est producen-  
 dum ad consequencias .

**R** ationem juris . Hoc idem caput relatum  
 est in l. quod contra ff. de regul. jur. Ra-  
 tio tum hinc , tum alibi sèpè pro stricto ,  
 subtili , exactoque jure , quod cortici verbo-  
 rum adhæret accipi videtur d. l. quod contra ,  
 & l. nulla inf. cod. ita Coras. bic nu. i. Quod  
 planè falsum mihi videtur , neque enim idem  
 sunt jus ipsum , & ratio juris , nam frustra  
 diceremus , eamdem rationem idem postulare jus  
 l. illud ff. ad leg. Aquil. Sed hanc stricti ju-  
 ris rationem cenendam esse non dubito , quæ  
 non inhæret verbis , quum semper generalius u-  
 surpetur , ne sit eadem cum dicto , sed eo  
 2 generalior . Differunt penes me aliquid recipi-  
 re contra jus , vel contra rationem juris :  
 Primo casu jus contrario jure tolli videtur ,  
 secundo non ita , sed cessat eo casu . Paulus  
 itaque videtur contrahere Juliani , & Ulpiani  
 sententiam ad ea , quæ universali jure , ejus-  
 que rationi respondent , ut liceat tunc proce-  
 dere de similibus ad similia , quum a generali ,  
 non a singulari jure processus iste delumatur .  
 Et ideo id , quod recipitur secundum juris ra-  
 tionem poterit produci ad consequencias . Ra-  
 tio diversitatis est , quoniam hoc modo , tum  
 lex , tum ratio legis hac productione conser-  
 vantur . At per contrarium , quod plura sunt ,  
 quæ recipimus contra rationem juris , èd ma-  
 gis juris finem perstringimus , atque in angu-  
 stum redigimus .

RECE.

**3 RECEPTUM EST.** Receptum esse id maxime videri solet, quod in mores, & consuetudinem transit. Sic Scrova Juliani sententiam receptam dixit in l. Gallus §. ult. ff. de lib. & post. ut duobus capitibus legis commixtis induceretur lex, ne rumperentur testamento. Eodem plane sensu Ulp. in l. i. ff. de Senat.: ait usquam relatum, nec praecepsum esse, ut matres consularium consulares sint. Et ad rem nostram Cajus in l. servum ff. rem pup. sal. fo. ait si praesens sit pupillus, & fari possit, etiam si ejus etatis erit, ut non intelligas, quid agat, tamen propter utilitatem receptum est, recte eum stipulari, & agere.

**4** Id certe contra rationem juris receptum est ob defectum consensus, sine quo nulla esse stipulatio solet l. i. §. adeo ff. de pac. Ratio juris exigit, ut in unoquoque contractu utriusque contrahentis consensus interveniat, argumento l. sicut C. de act. & obli. quæ vel a diffinitione contractus tradita per Tbeoph. Inst. de abl. prope finem commodissime sumeretur. Ille ibi diffinit, contractus est duorum pluriumve in idem conventio, & consensus ad constitendum obligationem, ut alter alteri fias obnoxius. Sed cum id in pupillo receptum sit, non est producendum ad consequentias. Et si ita interpretamur, aliud erit receptum esse, aliud constitutum esse, & de iis, quæ constituta sunt capita sequentia tractare videntur.

**7 CONSEQUENTIAS.** Quædam consequuntur posito actu, quædam posita ratione actus, quæ consequuntur actum, ad hanc legem non pertinent. Ideo Cajus in d. l. servum, ubi dicit, recte pupillum stipulari, subjecit, & agere. Nam stipulationem actio ex stipulatu, vel certi condicione consequitur inst. de verb. obligat. in princ. Stipulatio verborum obligationem parit, nam ob eam fit l. §. §. conventionales ff. de verbis. obligat. obligatio parit actionem l. licet §. ea obligatio ff. de procur. Cum itaque aliquid contra rationem juris receptum est, illud statim productur ad ea omnia, quæ consequuntur id, quod receptum est, propter regulam juris, quod qui vult aliquod antecedens, suum etiam necessarium consequens velle intelligitur §. si ab hostibus Inst. quibus modis jus patr. potest. sol. Ceterum consequentias hic existimat Paulus, non per relationem ad actum, sed ad rationem ejus, quod agitur. Accursum afferit exempla nonnulla. Primum ne privilegium hypothecæ mulieri competens, cum competat & filiis, ad extraneos hæredes producatur juxta l. assiduis cum gl. in ver. eis, C. qui pot. in pig. hab. est enim contra juris regulam, qua prior tempore pri-

or etiam est in jure d. l. vers. duabus. Secundum sumit ex l. i. in fi. inf. tit. prox. At ibi non de eo agitur, quod receptum est, ut hic, quamquam eadem ratio sit, & in singulari jure, & in personali constitutione, ut non trahantur ad exemplum, non tamen sunt idem. Tertium sumit ex lege 2. C. de patr. qui fil. distr. ut filius e contra patrem distrahere non possit. Sed pater distrahit jure Patriæ potestatis, quo olim licebat etiam occidere l. in suis ff. de lib. & postb. at filius nullum jus habet in patre, & eamdem fere contineret repugnatiæ, quam si diceremus, dominum a servo vendi posse. Nulla igitur ratio productionis adesset etiamsi licita productio foret. Afferit Corasius exempli causa speciem Ulpiani in l. fidamus §. in pecunia ff. de leg. I. qui, si haeres servum hæreditarium præstare recusat, forte patrem suum, vel matrem, vel fratres naturales, æquissimum ait ex hac causa estimacionem officio judicis præstare. At cuum alicui peculium legatum est, & velit haeres æstimacionem præstare, quia iniquum dicat, id separari a se, non impetrabit a Prætore. Et ita, quod in persona recipitur, ad res non productur, ex eodem affectionis argumento, quod dura separatio sit. At Ulpianus subjicit ibi. *Aia enim conditio est hominis, alia cœterarum rerum.* In hominibus enim benigna ratione receptum est, quod supra probavimus. Igitur negat productionem, quia non sit ratio similis, non quia primum contra rationem receputum sit. Et quidem contra eam rationem est, quæ jubet, quisque uti legasset rei, ita jus esse l. verbis legis ff. de verb. significat. & quod legatum ab hærede præstari debeat, §. i. inst. de leg. Ad id tamen non respicit Ulpianus. Quinimo productio quædam ibi legitur de patre, & matre ad fratres, quod non sat tis expendit Corasius. Igitur statuendum est, quod hic Paulus, ait facile faciendum non esse, non autem nunquam esse faciendum; Faciendum est autem, cum ex hoc relaxatio quædam juris sequitur. Non est faciendum cum eversio. Ideo dura separatio personarum cum visa fuerit, illud in conjunctis personis recipere, laxamentum juris dici poterit, quo æquissimum dicitur. At producere illud ad res, erat jus evertere, non relaxare. Toties ergo hæc productio vitanda est, quoties evertit jus magis, quam duritiem lenire videatur, toties facienda erit, quoties non tam evertere jus, quam dirigere, ac emendare videbitur; quam laxamenti rationem suggestit eo loci Ulpianus, dum æquissimum esse ait illud primum. Quoniam æquitas laxamentum est quoddam lib. singulari ad hanc tit. par. 3. dictum est. Exemplum

O

emplum omnium accommodatissimum defuncti potest ex l. jubens C. ad Trebell. qua sanctatur liberis primi gradus fructus in quartam ex Trebell. non esse imputandos, quod contra juris rationem recipi exploratissimum est l. in fideicommissariam ff. ad Trebell. hactenim imputatio reddit pleniorum fideicommissorum restringitur. Quæritur tamen, an quod in libris primi gradus constitutum est, id in ascendentibus primi gradus obtinere possit per productionem ad consequencias. Videtur par adesse ratio, l. nam & si ff. de inoff. test. & partis gradus, facit l. non possunt, & l. nam ut sit, supra eodem. Contrarium tamen decidit Bartolus in d. l. in fideicommiss. & Alexander sequitur, & communiter recipitur, quicquid in curia Delphinatus judicatum referat Guid. Pap. q. 473. & apertissime probatur ex hac lege. Quoniam id, quod producere volumus, non est secundum rationem juris, quo casu obtinerent l. non possunt, & l. nam ut sit, sed contra rationem juris, & rectissime, cum dubitari posset an filiorum appellatione venirent nepotes, ad libertos primi gradus eam retulisse videntur. Attamen & si producere haec fieri non possit ex paritate, vel identitate rationis, quominus adversemur juri generaliter scripto, ejusque ratione, fieri tamen poterit ex majoritate rationis. Insignis est locus in l. unica in fin. princ. cod. de rei uxori. at. ubi cum stipulationem intelligi adhibitam fuisse, si interposita non esset Justinianus decreverit, ait, multo magis etiam si inutilis est, validam eam effici. Et ita, quod contra rationem introductum est, producit ad consequencias ex majoritate rationis; Neque obiiciat quis, eam productionem fieri Imperatoris constitutione, ut in servo corrupto deducit Accursius l. ut tantum ff. de serv. corrup. quae utilita tribuit pro filio corrupto, eoque nomine ait, utiliter extendi l. si quis servus C. de fur. & serv. corrup. quod non inficior, quia etiam idem licuisse Jurisprudentibus in specie superiori constanter existimo. Nisi forte quispiam non inutiliter dixerit, sic nullam adesse productionem, sed unum casum sub altero contineri. Ut enim majori summae inest minor l. minor §. si stipulanti ff. de verbis obligat. sic quia magis est fingere stipulationem, ubi nulla sit, quam inutilem confirmare, qui primum decernit, videatur utrumque decernere, quod ei alterum videatur inesset. Similiter l. ob a. C. de præd. min. obtinet, si alioquin fame minor pereat, plus enim est urgeri fame, quam ære alieno. Ex iis constat vulgatum illud, paria esse aliquid non fieri, vel fieri, & fieri inutiliter, l. quies ff. qui satis cogans. non omni ratione

verum esse, quia alterum altero ab eo, quod utile est, remotius est, & facilius confirmatur, quod inutile est, quam de novo aliquid introducatur, argumento l. patre furioso ff. de bis, qui sunt sui vel alieni jur. Parta sane sunt quoisque alterum maneat inutile, quia sine effectu. In reliquis minime paria. Inutile enim ad id, quod est, accedit aliqua ratione, non ens autem nullo modo.

## In L. 13.

- 1 Regula firmiter inherendum est.
- 2 Testamentum imperfectum inter liberos valet. Declaratur, si imperfectum sit ratione solemnitas, non si ratione voluntatis num. 10.
- 3 Juris regula pendet ex ratione juris.
- 4 L. si servum, §. sequitur, cum §. ult. ff. de verb. oblig. declaratur.
- 5 Non entis nullæ sunt qualitates.
- 6 Officium judicis nullam supponit obligationem.
- 7 Stipulatio hominis mortui inutilis est.
- 8 Nemo debet posse suo facto propriam tollere obligationem.
- 9 Obligationem culpa interveniente perpetuari publicam continet utilitatem.
- 10 Perfectio testamenti refertur ad quatuor et Baldo, ad materiam, ad formam, ad solemnitatem, ad confirmationem.
- 11 Causa pia in testamento imperfecto liberis aequatur.
- 12 Nomen testis scribi debet cum duabus saltem demonstrationibus.
- 13 Locus loci in testamento scribi debet.
- 14 Consensus est materia remota stipulationis.

## L. XV. Julianus Lib. 27. digestorum.

**I**N iis, quæ contra rationem juris constituta sunt, non possumus sequi regulas juris.

**I**N iis. Ex ratione dubitandi ad hanc legem insinuari videtur, quoad fieri possit, firmiter esse regulæ inherendum, ut docuit Accursius in l. omnis diffinitio ff. de regul. jur. id enim continet, ut quoisque possimus, regulas juris sequamur. Poterat autem dubitatio sumi ex quibusdam, vel iis similibus. Imperfectum testamentum inter liberos valet eorum speciali favore, & gratia, l. hoc consultissima §. ex impero.

*imperfecto C. de testam.* quod contra regulas juris est *l. si unus eod. tit. l. si quando C. de inoff. test.* Nihilominus sequimur regulas juris, ut voluntatis imperfectione vitietur, juxta regulam, *l. si quis cum ff. de test. l. furiosum Cod. qui test. facere poss.* Nam cum valeat imperfectum aliquo casu, non videbatur ceteris regulis de perfecto testamento subjacere, quasi illi testamento positae forent, quod non posset valere, nisi perfectum. Sic etiam cum utilitatis gratia receptum sit, pupillum stipulari posse rem suam salvam fore, si fari possit, licet non intelligat, quod est contra regulam *l. i. §. adeo ff. de patr.* qua cavetur, nullam esse stipulationem, quae non habeat in se consensum; attamen requirimus, ut fari possit *l. servus ff. rem pupil. salvam fore*, ut sequamur regulam juris aliam, quod stipulatio confici non possit, nisi utroque loquente *l. i. ff. de verbor. obligat.* Contrarium tamen Julianus respondet. Ut verò ratio hujus decisionis splendescere possit, constituendum est, quid communе habeant inter se ratio juris, & juris regula: Et sane, ut Paulus ait in *l. i. ff. de regul. jur.* *Regula est, quae rem, quae est, breviter enarrat, non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure, quod est, regula stat.* Ex iis intelligitur cum regula sumatur ex jure, non alia eam ratione constare posse, quam jus ipsum, a quo sumitur, quod igitur est contra rationem juris, consequitur esse contra ejusdem juris regulam, ut nihil minus regulæ ipsi, quam juris rationi repugnare videatur, quoniam ex ratione juris ad ejusdem juris regulam pervenimus. Quod ut utiliter explicetur, affero ejusdem Pauli pulcherrimam speciem in *l. si servum §. sequitur usque in fi. l. ff de verb. oblig.* Veteres constituerunt, ut ibidem resert, quoties culpa intervenit debitoris, perpetuari obligationem. Et effectus constitutionis est, ut si Sempronius Cajo Stichum debeat, & occidat, nihilominus Sticus peti possit, ut *ibi in §. ult.* Quod certè contra rationem juris, jurisque duas potissimum regulas introductum est. Altera est, quod non entis nullæ sint qualitates, *l. ejus qui ff. si cert. pet.* ac ideo nulla solet esse obligatio ejus, quod per naturam solvi impossibile est, *l. si stipuler. ff. de verb. obligat.* Altera est ut evitetur circuitus inutilis, neque frustra petat auctor, quod consequi non potest, cum necesse sit fieri condemnationem in pecunia munerata, non videbatur interesse stipulatoris hominem petere, quem consequi non posset, & ideo recta via id, quod interest, petendum videbatur, argumento *l. Dominus, qui testamento ff. de conditione indeb.* Sed cum ob interventum cuius

recedamus ab iis regulis, & earum jure, adeo ut etiam hominem mortuum petere possimus, quaritur apud Paulum, an illa obligatio ita perpetuata homine adhuc mortuo novari possit, & ait Paulus de hoc dubitari, quia nec hominem, qui non est, nec pecuniam, que non debetur, stipulari possumus. Nam condemnatio etiam si in pecuniam eo casu fiat, fit tamen officio judicis, quod nullam supponit obligationem, *l. qui per collusionem §. i. ff. de att. empt.* Et ait, ego puto novationem fieri posse, si hoc actum sit inter partes, quod Julianus placet. Sumit itaque Paulus rationem dubitandi ex regulis juris, quarum altera est inutilis esse stipulationem hominis mortui *d. l. si stipuler de verbor. obligatione §. i. inst. de inut. stipul.* & haec prohibet novationem respectu hominis. Altera est non posse novari id, quod nullo modo debetur *l. i. ff. de novat.* & haec pecuniam respicit. Sed cum contra rationem juris receptum sit hanc obligationem perpetuari, jam non possumus sequi illas juris regulas, quae ea ratione nituntur, & ab eo jure descendunt, contra quod receptum est, hanc obligationem perpetuari, itaque alio jure nobis utendum est, quoniam alioquin frustra id contra rationem illam juris introductum esset. Placuit autem veteribus ab ordinario jure recedere in hac specie, ne quis facto suo propriam tolleret obligationem, contra leg. sicut *C. de act. & obligat. & l. nihil tam naturale, ff. de regul. jur.* Quibus maxime repugnat, ut quamvis solo suo facto obligationem non introduxit, servum occidendo, possit suo facto tollere. Et quanquam certum sit stipulatori non posse, mortuo jam servo, aliud solvi, quam illud, quod interest, & satis hoc nomine ei consultum sit, nec aliter consuli possit, ea tamen constitutio de obligatione perpetuanda, non privatam, sed publicam respicit utilitatem, & non privati juris, sed publici conservationem. Non ergo intuitu stipulatoris obligationem perpetuat, sed publico intuitu, quia utile est, certos esse modos inducendæ, vel tollendæ obligationis *l. obligationum fere, §. placet ff. de act. & obli.* Tum verò improbo facto, quo quem magis teneri conveniret, a se ipso liberari contingere. Ex hac Pauli specie perspicuum esse potest, verba legis hujus ad eas dumtaxat regulas pertinere, quae ex eo jure sumuntur, contra cuius rationem aliquid introductum est. Ideoque in ceteris quantum fieri potest, sequi debemus regulas juris. Tum etiam compertunt est, qua ratione non obstantea, quae in contrarium adducta sunt. Nam quod attinet ad primam rationem de testamento imperfecto

10 non absolutè recipitur omnis imperfectio, sed imperfectio respectu solemnitatum. Perfectio  
 11 etenim testamenti referri potest ad quatuor, ut tradit *Baldus* in l. 1. ff. de testam. ad materiam, ad formam, ad solemnitatem, ad confirmationem. Igitur cum ibi remittatur sola imperfectio solemnitatis, quoad eam solam non possumus sequi regulas juris, in ceteris possumus, & ideo requiritur, ut sit perfectum ratione voluntatis, ac ita sentiunt *Baldus*, *Castrensis*, & alii tum in d. §. ex imperfecto, tum in d. l. si quis cum, quod maximè no-  
 12 tandem est pro testamentis ad pias caussas, quæ eadem privilegia fortuntur ob juris aequi-  
 parationem, ut per *Tiraquellum de privil. pie cau. priv.* 2. Socc. Jun. conf. 64. num. 11. vol.  
 4. Et ideo alias respondi super quodam testamento, in quo erat instituta Ecclesia, illud non fore executioni mandandum, quia cum duo tantum testes adessent, alterius nomen si-  
 ne cognomine scriptum erat, tum dictum era-  
 rat in domo, non autem locus loci designatus apparebat, non quia non valeret testamentum imperfectum ratione pie caussæ, sed quia sit remissa perfectio solemnitatis, non autem probationis, ideoque debeat legitimè probari per duos testes, licet non solemniter per l. ubi numerus ff. de testib. neque videatur testis le-  
 13 gitimè designatus per solius nominis expres-  
 sionem, cum requirantur ultra nomen salem quæ demonstrationes *Alexan. cons.* 158. num.  
 4. vol. 2. *Ruinus* conf. II. num. 15. & seq.  
 vol. 3. *Socinus Junior* d. conf. 64. num. 3. Tum maximè ex cap. relatum Cl. 1. extra de  
*Testamentis ibi*, tribus, aut duobus legitimis te-  
 stibus requisitis, neque enim iis demonstratio-  
 nibus prætermisisti intelligi potest, an legitimi  
 sint. Sic etiam respectu designationis loci debuit testamentum esse perfectum, quod hoc idem concernat probationem, non solemnitatem,  
 14. & ob id receptum est locum loci exprimi debere, ut contrarium probari possit *Bartolus* in l. de pupillo, § qui nunciat n. 2. ff. de no. oper. nunc. ubi de communi, & in puncto *Castr. conf.* 420. *Viso*, & examinato, nu. 1. lib. 2. ubi & de consuetudine testatur *Alex. conf.* 59. nu. 5. lib. 2. Denique nullum facit negocium l. *Servum ff. rem pupil. sal. fo.* quoniam, ut in l. 1. ff. de verbor. obligat. hoc anno disputavi, non consensus, sed verba per-  
 tinent ad materiam stipulationis, est enim con-  
 15 sensus materia quedam valde remota, cum qua visum est facilius, quam cum proxima stipulationis materia potuisse dispensari. Neque propterea sequitur regulas juris in eo, quod contra rationem juris introductum est, sed in alio.

**NON POSSUMUS.** Abnegatur potentia propter repugnantiam argumento l. ubi repugnans, ff. de regul. jur. repugnat enim in eo, quod contra rationem juris constitutum est, sequi regulam ejusdem juris eo modo, quo sequi jus ipsum, ex quo regula fit.

**REGULAS.** Regula hic accipitur eo sensu, quo in l. 1. ff. de regul. jur. non ut in l. 2. *su- pra eodem*, quoniam regulam illam semper se-  
 quimus, ab ista vero aliquando recedimus. Videtur autem caput hujus legis, tum ad le-  
 gislatorem, tum ad judicem pertinere, & aequa-  
 ad leges, & sententias ferendas aptari commo-  
 dissimile, ut accidentia requirunt judicem adi-  
 ri, vel Imperatorem juxta notata in l. & i-  
 deo, & in l. seq. supra eodem.

In l. 16.

- 1 *Jus universale à singulari distinguitur.*
- 2 *Æquitas dum scribitur, efficitur jus singulare.*
- 3 *Quid intersit inter equitatem, & singulare jus.*
- 4 *Senatusconsultum Vellejanum continet jus sin-  
gulare.*
- 5 *Contractus ab initio voluntatis sunt, ex post  
facto necessitatis.*
- 6 *Minor laesus restituitur adversus hanc necessi-  
tatem.*
- 7 *Non si ipsius minoris dolus intervenerit, aut in  
minimo sit laesus.*
- 8 *Non rectè quidam constituant jus singulare esse  
jus excipiendi.*
- 9 *Ex jure singulari etiam regulæ fiunt.*
- 10 *Jus singulare latius patet, quam jus pri-  
vilegiatum.*
- 11 *Tenor rationis qui sit.*
- 12 *Lex considerari potest, & per se, & in or-  
dine ceterarum legum.*
- 13 *Jus singulare cur aliqua utilitate nitatur.*
- 14 *Ratio deducitur, cur idem facilius tollatur,  
quam jus commune.*
- 15 *In jure communi major utilitas semper elucet.*
- 16 *L. prospexit, ff. qui, & a quib. præter alias  
diligensissimè declaratur.*
- 17 *Bartoli ad eam error deprehenditur.*

L. XVI. *Paulus Libro singulari de jure singulari.*

**J**US singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est.

**J**us singulare est, non quia in singularem personam introductum sit, sed intuitu juris universalis. Jus enim ipsum est universale, vel singulare. Universale in omne genus personarum edicitur, singulare vero non in singularem personam, quia nec jus est, sed in singulare personarum genus. Quod ita dignosci potest. Depositum esse reddendum jus universale est, non esse reddendum latroni, aut capitali crimeni damnato post publicationem bonorum jus singulare est, utrumque scriptum in *I. bona fides ff. depo.* Et, si ea retineamus, quae ad titulum explicata, sunt jus singulare est æquitas scripta. Dixi quidem æquitatem scriptam minime concedi, sed verum est, cum scribitur, effici jus legitimum, at non universale, sed singulare, & in hanc juris speciem incidit æquitas dum scribitur, ac nomen deserit æquitatis. Illud vero distat inter æquitatem, & jus hoc singulare, quod æquitas antecedit, jus hoc consequitur æquitatem. Illa emendat jus universale eo modo, quem explicavi. Jus autem hoc derogat, æquitas est circa singula; jus singulare & ipsum universaliter edicitur, & cum statuat æquitas, *Titio furioso gladium non esse reddendum, jus singulare non est circa Titum, sed ex Titio ad quemlibet furiosum inferens, statuit furioso gladium non esse reddendum.* Idem ergo jus, & singulare, & universale est, universale, si ad æquitatem respexeris, quae versatur circa singula, singulare quoniam non est universale absolutum, utrumque enim considerat *Arist. lib. 5. Ethic. c. 10.* quod universaliter, & absolute legislator loquutus sit. Absolutè loquitur, qui dicit depositum esse reddendum, vel ne; qualitatem adjungit, qui dicit furioso, latroni, reo damnato non esse reddendum. Est autem singularis qualitas adjuncta, non singularis persona, & ideo non obstat *I. jura supra eodem.* Quadrat etiam *Accurso exemplum de Senatusconsulto Vellejano*, nam fidejubentem obligari universaliter deduci videtur ex *I. sicut. C. de act. & obligat. ex toto tit. de Fidejussor.* Mulierem fidejubentem non obligari ex *Vellejano* est singularare quidem jus ad illius universalis differen-

tiam. Non singulare, quia de *Lucretia*, vel *Camilla* statuat Senatusconsultum. In *Lucretia* potuit æquum esse, at in omni muliere non tam æquum, quam justum est. Falluntur qui jus singulare jus æquum putant, est enim jus legitimum ab æquitate deductum, non tamen ipsum est æquum, nam & suis casibus poterit ab æquitate emendari. Contractus ex post facto necessarios esse, & semel constituta obligationi renunciari non posse, universale jus est d. l. sicut. Minores læsos, atque deceptos ab ea obligatione discedere beneficio restitutionis jus singulare est. Aliquando est emendatum, ne minoribus decipientibus illud remedium opituletur, neve ob minimam læsionem *I. 2. C. si minor se major. dixe. I. scio ff. de rest. in integr.* & casu occurrente ante eas latae leges non defuit æquitatis emendatio, & postea ipsa emendatio in jus singulare converta est, sed ita videtur utrumque singulare, & quidem est, sed prius illud est etiam universale, ac quasi genus subalternum, quod respectu superiorum species est, & ad inferiora se habet ut genus illud, de minoribus restituendis universale, ac singulare dici potest. Itaque primum edicitur nemini licere a semel constituta obligatione recedere. Tum singulari qualitate adjecta receditur, licere minoribus læsis. Amplius superaddita qualitate do*i*, vel minimi, neque decipientibus minoribus licere, neque in minimo læsis. At videbitur quibusdam nos ex duplicata qualitate non descendere ad jus magis singulare, sed ad universale redire, quod est falsum, quia jus est singulare ob qualitates adjunctas, ob quas esse non potest absolutum, neque tam reddit ad universale primum, quam secundo universaliter contradicit. Hinc detegitur error eorum, qui jus singulare constitunt omnem exceptionem de regula, quia & ex jure singulari regula constituitur, *I. ob es. C. de præd. min. I. quovies ff. de regul. jur.* Male etiam *Accurso* ad juris usurpat communis differentiam, quia & jus singulare est commune præceptum, & ita jus commune *I. 1. sup. eod.* nisi commune sumatur pro universalis; sed jus commune interdum ponitur ad differentiam juris privilegiati *I. si non speciali C. de Testam. I. ejus §. militia ff. de milit. test.* & hoc ipsum jus singulare est, sed non omne. Latius ergo patet juris singularis appellatio.

**QUOD CONTRA TENOREM RATIONIS.**  
Paulus idem, & Julianus in *II. proximè præcedentibus* dixerunt contra rationem juris, non contra tenorem rationis, sed ad idem resipiunt, & rationem pro tenore usurpant. Et autem

11 autem rationis tenor, ipsius rationis aspectus, id est proxima ratio, quae sese nobis offerit. Ita tenorem Instrumenti, vel scripturæ pro prima ipsius facie usurpamus. Duplex autem sese offert ratio juris, altera primo aspectu, altera postremo; primus aspectus rationem indicat illius juris in ea re, vel negotio constituti, veluti jus est, depositum esse reddendum, ratio obvia est, ne locupleteris cum alterius iactura, ac ne deponentis fidem fallas, & hæc est ratio in illa depositi lege. Sed quemadmodum lex illa legi universali respondet, quæ publicam salutem intendit, ac cives bonos efficit, & quidem est ordo legum, quo inter se colligantur, *i. bona fides ff. depositi*, firmorem rationem reperies, quæ communem omnium utilitatem considerat, cui contradicit reddi furioso gladium; & latroni spolia domino vendicante. Ergo aut legem aliquam per se consideras, & jus singulare est contra rationem illius juris, aut eamdem in ipso legum ordine colligatam, & invicem non contradicunt, sed juri legitimo cohærent, & illud ex utroque constat, & utrumque subjicitur æquitati, & illi cedit.

#### PROPTER ALIQUAM UTILITATEM.

Non est aliqua hæc utilitas quasi particularis, nam communem utilitatem jus omne querit ut finem, in quem dirigatur, ut secundo libro explicatum est, & privatam utilitatem, quæ non in communem dirigeretur, perperam quereret, quoniam ea non est finis ultimus, & nisi in communem consentiat utilitatem, non est utilitas, sed velamento utilitatis coperta pernicies. Aliquam ergo dicit utilitatem intuitu singularis circumstantiæ illius, que jus singulare constituit. Ut sicut propter adjetam qualitatem jus singulare est de aliquo, 13 non de omni, ita utilitas dicitur aliqua, quod reperiatur in aliquo casu. Hinc recte deducitur, quod hæc *not. Albericus* quodd, jus singulare facilis tollitur, quam jus commune, nam etiam hoc rationem habet utilitatis, quia major est utilitas in omni casu, quam 15 in aliquo. Quare ea posita necessitate ut alterutrum esset eligendum, eligendum est magis beneficium restitutionis omnibus denegari, quam omnibus concedi, successivè restitui minores etiam decipientes, quam non restitui deceptos, dupli enim utilitate posita, id sequi debemus, quod est utilias.

**AUTHORITATE.** Hinc liquere potest etiam jus singulare esse jus scriptum, & ab æquitate distare, quæ præter legem scripta est. Ex quo recte deduci poterit, quid sibi voluerit 16 *Constantinus* in *l. i. C. de legibus* inquiens.

Inter æquitatem jusque interpositam interpretationem nobis solis, & oportet, & licet inspicere. Jus dicit, depositum esse reddendum, æquitas verò dicit non esse reddendum *Titio* furioso. Pendet interpretatio an ex æquitate constituendum sit generaliter furioso non esse reddendum, *Titio* non esse reddendum pronunciet *Judex* argumento *l. placuit C. de jud. furioso* reddendum sit, vel ne statuat *Imperator*, quoniam hæc est interpretatio posita inter jus, & æquitatem. Quod his verbis aperè probatur, quia jus singulare non secus ac universale auctoritatem desiderat constituentis. Quod si quis *Jurisperitus* ita generaliter interpretetur, interpretatio illius auctoritate non facit jus, ut docuit *Albericus de leg. jur.* & *equ. c. 35. nu. 6.* & seqq. quoniam ad hunc locum minimè respicerit. Et ejusmodi interpretatio non verborum est, quæ jureconsultis permittitur, sed sententiaz, quoniam æquitas emendat verba; Ergo interpretatio, quatenus ab æquitate pendet, tota refertur ad sententiam, ac ideo ad *Principem* pertinet, ut probatur in *l. & ideo supra eodem*. Ubi hanc interpretando differentiam adnotavi. Ac ita quidem *d. l. placuit d. l. i. recte conciliari* videntur. Quod amplius ex singulari *Ulpiani* responso minus commode adhuc ab aliis explicato iplius sententia declarata confirmandum existimavi. Ait ille in *l. prospexit ff. qui*, & 17 a quibus: *Prospexit legislator ne mancipia per manumissionem questioni subducantur, idcirco prohibuit ea manumitti, certumque diem prestituit, intra quem manumittere non licet.* *Ipsa ergo, quæ divertit omnes omnino servos suos manumittere, vel alienare prohibetur, quia ita verba faciunt, ut ne eum quidem servum, qui extra ministerium ejus mulieris fuit, vel in agro, vel in Provincia possit manumittere, vel alienare, quod quidem per quam durum est, sed ita lex scripta est.* *Æquitatis emendationem adversus ejusmodi duritiem, cur* 18 *negligat Ulpianus cæteri non intelligunt.* *Bartolus* adnotavit, legem, quæ generaliter loquitur ex defœtu rationis non esse restringendam, ut lucri amissio evitetur. Præter rem inducit lucri, vel damni considerationem, sed rectius dici videtur, *Ulpianum* ibi abstinere a jure singulari, & ab interpretatione posita inter jus, & æquitatem, non ab ipsa æquitate; *Æquitas* versatur circa singula, non querit *Ulpianus* eo loci speciem ex æquitate definendam, sed de jure singulari ex causa introducendo, abstinet, quod hoc non sui muneric esset, sed Imperatoris auctoritate fieri oporteret. Quod si in singulari specie accidisset, *Sulpitiam a marito de adulterio accusatam servum in Hispania, vel in*

in longinquō, tempore adulterii prætensi de gentem manumisſe, contra quem, vel nullum minimum querendi occurrat indicium, puto judicem aduersus legem tamē ejusmodi manumissionem habere posse innixum *i. placuit C. de jndic.* & ejusdem legis argumento. Nam Ulpianus non ad speciem singularem respxit, verum ad singulare jus, quod ex interpretatione inter jus, & æquitatem posita descendere, ac fluere poterat. Et quo argumento non audet jus illud inducere, eodem in relata specie æquitatis vim latenter insinuat, dura sit ita verba faciunt; Nam error in verbis potissimum desiderat æquitatem, sed eo etiam respxit, ne durities illa vicio ascriberetur legislatori, quod esset in verbis, non in sententia, & ita jurisdictionis judicis eam moderationem poterit admittere, quam verba non patiuntur argumento *i. quatuor ff. de Injus vocatione*. Tribonianus autem æquitatē illam in jus recipere noluit, quod jus illud prohibitiuum, non perpetuum foret, sed ad tempus, ac ita modicum præjudicii servis afferret, argumento *i. sed & si §. ul. infra de jnd. faciunt, quæ dixi in i. ex iis supra hoc sit.*

In L. 17.

- 1 Celsus Ut ergo juris civilis scientiam, esse arbitratus videtur.
- 2 Argumentum in contrarium, quod juris non sit scientia.
- 3 Celsus in *i. si servum §. sequitur, ff. de verbis obligat. & se ipso convincitur.*
- 4 Civilis, sive legitime disciplina finis non est cognitio.
- 5 Lata, & impropria significatione scientia de juris civilis cognitione predicatorum.
- 6 An jus civile sit ars, dubitatur contra Ulpianum in *i. i. supra de just. & jur.*
- 7 Ars a natura discernitur.
- 8 Ars nulla in se ipsa versatur.
- 9 Justi, & injusti discrimen non recipitur in sensu, sed in intellectu.
- 10 Artis nomen magis, quam scientiae convenit juri civili.
- 11 Artis nomen in latissima significatione usurpatum.
- 12 Analogia explicatur, secundum quam jus art. recte dicitur.
- 13 An in hac lego subaudienda sit dictio taxativa.
- 14 Probatur esse subaudiendam.
- 15 Verba legis negligenda non sunt.
- 16 Eorum, qui contrarium defendunt, in proxima dubitatione consequentia prosternitur.
- 17 Vera istius legis explicatio per viam comparationis ex Domino Hieronymo Benevolento.

- 18 Jacobus, & Albericus recte potestatem vim extensivam interpretantur.
- 19 Reprobentur eorum error, qui putant, Celsus ad æquitatem respxisse.
- 20 Questio, quum vertitur inter verba, & sententiam, quomodo dirimenda.
- 21 L. si alii ff. de usufr. leg. declaratar.
- 22 Dupliciter consideratas aliquid agi proposito, & dispositione.

## L. XVII. Celsus. Lib. 26. digestum.

**S**CIRE leges non est verbis earum tenere, sed vim, & potestatem.

- 1 Scire. Sentire videtur Celsus legum esse scientiam, quod etiam Celsus adolescentis existimasse visus est in *i. si servum §. sequitur ibi: sub auctoritate juris scientia perniciose [ inquit ] erratur ff. de verbis obligat. Sed Ulpianus artem, non scientiam, juris nostri studium esse voluit. Non esse scientiam, probatur tum ex parte rei, quam scire dicimur, tum ex modo sciendi. Ex parte rei, quoniam non sunt res necessariae, quæ nunquam fiant, res etenim subjectæ, ut ad rubricam declaravimus, humanæ actiones sunt, prout in his actum est refulgere justum, & legitimum, cum ergo hæc juris disciplina sit de rebus, quæ non sunt per se, & necessario, sed sunt a nobis, earum scientia esse non potest. Consequentia pater ex Aristot. sexto Moral. c.*
- 2 *3. & c. 5. Nam c. 3. probat scientiam esse habitum demonstrativum, ac proprieatatem, quæ necessario ita se habent, & nos ipsi existimamus se aliter habere non posse. Tum c. 5. ubi demonstrat prudentiam non esse idem quod scientiam, aut enim: Scientia quidem properea, quia id, quod in actionem venit esse aliter potest. At res, quæ subjiciuntur legibus ex nostra voluntate procedunt, & a-guntur, merito. Tum vero ex modo sciendi (Celsi Testimonium valeat) quoniam errari non possit, si eam animi certitudinem asséqui possemus, quia sciremus rem aliter se habere non posse. Quare, quod inquit sub auctoritate juris scientia erratur est illud adjicere, quo probat non esse scientiam. Neque illinc in contrarium aliter argumentari licet, quam si quis ex eo, quod aliquis est homo mortuus colligere vollet, eum esse hominem. Ut enim in il-*

in illo adjecto *mortuus* contrarietas inest, quæ totam hominis naturam interimit, facitque solum hominis nomen æquivocum remanere, ita adjunctum illud *erroris*, scientiæ contrariatur, & illud idem ostendit, non esse scientiam. Tandem, & a fine comprobatur, quoniam scientiæ finis est cognitio: Rerum vero agendarum, earumque disciplinæ finis est actio, vel esse. **4.** Etio; Quare nemo legibus operam navat, ut simpliciter sciatur leges, sed earum adepta cognitione de jure respondeat, sive jus dicat, & Republicæ administrationi præsit §. ult. inst. in *præm.* Quod ergo *Celsus* huc ait *scire leges* largo quodam modo accipiendum est, quatenus scientia sumatur pro omni cognitione, quæcunque sit, quo nomine ars etiam omnis docet, & potest vocari scientia, propterea quod cognitionem aliquam tradit. An ars **5.** sit etiam dubitari potest, ars enim est habitus cum ratione vera effectivus, ut tradit *Aristoteles* cap. 4. lib. 6. *Moral.* Eorum enim omnium, quæ sunt, a nobis quædam effici, quædam agi videntur, & effectio quidem ab actione diversa est, & non actionis, sed effectio artem esse necesse est, ut a prudentia discernatur, quæ habitus est cum vera ratione activus circa ea, quæ bona, vel mala homini sunt. Amplius arti opponitur inertia, ut ille docet, legi autem illegitimum, juri injuria opponitur, in quibus magis iniquitatem, aut vitium, quam inertiam damnamus, & illegitimus non tam iners, quam iniquus est. Tum eodem *Ulpiano* authore bonos efficiere cupit, a malo deterret, æquum ab iniquo, licitum ab illico discernit, id autem est agere non efficere, & actio ejusmodi est circa ea, quæ bona, vel mala sunt. Ergo studium juris non est ars. Quod vel ipsa comprobat definitio, quia boni, & æqui non est ars, nam actio non effectio circa bona, vel mala consideratur, sive habitus activus. Tum vero illud est proprium effectio, quod effectetur, ut extra edatur. *Ideo Aris. lib. 2. Phys.* dicit artem esse principium operandi in alio, & hoc discrimine artem a natura discernit, quod natura est principium operationis receptæ in eo ipso, in quo natura inest, quam dicunt operationem immanentem, ars vero est principium operationis in alio, quam transuntem appellant; propterea in ipso artis operare ars non inest, sed extra est, nempe in animo artificis. Qua ratione *Connarus* lib. 1. cap. **7.** 3. nu 4. dixit artem nullam in se ipsa versari, & aliud artem esse, aliud opus artis, ac ideo jus pro studio usurpare Ulpianum assueverat, quod idem sit cum arte. Recipi autem in alio præter quam in corpore natu-

rali, opus artis non potest; quia omne opus artis est corporeum; sed artis nostræ operatio in animo recipitur, & in eo manet, eaque operatio est sine ulla materia, & justi, & injusti discrimen non recipitur in sensu, sed in anima intellectiva, ubi locus specierum esse dicitur, ut per *Arist. de anima lib. 3. tex. 6.* merito propriæ ars dici nequit: verum per analogiam quandam, & rectius quidem ars dici potest, quam scientia, artis enim nomen & in latissima significatione usurpatur, ut quacunque mentis nostræ artificioam cogitationem, vel operationem significet, & artificium in eo consideratur, quod ad propositum fixam ordinata per convenientia media progrediatur; sic & naturam ipsam lib. singular. *ad bunc titulum par. 3. cap. 2.* artificioam diximus ex *Hippocratis* sententia, & scientiis speculativis nomen artis aliquando tributum est minus latè, ac minus impropriè exceptis contemplativis ad omnes activas disciplinas transfertur, proprie ad operis alicujus corporis effectiōem.

**12.** Itaque *Ulpianus* inspecto methodo juris civilis quomodo per opportuna dirigat media in finem hunc, ut quis jurisprudentia consequatur habitum, ac propterea artificiose tractationis intuitu artem visus est appellare. Vel quæ ratione ars dicitur, quæ est alicujus operis effectiva in corpore aliquo, ita per analogiam ars etiam dicitur studium juris civilis, quod jurisprudentia opus in ipso efficiat animo. Sed de his fulsis est differendum *l. 1. difficultum cap. 1.*

**13.** *NON EST VERBA.* Dubitatur an subaudienda sit dictio taxativa, ut variis in locis subaudiiri notat *Alc. in l. anniculus la. 2. Gr. in l. provinciales ff. de verb. signifi.* & licet quibusdam visum sit, non esse subaudiendam, quoniam eam subintelligere frequens est apud Jureconsultos, ego a *Celso* subintellexi existimo ex more eorum. Movet me, quod alias imperfecta sit istius regulæ collectio, nempe, quod leges scire sit scire vim, & potestatem non verba. At quicunque ita verborum scientiam discernit, etiam id separare videtur, quo sine ut plurimum, nec vim, nec potestatem intelligere valamus argumento *legis Labeo ff. de suppelli. leg. lex est constitutio scripta cap. 1. dif. 1.* qui verba negliget, scripturam ipsam ac propterea legem omnem negligere, & ignorare videbitur; Neque vero, quod objec-  
tant consequitur, quod scire verba sit scire leges, concedo hoc esse falsum, sed non hoc consequitur, falsa enim est collectio disjuncta, quæ conjuncta fieri debet hoc modo, ut scire non tantum verba, sed etiam vim, & potestatem, sic

sit scire leges. Non disjuncta, ut quodlibet eorum per se sit scire leges, id enim a Celsi intentione nimis abhorret. *Ulpianus* confirmat, quod assero, in *lege nominis* §. *verborum ff. de verbis.* signif. *Verbum ex legibus* (ait) sic accipiendum est tam ex legum sententia, quam ex verbis, & ita conjungit utrumque, non abnegat de altero. Idem in *l. prospexit ff. qui, & a quibus ad verba legis se retulisse videtur, dum se in duram conclusionem incidisse animadverbit.*

**SED VIM.** Pro sensu resultante tam ex verbis, quam ex ratione legis interpretor. Voluntas, & sententia legis dicitur in *l. non dubium C. de legib.* Iniquum etenim est verbis legis niti contra ejusdem legis voluntatem, neque sensu potiora existere debent *lib. 3. cap. de lib. præzer.* Sic lex, quæ prohibet extrahi frumentum, de farina etiam sentit propter identitatem rationis, & verba de frumento, & sententiam de farina tenere debemus, alioquin non tenemus legem, sed sava prerogativa verborum eludimus, contemnimus. Et in hac re si verba consideramus, extensio est, si mentem, omprehensione. Sic vim, & sententiam edicti optimè tenuit *Ulpianus* in *l. si quis id, quod, inf. de jurisdict. omnium jud.* Tum Senatus Consulti Macedoniani *Julianus* in *l. si filius familias in fi. inf. ad Macedon.* quod hic *Accursius* notat.

**ET POTESTATEM.** Speciosam in his tribus explicandis *Hieronymus Benevolentus* comparationem afferre solet. Ignem, vel materiam, quamcunque ignitam si consideremus, tria quædam respiciemus, quibus hæc, in quibus scientia legum versatur, maximè respondent. Materiam ipsam nempe lignum, vel aliam, quamlibet, tum ignem inhærentem, & in ea ardentem, tertio calorem, qui circum diffunditur. Verba legis materiæ vicem gerunt, vis ejusdem igni comparatur, potestas vero calori. Calefacit ignis eam aeris partem, quam non attingit, sic sententia Legis Velleæ aliquando juvat casus Galli, qui ad eam non pertinent, *lege Gallus*, §. & quid si tantum, & §. sequenti ff. de liber. & posthum. id fieri videtur ex potestate legis, non ex vi ipsius. Quare non male *Jacob*, & *Aberic.* potestatem ipsam vim extensivam interpretantur: cum etenim sententiam legis in casu deciso manifestam ad casus non decisos producimus, hoc est ipsius legis potestatem tum intelligere, tum negotiis congruenter aptare, quod quomodo fiat in *l. non possunt*, & *l. nam ut ait*, supra satis videtur explicatum, in quibus legibus non verba, non vim, sed potestatem legis

consideramus, & ea præcipue utimur. Hinc 19 quorundam error corripiendus erit, qui huc vim æquitatis retulerunt, cum quibus sentire videtur *Duarenus tit. de just. & jur. cap. 2.* dum eum scire leges opinatus est, qui boni, & æqui artem optimè callens leges ex bono, & æquo interpretari valeat. Neque ibi jus singulare pro lege usurpatum, neque hinc lex pro jure. Tum vero legem de casu ad casum extendere, ut ex potestate legis fieri concedimus, sic ad officium æquitatis minimè pertinere supra *lib. sing. ad bunc tit. part. 3. cap. 3.* satis abunde probavimus: Tum vero cum æquitas sit legis emendatio, & ita aliud ab ea, jam scire legem esset, non scire quid esset lex, sed quid non esset lex, & ita nescire. Æquitas non est lex, ergo scire eam, non est legem scire. *Ulpianus* vero dum juris studium dixit artem esse boni, & æqui, ostendere voluit scientiam hanc non esse de universalibus, ut legum nostrarum pronunciata probe tecneamus, sed eorumdem ad particularia applicationem, quæ plurimum ab æquitate pendet. 20 Quærit *Albericus*, ubi quis & verba, & sententiam probe teneat, an verba sententiae, vel sententia verbis anterenda sit. Dubitat, quia interdum plus valet, quod scriptum, 21 quam quod actum est *l. si alii ff. de usuf. leg.* ubi *Modestinus* in ea specie, in qua testator alii fundum, alii usumfructum fundi legavit, eo proposito, ut alter nudam proprietatem haberet, errasse ait, & adversus ejus propositum usumfructum communicari; & quamquam *Bartolus*, & alii dicant non probari id, quod est actum, quod si probari possit, id sequendum esse; tamen hoc a verbis illius legis nimis abhorret, quia quod ait *Modestinus* plus valere scripturam, quam quod actum sit, determinat substantiam actus non probatio- 22 nem. Ego aliquid agi dupliciter intelligo, vel ut ita agatur, ut non in dispositionem aliquo modo transeat, & tunc obtinet regula, quod propositum in mente retentum nihil operatur *l. si repetendi C. de condit. ob caus.* potest enim aliquis proponere, & non disponere, quod proposuit; aut proposuit, & disposuit etiam, sive tacite, sive expressè, & tunc attendi, quod est actum, opinor, & ita intelligo *tit. C. plus val. &c.* quo nomine sæpiissime nostri inculcant voluntatem testatoris, quæ in dispositionem non transeat, non opitulari, quod maximè notat *Imola in d. l. quidam cum filium ff. de hered. inst. per eum tex.* ergo verba contradicunt proposito, & illud vincunt, non dispositionem. At sententia legis pro dispositione est *d. leg. non dubium C. de legibus.* Ergo nullo casu verba contra sen- ten.

tentiam interpretanda sunt.

In L. 18.

- 1 Benigna interpretatio secundum quid conservata.
- 2 Et in duritate legis toleranda benignitas aliquando versatur.
- 3 Cum pars judicum pro testamento, pars in querela inofficiosi, contra illud judicat, ea pravales, que pro testamento est.
- 4 Legem benignè interpretari tam Princeps, quam judices debent.
- 5 Verba legis nunc producenda, nunc corripienda sunt.
- 6 Alberici ad banc legem intellectus reprobatur.
- 7 Iстius legis cum sequenti vera differentia subnectitur.

L. XVIII. Idem Lib 29. Digestorum.

**BENIGNIUS** leges interpretanda sunt, quo voluntas earum conservetur.

- 1 **BENIGNIUS.** Benignitas non per se consideratur, sed ab effectu, & ita non simpliciter, sed secundum quid, id est ut voluntas legum conservetur, & in hoc debet esse benigna. *Ulpianus in l. prof. pexit ff. qui, & a quib. (ut dictum est supra in l. jus singulare) legem illam in sua duritate reliquit, nec benignam applicavit interpretationem, sed ea ratione id fecit, quo legis ejus voluntatem conservaret, & benigne in eo se geffit non Ulpianus, qui jus singulare inducere non potuit, sed Tribonianus, quia legem illam eo pacto conservavit. Ergo & in ipsa*
- 2 duritate toleranda benignitas est, quatenus legem conservat. Et quidem justissimè regula eiusmodi a legumlatoribus subiicienda fuit; ipsi enim cura privatorum pacta, conventiones, testamenta, actus denique omnes, quoad fieri potest, perire non patientur l. *quoties ff. de verb. oblig. l. quoties ff. de rebus dubiis l. proxime ff. de his que in testa. delen. l. ex hac scriptura ff. de Donat.* cum similibus, an legum suarum obliticas nulla ratione juvari præcipient? Igitur, quod in aliis statuunt, eodem jure & ipsi justissimè utuntur. Quare si in iudicio testamenti inoficiosi cum pars judicantium contra testamentum, pars pro eo sentiat, *Martianus in l. si pars ff. de inoffic. testam. humanius esse respondit, sequi ejus partis sententiam, que se-*

cundum testamentum prouinciavit, ita duplice interpretatione posita, altera, que legis voluntatem impugnet, altera, que conservet, ea retinenda est, que quo conservat, benignio est, altera prorsus rejicienda, cum huic regulæ apertissimè refragetur. Huc pertinet, quod tradit *Bal. conf. 294. Ad evidentiam lib. I. in fin.* quod verba legum non sunt judaice interpretanda; sequitur *Aymon. conf. 3. num. 23.*

**LEGES.** Accipe, ut in l. precedenti, quanquam interpretatio referatur ad verba, ratio tamen interpretandi sumitur ex vi, & potestate.

**4 INTERPRETANDÆ.** Ego verbum interpretandi latè accipio, & refiero tum ad eam, que reservatur Principi, ut in l. & ideo, tum ad eam, que judici permittitur, ut in l. nam ut sit, uterque enim id servare debet. Nam Princeps cum dubitat in aliquo casu de sententia legis, quod in eo satis certa non sit, dum certius constituit, ad id maximè respicere debet, ut in quibus casibus legis voluntas est certa, eamdem conservet; Nam tum iudex, tum Princeps, vel hic magis, quam ille de ea conservanda debet esse sollicitus.

**VOLUNTAS.** Satis ostendit voluntatis, non verborum haberi rationem; aliquando enim benigna interpretatio rigori verborum opponitur, l. ex hac scriptura ff. de do. Itaque verba legis nunc producenda sunt, nec vero corripienda; producuntur in l. si quis id, quod ff. de juris. om. jud. corripiuntur in l. quia quod ff. ad Mace. Tum vero benigna est interpretatione, que legem non sinit eludi l. non dubium. C. de leg. Ex iis nescio, an recte legem hanc intellexerit *Albericus* hic, qui dixit tunc procedere, cum lex duplēm habet intellectum, utrumque vitio carentem, ut sequamur benignorem, & hoc nomine a sequenti diffrerere, quod ibi virtuosa significatio evitetur, hic minus benigna interpretatio. Nam vel in duos incidimus intellectus, ex quibus æque conservatur voluntas legis, & non obtinet lex ista, vel altero magis, altero minus, & non potest carere vitio intellectus, quo legis voluntas minus conservatur. Mihi lex ista videtur ad totius legis interpretationem respicer, lex vero sequens ad unius ambiguæ vocis significationem, & hoc nomine satis diffrerere videntur, sed in eo convenire, ut virtuosa tum interpretatio, tum significatio evitetur, haec unam vocem, aut alteram, illa legem universalem respicit.

In

## In L. 19.

- 1 Alberti Bolognetti sententia circa ejusmodi legem.
- 2 Ambiguum dari supponitur contra Diodorum.
- 3 Ambigi exempla ex Quintiliano.
- 4 Ambiguum est, cum duo dicuntur ab eo, qui unum sentit.
- 5 Ambiguum dictum quasi ambivium, quod in duas ducat vias ex Corasio.
- 6 Differentia inter ambiguum, & obscurum.
- 7 Relata Alberti sententia confutatur.
- 8 Ejusdem error in intellectu l. prospexit ff. qui, & a quibus, reprobatur.
- 9 An eadem regula in ambigua voce hominis recipiatur, Corasii, & Authoris sententiae diversa.
- 10 Lex omni vito carere debet.
- 11 Si scholaris probendatus possit recipere fructus existens in studio, an si existat, nec studiis operam navet, recipere possit.
- 12 Alberici argumenta reprobantur, sententia probatur.
- 13 Verbum pervenire nunc latius, nunc strictius acceptum, & qua ratione.
- 14 Vitium est etiam referre legem ad casus singulares, non ad ea, que frequenter accidentur.
- 15 Dicitio præsertim causam finalem significat.

## L. XIX. Idem Lib. 33. digestorum.

**I**N AMBIGUA VOCE LEGIS ea potius accipienda est significatio, quæ vito caret, præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

- 1 **I**N AMBIGUÆ. *Albertus Bolognetus* in sape citato tractatu C. 34. num. 1. triplicem verborum statum constituit. Aut enim verba usque adeo dubia sunt, ut nihil plane sit, ex quo voluntas legislatoris colligi possit, ut non tantum de verbis, sed etiam de sententia dubitetur; Aut vero dubia quidem sunt, sed eorum talis est ambiguitas, quæ non tollat certitudinem sententiaz, neque prorsus impedit, quominus ad voluntatem, & sensum legislatoris aliquibus vestigiis perveniri possit; Aut denique verba nulla ex parte dubia sunt, sed undequaque apertissima; ita ut, quod in ea lege ambiguitatis inest, id non ex verbis oriatur, sed ex eo tantum, quod aperta legis scriptura a verisimili legislatoris mente videatur abhorre. Et in hoc tertio capite idem n. 8. tres casus distinguendos censer; primus est, cum verba aperta sic sunt, ut illud, de qua
- 2 agitur, expresse decident, atque determinent secundus, cum prorsus illud omittunt; tertius cum neque prorsus omittunt, neque etiam speciatim decidunt, sed generalibus verbis illud idem tantum complectuntur. Et in primo subdistinctionis casu opinatur procedere legem hanc, & ita eamdem inducit n. 10. Atque ita etiam intelligit l. prospexit ff. qui, & a quibus. Argumentum dicit ex dictione præsertim, de qua in hac lege, qua probatur, idem concludendum esse, etiam si voluntas colligi non possit, hoc enim implicari videtur; sed certè si verum amamus tantum habest, ut in relato casu possit ejusmodi lex procedere, ut nihil deterius possit pronunciari. Quod satis liquere poterit, si constituamus, quid sit ambiguum. Et dum querimus, quid sit, adversus *Diodorum*, cui *Crono cognomentum* fuit, & supponimus dari & verba, & voces ambiguæ, cum tamen ille contendet nullum esse verbum ambiguum, ut retulit *Aul. Gell. lib. 11. noct. Attic. c. 12.* quod enim, ut ait ille, nemo dicat ambiguum, vel sentiat, ne sentiat verum est, sed ne dicat porrò, falsissimum. *Cic. in Topicis, & Quintilia. lib. 7. cap. 10.* afferunt veces, & verba ambiguæ, veluti Hæres meus Uxori meæ dare damnas esto argenti, quod elegerit, pondo centum. Uter eligat queritur, quam ex proprietate sermonis utrique competit eligendi facultas, sed ex sententia alteri tantum competit. Rursus quidam testamento jussit ponni statuam auream hastam tenentem. Queritur, an statua hastam tenens aurea debeat esse, an hasta aurea in statua alterius materie. Sed in l. duo sunt *Titii ff. de test. tur.* propter duos *Titios* versatur ambiguum, ut in *Ajace* constituit *Quintilianus*, cum queri possit, an *Telamonis*, an *Oilei filius* intelligeretur. Ambiguum autem esse videtur, cum duo dicuntur ab eo, qui de uno sentit, ut disertè, probatur ex *leg. in ambiguo ff. de rebus dub.* Quare *Corasius* vim vocis expediens hoc loci dixit ambiguum esse, quasi ambivium;
- 3 quod in ambas ferat vias, ejus etenim videtur id esse proprium, ut duas tantum demonstret sententias. Hinc deduci poterit, quid intersit inter ambiguum, & obscurum: obscurum etenim latius patet, & comprehendit etiam casum illum, cum verbum potest plura comprehendere, & unum, plura tamen generice, ita sub ratione unius. Sed apud nostros unum pro altero usurpatur, & hæc differentia confunditur. *Pompanius in leg. si servit. ff. de servit. urban. pried. verbum generale*, quod verè erat obscurum, dixit ambiguum. Et ego arbitror, & de ambigua re, & de obscura voce legem hanc fore.

re accipiendam, cum eadem sit ratio in utraque. Quo posito constat contradicere, quod 7 astruit Albertus, quod verba expresse decident, & sint ambigua, quia nec plus possunt verba non ambigua, quam aperte, & expresse decidere. Præterea verba ambigua non abhorrent a sententia legis, si quidem eam exprimunt, sed aliam etiam exprimunt, quæ non est sententia legis. Et ideo miror, quod 8. propositum ff. qui, & a quibus induxit, in qua nulla est verborum ambiguitas, & quod inquit, ibi Ulpianus ait verba faciunt, tatis ostendet verba non esse ambigua. Itaque casus legis hujus, cum sit de voce ambigua ex ipsa suppositione evertit Alberti sententiam.

**LEGIS.** Neque verò eadem regula recipitur in ambigua voce hominis, ut hic Coras. sentit 9. Mihi videtur Julianus in l. quos idem ff. de reg. jur. idem sentire; Alt. quos idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipitur, quæ rei gerenda aptior est. Id penes me est eam præ eligere, quæ vitio caret, cum minus apta aptiori comparata vitio minimè caret.

**SIGNIFICATIO.** Hinc ambiguum verbum illud Celsus existimat, quod plures significaciones habet; id, quod errorem confirmat Alberti, quoniam & id significat, quod cohæret intentiæ.

**VITIO CARET.** Vitium intelligo in re ipsa, non satis est vitium in oratione, & in verbis, propter vocem ambiguam, & generice nomen hoc usurpat, ut omnia comprehendat vitia, quibus legem carere decet, sive iniqutatis, sive rigoris, sive elusionis vitium sit, sive quod altera significatio lex utilitate ca- 10 ret. Hinc enim per suppositionem optimè deducitur, quod lex vitio carere debet, quod reiiciendi sunt omnes intellectus, ex quibus in vitium aliquod, vel obscurum incidimus. Multoque magis admoneri videtur legislator, ne tales condat leges, quæ vitium aliquod habeant. 11 Albertus infert ad questionem, si scholasticus præbendatus potest recipere fructus præbendæ existens in studio, quid si existat, neque literis operam navet? Ait verbum in studio esse ambiguum, quia studium potest accipi pro loco studii, ut Bononia, tum pro actu studendi, sicut juris nomen & locum significat, in quo jus redditur, & jus ipsum, quod redditur l. jus pluribus supra de just., & jur. Ait intelligendum de actu, non de loco, quia hæc interpretatio vitio caret, & ad 12 eam verosimiliter voluntas constituentis magis

aptatur. Sed longè fallitur, quia vel intelligit pro actu, non pro loco, & existens in villa, dummodo actu studeat, poterit prætendere fructus, quod vitium continet, & est contra propositum constituentis. Quod si copulativè intelligat de actu, & de loco, jam verbum non dicit utrumque per modum ambiguæ, sed per modum sententiaz, quia de utroque constituentem sentire affirmamus. Mihi verbum existens videtur determinare locum, non actum. Ergo non est recurrendum ad regulam legis hujus, quia nec video verbum ambiguum, sed a fructibus excludetur ex regula l. non dubium C. de legib. quia sæva prorogativa verborum utitur adversus legem. Ac cognitius est exemplum, quod affert Accursius.

13 us de verbo pervenire ex l. utrum ff. de per- sit. bæred. adhibita l. item veniunt q. item placere cod. tit. Verbum illud ambiguum esse testatur Ulpianus in d. l. utrum. Nam & perveniente dicitur, quod consumptum est, in edicto de eo, quod metus causa l. videamus ff. de eo quod met. causa, & pervenisse id, quod coniunctum non est, quo quis est locupletior. Ambiguum verbum in bona fidei posseflore benignius accipit, durius ubi res malum habuit initium. Et alterutra significatio vitio caret, quia vitium est bona fidei posseforem ultra teneri, at scelere illati metus at tento, vitium esset consumptionis habere rationem. Ergo verbum ambiguum in utraque specie ad eam flectitur significacionem, quæ

14 vitio caret. Neque vero hæc tantum vitia sunt, quæ adnotavimus, sed etiam si altera verbi significatio legem generalem, & de iis, quæ plerunque accidunt, altera de raro contingentibus, aut singularem constituat; hæc posterior significatio vitiosam legem reddit l. ju- ra l. & 2. supra hoc sit.

15 **PRÆSERTIM.** Hæc dictio ejus significatio- nis esse videtur, cuius dictio maximè, ut cau- sam finalem ostendat, ut notatur in l. 2. supra hoc sit. Quod igitur ex hoc voluntas legis colligi possit causam ostendit finalē. Hoc enim præcipue agimus interpretando, ut legis voluntatem conservemus l. benignius su- pra cod. l. non dubium Cod. cod.

In L. 20.

- 1 L. ista defumpta ex Aristotele lib. 2. Polit. c. 6.
- 2 Supponit vero mentem legislatoris certam, sed rationem incertam.
- 3 Ut lex civilis a naturali lege, equitas civilis a naturali equitate, sic civilis ratio a natura- li ra-

1. *li ratione promanat.*  
 4. *In quibus jus civile a naturali recedit, accidere facile potest, ne omnium ratio reddi queat.*  
 5. *Cur dixerit Julianus non omnium, non autem quorundam.*  
 6. *Aliud est legere carere ratione, aliud eam reddi non posse.*  
 7. *Majorum significatio varia.*  
 8. *Natu majores praesuntur etiam prudensia, & sapientia majores.*  
 9. *Majorum nomen ad anteriores legislatores in hac lege relatum est, & quare.*  
 10. *In omnis quæri semper ratio debet adversus Emilium Perettum.*  
 11. *Una duntaxat ratio, eaque finalis reddi debet, etiam si inquirontibus se plures offerant.*  
 12. *In artificialis multarum rationum investigatio, & cumulus contra moderniores reprobatur.*

## L. XX. Julianus Lib. 55. digestorum.

**NON OMNIUM**, quæ a Majoribus constituta sunt, ratio reddi potest.

**H**E C Juliani lex desumpta videtur ex Arist. lib. 2. Polit. cap. 6. circa finem, ubi relata Platonis sententia de legibus mutandis ita ait „Alio autem modo considerantibus cavendum videtur esse maximè, cum enim utilitatis quidem accessio parva sit, assuefcere vero faciliter leges mutare improbandum, constat errata quadam esse toleranda, & legumlatorum, & Magistratum, non enim tantum proderit, qui corripere perget, quantum nocebit assuetatio superioribus non parendi. Itaque, si quædam errata toleranda sunt, & consequitur non omnium rationem reddi posse, in quibus enim erratur, de iis recta ratio reddi non potest, neque ratio [cum de lege loquimur] aliud significat, quam rectam rationem Dixi in l. 1. supra eodem ex Platonis sententia fas non esse; ut juviniores legum rationem querant, & an recte possitæ leges sint. Nunc vero dicam, nec juvinibus, nec senioribus id fas esse, ubi jus certum est Prudentum interpretatione, & consuetudine totius populi confirmatum, nam par est credere munus Dei esse, ac ob id observare decet; Obtinet enim Juliani sententia in iure certo, ut probatur ex l. seq. tum etiam quia, ubi incerta est mens legislatoris, Principem adeundum esse, docuit idem Julianus supra in l. & ideo. Hic vero supponit cer-

2. tam esse mentem legislatoris, sed incertam rationem. Id accidere poterit, ut Coras. notat, non quidem si ratione naturæ servientes aliquid maiores nostri constituerunt, quoniam ea non potest non esse facile cognita ratio, sed in iis, quæ ex mera civili ratione proficiuntur. Ego tamen vix existimo rationem aliquam esse posse ita mera civilem; ut a naturali ratione non promanet, & cum ea non consentiat. Quo enim argumento lib. singula ad hunc sit. legem Civilem a naturæ lege descendere satis ostendi, civilem æquitatem a naturali deduci, hoc ipso haud dubie credo omnem civilem rationem in naturalem quasi principium unde fluat esse deferendam. Sed 4 verissimum arbitror, quod ait Corasius in iis, quæ juris Civilis sunt, non omni ex parte naturali rationi servientes, rationem aliquando esse cognitu difficultem. Possunt enim illæ circumstantiae nunc latere, ex quibus ratio deprehendi possit, quæ tempore ferenda legis ante omnium oculos essent.

**NON OMNIUM.** Exponit Albericus, idest quorundam, at rectius Julianus dixit non omnium, 5 ut contradiceret apertius existimantibus omnium esse reddendam rationem. Nam istæ duæ enunciationes, omnium reddenda est ratio, non omnium reddenda ratio est, sunt contradictoriarum, quæ simul veræ esse non queunt. Sed oppones idem dec. Corepiscopi dist. 68. ibi: quod ratione caret, extirpare neceſſe est. Solvitur: non dicit 6. carere ratione, sed eam reddi non posse. Quod autem inquit legum substantiam magis auctoritate constituentium, quam ratione consistere plane falsum est. Extrinsecus accedunt legi potentia, & voluntas, intrinsecus autem ejusdem essentiam perficiunt prudentia, & sapientia, ut dixi in l. 1. sup. eod. Tum constat non esse legem sine ratione, & ideo in contrarium sese res habet, non ut ille credidit.

- MAJORIBUS.** Majores antiquiores Accursius interpretatur in l. more inf. de Jurisd. rgn. judic. Interdum dicuntur majores omnes ascendentis usque ad tritavum, & posteriores conversa rota in infinitum l. Jurisconsultus §. parentes ff. de grad. affin. Aliquando ad facultates relativum est ejusmodi nomen, ut cum liberti majores centenariis dicuntur §. sed nostra insti. de success. libert. Iisque sunt, quorum patrimonium summam centum aureorum excedit. In dubio majores dicuntur respectu ætatis, nisi aliud subjecta materia postulet l. si pater ff. de adopt. §. minorem natu. Inst. eod. tit. Alexand. conf. 4. num. 2. vol. 4. Et si quidem, 8 ut majores natu sunt, sic presumuntur prudencia

tia, & sapientia maiores, cap. de quibus 20. distinct. cap. ult. distinct. 84. Deci. conf. 443. 9 num. 25. Maiores hic Legislatores ipsos dictos esse non est ambigendum, non tam etate, nam & seniores ijs fuerunt, quam dignitate, & officio, quod ceteris omnibus praesint.

**CONSTITUTA.** Constitutiones propriæ dicuntur leges a Principibus conditæ, ut infra de constit. Princ. Ceterum hic constituendi verbum ad quancunque legem scriptam referendum est, cum inter unam, & alteram juris scripti partem ratio differentia reddi non possit. Ait 10 constituta. Quare mihi damnandus videtur, Emilius Peret. ad l. Gallus in prin. n. 7. qui hujus legis argumento omisit inquirere, cur alieno posthumo inutiliter legaretur, quia id non constitutum fuerat, sed omissum, & eorum, quæ omessa sunt, ratio hic non prohibetur investigari, sed eorum, quæ constituta sunt, In omissionis enim nullum est periculum subversionis, in constitutis aliquod, ut l. seq.

**RATIO.** Quero, cur hic utatur singulari numero, & in lege sequenti Neratius utatur plurimi ibi: & ideo rationes. Et inquirentibus nobis plures se rationes offerunt, unam tamen, non plures reddere debemus, quoniam plures inquirimus, ut finalē reperiamus, quæ 12 unica est. Hinc vero reprehendi debet iners nostrorum diligentia, quæ sepe tot ad eamdem speciem dubitandi, & quod longe deterius est, tot etiam decidendi rationes inculcat, quod quantum a Jureconsultorum vestigiis abhorreat quis non videt? Hi quidem (ut cuique observare facile est) unam dumtaxat dubitandi, alteram decidendi, & eas quidem proximas & speciei connexas rationes afferunt, sepe dubitandi rationem implicant, non explicant, nec raro decidendi rationem indicant potius, quam declarant; At novissimi a remotis sine ulla utilitate sepe dubitant, tunc verò maximè gloriantur contra Juliani præscriptum, cum de omnibus rationes inquirunt, & etiam superindubitato jure, dubitationes afferunt. Quod si docentibus paulo latior sit inquirendi facultas, non tamen male docendi, et a veteri disciplina tantopere declinandi via concedi deberet.

**REDDI.** Neque dicit non omnium esse rationem, sed non omnium reddi posse. Lex sine ratione lex non esset, at cum ratione, quæ reddi non possit, lex erit. Neque putandum est juris studiosos vetari rationes diligenter perscrutari, vel inquirere. Quoniam in Gymnasticis disputationibus non idem est periculum

subversionis. Rationis inquisitio prohibetur, non quatenus acuit ingenia, sed quatenus leges ipsas subvertere potest.

## In L. 21.

- 1 Eadem est ratio legis bujus, & l. benignius, supra codem.
- 2 Eadem quoque ratio inquirende, vel omnidente rationis, n. 13.
- 3 Verbum constituendi pertinet ad jus scriptum non ad jus universale.
- 4 Jus naturale per rationis inquisitionem subverti non potest, sed maxime confirmatur.
- 5 An l. ista obtineat in consuetudine, negat au-  
tor.
- 6 In regulis procedit lex ista, non tantum in ca-  
teris legibus.
- 7 In ambiguis verè locum non habet.
- 8 Lex incerti vitio per consequentiam subvertitur.
- 9 Certa que sint.
- 10 Verba ubi ambigua non sunt, questio volun-  
tatis non admittitur.
- 11 Ubi sensus verborum manifestus est, interpre-  
tatio accedit ad cavillationem.
- 12 Improba res est subvertere legem.
- 13 Maligna dicta est subauditio personæ infirman-  
dæ stipulationis causa.
- 14 Cum agitur de lege subvertenda, hoc fieri do-  
bet per exactam rationis inquisitionem.

L. XXI. Neratius Lib. 6. Membra-  
narum.

**E**T IDEO rationes eorum, que con-  
stituuntur, inquiri non oportet,  
alioquin multæ ex iis, quæ certa sunt,  
subvertentur.

**E**T IDEO. Cum ratio omnium reddi non possit (ut Julianus ait) consequens est, quod Neratius scribit, ut non omnium etiam oporteat inquiri rationes. Neque universaliter accipiendo est, omittendam esse rationis in-  
quisitionem, nam & vis orationis, & ratio-  
nis contradicunt; orationis, quia si dicamus,  
& ideo rationes eorum omnium, quæ constitun-  
tur, inquiri non oportet, negativa negat  
de universalis, quasi dicat nullorum; Rationis,  
quia rationis inquisitio proficere potest ad  
multa; tum verò cum eam subjicit rationem,  
quod alioquin multæ ex iis, quæ certa sunt  
subvertentur, consequitur non omnia subverti,  
ac cel.

- ac cessante subversionis periculo rationem investigandam esse. Hæc regula, ne omnium inquiratur ratio, sed omittatur, cum periculum subversionis imminet, ab eadem ratione profuit, a qua descendit *l. benignius supra eod.* Nam si in dubio in hominum dispositionibus maximè cavemus ab iis, ex quibus perire, vel subverti possent *l. quories ff. de reb. dub. l. si pars ff. de inoff. testam. l. proximè ff. de bis, quæ in testam. delen.* & humanior dicitur interpretatio, per quam actus defenditur potius, quam subvertatur, insertur humanam quoque esse, atque benignam omissionem investigandæ rationis, cum inde lex subverti possit. Adde rationis inquisitionem pertinere ad legimentem summopere conservandam, ut ea cognita legem extendamus *l. non possunt, supra eodem*, vel eludi non patiamur *l. non dubium C. eodem*; ergo non debet in odium legis retroueri, ut per eandem subvertatur, per quam maximè conservari solet, ac ita eadem ratio erit, & inquirendæ, & omittendæ rationis, ac ideo, & ad tollendas antinomias, & ne quid absurdum, vel iniquitatis contingat, prætermittenda est diligens, & sollicita rationis inquisitione. *Ceras. in l. precedenti in fine.*
- 3 CONSTITUUNTUR.** Verbum constituendi late patet, ut dixi in *l. precedenti*, non tamen ultra prætenditur, quam ut comprehendat, quæ scripto constituuntur. Et ideo ad jus naturale non pertinet hæc traditio, quoniam non a majoribus, sed a Divina Providentia constitutum est *§. sed naturalia inst. de jur. naturali gent. & civil.* & cum jus naturale nihil aliud sit, quam insita ratio, quam jus naturale non fugiat, ejusdem ratio latere non poterit, vel si quovis modo dictamen rationis ab ipsa ratione sejunctum considerans, non rationem inveniat, suæ id adscribat imbecillitati. Jus enim ipsum rationis inquisitione confirmatur,
- 4** nam & rectam esse rationem, & a Deo Optimo Maximo tractam respiciet, & periculum subversionis semper aberit, quoniam jus illud immutabile manet *d. §. sed naturalia.* Consuetudinis an requirenda ratio sit, dubitari potest, & cum oporteat eam inter cætera rationabilem esse *c. ult. de consuet.* inquiri debet; sed an interdum omitti ex *Neratii præscripto?* Et si verbum constituendi ad jus scriptura pertinet, jam excludi videtur consuetudo, quæ non tam a majoribus constitui, quam totius Populi suffragio videtur introduci, *l. de quibus infra hoc tit.*; Sed vel irrationalibes consuetudines interdum tolerantur, & licet in jus non transeant, tamen ad excusationem præsunt, notatur in *Cap. cum venerabilis de con-*

*suet.* Ergo non illico subvertuntur ex defectu rationis, nisi Principis auctoritate tollantur, ac ideo cum rationis inquisitio non sit periculum allatura, non subiacet huic traditioni, sed tota ad jus civile scriptum contrahi debet, quod huic periculo subiacet. Quod ex *Jaboleni* confirmatur in *l. omnis diffinitio ff. de regul. jur.* ille enim scripsit; *Onnis diffinitio in Jure Civili periculosa est, rarum est enim ut non subverti possit.* Diffinitio ibi regulam significat, & probatur ex *l. i. ff. de regul. Caton.* & inscriptio librorum *Papiniani*, quæ eos diffinitionum indicat, ex subjectis responsis diffinitionem pro regula usurpari, evidenter ostendit; quod alibi tractatum quoque est. Regula autem est brevis narratio eorum, quæ constituta sunt, ac ita ejus quoque rationem inquiri non oportet, propter periculum subversionis; adjecit *Jabolenus* illa verba *in jure civili*, ut ad juris scripti regulas id pertinere significaret.

**QUÆ CERTA SUNT.** In iis, quæ certa sunt, non oportet inquiri rationem, cum enim certa sece nobis offert voluntas Legislatoris, studiosa rationis investigatio temeritatem demonstrat inquirentis, & quodammodo parere recusat, aut non paret quidem, dum in hac inquisitione remoratur, neque verò paret legi, qui illud inquirit, quod legem possit subvertere: *Hinc Ulpianus in l. proprie ff. qui, & quibus*, cum legem nimis duram videret rationis investigatione facile posse subverti, & eam certam animadverteret, sat esse putavit, quod ita scripta foret; In ambiguis quidem, vel circa mentem, vel circa verba dubitemus, non obtinet lex ista. Declaratio etenim, vel dubiæ legis interpretatio non potest fieri rectius, quam per rationis inquisitionem, qua prætermissa nihil operaretur dispositio dubia, vel ambigua, *Baldus in l. potuit n. 13. Cod. de jur. deliber.* quod esset legem subvertere per consequentias, nempe inutilem constituendo ob vitium incerti. Certa autem videntur esse vel ea, quæ cum ab initio dubia essent, certam tamen interpretationem semper habuerunt *l. minime inf. eod.* vel cum ab initio etiam nulla fuit in verbis ambiguitas; cum enim verba certum præbeant voluntatis argumentum *l. Labeo ff. de suppel. leg.* si in verbis nulla sit ambiguitas quæstio voluntatis admitti non debet *l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de leg. i.* & cum verborum manifestissimus est sensus, interpretatio facile accedit ad cavillationem, *Duc. conf. 633. n. 4.* Vix enim præsumi potest legislatorem aliud voluisse, quam quod loquutus sit, quod conjicere, ad officium æquitatis potius pertinet, quam

VII. IN LEG. TIT. DE LEGIBUS

quām quod sola interpretatione assequi possimus.

- 12 SUBVERTENTUR.** Improba res est subverttere legem, quia donum Dei subverti videatur l. 2. *supra eod.* ac ideo subvertendi caussa maligna est rationis investigatio; Sic maligna aliquando dicta est subauditio personæ, quæ ad infirmandam stipulationem pertinere poterat l. si ita stipularus §. Cbrisogonus ff. de verb. obligat. Alibi tamen adiuvandæ ejusdem stipulationis caussa personæ subauditio comprobatur, l. si stipularus fuerit ff. eod. Quare quemadmodum in specie relata eadem est ratio recipiendæ, vel rejiciendæ subauditionis, ita hic eadem ratio est inquirendæ, vel omittendæ rationis. Sic in correctione, quæ & ipsa quædam subversio legis est, idem jus observatur, ut ad eam inducendam subauditio intellectus reprobentur *Glos. in cap. cupientes* §. quod si per viginti, in ver. petere de elect. in 6. *Alex. Conf. 25. n. 13. volum. 5.* ad eam evitandam admittuntur, *Gloss. in Autb. ex testamento Cod. de collat.* Quod mihi ad mentem istarum legum probe traditum esse videtur.
- 14** Cæterum fieri aliquando poterit, ut lex quamvis certa subvertenda sit, scilicet corrigenda, vel abroganda; tunc certe id nullatenus facendum est non nisi diligenter investigata, atque perpensa ratione. Temere enim lex tollenda non est; at imprudenter tolli videbitur ejus non perquisita ratione, ut quantum valeat animadverti potuerit. Sic in subvertenda lege *Fusia Caninia* rationem *Justinianus* attulit, quod libertatem impediret, quod invidiam contineret, quod inhumana foret, *Justinianus de leg. Fus. Canin. tollen.* Sic latinam libertatem subvertens, receptitiam pecuniam in constitutam, *Pegasianum in Trebellianum* transferens concludenti subvertendi adducta ratione id fecisse videtur *L. 1. Cod. de Lat. Lib. tol.* §. *libertinorum. inst. de libert. l. 2. Cod. de constit. pecun. §. sed quia Inst. de fideicom. hered.*, cui consequens est ejusdem inducendæ, vel conservandas infirmam fuisse rationem, & utrumque eadem inquisitione assequimur. Inquirere autem rationes subvertendi proposito ad ipsum pertinet legumlatorem, quod ipse, & raro & non nisi magna ex causa facere debet, ut dicetur in *l. minime inst. eod.* Quare cum fiunt leges, cum revocantur, quærenda ratio est, at cum factæ sunt, non est de eis disputandum, sed secundum eas judicandum c. in istis, distinct. 4. *Albericus, & Castr. hic.*

In L. 22.

- 1 An legis sit indulgere dubitatur.
- 2 Concluditur in quo indulget, non esse legem.
- 3 Indultus alius particularis, alius generalis.
- 4 Si statutum sit Bannitos pro homicidio rebanniari, futuros homicidas non comprehendet.
- 5 An si simpliciter rebanniantur, legis conditiones habeat.
- 6 Committens homicidium punitur ex l. puniente non ex l. simpliciter, aut per consequentiam vetante.
- 7 Lex Indulgens in præteritum, an in futurum vetet, per argumentum à contrario, vel per argumentum ab, absurdo Baronis sententia reprobatur.
- 8 Indultus à lege quomodo discernatur.
- 9 An indulgentia criminum sit contra leges.
- 10 Facilitas indulgendi legibus reprobata.
- 11 Indulgendi jus est penes Principem quia nemo potest leges remittere, qui non possit condere.

L. XXII. Ulpianus Lib. 30. ad Edictum.

**CUM LEX** in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

- 1 **CUM LEX.** Dubitari potest quomodo lex in præteritum indulget? Nam virtus legis non est indulgere, nisi jureconsultum male enumerasse velimus in l. *legis virtus, supra eod.* Tum legis est futuris negotiis dare formam, non ad facta præterita revocari l. *leges, & constitutiones C. eod.* & cum sit præceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorum l. 2. *sup. eod.* satis ea, quæ facienda, non quæ facta sunt respicere videtur. Amplius indulgentia videtur potius esse remissio legis, quām lex, neque trahitur ad consequentias l. 1. *inst. de const. princ.* Et quidem in eo, quod indulget, non est lex; patet, quia præterita respicit, non in modum ligandi, sed solvendi & remittendi, & ideo in iis non fungitur officio legis. Indultus autem potest esse particularis, ut in l. 1. *inst. de const. princ. ibi „nam quæ Princeps alicui ob merita indulxit, & ad hunc non pertinet lex ista.* Potest etiam esse generalis, ut tot. tit. *C. de gener. abolit.* & maximè in l. 2. secundum quam Doctores videntur intelligere legem istam; Sed etiam addunt exemplum, veluti, cum pro homicidio imponatur poena capitalis, exorto bello facta lex est, ut 4 banniti pro homicidio, habita pace, & solvendo decem rebanniantur, & hanc speciem gene.

- neralis indultus confingunt *Bart. Bald. Fulg. Castr.* An ad futuros homicidas pertinebit indulgendo, vel vetando? Vetando quidem non, ne poena levitate ad delinquendum invitentur, nam remissio peccati non debet dare licentiam delinquendi *I. q. 7. c. exigunt.*
- 5 Quid si simpliciter rebannirentur, neque pacis, neque solutionis adjecta conditione? Pax enim & solutio respiciunt futurum, & ideo proprium legis præstant. Ego quidem opinor hanc non esse legem, sed manere in puris terminis generalis indultus. Non obstat lex ista, quoniam supponit legem esse citra vetandi virtutem; Quærerit enim de lege, & eo ipso rem dicit, quæ futuris negoziis dat formam. At quia dubitari poterat, an præteritis indulgens indulgeret futuris, ideo dixit in futurum veta-re, ut quilibet intelligeret ex indulgentia non abrogari legem, de quo dubitari posset, nisi in futurum vetaret, sed in proposita specie non est dicenda lex propter indultum ex ratio-nibus supra deductis, non ex eo, quod ve-tet in futurum, quoniam hoc facit tacite, & in consequentiam, & quod magis est inuti-liter tanquam lex. Etenim committens homi-cidium punitur ex lege id expresse vetante, non ex indultus tacita prohibitione, quia illa tacita prohibitio sola non facit legem, sed potius in eo confirmat legem. Quare lex ista ad eos pertinet indultus, cui non deflunt con-diciones legis; sed dubitant, an in futurum indulget, ac ita dubitatio versatur circa id, quod non est legis. Et quamquam legis vir-tus sit vetare, non tamen lex est, quæ vetat, quia non vetat in modum legis, est enim modus legis imperativus, sive præceptivus, *I. 1. ubi dixi supra eodem.* Sed vetat per ar-gumentum a contrario, ut *Baro* censet; ego potius arbitror per argumentum ab absurdo, quia lex non debet dare materiam delinquendi, ut *Fulgosius*, & *Castrensi* notant. Tum vero non video contrarium, quoniam rebannire bannitos in præteritum, in futurum non re-bannire, non sunt contraria, sed diversa, ut potius ab unius temporis inclusione, alterius exclusionem coniijciamus *arg. I. cum prator ff.*
- 8 de judic. Indultus itaque a lege distingui poterit an solum indulget in præteritum, an ve-ro futurum negocium quoque respiciat. Sed amplius dubitari potest, ne non ulla debeat es-se criminum indulgentia, quoniam ad publi-cam utilitatem pertinet, ne remaneant impu-nita *I. ita vulneratus ff. ad I. Aquilam*, & qui uni indulget indigno, ad prolapsionis con-tagium provocat universos, & ob id inusta misericordia est, quæ formam justitiae non te-net *23. q. 4. c. est justa*, & non potest de-

linquendi aboleri licentia, nisi fuerit in de-linquentibus per correctionem disciplinæ subse-cuta correctio *c. placuit 21. q. 2.* Caeterum 10 hæc ita se habent absolute quidem, sed in-terdum ex causa generales abolitiones fiunt *C. de gener. abolit. per tot. l. Relegatis in fin. ibi nisi semper ex aliqua causa ff. de penis*, cujus-modi esse solet si Princeps succedat in Regno, ut fecit nuper *Rex Philippus III.*, si filius nascatur, si ducatur uxori, vel similis. Neque venia, aut indulgentia, sed venia, vel indulgentia facilis reprehenditur, ea enim tri-buit incentivum delinquendi *d. c. est iniusta l. si operis C. de penis ibi, cui non remitti po-nam facile publicè interfit, ne ad maleficia te-mere quis profiliat*, & ex hoc diffinitum est, an lex in præteritum indulgens, in futurum vetet, ne delinquendi præbeat occasionem. Du-bitari hoc argumento potest, an indultus latam vel angustam recipiat interpretationem, & ra-tio potius suggerit angustam, ut non latius pateat in dubio, quam verborum significatio patiatur.

11 INDULGET. Solus Imperator, sive Princeps, cui legis condenda potestas sit, potest re-mittere poenas, & indulgendi jus habet *d. l. relegatis l. moris §. sed enim l. ad bestias ff. de pen.* quia, quum in ea remissione recedat a lege, ille solus id facere potest, qui, quum le-gibus solitus sit *l. Princeps inf. eod.*, solus po-test tollere legem. Quanquam indultus non in modum legis promulgetur, non tamen ab alio proficiunt potest, quam ab eo, qui legis con-denda potestatem habeat.

## In L. 23.

- 1 Ab hac lege prohibetur mutatio legis, vel interpretationis.
- 2 Ratio dubitandi ad hanc legem.
- 3 *L. dos. a patre C. sol. mat. de confuetudine non procedit, filia in matrimonium cum libe-ris decedente.*
- 4 Verum in agibilibus queritur sub specie boni.
- 5 *L. Justo ff. de usuc. declaratur.*
- 6 Laudatur illatio Castrensis ex ea *I.*
- 7 *Moniales tertii ordinis in Civitate Senarum acquirunt Monasterio.*
- 8 Lex ista in interpretatione etiam erronea locum vendicat.
- 9 Si mutari non debet interpretatio legis, multa minus lex ipsa mutanda erit.
- 10 Quod obtinebit in lege aliquantulum dura, & non undequaque perfecta.
- 11 Licurgi consilium ne leges mutarentur.
- 12 Locrensiuum institutum super legibus ferendis,

Q

vel

- vel abrogandis .  
 13 Quibus casibus leges mutanda sint .  
 14 L. in reb. inf. tit. proximo declaratur .  
 15 Ob minimam lesionem restitutio non contenditur .  
 16 Leges facile mutare est vini curum infirmans reddere ex Arist.  
 17 Platonis & Arist. sententia de legibus mutandis .  
 18 Solonis consilium de eadem re .  
 19 Ulpianus in l. p. §. deniq. ff. de aq. plu. arc. declaratur .  
 20 Que Ulpiano in hac l. certa interpretatio dicitur .  
 21 Ejusdem exemplum in l. qui habent , ff. de Tute.

L. XXIII. Paulus Lib. 4. ad Plautium .

**M**INIME sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt .

- 3 **M**INIME . Non satis constat quenam mutatio prohibeatur , legis , vel interpretationis , & hæc verba ad interpretationem legis , non ad legem ipsam respiciunt , licet Corasius generaliter de legis mutatione accepisse videatur . Rectius Accursius , quem cæteri sequuntur , ad intellectum legis retulit . Nam Tribonianus postquam docuit leges benignius interpretandas , & in ambigua voce significationem , quæ virtus caret , esse sumendum , tum vero non omnium rationem esse querendam , ne multa subvertantur , recte etiam adjecit , ex Pauli sententia , ea , quæ interpretationem certam semper habuerunt , non esse mutanda . Ratio dubitandi ea videbatur esse , quod veteri interpretatione esset erratum , vel ea a recto juris tramite deflectere videretur , quod accomodatissima specie nobis Accursius suggestit . Cum dubitatum esset , an constitutio Alexandri in l. dos a Patre C. so. mat. qua cavetur , quod dos a patre profecta , si in matrimonio decollerit mulier filia familias , ad parentem redire debet , obtinere etiam si decederet cum liberis , & cum in puncto juris , ut Azzo , Accurf. & cæteri antiquiores probant , quos sequitur Bartolus in l. post dorem n. 27. & seq. ff. sol mat. potiorem patris , quam librorum causam esse innotescat , Martini tamen

- opinio contrarium sentientis de consuetudine obtinuit . An mutanda erit usu recepta illius l. interpretatio , quod contraria subtili disputandi ratione verior appareat ? minime quidem . Non quia optima legum interpres consuetudo sit l. si de interpretatione inf. eod. nam convinci hoc casu videtur erroris , sed quia , vel si errore introductum dici queat , prevaleat tamen , licet ad similia non producatur l. quod non ratione inf. eod. quamquam in re ambigua hæc interpretatio minus continet erroris arg. l. quod re ff. si cert. per. facit l. nam Imperator inf. eod. Sed in hac re admonendi sumus , quod in rebus agilibus non simpliciter querimus verum sub specie veri , quoniam non est pro fine cognitio , sed verum sub specie boni , quare justum metimur ex utilitate l. jus pluribus sup. de just. , & jur. magis quam ex veritate , sic in l. Barbarius ff. de off. præt. non spectamus , quod verum est , sed quod est utile . Papinianus etiam in l. justo ff. de usucap. rationem afferens , cur per servum putativum , quam per putativum filium nobis acquiratur , prudentissime consideravit , quod propter assiduum , & quotidiana comparationem servorum , ita constitui publicè interfuit ; Nam frequenter ignorancia liberos emimus , non autem tam facilis , & frequens adoptio , vel arrogatio filiorum est . Ibi Castr. recte adnotavit in iis , quæ multum frequentantur propter publicam utilitatem , quadam esse recipienda , quæ alioquin non reciperentur , tum vero rectissime intulit in quæstione illa creditorum , qui faciunt capi debitores suos tanquam suspectos , praefito solo juramento de suspicione , non facta fide , quod causa suspicionis supervenerit de novo . juxta l. si creditores ff. de privil. credit . ut si opponatur contra unam capturam , ne valeat , quærela recipi non debeat propter frequentem usum , ne multæ capture irritentur . 7 Hoc ipso argumento lite quadam Senis exorta de successione intestati ad moniales Clamidatas sub. titulo S. Catharinæ de Senis , quas Tertiis ordinis appellant , defenda , & obiiceretur , easdem non esse neque solemniter profesas , neque regulares , ac ideo non acquiri Monasterio juxta nos . in autb. ingressi C. de Sac. Eccl. dum plura essent hujus ordinis Monasteria , ea que in hac quasi possessione succedent longo tempore fuerint , replicavi cum D. Hieronyma Renovolento in ea causa compatrono non esse super ea exceptione partem audiendam , ne in irriterum revocarentur ( vel si id minus verum foret ) tot successiones eisdem Monasteriis delatae , & acquisitæ , neve , quod diu observatum esset , e- & verteretur , ac ita rejecta fuit . Quare ut ad rem redeam in casu magis dubitabili locum sibi

- sibi vendicare debet lex ista, quidquid in contrarium voluerint *Imerius*, & *Albericus*; quamquam usu recepta interpretatio a veritate aliquando recedat, tamen utile est eam minimè mutari, & in legibus nostra tam querimus, quod verum est, quam quod bonum, & utile, & ideo verum consideramus sub specie boni.
- 9 Quod si ita se habet, per argumentum a minori ad majus ex hac ipsa lege deducitur, non esse mutandas leges ipsas, quando earum interpretatio licet minus vera, usu tamen recepta, ita 10 constanter retinenda sit. Id etiam non est intelligendum, ubi lex omni ex parte perfecta sit, quod non nisi perniciosa, & in deterius fieri mutatio possit, cum hoc casu res nullam dubitationem habere possit, sed cum lex aliquid erroris continet, & dubium est, an toleranda sit, potius quam emendanda; Cujus rei ratio in excusatione, vel defensione erroris posita non est, sed in majore damno evitando. Quod respexit *Arist.* supra relatus in lib. 2. c. 6. *Polit.* Non enim (ille ait) tantum proderit, qui corrigeret perget, quantum nocebit assuetatio superioribus non parendi. Et quidem per se primum omnis legum mutatio periculosa est, nam eam vita quoque, & morum mutatio sequi solet. Hanc vero multa semper conse- 11 quuntur incommoda. Quare *Licurgus* ad consulendum Apollinis Oraculum Delphos profectus Lacedæmonios Cives suos jurejurando devinxit, nihil ipsis de legibus suis immutaturos quo ad usque ipse rediisset. Ille autem Delum profectus, & accepto Oraculo, quæ sancivisset omnia iusta esse, nec interitaram Lacedæmonem, dum iis legibus pareret, carmen quidem Oraculi Lacedæmonis misit, ipse vero mortem sibi conscivit, ut desperato ejus reditu de legibus abrogandis nunquam Cives sui cogitarent.
- 12 Apud Locrenses nemo potuit aliquando, aut legem novam, aut veteris abrogationem proponere, nisi laqueo collum circumducto, quod si non persuasisset strangularetur. Omnis mutatio subversio legis est, sed ne subvertantur leges, earum rationes inquirendæ non sunt l. & ideo sup. cod. ergo nec concedenda mutatio est, cum subversio sit, cuius rei momentum nulli magis, quam Principi considerandum est, ne facile audiat, qui novas leges proponunt, & veteres abrogare contendunt. Non tamen 13 inficiandum est, aliquando mutandas esse, id verò tunc concedi poterit, cum easdem, vel usus coarguit, vel Reipublicæ status inutiles fecit, ut ex *Livio* tradit *Corastus* in l. in rebus 14 inf. titu. proximo. quo loci scribit *Ulpianus* in rebus novis constituendis evidens esse debet utilitas, ut recedatur ab eo jure, quod jamdiu quum visum est, multa ad hunc locum con-
- gescit. *Didacus* in Cap. *Almo Mater* 2. par. init. n. 2. & 3. de senten. excom. in 6. Evidens non modo quia certa, sed quia non modica, vix enim videri potest, id quod est parum. Præterea evidens in recedendo esse non potest, nisi id, a quod receditur, aut inutile, aut damnosum esse incipiatur. Quod si ob minimam 15 lesionem non conceditur restitutio l. scio ff. de rest. in integr. multò magis lex ob minimam caussam rescindi non debet; Tum verò ob minimam caussam, vel ex modica utilitate 16 mutare leges, est eas facile mutare. Quod (ut *Aristoteles* ait) est vim earum infirmans reddere. Et quamquam a *Platone* in relatio loco dissentire videatur, magis tamen est, ut doctissimus *Piccolomineus* animadvertis gradu 10. Cap. 24. ut in re ipsa nulla vere dissensio sit; Etenim ex utriusque sententia est, ne facile mutantur, sed urgente necessitate, non cito, sed prævia consultatione, non a quovis, sed senioribus, ac prudentioribus ita fieri debere Principi suggerentibns. Ad id respexit 17 Solon, qui leges suas æternas facere noluit, sed centum annis, ut ratæ essent, postulavit. quod si quid in iis justum est, durum tamen, & acerbum anti temporis leniret consuetudo; Si quid periculum, & inutile, post id temporis emendaretur. Summa omnium esse videtur tunc legem esse mutandam, cum vel nocet, vel nihil prodest. Nam in rebus agilibus præcipua finis ratio est, at finis legis est utilitas.
- INTERPRETATIONEM.** Nulla quidem interpretatio legibus accomodatior est, quam quæ proficiuntur ab usit. Ob eam enim cassuam nos tenent, quod judicio Populi receptæ sunt l. de quibus inf. cod. In agro scriptit *Ulpianus* in l. 1. §. denique ff. de aq. pl. arc. Si tamen agri lex non invniatur, vetustatem vicem legis tenere, quod non alio pertinet, quam ne nova lege lata mutaretur id, quod diu observatum esset, quod statim servitum exemplio confirmat.
- 20 **CERTAM.** Excluditur interpretatio varia magis quam dubia. Vix enim fieri potest cum ipsa tollenda dubitationis causa interponatur, ne non certa sit, sed certam dicit *Paulus* quasi undique constantem. Nam cum ad consuetudinem accedit, quoquando, licet consuetudo interpretativa minus proprie consuetudo sit, ut juri scripto magis inesse videatur, attamen vim accipit ex usu, quæ statim infirma redditur, cum actuum non est uniformis observantia *Bartolus* in l. 2. n. 22. ff. sol. mat. *Decianus* confi. 3. n. 4. vers. secundo, ut Q 2 nra.

naturae, Aymon *conf.* 94. n. 3. & *conf.* 313. n. 4. quia nulla consuetudo, nec etiam interpretationis potest induci ex actibus difformibus: affida quadam mutatio est ipsa varia interpretationis.

**SEMPER.** Confirmat id, quod dixi, non enim poterit esse semper certa, si aliquando variaverit, quoniam ex ipsa variatione unaquaque redditur incerta. Certa interpretationis exemplum habetur in *l. qui habent ff. de tu-*  
*zis.* lex enim 12. tab. de curatore furioso dando ita temper accepta est, ut ad pupillos non pertineat, et si furore teneantur.

In L. 24.

- 1 *Incivile quid significat ex Corasio.*
- 2 *Habitus intellectus quinque, Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Intellectus.*
- 3 *Prudentia sub habitu Civilis facultas collatur.*
- 4 *Viri prudentis quid proprium sit?*
- 5 *Prudentia quid?*
- 6 *Habitus prudentia qua inter extrema collocetur.*
- 7 *Turpe idem, quod incivile apud Quintum Matum.*
- 8 *Incivile apud Celsum dicitur quasi habitui prudentia contrarium.*
- 9 *Præcedentia ad sequentium declarationem conserunt, & e conversa.*
- 10 *Baronis ad hanc legem interpretatio.*
- 11 *Autoris de eadem re sententia.*
- 12 *Baldus nullum jus ignorasse dicitur.*
- 13 *L. 1. ff. de leg. 1. à Triboniano in Ulpianum relata.*
- 14 *Reprehenditur modernorum in allegationibus ostentatio.*
- 15 *Lex est inspicienda tota, sed sufficit proponere partem.*

**L. XXIII. Celsus Lib. 33. digestorum.**

**I**NCIVILE est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita judicare, vel respondere.

1. **I**NCIVILE, idest indecorum, & hominis levius, atque intemperati Corasius interpretatur *arg. l. 2. C. de furt.* sed vim istius significationis utilius est ex re ipsa petere po-

tius, quam ex nomine. Itaque sciendum est ea, quibus affirmando, vel negando verum dicere solemus, esse numero quinque, artem, scientiam, prudentiam, sapientiam, intellectum, Arist. *Lib. 6. Ethic. Cap. 3.* alioquin si nostra opinione dumtaxat aliquid affirmemus, vel negemus facile fieri poterit, ut mentiamur; Et quidem neque scientia, neque ars, nec sapientia, neque intellectus civilem facultatem determinant, sed sola prudentia, quoniam pertinet ad res agibles, sive in humanis versatur actionibus, dixi in *l. scire sup. eod.* Vide autem illud esse proprium viri prudentis, ut recte consulat de his, quæ bona, & utilia sunt, & non quidem ex parte, ut quæ ad sanitatem, & robur conferant, sed quæ ad bene vivendum in universum conducant. Quare idem Aristoteles *Cap. 5. dict. Lib. 6.* diffinit prudentiam esse habitum vera cum ratione activum circa ea, quæ bona, vel mala homini sunt. Videtur autem habitus hic, qui solus civilis est, inter duo extrema collocari, imprudentia, atque calliditatis, sive malitia; utrumque est quid incivile. Nam civili facultati, vel prudentia contradicit. Quare quod Mutius Sulpitium objurgasset dicens, turpe esse patricio & nobili viro caussas oranti jus, in quo versaretur, ignorare, perinde est ac si dixisset incivile est. Alterius extremi exemplum legi potest in *lege prima ff. de regul. Cat.* ubi cavillatio reprehenditur. Utrunque prudentia opponitur, quoniam neutrum utitur ratione vera, ac ideo utrumque incivile est, sed alterum ab ignorantia, alterum a malitia proficiuntur. Qua ratione in eos omnes inveni potest, ut Celsus ait, qui tota lege minime perspecta, una aliqua ejus particula proposita judicant, vel respondent, & undecunque procedat, incivile est, veraque rationi, ac civili prudentia contradicit. Nam cum præcedentia ad sequentium declarationem plurimum conseruant, & e contra *l. si servus plurim q. ult. ff. de l. 1.* licet magis influant præcedentia ad sequentium declarationem, quam e converso, ut post *Gloss.* tradit *Bartolus in l. quisquis ff. de l. 3. Jasen in l. Gallus q. etiam si n. 23. ff. de lib.* & postb. quod mihi satis persuasum est, temere videtur, non nisi ad particulam respicere, qui ex integra lectione de ipsis legis sententia certior fieri possit.

10 **LEGE.** Bare universam Justinianeam legislationem, & præsertim eam, quæ ad causam pertineat, legis verbo significatam existimat. Totum enim jus, una lex, una sanctio est. Confirmat, quod earum, quas leges dicimus, multæ sunt, quarum aliæ ex aliis interpretationes

tiones mutuantur, ut Galli formula ex l. *Vel leja*, & aliae ejusdem generis; Sed ego laudo quidem ad leges omnes respicere, quae ad causam pertinent; ad omnes absolute, neque necessarium, neque facile existimo. De uno dumtaxat *Baldo* circumfertur, quod nullum jus penitus ignoraverit. Quod an ita se habeat, ceteri viderint. Fragilis tamen, & infirma est solutio *Aymonis* cons. 92. n. 2. ex eo deducta, quod *Baldus* nullum jus ignoraverit, recteque ad alias confugit, nec ille solvendi modus in exemplum transire deberet. Tum etiam quod *Celsi* tempore non haec legum in capita per *Tribonianum* distributio facta foret, opinor *Celsus* intellexisse legis nomine legem Aquiliam, legem *Eliam* sentiam, legem *Falcidiam*, vel similes, ut qui legem Aquiliam induceret, eam omnem inspexisse debuerit. Ad has pertinet c. *quædam dist.* 2. sed tamen *Tribonianus*, qui in modum cuiusdam centonis jus nostrum digestis ad præsentem legum adnotationem, sententiam *Celsi* traduxisse videtur, sicut *Ulpianum* de exequatione respondentem introduxit l. 1. ff. de l. ut *Justiniani* constitutioni deserviret, ac ita usus observat. Quod comprobatur ab effectu judicandi, vel respondentia, utrumque enim versatur circa singula. Igitur singulis speciebus singulæ leges accommodantæ sunt, quæ ex responsis prudentum presumptæ, plerumque species etiam singulares diffiniunt. Sed in contrarium non minus in eos inveniri deberet, qui leges, & autoritates coacervant, ut vel nullius artificii studium, atque laborem exhibeant, vel profusa scriptura vanam, indoctæque doctrinæ ostentationem ignaris litigantibus vendant. Porro quantum, bone Deus, ab ingenuo Jureconsulto abhorre. re dicendum est, vel etiam in regulis ipsis, non modo in legibus apertis supervacanee confirmandis, longo ordine interpretum omnium autoritatem subjecere, ut illud probes, quod etiam pars adversa tanquam indubitatum gratis concedere non gravabitur? Cum communis opinio in questionibus controversis plurimum valeat, laudari poterit receptionis sententiaz per enumerationem ostensio. Ceterum cum lege diffinita res est, nec dubia, aut varia illius interpretatio, ad eam respicere sat esse, ex hac ipsa lege probatur, quæ nihil ultra præscribit, quam, ut eam totam inspicias. Cetera quidem faxit Deus Optimus Maximus solertiae sunt addimenta.

15 PROPOSITA. Non omnem legem propone-re necesse est, sed inspicere, ea que tota inspecta, cum particula toto non contradicit, sed bene respondet, eam solum allegare fas est.

JUDICARE, vel respondere. Post ipsum legumlatorem, qui primum tenet gradum, Ju-dicentium, & respondentium gradus sunt. Ille condit leges, hi vero inspiciunt, & secundum leges judicant, sive respondent, quod autem in legibus præscribit *Celsus*, quoniam utilitas eadem est, transferri debet ad ceteras etiam, vel interpretationum, vel consiliorum inspectiones. Vidi aliquando alligari consilium eximii alicujus Jureconsulti in rationibus dubitandi, quo paulo infra perfecto constituit contrarium definire in rationibus decidendi; Omnem *Celsus* in legendis negligientiam redarguit; Tum vero præscribit per modum suppositionis, quoad fieri potest ex lege judicandum esse, aut respondendum. Malè ergo ex novissimorum auctoritate, id sapere probare contendimus, quod nisi repertoriis dumtaxat incumberemus, ex legum nostrarum fonte (qua in re vel maxime Hieronymus *Benevolens* semper excelluit) feliciter haurire possemus.

## In L. 25.

- 1 Ratio naturalis, & civilis ad l. banc inducitur.
- 2 Quid interfit inter banc l. & l. quod favore C. cod.
- 3 Sententia Baronis de bac re probatur nu. 14.
- 4 Accursii error in bac lege.
- 5 Regula istius legis declaratur exemplis.
- 6 Corasij in ratione juris interpretanda expositio damnatur.
- 7 Stante statuto quod bona pupillorum possint arbitrio magistratus alienari sine solemnitate, vel substantialitate, non tamen poterunt alienari sine causa.
- 8 Causa non venit appellatione substantie, vel solemnitatis.
- 9 In bac l. quid interfit inter Juris rationem, & equitatis benignitatem.
- Authoris sententia.
- 10 Ratio discernens, & ratio corrigens.
- 11 Regula istius lege in equitate fundata.
- 12 Tum bac, tum omnis alia regula, que in equitate fundata sit exceptionem non habet.
- 13 L. quod favore C. cod. limitationes admittere potest.
- 14 Baronis differentia probatur.
- 15 Durior interpretatio que?
- 16 Aliae Regulae de Legibus interpretandis huic cedere compelluntur.
- 17 Nihil remissio, damnatur.
- 18 Res Ecclesiæ, que pro redemptione captivorum alienari queunt, non possunt alienari pro iis, qui proprio scelero ad triremes damnati sunt.
- 19 Hie-

19 Hieronymus Cerritanus laudatur.

L. XXV. Mod. Lib. 7. Responsum.

**N**ULLA JURIS RATIO, aut equitatis benignitas patitur, usque salubriter pro hominum utilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.

**N**ULLA JURIS RATIO. Ergo neque naturalis, neque civilis hoc patitur, argumento §. constituitur Inst. de ius. Non naturalis quidem, quoniam quandam repugniam continet, ea nocere introductione, quae professe contendas. Non civilis, quoniam cum aliquid utilitatis gratia introductum est, si producatur ad incommodum, a constituto fine declinat; at universa civilis philosophia ita laborat in affectione finis, seu speculativa in subjecti cognitione versatur; quare ab omni civili ratione abhorret, quod a fine declinat. Quæritur quid inter sit inter hanc, & l. quod favore C. de leg. Fulgosius arbitratus est utriusque eandem esse decisionem, & sentire videtur Albericus. Contrarium defendant Jacobus, & Paulus Cast. & Aeguinarius Baro. Castrensis legem hanc de interpretatione, illam vero de usu accipit. Rectius definit Baro eam respicere ad jus singulare, hanc ad universale; quod si ita se habet, ut utriusque legis verba tamen insinuant, inferri potest non ex toto cum lege nostra concordare plerasque, quas hic Accursius inducit veluti l. non eo minus. C. de procur. multoque minus l. plures C. de fid. instr. quoniam procedunt in jure singulari, ac ideo magis concordant cum l. quod favore C. eod. Idem dico de l. generaliter §. in iis autem C. de secund. nup. Hanc unam illustreremus exemplis. Prohibet lex murum Civitatis ascendi h. ult. inf. de rer. divisi. (hoc exemplo Baro, & Corasius utuntur hic, & supra in iis commentariis, veluti plurimum accommodato, saepe eodem nos usi fuimus.) Ascendit civis, ut hostes depellent. Si legis introductionem respicias pro Civium producitur incommodum; nulla juris ratio id fieri patitur. Induci etiam potest ejusmodi lex in illa Bartoli quæstione de poena illius, qui sanguinem fecerit in Palatio; incommodum enim

civibus afferit, ne prescripto Medici agrotis mitti sanguis e vena queat? Igitur ad hanc severitatem producenda non est. Ex quo constat male Corasium hic juris rationem, verborum proprietatem, & subtilitatem fuisse interpretatum, quia hic opponatur benignitati, quoniam non opponitur, sed ad hanc durioram interpretationem evitandam cum æquitate consensit. Ceterum quæstiones, quas nostræ excitant ad jus singulare, non ad hanc legem pertinent, ac ideo determinantur ex l. quod favore C. eod. Cujus legis argumento si statutum caveat bona pupillorum arbitrio. Magistratus omni omissa solemnitate, vel substantialitate alienari, quæri potest, an caussa cognitionem tale statutum remittere videatur? Maxime vero inspici debet an favore pupillorum introductum sit, quod ego arbitror citra controversiam, ex quo subinfertur non respicere interpretationem aliquam, quæ jura pupillorum laedere possit, dicta l. quod favore C. eod. l. non eo minus C. de procur. & ego alias consului super simili statuto illa verba solemnitate, vel substantialitate caussam non comprehendere, quod neutrum eorum esset. Est enim caussa alienandi imminens æs alienum l. magis puto §. & magis ff. de reb. cor. l. ob. æs C. de præd. min. Et ut morbus est caussa medicinæ, ita æs alienum caussa est alienationis occasionalis, & impropria. Fit enim alienatio, ut removeatur caussa, tantumque abeat, ut caussæ solemnitatis, vel substantialitatis nomen conveniat, quantum quod morbus sit de substantia, vel solemnitate artis medicæ. Nihil porro aliud est concedere bona alienari sine caussa, quam concedere, ut dilapidarentur etiam, & ideo hæc interpretatio tam incommoda pupillis, ab iis, qui artem boni, & æqui profitentur, rejicienda est. Quare respondi alienationem factam praetextu majoris utilitatis nullam esse, quod ea sit caussa approbata, Cum man. in l. si fundus ff. de reb. cor. & in l. magis puto §. si æs ff. eod. Cast. in l. cum b. n. 12. ff. de translat. Affl. Decis. 87. Capic. decis. 113. Ursil. ad Affl. n. 2. Ruyn. conf. 63. n. 12. lib. 1. Rol. conf. 7. num. 26. volum. 3. Menach. de arbitr. jud. casu. 121. n. 60. Simonc. de decreto lib. 3. tit. & Inspect. 17. n. 126. & veram, ac receptissimam hanc sententiam esse, non est dubitandum. Neque statutum illud in aliqua sui parte dispensat circa caussam, quoniam intendit alienationem celeriter fieri, ac ideo solemnia, & substantialia remittit, ne imminens æs alienum ex mora pupillos in dies magis premat, non tamen concedit, ut sine legitima caussa liceat ad alienandum profilire, caussa vero utilitatis non est legitima,

aut

**AUT AEQUITATIS BENIGNITAS.**

Quemadmodum æquitas duplex est, naturalis, & civilis, ita duplex erit ejusdem benignitas, quæ utrique respondeat, & sic nulla etiam benignitas id patitur. Non naturalis quidem, quoniam nihil distat a naturali ratione. Non civilis, quoniam abhorret a severitate, & jus emendat, ut indulget, & ut remissius non, ut durius tractet. Quid inter jus, & æquitatem intersit, & quæ sit æquitas, quæ ipsius benignitas *lib. sing. ad hunc titulum* differui. At quomodo æquitas a ratione juris differat, etiam si differat a jure, quamquam hic supponatur, non satis innotescit. Quinimum dum scripturam emendat, cum ratione juris convenire videtur, nam mortui legislatoris officio fungitur id faciens, quod ille faceret si adesset *Arist. lib. 5. Ethic. c. 10.* tum maxime scriptum jus ex ratione juris emendat; & mihi id unum, quod pertinet ad hanc rem, interesse videtur, quod ratio in eo, quod agitur errorem ostendat, æquitas errorem ratione patescendum corrigat, & emendet, ut non 20 incommode, etiam si ratio eadem sit, distinguatur ab intellectu in rationem discernentem, & corrigentem. In eo, qui murum ascendiit ut hostes depelleret, ratio juris demonstrat nihil factum esse contra mentem legis, sed quoniam lege scripta reus est, ab ipsa æquitate per legis emendationem liberatur, absolviturque; alioquin eundem ligaret, quoniam in 22 verbis nulla est ambiguitas. Ex iis opinor legem hanc ita in æquitate fundatam, ut ab ea sejungi nequeat, neque tamen scripta æquitas est, sed præceptum æquitatis, æquitas enim versatur circa singula. Ac ita non legis, sed æquitatis præscriptum existimari debet, quoniam nullo casu emendari potest. Hujus enim regulæ emendatio, quoniam tota pendet ab æquitate, non posset fieri, nisi æquitatis benignitate resistente, quæ nihil aliud est, quam consensio illa, & venia ad ignoscendum ut *d. lib. sing. par. 3. c. 4.* explicavi. Fieri enim contra non potest, quin etiam fiat contra id, quod nulla æquitatis benignitas patitur, ac ita si præceptum hoc emendaretur, ipsa in eo emendaretur æquitas, quod per absurdum est. Quemadmodum absurdum 24 est omnem aliam regulam dum taxat in æquitate consistentem ejusque servandæ caussa introductam, eo nomine posse emendari, ut in regula *l. placuit C. de judic. l. in omnibus ff. de reg. jur.* innotescere poterit, nunquam enim excipientur casus, in quibus si æquitas locum habere possit, ejusmodi regulæ limitentur ne æquitas ipsa excludi videatur. Ut enim jus legitimum ab æquitate emendari justissi-

mum est, ita æquitatem ipsam emendari a legitimo jure falsissimum est. Ergo hoc Modestini præceptum perpetuum existimari debet. Quo posito nihil potest esse, vel huic legi contrarium, vel tanquam speciale ab ea exceptum, ut inepte admodum *Accursius ac cæteri* post eum tot excitaverint oppositiones, quæ non huic legi, sed leg. quod favore *C. de legibus*, ut certo certius est, adversantur. Eaque 13 constitutio poterit aliquo casu limitationes admittere, cum non ita immediatè cohereat æquitati, sed potius quadam benigna legislatoris interpretatione nitatur, quod ea verba ad *lesionem eorum nolumus inventum videri* satis aperte significant. Tum etiam quia fieri potest, ut jus illud singulare, quod aliquorum utilitatem continet, aliquo casu comuni utilitati contradicat, & propterea cedere cogatur.

**14 SALUBRITER.** Ad eam legem id pertinet *salus populi suprema lex esto*, & satis indicat hunc locum ad jus singulare minime pertinere ut supra ex *Batene* deduxi.

**15 DURIOR INTERPRETATIONE.** Durior interpretatio ea est, quæ solis verbis inhærens sententiam legis offendit, & quamquam verba per se clara non admittant interpretationem, ut in eo, qui murum ascondit, attamen cum verba contradicunt sententiaz, statim dubitatio oritur, & benigna interpretatio, quæ simul æqua est, pro sententia est, quæ vero verbis favet, durior appellatur, quod æquitati contradicat, cum non sese ad sententiam flectat, & accomodet, sed rigida, duraque resistat: Itaque dubitationi occurrit inter scriptum, & voluntatem, & in ea interpretanda, & juris rationi, & æquitatis benignitati contradicit. Quas ad eam excludendam in hac re (quidquid *Corasius* dixerit) convenire manifestissimum est. Itaque quemadmodum in poenis, quod durius est effugimus *l. respiciendum ff. de pun.* ita hic ab hac duriore interpretatione abstinemus.

**PRODUCAMUS.** Productio est, si ad rationem juris, vel æquitatem respicias, si ad jus scriptum plerunque comprehensio erit, & in exemplis supra positis, appareat.

**SEVERITATEM.** Itaque durior interpretatio, & producit, & perducit ad severitatem. Hæc vero manifestam injustitiam sapit. Nam leges omnes pro hominum salute tum inventæ tum latæ sunt, & in communem utilitatem veluti finem

finem proprium diriguntur. Quod si incommodum populo afferant, nec leges sunt, quia non ratio juris, non aequitas patitur leges ad populorum incommodum introduci, aut introductas interpretari, utrumque enim a fine legis abhorret. Ergo *Medestini* præceptum non est de legibus quibusdam, sed de omnibus: omnes enim pro communi utilitate introducetas esse decet c. erit. distinctione 4. Et inter omnes interpretandi rationes hæc una, quæ datur a fine, debet esse præcipua; Nam propter communem utilitatem leges non tantum feruntur, sed latæ abrogantur, subvertuntur.

**16** Ergo regula *l. benignius*, & *l. in ambiguo*, & *l. non omnium*, huic cedere compelluntur, quia rationem habent eorum, quæ sunt ad finem, hæc vero solius finis immediate rationem habet; Illud prætermittendum non est, maxime legem hanc eos offendere, qui verba, sive legum, sive pacientium contra sententiam proferendis interpretantur; Cum enim ad societatem humanam integrandam data sit nobis loquendi facultas, ut quod animo sentimus voce pronunciantes, invicem conciliaremur, jam quicunque intelligit, quid legislator sentiat, inique contra ejusdem sententiam, verba interpretatur; Et inter cæteras, hæc una durior est, ac dolosa interpretatio, & ipsis loquentibus incommoda, ut verba inventa ad animi sententiam explicandam interpretemur contra sententiam *l. penul. in fin. ff. ad exhib. l. fraus inf. b. z.* Et si in iis obtinet, quæ quotidie pro hominum utilitate inveniuntur, ut rejicienda sit hæc interpretatio, multo magis in iis obtinere debet, quæ a D. O. M. ad communem omnium utilitatem profecta sunt, ut ad eorum incommodum contorqueri non debeant, nam iniq[ue] magis, quam sæveræ ejusmodi interpretationes forent. Existimo tamen, ut quemadmodum ad severitatem duriore interpretatione procedendum non est, ita non esse nimia remissione, aut benignitate ad damnosam facilitatem declinandum; ab utroque extremo abstinere debemus *l. respiciendum ff. de pœn.* Qua **18** ratione placuit semper eorum sententia, qui cum res Ecclesiæ in redemptionem captivorum alienari posse fateantur, juxta *l. sanctimus C. de Sac. Eccl. Cap. Apostolicos c. & sacror. cum seq. 12. quest. 2.* non tamen consentiunt quadam remissiori interpretatione produci ad nimiam indulgentiam, ut eorum etiam redemptio permissa sit, qui ob patrata scelera ad triremes damnantur. Sic publica disputatione **19** olim defendit Hieronymus *Cerretanus* nunc solidissimus Canonum interpres, in quo jam per plurimos annos, & morum suavitatem, & animi ingenuitatem præclara eruditione con-

junctas, & diligere, & observare soleo. Justos enim, ac innocentes casuque adverso in captivitatem collapsos, quos vexari justum non est, redimi juris ratio, & aequitatis benignitas flagitant, at nocentes, noxiisque puniri utile est *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* iisque purgare civitatem ad officium eorum, qui præfunt, pertinere videtur *l. 3. ff. de offi. Presid.* Ergo neque durior, neque remissior interpretatio, quæ ab intentione legislatoris declinet, recipi debet.

### In L. 26.

- 1 Nulla lex est ipsa jure legi contraria.
- 2 Accusius tres affert trahendi modos ad banc legem.
- 3 Tertius extra propositum legis esse demonstratur.
- 4 Authoris ad banc *l. intellectus*.
- 5 Statutum Senense, quod procedatur de similibus ad similia ad posteriora statuta trahitur.
- 6 *Judex maleficorum de causa civili cognoscere non potest.*
- 7 *Trahere quid sit, tam ex communi, quam ex Authoris sententia.*

### LXXXVI. Paulus Lib 4. Quæstiōnum.

**N**O N est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur.

**A**LIQUANDO status controversiarum ex scripto & voluntate pendent, interdum verè propter contrarias leges ex quo utrinque scriptum contenditur, sola superest quæstio voluntatis *Quint. lib. 7. Cap. 8.* Ad priorem quæstionem pertinet *l. scire leges cum seq.* ad secundam hæc cum duabus sequentibus. Rethores hanc controversiam appellant ex contrariis legibus; omnibus autem manifestum esse debet, nunquam esse legem legi contrariam jure ipso, quia si diversum jus esset, alterum altero abrogaretur; sed eas casu collidi, & eventu. Veluti lex ait *Tyrannicidæ imago in Gymnasio* ponatur. alia lex mulieris imago in *Gymnasio* ne ponatur. Mulier tyrannum occidit, hic lex legi opponitur. Interdum quæstio incidit qualitatis utra justior, interdum temporis, utra prior. Sed quocunque modo se invicem collidunt, vel quia pares inter se sint, vel quia secum ipsa id faciant; quod accurate *Quint.* explicat, quod

## LIBER SINGULARIS

133

- quot modis possit accidere, ut idem recte admonet, plurimum semper poterit, utrum fieri sit melius, atque æquius, de quo nihil precipi nisi proposita specie poterit. Sed videndum est primum, ut monet *Auctor* ad *Hærennium lib. 2.* num quæ abrogatio, aut derogatio sit, & hoc casu abrogatum abroganti cedere necesse est *l. sed & posteriores inf.* Plerumque priores ad posteriores trahuntur, ut hic, quod tribus modis fieri *Accursius* existimat, ut determinentur, suppleantur, corriganter. Primo modo, ut in *l. 1. C. quam libel. Principi dat.* quæ determinatur per *l. 2. eo tit.* Nam, quod rescriptum Principis habeatur pro contestatione, determinat procedere in actionibus Praetoriis durantibus per annum. Secundo modo, ut in *l. ult. C. de constit. pecu.* ubi constituit *Justi.* quod epistola *Divi Hadriani* de beneficio divisionis inter plures fidejussiones, habeat locum inter plures constituentes. At hoc non est supplere legem, sed extendere, & aliud extensio, aliud supplatio esse videtur. Tertio modo, ut in *L. generali C. de Sacr. Eccl.* quæ constituit, quod quæcumque persona Deo dedicata possit testari, statim verò corrigitur per *auth. ingressi*, quæ auctor disponendi facultatem. Ego tertium hunc modum arbitror extra propositum legis, quoniam trahuntur priores ad posteriores evitandæ contrarietas causa *d. L. sed & posteriores*, at ubi correctio, ibi contrarietas est. Praeterea Lex correcta non est lex, & ideo ex duabus legibus altera correcta, non potest una ad alteram trahi, quia *Paulus* utramque legem esse supponit: Secus est, ubi imo trahitur, ut distinguatur, declaratur, suppleatur. Nam hac ratione conciliantur, ne contrariantur invicem. Et hanc moderationem recipit intellectus Accursii, & communis, si eum sequi velimus. Mihi alias esse videtur nempe, ut declarando, & disponendo, ut exemplo legis Falcidiæ (quod omnium accommodatissimum est) evidenter apparet. Ea modum legatis dumtaxat adhibuit *L. 1. ff. ad L. Falc.* Fideicommissis non ita, neque enim erant in usu *Inst. de fid. hered. in princ.* Tracta est ad leges posteriores, ut & in fideicommissis locum habeat *l. sed quia inst. ead.* Idemque in donationibus caussa mortis factum est *L. 2. C. de Donat. cau. mor.* Trahere est producere, extendere, in sensu Accursii potius videtur posterior trahi ad priorem. Aliud exemplum sit ex lege municipali. Adeo *Senis* statutum, quod procedatur de similibus ad similia, trahitur hoc statutum dispositivè ad quæcumque statuta in futurum fieri contigerit, & hoc est, quod *Paulus* ait, non est novum. *Tertullianus* vero dicit usitatum. Rursus lex est ne judex maleficiorum judicet de caussa

civili. Leg. solemus & latruncularer quæ not. Bart. ff. de judic. etli nova lex super novo civili negocio feratur, neque aliquid disponat, judici maleficiorum, tracta priori lege ad posteriorem, cognitio denegata esse videbitur. Quare si in testamentis vel hodie aliud reliqui genus ex lege proficeretur, ad eam legem traheretur lex Falcidia.

**TRAHANTUR.** Vim majorem posterioribus legibus regulariter inesse constat, posteriores trahunt, priores trahuntur. Trahuntur quidem, quoniam flectunt, & accommodant se posterioribus, ne iisdem contradicant. Quoniam si contradicant incidimus in contrarias leges, quo casu posterior priorem tollit, non ad se trahet. Exemplum summi potest ex *L. non ambigitur supra eod.* quæ lex est prior *L. ult. C. eod.* si dicamus Senatum legem facere posse *L. ult.* contradicit id, soli Imperatori concedens. Jam incidimus in contrarium, ac ideo fateri cogemur priorem esse correctam, sed si eam trahimus ad posteriorem, ut vel dicamus Senatum id facere posse Principi suggestendo, ac per modum consilii, vel Principe permittente, ut *Baro* hic censet; vel jus facere, & condere legem non esse idem, ut dixi in *d. L. non ambigitur eam* modi tractione contrarium effugimus, & conciliationem assequimur. Trahitur prior ad posteriorem dum ita se accommodari patitur, ne contradicat. Hæc dici possunt Accursii, & aliorum defendendi caussa. Sed genus hoc trahendi rarum est, non usitatum; quare in superiori sententia resideo, quæ ad *Tertulliani* mentem videtur magis accedere, ut trahere legem non sit eam flectere, sed producere, extendere vim, ac potestatem patefacere, non quasi legi vim quamdam inferre; quod si vel aliquando fiat usitatum tamen esse non appetet. Sic *Ulp.* porrigendo edicti sententiam in *L.* si quis id quod *L. de jurisd. omn. judic.* non potuit porrigeret, quin etiam traxerit.

*In L. 27.*

1 Varia hujus l. lectio.

2 Vera ejusdem explicatio.

3 Dictione quoque explicat casum magis dubitabilem.

4 Confirmatur adversus Accur. intellectus Auctoris ad leg. preced.

5 Leges commisceri possunt, ut comprehendant id permixtè, quod separate non comprehendunt.

6 Cum lex ad legem trahitur facilior colligatio est, quam, ut ad rem vel personam similem trahatur.

7 Antiquum de qua legc dicatur remissive.

L. XXVII. Tertullianus Lib. I.  
quæstionum.

**I**DEO. quia antiquiores leges ad posteriores trahi usitatum est, semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas. Et ad eas res pertineant, que quandoque similes erunt.

**I**DEO. Neque structura verborum, neque legis sensus difficultate carent. Quidam ut *Æguin.* Baro legunt adiecta copula ibi & semper quasi &c. quæ difficultatem auget; quidam, ut *Cerasius*, post verbum oportet puncto orationem finiunt; sed durior mihi videtur hec separatio per punctum. Ideo retenta vulgata lectione, quam magis probo, credo hunc 2 fuisse Tertulliani sensum ex intentione Tribonianii legent hanc cum praecedenti colligantis. Non est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur, ideo quia antiquiores leges ad posteriores trahi usitatum est, semper quasi hoc legibus inesse credi oportet. Paulus trahi pronunciet absolute, Tertullianus, per modum causæ, id est, quia trahi usitatum est, neque enim Paulo aliud est non esse novum; ideo semper hoc quasi legibus credi oportet inesse. Notat *Accursius* locum a communiter accidentibus; ego noto id, quod usitatum est inesse legi, & potius ad mores respexit Tertullianus. Aliud verò est aliquid usitatum esse, aliud communiter accidere: multa communiter accident ex natura, non ex more, ut nix in hyeme, quæ tamen quandoque accidit etiamestate. Duo verò contendit inesse legibus antiquioribus, & ut ad posteriores trahantur, & quia hoc usitatum est, minus dubitabile est, aliud, quod etiam magis dubitabile est, ut ostendit dictio illa quoque, argumento *I. etiam ff. de fun. dot. I. etiam C. si tut. vel cur. interven.* hoc autem est, ut non tantum ad posteriores trahantur leges, quæ similes sunt, sed etiam ad eas personas, & res, quæ quandoque similes erunt. Quæ res confirmat adversus *Accursium* quod in praecedenti lege dictum est; explicatio enim rerum, & personarum similium, similes leges implicat, quare priores leges ad posteriores similes trahi usitatum est: at in quo posterior priorem corrigit dissimilis est, in quo supplet, ipsa trahitur non trahit. Minus autem dubitationis habet, quod lex ad legem trahatur, quam quod trahatur ad rem, vel personam similem; Nam leges

5 duæ, quod magis est, auctore *Juliano* miscerè possunt, ut id decidant, quod neutra comprehendit, & videbitur id lege comprehensum. *L. Gallus* §. ult. ff. de lib. & postib. Quare cum lex ad legem trahitur, facile colligantur. Quoniam ex legislatoris intentione una omnium legum latio est, & una lex omnes leges existimari debent. At cum lex trahitur, ad novam rem, vel personam, ad id trahitur, quod sibi in unitate legum colligatum non est. Optimè quadrat exemplum *Accursii* de Macedoniano Senatusconsulto, quod quamquam loquatur in filiis, trahitur ad nepotes *I. filium babeo ff. ad Maced.* sic edictum de servo corrupto ad filium familias utiliter trahitur *I. ut tantum ff. de serv. corr.* In re exemplum in *I. si quis id, quod ff. de iurisd. omn. judic.* quia valde simile est corrumperè edictum propositum, vel dum proponitur, vel paulo antequam proponeretur. Tum aliud est in d. *I. ult. C. de const. pecun.* simile enim est constitutum fidejussioni, est enim quædam præatoria fidejussio.

7 **ANTIQUORES.** Nomen hoc, & ad *I. 12. Tabul.* referri solet *I. Celsus* §. ult. ff. de leg. a. ibi quod jure antiquo capit, quæ etiam antiquissima dicta est §. disponat *Auct. de nupt.* Sed hic quascunque leges vetustiores aliis significat *Cerasius* hic.

**INESSE.** Ideoque ex lege est ejusmodi tractio: *I. scire supra eodem*, & quæ insunt informant *I. juris genium* §. quinimo, ff. de pact. Quare & id ipsum, quod inest, lex est.

**SIMILES.** Ea ratione, quam explicavi in *I.* non possunt supra eodem.

In L. 28.

- 1 Pertinere apud Tertullianum idem est, quod trahi.
- 2 In dubio regule inherendum est.
- 3 Leges contrarias esse dicendum est, ubi nulla ratione conciliari queant.
- 4 Vlp. in *I. 1. ff. de pact.* & Paulus in *I. naturalis*. §. at cum do ff. de præscrip. verb. qui hactenus contrarii vici sunt in referendo Juliani sententia, facillimo negocio ab Auctore conciliantur.

L. XXVIII.

L. XXVIII. Paulus Lib. 8. ad l.  
Juliam, & Papiam.

**S**ed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrarie sint, idque multis argumentis probatur.

**SED, ET POSTERIORES.** Quo pacto priores ad posteriores trahuntur, eodem prorsus posteriores ad priores pertinent, converso dumtaxat ordine, sed non ita frequenter id accedit, & ideo *Paulus* non asserit usitatum.

**I PERTINENT.** Pertinere, idem est, quod trahi, ut *l. præced.* ubi *Tertullianus* eodem sensu utrumque verbum usurpat.

**NISI CONTRARIAE.** Cum leges contrariae sunt, neque priores ad posteriores trahuntur, neque e contra, & quasi utriusque regulæ exceptio a *Triboniano* subiectum hoc videatur; quoniam lex posterior contraria priori abrogat eam, sive tollit, non trahit, aut trahitur, quoniam potior est *l. ult. infra de const. Princ. §. pen. Inß. de jur. nat. gen. & civil.*

**2** sed quia in dubio regulæ inhaerendum est, ut *not. in l. i. ff. de reg. jur.* tum evitari contrarietas debet *l. ubi repugnantia ff. de reg. jur.* tum odiosa correctio est, & quantum fieri potest declinanda c. cum expeditas de elect.

**3** in *6.* ideo non nisi postremo loco dicendum est, leges contrarias esse, vel unam per aliam corrigi, sed omni conatu invicem conciliandæ sunt d. c. cum expeditas. Qua in re *Accursius, Bart.* & ceteri nimis faciles fuisse videntur.

**4** Nam in *l. jurisgentium in fi. ff. de part. & in l. naturalis §. at cum do in fi. ff. prescrip. verb.* cum in referenda *Juliani* sententia *Paulus Ulpiano* repugnare videretur, alteram legem pro altera corrigi *Accursius* difficultate superatus affirmavit. In ea enim specie: *Dedi tibi Stichum, ut Pamphilum manumitteres, manumisisti, evictus est Stichus.* Julianus scribit [Ulpiano referente] in factum actionem a *Prætore dandam*, ille nempe *Mauritanus* ait *civilem incerti actionem, id est prescriptis verbis sufficere.* *Paulus* vero aliter *Juliani* sententiam referre videtur. Ait enim, si is, quem dedi, evictus est, si sciens dedi de dolo in me dandam actionem Julianus scribit: si ignorans in factum civilem. Cur *Ulpianus* in factum *prætoriam*, *Paulus* in factum *civilem* ex eodem *Juliano* retulerit, tantam habet contrarietatem; ut novissimum super hac re *Tribonia-*

*num dispungere Jacobus Cujacius ausus fuerit;* & cum *Barone, & Duarenio* verbum illud *Civilens Triboniani additamentum existimavit.* Mihi vero præter omnes, quos viderim, omnis contrarietas hac nova ratione submoveri posse videtur. Animadverto illam orationem si sciens dedi, de dolo in me dandam actionem Julianus scribit, puncto concludi. Quam ob rem quæ sequuntur verba si ignorans in factum *civilem* ex *Pauli* penu esse existimo, cum nihil me cogat repetere illa verba, *Julianus* scribit. *Paulus* enim modestius, ac remissius cum *Juliano* egit referens eum in ea distinctiōnis parte, in qua novit recte sentire; in alia, in qua sentiebat in factum *prætoriam* competere, omisit *Juliani* sententiam, & propriam adscriptis, & simul errorem ipsius, ac *Mauritaniani* reprehensionem consulto ex benignitate prætermisit. Quare nihil *Paulo*, nihil *Triboniano* obiciendum fuit, nihil de correctione cogitandum. Sic male *Placentinus l. de quibus inf. hoc tit. corrigi putavit per l. 2. C. quæ sit long. consuet.* nam ut ibi ostendam, veræ contrarie non sunt leges illæ, & accidit hoc ipsum alibi saepe, ut leges contrarias afferant, quæ propensiōri animo facile conciliarentur, quod in libris difficilium me facturum policeor.

**MULTIS ARGUMENTIS.** Ut ex lege *Velleja*, quæ posterior est veteri jure, in quo *Gallus* cautionem conscripsit nepotum instituendorum; Ad casus enim *Galli* producta fuit lex *Velleja* ut dixi in *l. nam ut ait Pœdius sup. eod.* sunt & alia multa his similia.

In L. 29.

**1 Epilogus precedentium.**

**2 Lex quando dicatur prohibere.**

**3 Sententia contra legem, est ipso jure nulla.**

**4 Item contractus resistente lege est ipso jure nullus.**

**5 Verba legis non sunt lex, nisi quatenus legislatoris intentioni deserviunt.**

**6 Tribus modis scripto occurritur pro sententia.**

**7 Circumvenire legem quid sit.**

L. XXIX. Idem Lib. Singulari ad legem Cinciam.

**CONTRA** legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem verbi legis, qui salvus verbis legis, sententiam ejus circumvenit.

**1 CONTRA.** Et quid lex sit universalis, & ex quibus constituatur, quid itidem virtus, quid sub ea comprehendit, & super non comprehensis quid statuendum, tum verò & de singulari jure, & quid sit scire leges, tum quomodo interpretandæ, quando querenda earum, vel omitienda ratio, tum de legum indulgentia, de iisdem suo casu non mutandis, ac integre perspiciendis, minime verò contra finem proprium per duram interpretationem producendis, & quomodo priores ad posteriores, & e contra pertineant, hucusque tractatum est, eoque respiciunt hactenus diffinitæ regulæ, ut legum condendarum interpretandarum, producendarum ac conservandarum rationem exhibeant, quæ spectanda quidem iudicentibus, & respondentibus est; sed multo magis Principi, & Legislatori, quem non tantum de Lege condenda oportet esse sollicitum, sed hæc omnia novisse, ut ex singulorum precibus, quæ ipsi adversus iudicentes offeruntur, valat intelligere, an ex verbis iudicatum sit, hoc est ex verbis, vi, & potestate earum, an singularum specierum decisiones principiis hactenus positis respondeant, vel potius contorqueantur sensus legum, vel negligantur sententia, & contra legem, vel in iplius fraudem aliquid fiat. Quare quid utrumque sit Paulus explicat, ut vel populus abstineat, vel Princeps contrafacientibus possit occurrere. Duas partes habet, duasque definitiones ponit lex ista. Quid sit facere contra legem, quid in fraudem legis, & contra legem facere est

**2** id facere, quod lex prohibet. Prohibere dicitur quod & verbis, & voluntate vetando comprehendit, ut nulla scripti, aut voluntatis dubitatio superfit. Rectè Acursius de expressa legis prohibitione accepit, & attulit exemplum, veluti si res minorum vendantur sine decreto, nam id fieri lex prohibet l. 1. ff. de reb. eorum, & adeo irritum est, quod contra legem sit, ut

**3** etiam sententia contra legem sit ipso jure nulla l. 1. ff. que sent. sine ap. rec. l. 2. C. quan. provos. non est nec. contractus item est ipso jure nullus initus lege prohibente l. non dubium C. eod. l. cum lex ff. de Fidejus. Prætor etiam in pactis ea rejecit, quæ adversus legem essent l. 7. §. At Prætor ff. de Pact. Ex hac definitione sequitur non facere contra legem eum, qui facit contra verba legis dumtaxat, non autem contra sententiam, quia nec verba legis existimanda sunt lex, nisi quatenus sensum legis, & legislatoris voluntatem manifestant l. Labeo ff. de Iuppell. leg. Id vero pluribus modis accidit, vel cum servari semper non potest id, quod scriptum est, nam creditur Legislator respexisse ad id, quod fieri po-

test c. erit dist. 4. exemplum Quintilianus affert citato sèpe lib. 7. c. 7. si lex sit: liberi parentes alant, aut vinciantur, num alligabitur infans? Scripto comprehenditur, sed non sententia. Aliud est sèpius repetitum de peregrino, qui murum ascendit, & hostes depulit. In primo occurrit scripto, quod fieri non possit, & per divisionem defendetur hoc modo, an quisquis non aluerit, an hic vinciendus sit. In secundo non queritur, an quisquis, an hic, sed argumentum est vehementius ex eo, quod in lite est, an servandæ Civitatis caussa liceat murum ascendere. Tertium quoddam genus est, in quo in ipsis verbis reperimus aliquid, per quod perhibemus aliud legumlatorem voluisse, ut in hac controversia; Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit alligetur, annulo ferreo inventum magistratus alligavit. Hic, quia verbum est in lege deprehensus, satis etiam significatum videtur, non contineri lege, nisi noxiū ferrum. His ergo casibus magis quam contra legem fieri, scripto occurri videtur. Quinimo cum scriptura nos perducit ad errorem, justissimum est, ut ei occurratur æquitate, vel quovis alio opportuno remedio.

**IN FRAUDEM** verò legis facere diffinit, qui salvis verbis legis sententiam ejus circumvenit.

**7** Circumvenire est se contra juris sententiam sèva prærogativa verborum fraudolenter excusare l. non dubium C. eod l. seq. ubi dicendum est, quot modis id possit accidere.

In L. 30.

- 1 *Fraus quando fieri dicatur exemplis declaratum.*
- 2 *Verba offendit possunt, ut deserviamus menti.*
- 3 *Quid inter sit inter eorum bonumque virum, & callidum, atque versutum.*
- 4 *Fraus ex diametro equitatem oppugnat.*
- 5 *Illud est peccatum, cuius contrarium est optimum.*
- 6 *Fraus quatuor modis fieri potest.*
- 7 *Declaratur l. ista in ver. & quod distat*

### L XXX Ulp. Lib. 4. Ad Edictum.

**F**Raus enim legi fit, ubi id fit, quod fieri noluit; fieri autem non vexit. Et quod distat dictum à sententia, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.

**1** *Fraus enim. Ulpianus Pauli definitionem de class.*

clarat, ut si inspiciamus sententiam contra eam fieri, si verba, nil contra ea fieri dicamus, Respicit fraudator verba dumtaxat, eaque contra sententiam versute interpretatur. Sic sanè ille est, qui quo Senatusconsulti Macedoniani prohibitionem eludat, non pecuniam numeratam, sed oleum, aut triticum filiofamilias credidit, ut inde redigat, & contlet sibi numeros, ac ita iis distractis pecunia utatur; fraus sit Senatusconsulto non verbis, quoniam ad numeratam pecuniam verba Senatusconsulti referuntur, sed sententiaz *L.* sed Julianus §. mutui ff. ad maced. Non enim oportet jus civile calumniari, ut ait Paulus in *L.* pen. ff. ad exhib. neque verba captari, sed qua mente quid diceretur animadvertere convenire, & ut ex *Strab.* lib. Georg. 9. refert Coras. bīc, Thraces, qui cum Thebanis 130. dierum inducias pacti noctu depopulabant agros, eo sc̄e colore velantes, quod induc̄e dierum essent, non noctiupi, callide nimis verba contorquebant, & interpretabantur.

**NOLUIT.** Nolle, aut velle, non ex verbis deducitur, sed ex tententia *l.* scire §. aliud ff. de excusat. tut. & hoc semper agitur, ut voluntas conservetur, non autem verba *L.* benignius supra eod. Quare non exigimus, quod specialiter dixerit, sed si constat fieri noluitie; id perinde habetur, ac si prohibuerit *L.* non dubium *C.* eod. Per contrarium vero si verba quidem prohibeant, sententia vero minime prohibeat, haec præponi temper debet.

**2** Recte tradit Accursius licere interdum verba offendere, nempe cum offendendo menti delerimus, ac ita secundum jura ab eo deductā dictum ipsius intelligi debet *l.* adigere §. quamvis ff. de jur. patr. *l.* quamvis infra de in jus vocan. *d.* §. aliud cum simil. verba enim potiora sensu existere non debent *l.* 3. *C.* de lib. præt. & fecus fieret contra *l.* nulla supra eod.

**3** Aequitas enim (ut iatis hucusque disputatum est) nititur sententia non verbis, & verba emendat, ne aliquo casu sententiaz contradicant. Illudque interest inter æquum, callidumque virum, quod alter detrahit verbis, alter sententiaz, alter scripturam offendit, alter voluntatem; alter scripto dumtaxat utitur, alter vero sola voluntate pugnat, alter absolutionis justitiaz, alter deterioris injustitiaz studiosus esse videtur. Et vere quidem fraudus ejusmodi eo deterrima est, quod æquitati ex diametro opponitur, cum illud semper fuerit 5 pessimum, cuius contrarium fuerit optimum.

**NON VETUIT.** Hinc suæ fraudis deducit velamentum, quod variis modis accidit, ut docet

**6 Accursius.** Fraus enim fieri potest de re ad rem, de persona ad personam, de uno contra etu ad alium, & de uno ad eundem contractum. De re ad rem, ut in exemplo Macedoniani supra relato; in statuto etiam prohibente extrahi frumentum, si quis farinam extrahat, cum enim in utraque re eadem est utilitas, utramque rem legi inesse credi oportet *l.* ideo quia supra b. t. De persona ad personam, ut cum sponsus, quo sponsæ donet, personam aliquam interpolavit *l.* si sponsus ff. de donat. inter virum, & uxorem. De contractu ad contractum, veluti si vir, cum animum vendendi non haberet, idcirco venditionem commentus sit, ut donaret *d.* *l.* si sponsus §. circa. De eodem contractu ad eundem, veluti cum mulier, quæ debuit intercedere, principaliter contrahit *l.* quamvis §. si cum eisdem ff. ad Vell. vel cum filius fam. accepturus mutuum fidejussor intercedit alio dato reo; longe plura fraudis genera congerit Abericus, veluti de juramento ad juramentum, de quantitate ad quantitatem, de nomine ad nomen, de mensura ad mensuram, de facto ad factum, de signo ad signum, de modo ad modum, de mercibus, ad merces, de tempore ad tempus, ied glo. rei verbum generaliter ulurpat arg. *l.* *l.* ff. si cert. pet. neque dubitandum est, tot in rebus posse fraudem obtinere, in quot justitia servari deberet; in quocunque etenim negotio, si constituamus, quid justum sit, intelligimus contrarium illius esse fraudulentum, & injustum.

**7 ET QUOD DISTAT.** Dubitari potest, ne ejusmodi comparatio superioribus aliquo modo contradicat. Nam si facere contra legem est, tam contra verba, quam contra sententiam facere, fraus vero servatis verbis sententiam circumvenit, jam in altero utrumque, in altero unum dumtaxat sectamus. Dictum a sententia, tamquam cortex a medulla, corpus ab anima distingui videtur; tum etiam, quia prius sentimus, postea dicimus, voces enim sunt earum, quæ sunt in animo passionum notæ, ut docet Arist. lib. 1. de inter. cap. 1. Verum non ad hanc, vel illam differentiam Ulp. respexit, sed solum, ut tunc dictum dicamus a sententia distare, cum aliud dicimus, aliud sentimus; Alioquin cum idem dico, idem sentio, dictum apud Ulpianum a sententia plane non distat; sic cum facio contra legem, idem dico, quod sentio; cum fraudem facio legi, aliud dico, aliud sentio, quare hoc distat, quod fraudator aliud dicit, aliud sentit, contrafaciens idem dicit, quod sentit, recte igitur comparatio quadrare videtur.

In

- 1 Principis à Tyranno distinguendi Aristotelis regula .
- 2 Princeps tanquam DEUS inter homines .
- 3 Dubitatur , ne non Princeps sit solutus legibus .
- 4 Lex turbatione caret , mens humana non ita .
- 5 Distinctio communis , Principem solutum esse de necessitate , non de honestate reprobenditur .
- 6 Aliorum sententia , ut intelligatur solutus legibus solemnum .
- 7 Salomonii error negantis Principem vi Principatus legibus esse solutum , sed dumtaxat ex lege regia ex Aristotelis sententia detectus .
- 8 Principem directivę legi subjectum esse , non coactivę ex distinctione Divi Thomę , que ad mentem Aristotelis esse probatur , & ex vi legis , non simpliciter ex vi rationis num. 11. in fin.
- 9 Vis directiva legis explicatur .
- 10 Princeps legibus solutus est , idest paenitentia legum expositoris Authoris .
- 11 Nullitas actus consideratur , ut præna .
- 12 Zazii verbalis objectio .
- 13 Turpo est partem suo rato non respondere .
- 14 Quædam Principi competunt ut Principi , quædam ut privato , & in quibus , ut privatius habeatur , late declaratur .
- 15 Leges quædam obligant Principem ut principem .
- 16 Augusta non lege regia , non ratione , non moribus soluta legibus est .
- 17 Ei tamen omnia Fisci privilegia competunt .
- 18 Ementes à Fisco , à Cæsare , ab Augusta statim fūnt securi .
- 19 Donatio item facta ab Augusta , vel ei non eget insinuatione .
- 20 L. quod Principi , & l. sequenti ff. de l. 2. expenduntur .
- 21 Accursii solutiones referuntur , ac reprobantur .
- 22 Zazii sententia , quod Augusta iusta restituatur non undeque vera .
- 23 Caducorum differentia ab Accursio non intellecta .
- 24 Intellectus ad dd. l. Quod Principi , & seq. & proposita difficultatis resolutio .

L. XXXI. Idem Lib. 14. Ad leg. Jul. & Pap.

**P**Princeps legibus solutus est ; Augusta autem , licet legibus soluta non est , Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt , quæ & ipsi habent .

**P**Princeps . Nomen hoc non verificatur in Tyranno , sed in eo , qui justè dominatur *Gloss.*

1. in ver. Regum in Clem. de Baptism. Princeps enim a Tyranno distinguitur ex sententia Arist. lib. 3. Polit. Cap. 10. quod ille secundum leges , & voluntibus , hic autem invitis dominatur ; ille a civibus custoditur in eorum gratiam , hic vero ab externis mercede conductis contra cives custoditur . Idem verò cap. 12. maxime dubitans an Regia , & unius Principis gubernatio melior sit , ita statuit . Quando igitur , aut totum genus , aut inter alias unum aliquem ita virtute præcellere contingat , ut unius ipsius virtus major sit aliorum omnium virtute , tantum iustum est hoc esse Regium genus , & omnium dominari , & hunc unum esse Regem .
2. De quo putandum erit (ut idem ait c. 9.) talem virum tanquam Deum inter homines esse . Sed hoc supposito , quoniam ut hic Salomonius tradit , Princeps juris est , non injuriae nomen , adhuc videtur , ne Princeps legibus solutus sit .
3. Nam videtur hunc non legibus , sed hominibus dominari debere . Eum enim præesse melius est , cui (ut c. 11. Aristoteles ait) non adest turbatio aliqua omnino , quam cui naturaliter inest , bac autem turbatione lex caret , mens humana non carot . Quod in filiis eorumdem perspicuum esse constat , in quibus paulo infraquarens , an per genus successio esse debeat , ait „ At si natorum qualiscumque perniciosum est ; Sed dices non relinquet Regnum ejusmodi natus Rex , cum id sua sit potestate . At non facile jam est in hoc fidem babere , arduum enim , ac majoris virtutis , quam secundum humanam naturam . Sentit ergo Aristoteles legem justam Principi justo meliorem esse , quod nulli subjaceat perturbationi , & sua sponte ad justitiam declinare non valeat . Augetur dubitatio ex c. justum dist. 9. Justum est Principem legibus obtemperare suis , & paulo post Principes legibus teneri suis , nec in se posse damnare jura , quæ in subjectis constituant , justum est . Quod si justum est teneri legibus , ergo non teneri injustum erit : nihil esse , aliud est , (ut Budeo placet ) solutum verò quam

quām non teneri legibus, ergo lex quæ Principem legibus solvit injusta est. Qui-  
5 dam contraria solvunt, quod Princeps subjiciatur legi de honestate, non de necessitate ita not. *Salyc. in L. digna vox C. eodem* vel se sua voluntate subjecit legibus, ut hic *Accursius* censuit. Utraque solutio vel falsa, vel plurimum imperfecta; quia *Salyctus* honestatem secundum quid considerat, non autem simpliciter, quia tunc quod honestum foret, idem quoque justum, ac necessarium haberetur; *Accursii* sententia deterior est, nam ea ratio-  
6 ne potest etiam nolle vivere secundum leges. Alii restringunt legem hanc, ut non omnibus, sed solemnium legibus, id est solemnia respicientibus solitus sit, ne videlicet contra-hendo, testando, judicando, aut aliter disponendo juris formulis obligetur, aut propriis obstringatur constitutionibus arg. *L. ex imperfeto C. de testam. ibi*, licet enim lex imperii solemnibus Juri Imperatorum solverit, nihil tam proprium Imperii est, quam legibus vivere. Ita *Coras. bic num. 3. Salam. n. 4. idem Salam. initio sua repet.* notat, legibus Principem solutum esse non vi principatus, sed ex privilegio eidem lege regia concessio. Sed hæc  
7 interpretatio restringit legem hanc, quæ latius patet; tum verò falsum est vi principatus id principi non competere. Ad vim Principatus satis aperte retulit *Aristoteles d. c. 9.* Ait ille de principibus „Fieret enim illis injuria si pariter, atque alii censerentur, cum sint usque adeo superiores secundum virtutem, aut civilem potentiam, & paulo post, ex quo manifestum est positionem legum necessariam esse circa aequales genero, & potentia, sed in illos tales non est lex, ipsi enim lex sunt; etenim ridiculus foret, qui illos legi subjecere conaretur. Ex quo loco apparet ex vi principatus, non tantum ex lege regia, Principem legibus esse solutum. Tum  
8 etiam, si rectè verba *Aristotelis* considerentur, constabit quomodo verum sit, Principem esse solutum legibus? Nempe a nullo præterquam a semetipso legibus subiici posse, id quod vim coactivam respicit, non directivam, quod est secundum distinctionem *Divi Thome super 1. 2. q. 96. art. 3.* quam retuli in l. 2. supra eod. Nemo enim est, qui Princeps cogere possit, aut invitum legi subjecere, ut cæteros ipse potest. Lex enim coercitio est l. 1. sup. eod. coercet autem datis judiciis, ut ibi dixi, at hoc pacto Princeps coercere nequit, sed quatenus lex directio est, sive regula *L. 2. supra eod.* Quatenus virorum prudentum consultum non est dubitandum Principem legi subjectum esse, & a lege recedentem, a regula,  
9 & à justitia recedere. Quod ut magis eluceat

repetendum hinc est, quatuor esse præcipuas legum facultates, duas intrinsecas prudentiam videlicet, & sapientiam, duas extrinsecas protestatem, & voluntatem. Qua parte lex à prudentia, & sapientia prodit, directio est, & obligat Principem, nam hac parte non tam ipse lator legis est, quām ipsa recta ratio natura nobis insita, jubens honesta, & prohibens contraria, & secundum hanc considerationem à lege recedens, ab ipsa rectitudine recedit contra naturæ ordinem, & ideo licet legis ut à se latæ violator dici non queat, tamen ut legis cum naturæ lege consentientis, & ex recta ratione prodeuntis, utique violator est, eoque nomine non in foro fori, in quo judicem supra se neminem habet, sed in foro poli reus erit violatæ legis. Sed qua parte lex prodit ex ejusdem Principis potestate & voluntate, legibus solutus est. Itaque non legibus solemnium dumtaxat Princeps solutus est. Sed ego, quoniam lex ista coactionem, ac ideo executionem legis respicit, non erubescam sic  
10 exponere legibus id est poenis legum; nam &  
11 in omissione solemnium nullitas actus pro poena consideratur, Leg. non dubium ubi *Baldus n. 5. C. eod.* Cum itaque Princeps delinquit in legem sive ab antecessoribus constitutam, reus est quidem violatæ legis, sed tamen poenam, aut executionem legis non patitur. Nam ipsi repugnat, ut seipsum cogat, sive judicet, & hoc illud est, quod *Aristoteles* ridiculum asseverat, ut quis principem legi subjecere conetur. Nam ad vim coactivam eo loci respergit. Hac itaque distinctione omnia contraria submoventur, hūisque locis eorum sublata pugna reponuntur. Constat enim quomodo lex ista procedat quo ad vim coactivam, argumenta verò concludant in vi directiva. Sed amplius princeps subjicitur directivæ legi ex vi legis, non simpliciter ex vi rationis, forma enim legis, ex prudentia, & sapientia est, non ex potestate, & voluntate, quam si recte distinctionem expendere lubeat, aut falsam, aut verbalis esse constabit, lex enim est quid rationis non simpliciter, sed commune bonum respiciens, in illud dirigens, quo sensu, non ratio tantum, sed regula est, & lex. Hoc ipso nomine est inventio, & donum Dei, ut in *L. 2. sup. eod.* explicavi. Tum vis legis petere potest ex traditis ad hunc tit. *Lib. sing. par. 2. cap 5. & 6.*

**SOLUTUS.** Verbi istius significationem majori quām deceat industria, graviori negocio oblato *Budeus*, & *Zazius* inquirunt. In re convenimus omnes, ut non tantopere de verbo oporteat esse sollicitos. Quare & verbalis illa *Zazii*  
12 objectio est, nemo solvit nisi ligatus *L. decens ff.*

*ff. de verb. oblig.* *L. Manumissiones ff. de just.* & jur. Sed & ligatum esse constat, & non omnia solutum legibus, quoniam lege natura, & lege dirigente solutus non est, & qua declinans in eam turpitudinem incidit, qua pars suo toto minime respondens notari solet c. *qua contra dist. 8. & ad c. justum dist. 9.* responderi poterit Principem *supra legem esse*, non *supra justitiam*, & solutum ab eo, quod est *legitimum*, non ab eo, quod est *justum*, quatenus ab altero cogi, ab altero dirigi videtur. Sciendum tamen est Principem legibus esse solutum, ut Principem. Quædam 24. enim ei competunt ut Principi, quædam competunt, ut privato, ut per *Felin.* ubi supra, *Bartolus* in *l. in fraudem §. neque ff. de jur. Fisci, Rom. cons. 52. n. 3. Idem cons. 252. num. 3. & consil. 436. num. 17.* Huc pertinet *l. ex imperfecto C. de Testam.* quoniam ei videtur relictum, ut privato, eandem rationem habet, ut in legatis Principi datis falcidia locum habeat *l. & in legatis C. ad l. falcid.* similiter hinc descendit, quod eti non teneatur vasallo de evictione propter investitram de feudo alieno, tenetur tamen si pacto, vel stipulatione promisit c. *l. de invest. de re ali. fa.* Sed & quædam leges sunt, quæ 25. eundem ligant, ut Principem, non cogunt quidem, tamen magis subditos obligant. Hæc verò totius populi salutem dumtaxat respiciunt. Ad eas pertinet quod *Plato* retulit tertio de legibus, tres civitates, Argos, Messenæ, Lacedæmonem legibus communiter de imperando, parendove positis, ita invicem jurasse. Reges quidem ne genere, ac tempore progrediente per violentias regnarent, Populi autem si reges iusurandum servarent, ne unquam regno deponerent, imo verò defenserent, si quis unquam aggredieretur. Reges quoque regibus, & populis, atque etiam populi populis, & regibus se ad mutuo propulsandas illatas injurias juramento obstrinxerunt. Sed certè Principis in subditos officium pro juramento esse videtur, ex quibus liquet, tum magis Principem legibus esse solutum, cum se magis profitetur alligatum. Nam re vera majus imperio est submittere legibus Principatum *d. l. digna vox.*

**A U G U S T A** Legibus soluta non est, lex 26. enim regia de Augusto loquitur, non de Augusta *l. inf. tit. proximo*. Neque ex philosophorum ratione, quæ de Principe dicta sunt, in ea locum habere possunt utpote cum dignitate, non virtute ceteris superior habeatur, & quantum ad Romanos attinet repugnant mores etiam, quibus a legum latrone

mulieres arcentur, *l. i. supra eod. l. Faenina ff. de reg. jur.* Ergo non lege, non ratione, non moribus constituta supra leges est, quare nec legibus soluta. Principes tamen eadem privilegia illi tribuunt, quæ ipsi habent 17. Quare omnia Fisci privilegia eidem tributa 18. sunt, nam & Catari competit *l. Fiscus inf. ff. de jure Fisci, Accursius hæc, & ideo ut ementes a Fisco, ita ementes ab Augusto, vel ab Augusta statim fiunt securi §. 19. ult. inst. do Usucap. Tum donationes confirmatione non egent *l. bene a Zenone §. ult.* 20. *C. de quadr. prescrip.* Sed obstat *l. quod Principi cum l. seq. ff. de leg. 2. ubi legatum Principi relictum eo mortuo ante diem legaticecentem successori debetur, & tamen in leg. seq. scribit Papin.* aliud esse si legetur Augustæ. *Accursius* solvit pluribus modis. Primum quod ea non conceduntur, quæ Principi competit ut viro, sed quæ ad mulierem sine ulla sexus repugnantia transferri queunt; hæc solutio in se sive vera, sive falsa, non solvit argumentum, quoniam & Augusta succedit in dignitate, & ad infirmandum, vel confirmandum legatum, nihil qualitas sexus conferre potest. *Zasius* tamen valde notat hanc solutionem eliciens non concedi privilegia, quæ mulieribus non convenient, inferens etiam ex sententia *Lucæ de Pennæ* Augustam restitui, adverius contractum, in 22. quo sit lœsa. Quod planè falsum ea ratione convincitur, si absolute intelligatur, quia vendens, aut donans rem alienam nullo casu faceret accipientem securum, quoniam cum de evictione teneatur *d. l. bone §. ult.* semper ex eo contractu läderetur. Sed ad mulieris habilitatem esse recipiendum facile concedo argumento *l. ut gradatim §. i. ff. de mun. & bono.* Solvit 2. quod legatum relictum Principi fuit caducum, relictum Augustæ fuit pro non scripto. Sed non bene videtur non viisse caduca. Caducum est, quod mortuo jam testatore deficit. Pro non scripto habetur, quod ei testamento adscribitur, qui ignorante testatore tunc, cum adscribatur in rerum natura non erat. In causa verò caduci relictum videbatur, cum legatarius post testamentum conditum ante testatorem decedebat *l. uni §. & cum triplici C. de caduc. tol.* Ex quibus constat relictum Principi non viisse caducum, sed in caduci causa, & relictum similiter Augustæ non viisse pro non scripto. Illa verba *Papiniani* declarant: *Cum ea ante inter homines esse desineret, quam testator decederet.* Utrumque ergo fuit in caduci causa. Solvit 3. *Accursius* in *d. l. seq.* quod Princeps tribuit privilegia, sed non omnia*

omnia, quia nec tribuit legis condendæ potestatem. At legis condendæ potestas non est ex privilegio, sed ex lege. Hanc tamen solutionem probat Bartolus. Hæc solutio in hac specie dederat diversitatis rationem. Corasius adducit ideo fieri, quoniam non suo iure habet privilegia, sed Principis beneficio, & ob id in sua persona facilius consumuntur, & intereunt, argumento *l. more cum l. seq. inf. de 24. juris. om. J. ad.* Ego voluntatis non privilegii quæstionem esse reor, quod testator Principi legans videatur ad dignitatem respexisse; at legans Augustæ ei, ut privatæ, legasse videatur, & ad personam respexisse, & hæc ratio est ad mentem Bartoli in *d. l. quod Principi*, ut ideo primo casu admittatur successor in dignitate, secundo non ita.

## In L. 32.

- 1 Scriptæ leges scripto Juri equipollent.
- 2 An post jus scriptum primum locum obtineat consuetudo dubitatur.
- 3 Argumenti solutio.
- 4 Stante statuto, quod deficientibus statutis recurratur ad jus commune, intelligendum est de Jure communi Civitatis dominantis.
- 5 Fallit si civitas subjecta fuerit post conditum statutum.
- 6 Similia similitudine speciei facile copulantur identitate rationis.
- 7 Cujus temporis dicatur inveterata consuetudo, opinio Connani quod ultra 10. annos.
- 8 De eadem re opinio Joannis Accursii & communis, quod sufficient decem anni.
- 9 Longum tempus in jure nostro significat idem, quod perpetuum.
- 10 Similiter & diuturnum.
- 11 L. 1. §. denique ff. de aqua pl. arc. pro communi inducitur.
- 12 Longum, sive diuturnum vetustatem inferunt.
- 13 Perpetuum non progreditur ultra 40. annos, regulariter non ultra 30.
- 14 Favabile est, ne longiori quam 10. annorum spacio inducatur consuetudo.
- 15 Caussa legis formalis, & efficiens.
- 16 Suffragii verbum quid significet.
- 17 Paria sunt verbis, aut factis voluntatem suam declarare, ubi declaratio sufficit.
- 18 Secus si facta requirantur, nam verba non sufficiunt.
- 19 Idem si requirantur verba, quia facta non satis sunt.
- 20 Leges ex moribus inductæ dicuntur validiores scriptis legibus.
- 21 Excitat antinomia L. hujus in fin. cum l.

2. C. quæ sit long. conf.
- 22 Corasii, & Connani sententia de hac re.
- 23 Eorum solutio reprobatur, ac verbalis ostenditur.
- 24 Placentini quoque sententia reprobatur.
- 25 Conciliantur predictæ ll. ex Authoris sententia.
- 26 Consuetudo in quibus legi cedere cogatur.

## L. XXXII. Julianus Lib. 84. digestorum.

**D**E quibus caussis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet quod moribus, & consuetudine inductum est, & si qua in re hoc defecerit, tunc, quod proximum, & consequens ei est: si nec id quidem appareat, tunc jus, quo Urbs Romana utitur, servari oportet. Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, & hoc est jus, quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio Populi receptæ sunt, merito & ea, quæ sine ullo scripto Populus probavit, tenebunt omnes. Nam quid interest suffragio Populi voluntatem suam declaret, an rebus ipsis, & factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

**D**E quibus. Quoniam inscriptio tituli est de legibus, Senatus consultis, & longa consuetudine, cum haec tenus de legibus, & Senatus consultis dictum sit, supererat dicendum de consuetudine.

**I. SCRIPTIS LEGIBUS.** Scriptæ leges jus omne scriptum significant, cum enim latius legis appellatio usurpatur, ad omne legitimum

gitium jus refertur, quod idem est, quod jus scriptum. Hoc sensu usurpat *Cajus in l. omnes populi supra de Justitia*, & jure, & ibi *Accursius legibus id est jure scripto recte interpretatus est.*

**2 ID CUSTODIRI.** Obstant lex *neque legis*, & seq. sup. cod. ubi si articulus scripta lege definitus non est, vel Principis interpretatione, certius diffinitur, vel cum in aliquo sententia legis manifesta est, ad similia proceditur, non itaque id, quod moribus, & consuetudine inductum est, illoco custoditur. Solutio; utroque casu scripta lege uimur: priore, quoniam Princeps scriptæ legis sententiam interpretatur; posteriore, quia scripta lex non in verbis, sed in vi sua, & potestate consideratur *l. scire leges supra cod.* Julianus itaque constituit hunc modum, ut in quocunque loco cum scripta non utamur lege, ad illius loci, regionique consuetudinem recurrentem sit, & hac deficiente ad id, quod ei proximum, & consequens est; si nec id appareat, tunc jus, quo urbs Romana utitur, servandum est. Ex ordine præscripto comprobari videtur, deficiente 4 municipali lege ad jus commune Civitatis dominantis esse recurrentem, non autem nisi ultimo loco, ad jus Civile Romanorum, ut decidit Joannes Andreas in rub. de treg. & pa. & probat *Textus Inst. de Jusid. §. ult. Roma. conf. 218. num. 6. ubi Add.* Remotum magis est jus civile Romanorum, quam jus civitatis dominantis. Tum etiam si prius consuetudo regionis, quam consuetudo urbis Romanæ attenditur, ut probat hic locus, idem in jure scripto recipiendum insinuatur, ut non alias ad ius civile Romanorum recurramus, nisi omni jure destituti alio recurseremus non valeamus. Ubi tamen civitates liberas, ac superiorum non recognoscentes ab initio statutum illud habuere, ut lege municipalis deficiente recurreretur ad jus commune, iisdem postea subjectis de jure civili Romanorum intelligenda erit lex municipalis, quod tempore, quo conderetur, nullius civitatis dominantis ratio potuerit haberi, ut adversus Romanum ad haec minus respicientem, post Soccinum conf. 371. n. 3. & seq. vol. 2. Dec. conf. 429. n. 6. & conf. 469. n. 12. ex veritate defendit Mand. in add. ad eundem Rom. d. conf. 218. & in Rota Florentina sepe diffinitum recordor.

**PROXIMUM.** Interpretor ego valde simile, quoniam similia similitudine speciei facile copulantur identitate rationis *l. non possunt*

*sup. cod. Fulgusius* hic, facit *l. 2. inf. de ofta boni.*

**CONSEQUENS.** Consuetudo non tantum producitur ad similia, sed etiam ad consequentia, imo fortius. Nam cum legem imitetur, legis utrumque proprium est *d. l. non possunt*, & *l. scire leges sup. cod.* Tum vero consequens quid proximum, atque conjunctum est.

**JUS QUO.** Seu scriptum, seu non scriptum, cum utroque utatur *§. constat autem Inst. de jur. natur. gent. & civil.*

**IN VETERATA.** Cujus temporis dicatur inveterata consuetudo inter nos satis est 7 controversum. Connarus lib. 1. c. 10. n. 6. arbitrio Judicis relinquit, negat tamen decem annorum spatium sufficere ad indeuen- dam consuetudinem, vel esse diuturnum. Pri- mum, quia nemo vetus factum appellat, quod a memoria nostra remotum non est, & cum eo contendit Corasius hic. Adducit 2. l. 2. C. que sit long. consue. ibi: *consuetudinis, ususque longevi non vilis autoritas est.* Ac zvuum latinis dicitur bene longum tempus, at 8 ferè sempiternum. Joannes tamen hic, cui consentit Accursius, ratus est sufficere tempus decem annorum. Sequitur Bartolus hic in 1. lect. n. 9. communem dicit Albericus n. 8. Ful- gosius n. 11. & cæteri subscribunt ferè omnes, hanc sequitur gl. in §. ex non scripto inst. de jur. natur. gent. & civ. ubi Sylv. in add. testatur de communi. Et mihi qui- dem recte adversus Connatum, & Corasium probari videtur. Primum quia titulus noster inscribitur *de longa consuetudine*, longum 9 verò in jure nostro ad decem annos referri solet, Inst. de Usu. in princ. ibi: *per longi temporis possessionem, id est inter presentes de- cennio, inter absentes viginti annis usuca- piantur.* Ergo per se circumscripta qualita- te absentiae ( quoniam ut Bartolus, & cæteri considerant, populus semper est præsens ) lon- gum tempus erit decem annorum. Secundo quia in *l. seq.* requiri videtur, quod consuetu- 10 do sit diuturna, at diuturnum similiter de- cem annorum spatium significat, idemque præstat, quod longum tempus. Id multum 11 appositè probatur in *l. 1. §. denique ver. sane ff. de aqua plu. arcen.* ibi „ *qui diu usus est servitute, neque clam, neque precari debuit.* se longa consuetudine, velut jure impositam 12 servitatem videatur. Quinimo longam con- suetudinem, seu diuturnam constituere vetu- statem adjunctis verbis præcedentibus, mihi ad-

adversus prædictos singulariter probatur. Ait Ulpianus si tamen agri lex non inveniatur, vetustatem vicem legis tenere, tum sequitur, sanc enim in servitutibus hoc idem sequimur, ut ubi servitus non invenitur imposita, qui diu &c. Profecto idem esse non potest, si idem non præster longum tempus, vel diurnum, quod vetustas ipsa præstat. Tum verò si perpetuum magis, quam longum, aut diurnum producitur (quod nemo, ut opinor inficiabitur) quis est, qui non sciat  
 23 perpetuum in jure nostro ultra 30. vel 40. annos respective non extendi? Ut C. de præcr. 30. vel 40. an. per secum, & dixi lib. sing. ad tit. par. 2. c. de infinito quod si ita est, quomodo durum cuiquam videri poterit in eodem jure, si longum, sive diurnum, aut inveteratum, quod & perpetuo minus est, ad annos decem restringitur? Arbitor hanc interpretationem quoque favo.  
 24 rabilera esse. Nam leges & mores, quod citius inveterascunt, eo magis confirmantur, & haec morum prædicata vetustas populum a mutatione declinat, & ad observantium, ac venerationem quamdam maximè propendit. Amplius quod Populus facile moveatur, & quia maxima ex parte ex plebe constat, estque instabile vulgus, & a quadam constantia longe videatur abesse, inveteratum apud eum esse videtur, quod per decem annos constanter retinuit. Quare non est ut perpetuam morum mutationem effugiamus, alia diurnitas desideranda, vel si placet hoc verbo tempus antiquius significari, non repugnabo, si fateantur adversarii, non tantum inveteratam, sed diurnam, sed longam quoque consuetudinem sufficere, ut per l. seq. fateri coguntur. Hactenus de tempore.

**P R O L E G E.** In tantum valeat consuetudo in casu a lege prætermisso, quantum lex ipsa in casu scriptura, vel voluntate comprehenso.

**M O R I B U S.** Mores populi usum designant, ex quibus tacitus populi consensus elicetur, Bartolus in Rep. n. 10. unde verò dicantur mores, & quotuplex earum consideratio sit lib. sing. ad tit. par. 3. c. ult. dictum est.

**N A M C U M.** Argumentum hoc est ab identitate rationis hunc in modum. Leges non alia ratione, vel caussa nos tenent, quam quod judicio populi receptæ sint, ergo non quia scriptæ, sed quia receptæ, scriptura etenim non facit legem, sed populi consensus eam approbantis pro lege, ergo sufficit approbari pro lege, etiamsi non scribatur,

quia in utraque est approbatio populi. Eodem ferè arguento utitur Isidorus in cap. consuetudo dis. 1. Nec differt an scriptura, an ratione consistas, quoniam ut ille ait, ex legem ratio commendat. Porro si ratione lex consistas, lex erit omne jam, quo ratione constituerit dumtaxat. Ille caussam legis constituit formalem, & intrinsecam, quam ducit a naturæ lege, ipsique respondet Julianus constitutus efficientem, & extrinsecam, quæ prodit ex potestate, & voluntate legislatoris. Nam si lex est, quia approbata a populo, jam omne, quod populus lego probabit, sine ullo scripti discrimine lex erit.

**S U F F R A G I O.** Significat verbum hoc declaracionem voluntatis, quam emittebant Cives in coitionibus illis, & populi conventionibus, quæ in Campo Martio siebant sanctuarum legum, vel creandorum magistratum gratia. Corasius in l. 2. §. iisdem temporibus n. 20. cum seq. sup. de orig. jur.

**E T F A C T I S.** Paria sic sunt, verbis, aut factis declarare voluntatem l. Paulus ff. rem rat. bab. nisi factum desideretur, quia tunc verba non sufficiunt, l. qui decem §. idem responsum ff. de solut. not. in l. prætor §. si quis paratus ff. de nou. oper. nunc. Contra si verba requirantur, factum non sufficit, ut in stipulatione l. 1. §. si quis ita ff. de verbor obligat, & ideo cum pupillo facilius dispensatur super facto, quam verbis in contrahenda stipulatione l. servum ff. rem pupill. sal. for. At in re nostra parificari videntur verba, & facta. Attamen Aristoteles lib. 3. Polit. c. 13. validiores leges existimat, quæ ex moribus, quam quæ ex scripto proficiuntur. Quod eam rationem habet, quod mores populo volente, leges eo interdum invito introducuntur. Ergo ex parte eorum, qui subjiciuntur legibus, mores libentius suscipiuntur, ac ideo efficaciores sunt. Ceterum simpliciter lex vincit consuetudinem, non vincitur ab ea l. 2. C. quæ sit long. consuet. & mox dicetur.

**A B R O G E N T U R.** Obstat d. l. 2. ibi, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem. Varias solutiones Accursius assert, quæ parum saporis habere videntur. Corasius & Connarus dicunt legem tolli desuetudine, non consuetudine. Nam lex ista dicit, quod per desuetudinem abrogantur, quasi suo silentio pereant, non contraria consuetudine, & simillima est consuetudini ejusmodi antiquatio, non tamen est

est consuetudo , ut d. cap 10. n. 9. Connarus probat . Accedit quod consuetudo obtinet lege deficiente , ut initio hujus legis Julianus probat , & apertius Isidorus in d. cap. consuetudo in diff. ibi , pro lege suscipitur , cum deficit lex ; ergo nihil potest adversus legem , cum non nisi legem deficiente obtineat . Quare falso contendunt nostri ferè omnes consuetudine tolli legem , nec iis suffragatur q. sed naturalia insit. de jur. natur. gent. & civil. ibi , ea vero , quæ ipsa sibi queque Civitas constituit , sepe mutari solent vel. tamen consensu populi , vel alia lege lata . Nam tacitus consensus non arguit contrariam consuetudinem , ut ibi Accursius opinatus est , sed hanc , quam desuetudinem dicimus , quæ parumper legem corredit , & ad nihilum redigit , ac ita mutat : Ergo sua propria desuetudine , vel non usu , cui tacitus consensus inest , lex ipsa abrogatur . Sed valde timeo ne solutio ista verbis imposita sit . Quis enim dubitat contrarium legi usum continere ejusdem legis non usum , & desuetudinem ? Exemplum afferamus , lex est , testamentum fieri debere septem testibus adhibitis Inst. de testam. in prin. l. si unus C. eod. . Consuetudo est in aliqua civitate , ut quinque sufficient . Rogo quomodo poterit induci , quin dum ea uterentur , a jure scripto desuescerent ? Quod si contraria consuetudini inest desuetudo , cur id potuit sola desuetudo ? Consuetudo vero , cui & desuetudo insit , non poterit ? aut dicere effectum esse desuetudinis , non consuetudinis quomodo potest non esse aliquid verbia potius , quām rei impositum ? Placentini sententia , quod lex illa corrigit istam , minus probari potest quod Juliani tempore falsum sit , qui sub Hadriano Imperatore floruit , populum habuisse auctoritatem legis condende . Quare de suffragio legislatoris meminit a populi , & ita omnium consensu separatim considerato , quasi ad Imperatorem referre voluerit . Videamus an d. leg. secunda aliis sit sensus , quām ceteri existimaverint . Et mihi quidem videtur Constantinus comparare consuetudinem , & juri naturali , & juri legitimo . Nihil enim aliud præstat ibi ratio , quām naturale jus , nihil legis nomen , quām jus omne scriptum , a quibus distinguitur consuetudo . Et ejus per se non est vilis authoritas , quoniam deficiente lege pro lege suscipitur , sed non adeo valet , ut plus valeat jure naturali , vel legitimo jure . Non ut hanc , vel illam legem abrogare non queat , sed in universum , ne jus non scriptum jure scripto efficacius , aut præstantius habeatur . Nam & Julianus hīc scribit , de quibus causis scriptis legibus non

utimur , id custodiri oportet , quod consuetudine scriptum est , quod est primum locum facere legi , secundum verò consuetudini , & idem affirmat leges per desuetudinem abrogari . Neque tamen vincit legem , quoniam postiore lege lex abrogata , ad usum contra desuetudinem revocari potest q. igitur insit. in Preem . Cumque possit lex tollere consuetudinem , potius in hoc se invicem tollunt , quām altera alteram vincat . Sed cogitur consuetudo cedere legi , quia cum ad hoc , ut suos consequatur effectus , debeat esse legitime præscripta cap. ult. de consuetudo , & omnia quæ requiruntur ad eam introducendam , ex jure scripto , ac ita ex lege definiri videntur . Cumque consuetudo vim accipiat ex lege , non vincere , sed semetipsum legi subiecte videtur . Nam quanto tempore , quot actibus , quorum consensu introducatur , quoque casu legem latam abrogare queat , id omne diffinitur ex legibus , ergo non vincit legem , sed ab ea regulam , & formam videtur accipere . Atque hoc modo Constantinus Juliano recte conciliari videtur . Et quemad nodum rationis nomen in d. l. 2. non pro hoc , vel illo , sed pro universo naturali jure , ita legis nomen non pro hac , vel illa lege , quæ aliquando contraria consuetudine poterit abrogari , sed pro universo jure scripto usurpatur , quod in tantum consuetudine non superatur , quod ipsi consuetudini regulam , ac normam præscribit .

In L. 33.

1 Jus , & legem pro eodem interdum usurpari , licet diversum significant .

2 Sententia Accursii ex Alberico reprobatur .

3 In quo differat haec à superiori lege .

### L. XXXII. Ulpianus Lib. I. de Officio Proconsulis .

**D**iciturna consuetudo pro jure , & lege in iis , quæ non ex scripto descendunt , observari solet .

**D**IUTURNÆ . Tantum præstat diuturna hic , quantum inveterata in l. præcedenti , vel longa in hoc titulo , & C. quæ sit longa consuetudo .

**I**JURE , ET LEGE . Hie ego opinor confundi juris , & legis differentiam , idem que

que significare, licet alioquin tanquam diversa ponantur a Pomponio in l. 2. in principio sup. de orig. jur. Quod accuratissime explicat Albertus Bolognetus de leg. jur. & aqu. c. 12. Nam Julianus supra simpli-  
citer pro lege custodiri dixit, non etiam ad-  
didit pro jure, & Callistratus in l. nam  
Imperator inf. hoc sit. vim legis habere  
dixit.

**NON EX SCRIPTO.** Jus Romanorum ex scripto, vel non scripto jure omne con-  
stat & constat autem inst. de jur. natur. gent.  
& Civ. Non scriptum jus solis moribus,  
& consuetudine consistit & ex non scripto  
inst. cod. Olim huic juri adnumerata sunt  
prudentum sententiae, & opinione, ac res  
judicatae d. l. 2. & bac disputatio sup. de  
orig. jur. Post verò pleraque prudentum re-  
sponsa auctoritate Justiniani juri scripto ad-  
numerata sunt. Hodie opinor, & nostrorum  
interpretum sententias, ut lib. sing. ad hunc  
titulum docui, juri non scripto fore adscri-  
bendas, quod vim accipiant ex usu, & re-  
bus judicatis. Hæc verba, ut Alberitus notat,  
expugnant secundam illam Accursii differentiam  
inter hanc, & legem præcedentem excogita-  
tam, & re vera nihil differt a præcedente,  
neque a Triboniano subjecta est tanquam di-  
versa, sed ut Juliani sententiam Ulpiani  
testimonio comprobaret.

**SOLET.** Julianus ait custoditur, Ulpianus  
observari solet. Addit solitum Ulpianus, qua-  
si solitum sit servari consuetudinem, Julianus  
3 consuetudinem ex ratione, Ulpianus ex soli-  
to commendat. In ceteris nullum est discri-  
men, quicquid velit Accursius.

In L. 34.

- 1 Oppida, & universitates en possunt introducere consuetudinem.
- 2 Communis sententia admittit unam familiam inter se posse consuetudinem introducere.
- 3 Sed in vim pacti, non in vim consuetudinis valere declaratur.
- 4 Ulpiani constitutum in bac l.
- 5 Judicium enim constat contradictione.
- 6 An probasse dicatur consuetudinem, qui ostendit contradicto Judicio aliquando fuisse firmatam.
- 7 Doctoris egregii attestatio de consuetudine relevat ab onere probandi.
- 8 De totius populi jure pronunciari videtur super consuetudine.

**Lib. XXXIV. Idem Lib. 4. de  
Officio Proconsulnis.**

**C**um de Consuetudine Civitatis, vel  
Provincia confidere quis videtur,  
primum quidem illud explorandum ar-  
bitror, an etiam contradicto aliquando  
judicio consuetudo firmata sit.

**I** Civitatis. An oppida, & universitates pos-  
sint inducere consuetudinem queritur à  
an etiam ipsi patres familias? De Oppi-  
do est Text. in l. 1. C. que sit longa cons.  
ibi: quæ in oppido frequenter in eodem contro-  
versiarum genere servata sunt, est etiam  
text. in l. an in totum C. de adfic. privat.  
Quamquam facile defendi posset oppidum pro  
civitate usurpari. De consuetudine Univer-  
sitatis in electionibus est text. in l. notatum  
& ult. ff. de decur. De consuetudine patris  
familiae videtur text. in l. Labeo ff. de sup-  
pell. Leg. in l. vel universorum ff. de pign. att.  
2 & cum unam familiam inter se ipsam pos-  
se consuetudinem inducere receptum sit, ut  
per Soccinum cons. 61. n. 5. lib. 3. Jason:  
in l. omnes populi n. 42. supra de Just.  
& jur. Soccinus junior cons. 62. n. 1. lib.  
2. Et est singularis decisio. Joannis Andr.  
post Ubertum in add. ad Spec. tit. de instr.  
edit. & compendiose, non erit de aliqua uni-  
versitate vel collegio disputandum, quod fa-  
cile concedi poterit ad effectum obligandi  
se invicem eos dumtaxat de illa familia.  
3 Sed mihi videtur consuetudo potius valere  
in vim pacti, quam consuetudinis. Nam  
jus inducendæ consuetudinis ad civitatem,  
non ultra restringi posse existimo, ut indu-  
cta pro lege observetur, & duci potest ar-  
gumentum ex lege ista, quæ de civitate,  
vel provincia mentionem facit, tum ex l.  
seq. ibi,, tacita civium conventione, & in l.  
si de interpretatione ibi,, quo jure civitas re-  
tro in bujusmodi casibus usa fuerit. Tum  
argumentum Juliani in l. de quibus ab  
expresso ad tacitum populi consensum non  
potest nisi consuetudini civitatis, vel provin-  
ciae coherere.

**CONFIDERE.** Dixi lib. singulari ad bunc-  
tit. par. 3. cap. ult. Consuetudinem esse pro-  
bandam, quare, qui eam allegat, confidit,  
donec exploratum non habeat, a se probatam  
esse.

EX.

**4 EXPLORANDUM.** Videtur *Ulpianus* huic ita confidenti consilium afferre, ne quan- doque sua fiducia fallatur, quod id primum inquirat, quia plurimum valet ad probandam consuetudinem, sic in *l. is qui ff. de rei vindicat. l. si quoniam §. i. ff. si ser. vend. & alibi consilium attulere jureconsulti, Corasius hic.*

**5 CONTRADICTO.** Judicium omne con- stat contradictione actoris cum reo *cap. forus de verb. signif.* Lis enim per negationem con- testatur, neque sola postulatio actoris rem in judicium ducit *l. i. cum glof. ibi C. de lit. contest.*

**FIRMATA SIT.** Id prima fronte non videtur attendendum propter regulam *l. sepe ff. de re jud.* quare *glof.* vult non tantum semel contradicto judicio, sed pluribus etiam vici- bus sine contradictione obtentam esse. Et sa- ne plurimum ambigitur, quomodo probanda sit consuetudo. Tum vero, quod presentis est inquisitionis, an qui deducit, eam fir-  
**6** matam alias fuisse contradicto judicio, satis probasse videatur, & ita credo, sed puto etiam superesse adversario facultatem probandi contrarium, quod ita deduco. Cum dubi-  
**7** tatur an Doctori attestanti de consuetudine credendum sit, receptior sententia est in Do- ctores clari nominis ejus attestationem facere presumptionem, quae onus probandi contra- rium in adversarium rejicit, ac ita intelli- gunt *Bartolus in l. de quibus in rep. n. 21. sup. eod. Dec. conf. 559. n. 7. Idem conf. 694. n. 4. Soccinus junior conf. 60. n. 10. bib. 2.* ubi ex adnumeratione Doctorum magis communem affirmat, tum & magis com- munem dicit *Aymos. conf. 166. n. 9.* ergo eundem effectum consequi debet sententia Ju- dicis, quae prævia plena cognitione lata sit. Nam pro Judice præsumitur *l. 2. C. de offic. civ. jud.* & pro sententia *l. Herennius §. Gaja cum glof. ibi ff. de evict.* Tum etiam quia non tam de jure unius, quam de totius populi jure super consuetudine pronunciatum esse intelligi- tur *d. l. do quibus*, unde res judicata, non tam nocere tertio, quam totius populi con- suetudinem probare videtur.

*In L. 35.*

- 1 *An duo actus consuetudinem inducant.*
- 2 *Conventionis verbum generale est.*
- 3 *Cum consuetudo non contradicit legi scriptæ, utrumque jus servatur æqualiter.*

**L. XXXV. Hermogenianus Lib.  
i. Juris.**

**S**ed ea, que longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plus- rimos observata, velut tacita circumscriptione non minus, quam ea, que scripta sunt, jura servantur,

**ANNOS PLURIMOS.** Idem tempus si- gnificatur plurimis annis quod longum, vel diuturnum adjuncta consuetudini significant.

**OBSERVATÆ.** Verbum hoc post illa ver- ba *per annos plurimos* eam questionem diffi- lire videtur, an duo actus inducant consue- tudinem, quam tractat *Baldus in l. de quibus n. 14.* & quidem ista annorum distributio de- siderare videtur, quod pluribus etiam, quam duabus vicibus observata sit. Neque frequen- tia inducitur ex duabus vicibus, quæ requiri- tur in consuetudine *l. i. C. que sit longa consuet.* & quemadmodum *Connano & Corasio*, sic etiam mihi persuaderi non potest ex dupli- ci actu induci consuetudinem. Nam quod bis decennio fieret, raro propter magnum tem- poris intervallum, vel etiam inviti factum esse fateamur oportet.

**CONVENTIONE.** Alii legunt conventio-  
**2** Cujus verbum generale est *l. i. §. i. ff. de pact.* Lex expressam conventionem requirit, qua- re sponsio dicitur *l. i. sup. eod.* Consuetudo tacitam, & ideo retinet nomen generis, quod ad tacitam, & expressam pertinet *l. La- beo ff. de pactis Corasius hic.* Itaque jus omne ex populi conventione firmari videtur, scriptum expressa *d. l. i. non scriptum tacita,* ut hic conventione firmantur.

**3 NON MINUS.** Intelligitur hoc, cum jus scriptum, & non scriptum fibi invicem non contradicunt, quia utrumque servatur æqualiter.

*In L. 36.*

- 1 *Corasius non recte colligit consuetudinem majoris autoritatis esse, quam jus scriptum.*

- 2 Argumentum Pauli in hac l. est ad ornatum, & mere oratorium.
- 3 Præterea sumitur ex parte approbativa, non ex coactiva.
- 4 Lex necessario scripturam requirit.
- 5 Jus scriptum à non scripto jure, variis modis distinguitur.

### L. XXXVI. Paulus Lib. 7. ad Sabinum.

**I**M O magna auctoritatis hoc jus babetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto comprebendere.

**I**M O. Hermogenianus à pari arguit consuetudinem esse servandam; Paulus etiam quod aliquid plus insit consuetudini, adeo, ut secundum Corasium significet consuetudinem majoris censendam auctoritatis, quām scriptam legem, quod ex præcedentibus constat minime verum esse, cum jus non scriptum juri scripto cedere cogatur l. de quibus sup. cod. l. 2. C. que sit longa consuet.

**MAGNAE AUCTORITATIS.** Exstimo Paulum potius consuetudinis exornandæ causa hoc dixisse, quām ut in aliquo juri scripto detrahere vellet; est enim oratoriè magis quām scholastiè dictum, patet ex argumento ipso, cui nulla vis est, sed solus ornatus. Nam ponitur comparatio inter consuetudinem, & legem scriptam, consuetudo magnæ auctoritatis habetur, quod non fuerit necesse scripto comprehendere; Ergo lex non est magnæ auctoritatis, quia necesse fuit scripto comprehendere; hæc comparatio non est inter legem, & consuetudinem, sed inter factum legis, & factum consuetudinis, quoniam hoc sine scriptura transit in legem, non illud, & non potest alia ratione fieri comparatio legis, nisi antequam scribatur, quia necesse est scripto comprehendere, cum enim scripta est, comprehensa est. An lex postquam scripta est, sit ejusdem, vel minoris auctoritatis, hæc ratio non concludit. Præterea comparatio est ex parte approbativa, non ex parte obligativa, vel coactiva. Populus magis probat consuetudinem, quoniam sponte suscipit legem, non ita, quod ei invitus, ac reluctans subjiciatur; major est auctoritas in-

vitis, quām volentibus dominari. Sed auctoritatis nomen impropre usurpatur, ut gratiam istius juris potius exponat. Constantinus dixit, non est vilis auctoritas d. l. 2. Ille rem dicere, Paulus rem laudare voluit.

- 4 **NECESSA.** Lex ergo necessario scribenda est, cum sit constitutio scripta c. lex distin.
- 5 i. & jus scriptum a non scripto jure ita distinguuntur, ut hoc, nisi scribatur, non sit jus, illud vero etiamsi scribatur, non sit jus, quia scribitur. Qua ratione non tantum consuetudo, sed jus naturale, & gentium jus erunt etiamsi non scribantur. In rationem juris scripti conferuntur jus naturale, & gentium tanquam civile jus §. ult. inq. de just. & jure, addibito §. constat autem. Quare si scriptura periret, definerent esse civile, sed quamdiu in rationem illam veniunt, jus non scriptum ad solam consuetudinem pertinebit, cum alioquin, & jus naturale, & jus gentium etiamsi non scribantur jura sint. Sed horum jurium præcepta duntaxat in jus civile collata consideramus.

In L. 37.

- 1 **Quorum sit interpretari**, & Principis, & Judicis, & Jureconsulti, ut consulentis, & ut professoris, sive magistri esse traditur.
- 2 **Interpretatio consuetudinis est probabilis**, & necessaria.
- 3 **Et præcedit ordine**, & Principis, & quamcumque aliam interpretationem.
- 4 **Ratio præcedentium**.
- 5 **Jure consulti, Judicis, atque Magistri interpretatio necessaria non est**, sed tantum probabilis.
- 6 **Qui declarat nihil de novo facit**.

### L. XXXVII. Idem lib. I. Quæstionum.

**S**I de interpretatione legis queratur, in primis inspiciendum est, quo jure Civitas retro in bujusmodi casibus usa fuit. Optima enim legum interpres est consuetudo.

**I**nterpretatione. Hactenus de consuetudine, quæ suscipitur pro lege, & habet effectum di-

disponendi. Nunc de consuetudine interpretativa. Quotuplex interpretatio sit, dixi in *l.* & ideo *sup. cod.*

**IN PRIMIS.** Cum etenim legis interpretandæ varia præcepta hactenus tradita sint, ut benignius interpretetur, ut secundum id, quod sequi sit utile, *l. benignius*, *l. nam ut sit supra eod.* tum vero, cum plures interpretari queant, ut Princeps d. *l.* & ideo, ut Judex, *l. non possunt*, ut Jureconsulti, *l. item veniunt* & *preter hoc ff. de pet. hered.* qui & hoc idem ut Magistri, vel ut publici Professores præstare valent *l. l. C. de prof. qui in urb. lib. 12. Accursius ex iis* opponit, tum maxime, quod solus Princeps possit interpretari *l. l.* & *l. ult. C. eod. di-* stinguit vero, nec solvit. Ait enim quod interpretatio consuetudinis est probabilis, & necessaria: probabilis, quia probabile est simpliciter, quod usu recipitur; necessaria (ut opinor) quoniam legis præcepto Judges hanc interpretationem sequi tenentur *l. minime supra eod.* Est vero, quod Accursius omisit, & nondum solvit, non tantum probabilis, sed etiam in primis attendenda, ac ita posterior ordine, non auctoritate. Principis interpretatio auctoritate potior est, non tamen ordine prior, quoniam locum habet, cum incerta est sententia legis d. *l.* & ideo, ibi dixi; At ubi consuetudo irrepserit interpretando, nullum adest incertitudinis vitium, ergo non est Princeps adeundus, quia lex per interpretationem consuetudinis est certa, ergo haec interpretatio est ordine potior, eaque Principis remota, ceteris etiam præstantior. Magistri vel Professoris interpretatio, probabilis est, non necessaria, similiter & judicis, quia non exemplis, sed legibus judicandum est *l. nemo Judex C. de sententiis & interl. omn. Jud.*

**OPTIMA.** Quoniam ab omnibus approbata, ac libentissime suscepta, contra vix est, ut cuiuslibet singularis interpretatio non habeat contradictores, vel non erit adhuc exploratum, an usui recte accommodetur.

**INTERPRETES.** Atqui ut interpretatio juri interpretato inesse creditur *Inst. de leg. patr. tut.* pars ipsius censeri debet, *arg. l. juris gent.* & *quinto ff. de pactis*, & quemadmodum qui declarat, nihil de novo facit *l. heredes palam* & *sed & si notam ff. de test.* ita consuetudo cum legis voluntatem interpretatur, & in apertum deducit, non quasi lege deficiente, ipsa lex est, sed legis in-

terpres, cum ipsius voluntatem, sive sententiam paulo reconditam detegat, aperiat, & omnium oculis exponat.

**CONSUETU DO.** Si enim paucis Jurisperitis, & leges interpretantibus, cum de verbis legis ambiguitur, fidem habemus, multò magis populo univerlo (in quo & Jurisperiti comprehenduntur) interpretanti fidem adhibere tenemur *Cerasius*, & *Baro bic*.

### In L. 38.

- 1 *Res perpetuæ similiter judicata adequatur consuetudini.*
- 2 *Perpetuæ similiter judicare Baro accipit longe tempore.*
- 3 *Actus dissimiles consuetudinem non inducunt.*
- 4 *Aret. cons. 159. recte a Soccino in cons. 82. lib. 4. reprehenditur.*
- 5 *Idem tamen Soccinus in eo cons. ab Autore reprehensus.*
- 6 *Laudatur Guido Pancirolus.*
- 7 *Marito res paraphernales administranti sufficit allegare fructus consumptos in promiscuos usus.*

### L. XXXVIII. Callistratus lib. I. Quæstionum.

**N**AM Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiuntur, Consuetudinem, aut rerum perpetuæ similiiter judicatarum autoritatem, viuis legum obtinere debere.

**N**AM non solum optimam interpretem, sed necessariam quoque interpretationem esse supradictur, quod patere poterat ex lege minime, & ex precedentibus.

**S EVERUS.** Hujus historiam ex more eleganter *Cerasius* describit.

**IN AMBIGUITATIBUS.** Latè nomen ambiguitatis pro omni dubitatione accipit videtur. *Celsus*, ut contraheret, addit in ambigua voce, ne de re ambigua etiam intelligeremus *l. in ambigua sup. cod.*

PER.

- 1 **PERPETUO SIMILITER.** Adequat Callistratus consuetudinem, & res perpetuo similiter judicatas. Requirit ergo perpetua, & similiter esse judicatum. Perpetuo, quia quod semel judicatum est, exempli loco est, quod vim legis non habet, quinimo nec illud Judices sequi tenentur. *i. nemo C. de sent. & interl. omn. Jud. ac ita*
- 2 cessat objectum Accursum. Perpetuo autem longo tempore Baro interpretatur, ut respondeat præcedentibus, ego tamen subsisto. Addit similiter, ut intelligamus ex actibus dissimilibus, aut dissimilibus consuetudinem non induci, quod notat Acurius in *i. cum de consuetudine sup. cod. & tradit Bartotus in i. 2. n. 22. ff. sol. matr. dixi etiam supra in i. minime.* Quo nomine recte reprehenditur *Aret. in conf. 159. Tonga est ista n. 5. a Soccino in conf. 82. n. 19. lib. 4.* quod asseruit consuetudinem esse, ut communiter bona paraphernalia uxor committantur administrationi viri, nam consilia multorum super facto contrario emanata, ostendunt non simili modo rem semper se habuisse. Sed verba vice tanquam nimis rigidus, & ab omni æquitate deflectens reprehendi Soccinus debet in ejus rei tam subtili, ac perniciosa disputatione, quæ nimium a maritali affectione abhorret, ac male quidam novissimi Soccinus adhæsisse videntur deserentes longe veriorum, ac receptionem Martini ac Bartoli distinctionem in *i. pen. ff. ad legem Falcidiam*, quam viri solidiori judicio prædicti sequuntur omnes, & communem dicunt Afflictus *decis. 44. Guido Pap. dec. 468. Gramat. dec. 103. n. 173. Didacus 2. par. relect. c. 7. §. 1. n. 2. in de sponsalibus*, quos omnes ex professo sequitur summa eruditionis, & integratissimis viris, mihi maxime colendus *D. Guido Panciroli conf. 76. per rot. quibusque venaria responsa utique comparanda solum sunt*, ut alibi etiam diligenter examine prosequar. Illaque consumptionis in promiscuos usus allegatio, tum tanquam verosimilis recipienda est, ut speciatim admittunt *Salic. in i. ult. C. de pact. conv. Flor. in subscriptione ad Cumanum conf. 105. Afflictus, & Gram. & uterque Guido ubi sup. quod temperandum est, nisi frumentum perceptorum immensa quantitas ejusmodi allegationem reddat inverosimilem, alioquin supradictorum sententia retinenda est, tum quia omnis alia consumptio tanquam illicita, vel onerosa præsumenda non est *c. quia vera simile de præsump. t. merito ff. pro fac. i. cum de indebito ff. de probat.* nam dictum consumere multa, ut una vice omnia restituas plane fatua res est; tum vero non ab omnibus eodem stricto jure, & modo exigenda*

est ratio administrationis, ut post Abb. conf. 12. lib. i. concludit Soccinus idem conf. 46. n. 2. lib. i. & conf. 73. n. 2. eod. lib.

**VIM LEGUM.** Ergo necessaria non tantum probabilis est auctoritas consuetudinis in judicio, vel extra introductæ.

*In L. 39.*

- 1 *Quædam aliquando fine ulla ratione introducuntur.*
- 2 *L. iniuriarum §. ult. ff. de injur. declaratur.*
- 3 *Actio iniuriarum requirit dolum ex parte injuriantis.*
- 4 *Error in hac lege contradicis rationi, non consensi, contra Accursum.*
- 5 *Consuetudo contra rationem, quomodo obtineri queas dubitatur.*
- 6 *Rationem distinguendo resolvitur.*
- 7 *Consuetudo Bononiensem erronea.*
- 8 *Error in existimanda suppelletili argentea.*
- 9 *Error circa ea, que bona per se, vel mala sunt, non inducit consuetudinem.*
- 10 *Argumentum a simili ex hac lege limitatum, cum simile, à quod ducitur, errore, non ratione consistit.*
- 11 *Inconvenientia multiplicanda non sunt.*

*L. XXXIX. Celsus Lib. 23. Digestorum.*

**Q** UOD O R D non ratione introducetur est, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum in aliis similibus non obtinet.

**Q** UOD non ratione. Consuetudo enim debet esse rationabilis *c. ult. de consuet. sicuti lex, c. erit diff. 4. nam suscipitur pro lege i. de quibus supra eodem tit. tamen aliquando fit, ut quædam fine ratione introducantur.*

- 1 *Sic Ulpianus in i. si iniuriarum §. ult. ff. de injur. ait: Usurpatum solum ex hoc est [ tametsi nullo jure] ut quis prohiberi possit ante aedes meas, vel prætorium meum piscari.*
- 2 *Sed quia adhuc illud non erat consuetudine obtentum, sequitur: Quare si quis prohibeat adhuc iniuriarium agi potest. Et est singularis ille locus, quod erronea introductio, vel*

T

vel

vel usuratio , quæ ratione careant , non  
excusent a dolo , cum injuriarum agi non  
queat aduersus injuriantem , nisi ex dolo &  
i. & d. pen. inst. de injur. l. non solum ff.  
ead. Tunc verò ad excusationem proderit ,  
cum consuetudine erit obtecta , ut huc .

**S E D E R R O R E .** Accursius errorem  
hunc talem credit , qui consensum impedit ,  
& regulariter quidem nil tam est contrarium  
consensui , quam error l. si per errorem inf.  
4 de jud. verum Celsus non de eo errore agit  
quod ignorantem constitut , & invitum , quia  
plena penes omnes scientia est ejus , quod in-  
troducitur , dum in consuetudinem transit ,  
qua cum omnium consensu nitatur , non ob-  
tinetur errore removente consensum , sed re-  
movente rationem consentiendi . Error igitur  
contradicit in hac l. rationi , non consensui ,  
& ut dixi in l. i. sup. ead. semper cum in  
aliquo a recta ratione , & a virtute deflecti-  
tur , deceptio quædam est , nam decipimur  
specie recti , sed hec deceptio non semper  
excusat , aut inducit invitum , ut ibi dictum  
est .

**S O B T E N T U M .** Obstat l. 2. C. quo  
sic long. consuet. quia non tantum valere po-  
test consuetudo , ut rationem vincat , aut legem .  
Tum si veritati consuetudo cedere debet c.  
consuetudo dist. 8. quomodo poterit obtineri  
consuetudo contra rationem ? Ratio duplex  
6 naturalis , & civilis ; contra naturalem ra-  
tionem non obtinebit consuetudo , & ita proce-  
dunt contraria , quia jus naturale abrogari  
nequit , §. sed naturalia Inst. de jur. natur.  
gent. & civil. Contra civilem rationem potest  
per errorem introduci , ut in exemplo Ac-  
7 cursii de consuetudine Bononiensi , qua dominus  
manum ad plastrum imponens juvandi caussa-  
rem sui periculi faciat . Id enim concernit  
utilitatem sive damnum , quod ex jure civi-  
vili metimur l. jus pluribus supra de just.  
& jur. non id , quod bonum , aut ma-  
lum sic , justum vel injustum , quod na-  
turali ratione dissimilans . Sic ex errore jus  
8 prodiit , relatum in argento candelabrum  
argenteum , argenti esse credi pro-  
pter usum Imperatorum , ut Paulus scri-  
bit in l. 4. §. ult. ff. de supp. leg. cum  
tamen ratio seculi illius nondum admitteret  
supellectilem argenteam , & inquit , Error  
9 jus fecit , error contra civilem rationem ,  
non contra naturalem , cui , recipias vel ne ,  
nulla injuria sit , quod haec res non bonum ,  
aut malum , justum , vel injustum , sed  
commodum , vel incommodeum attingat .

**10 IN ALIIS SIMILIBUS.** Egredia se  
plurimum notanda haec moderatio est , qua  
argumentum a simili nullo casu recipiamus ,  
cum simile , a quo ducimus argumentum ,  
non ratione , sed errore nitatur . Nam de-  
bet fieri productio rationis , non erroris ,  
11 quoniam inconvenientia multiplicanda non  
sunt , ut tradit Baldus in l. lege n. 4  
C. de leg. hered. & probatur supra in l.  
quod verò contra . Ergo a contrario ratione  
inducta consuetudo ad casus similes produci  
poterit l. de quibus sup. ead. & probatur in  
l. illud ff. ad l. Aquilam dixi etiam in l.  
non possunt , sup. ead.

## In L. 40.

- 1 Ex non premissis non potest inferri conclusio .
- 2 Nulla conveniens est , que non habeat in se consensum .
- 3 Divisio hujus legis similitudine conventionis explicata .
- 4 Quod jus necessitas constituisse dicatur Corasii , & Baronis sententia .
- 5 Accursii Opinio de eadem re .
- 6 Conciliantur , & conjuguntur , ut versionem eboris sententiam conficiant .

**L XXXX. Modestinus lib. I. Re-  
gularum .**

**E R G O O M N E J U S ,**  
aut consensus fecit , aut ne-  
cessitas constituit , aut firmavit  
consuetudo .

**E**rga amiss. Conclusionem , & epilogum  
per divisionem juris ex precedentibus  
facit , & dictio erga Baronis sententiam sa-  
tis appugnat , qui divisionem hanc colligi ex  
sequentibus etiam voluit . Nam ex non  
11 premissis non potest inferri conclusio . Hanc  
divisionem fieri volunt ex caussa efficienti  
Corasius & Baro hic ; undecumque ducatur ,  
quoniam Modestini est , reprehendi non debet ,  
sed quoniam admodum impropria , & a re-  
motis est , laudari non potest . Explicabo igitur  
eam similitudine contractuum , sive con-  
ventionum , quarum nulla est , quæ non ha-  
beat

bēat in se consensum l. 1. §. adeo ff. de pab. & tamen contractus quidam re, quidam verbis quidam literis, quidam consensu fieri dicuntur l. 1. ff. de act. & oblig. Non quod omnes non habent in se consensum, sed quia in quibusdam, ut societate, mandato, locatione, conductione, emptione, venditione nihil potius consensu habetur, in ceteris non ita. Ita in specie nostra jus omne [ de jure civili Romanorum intelligendum est per relationem ad l. 1. sup. de just. & jur. ad l. 2. sup. de orig. jur. nam alterius juris tractatio ad Modestinum pertinere non poterat ] consensus fecit. Etenim consuetudo tacito civium consensu inducit l. de quibus sup. cod. & jus, quod necessitate constituitur, sive cum Accursio ad jus gentium referamus, sive cum Corasio, & Barone ad constitutiones Principum, & Senatus consulta, non nisi per consensum juri civili adnumeratur; Nam in Principem, & in Senatum populi consensu translatā authoritas est l. 1. infr. tit. prox. §. lex est. Inst. de jur. 3 natur. gent. & civil. Ceterum consuetudo, & necessitas quasi causae potiores, sive proximiōres considerantur. Quare jus, quod consensus fecit, sic ex consensu factum dicimus, ut usus longi temporis expectandus non fuerit, tum verò semoto consensu necessitatem nullam habuerit, ut ideo consensus hic pro expresso ponatur, qui in lege scripta requiritur.

**A U T N E C E S S I T A S.** Corasius, & Baro necessitatem considerant in constitutione Principis, & senatus consulta, cum Pomponius in l. 2. §. deinde quia supra de orig. jur. dicat, quod necessitas ipsa primū curam Reipublicæ ad Senatum deduxit, post verò fuisse necesse reip. per unum consuli, ac ita lex tum regia, tum de senatus consultis necessitate constituta videatur. Accursius retulit ad jus gentium, cum illud humanis necessitatibus exigentibus homines constituerint §. jus autem inst. de jur. natur. gen. & civil. in eo enim constituendo sic necessitas præcessit consensum, ut consensus necessitati potius, quam juri videatur adhibitus, & ideo in eo jure constituendo potior fuit necessitas consensu. At verò, si ita se habet, quaro præcepta naturalia, ex quibus etiam constat jus civile §. ult. inst. de just. & jur. quam causam habent? Non consensus, quoniam a Divina providentia constituta sunt, non consuetudinis, quoniam ante mores hominum esse coepiunt, ergo necessitatis, ne dicamus hac divisione comprehensa non fuisse, quod velit, nolit homo legi naturæ subjiciatur, atque a præscripto naturalis rationis declinans, reus sit

violata legis. Sed hæc videtur necessitas in homine recipiente legem, non in D. O. M. eam constitente. Attamen præcessit necessitas, dum ea præcepta naturalia in jus civile relata sunt, ac ita, quæ erant præcepta naturalia, ex necessitate civilia constituta sunt. Quamobrem depositum reddi præceptum est juri naturalis cap. jus naturale distinct. 1. Sed etiam ex necessitate magis, quam ex consensu factum est præceptum juris civilis. Itaque par ratio videtur in Accursii, & Baronis sententia; quare satius duco utramque conjungere, quam alteram rejicere, sed si Principum constitutiones spectemus, hæc quidem constituuntur placito, non necessitate l. 1. ins. prox. quare necessitatis causa in iis remotor est per relationem ad regiam legem, & idem in senatusconsultis.

**F I R M A V I T.** Rectè hoc verbo usus est, quoniam vim accipit ex diuturnitate temporis, & ex eo, quod per plures annos ita consuevimus, jus hoc firmum, stableque redditur, quod non firmatum consuetudine non obligat, & in dissimiles usus facile recedit, & evanescit. Consensus igitur tunc propriè jus facit, cum potest & non facere l. ejus est velle ff. de regul. jur. necessitas constituit, firmat consuetudo. Sed hæc divisio si ad cuiusque juris definitionem referatur, & ad præmissam in titulo legum rationem magistralibus aut jureconsultorum, aut philosophorum divisionibus parum cohæret, & minima quadam ex parte respondet.

**In L. 4.**

- 1 Corasii error banc divisionem ad causam formalem referentis.
- 2 Dubitatio circa eandem divisionem, quod nullam habeat rationem honesti, & ejusdem resolutionis.
- 3 Divisionis hujus cum divisione interdictorum comparatio.
- 4 Quotuplex acquisitio sit.
- 5 Duo ejusdem effectus retinendi, & conservandi.
- 6 Epilogus præcedentium.
- 7 Excusatio Authoris.

L. XXXXI. Ulpian. lib. 2. Inititu.  
tionum.

**T**otum autem jus consistit aut in acqui-  
rendo, aut in conservando, aut in mi-  
nuendo. Aut enim hoc agitur quem-  
admodum quid cuiusque sit, aut  
quemadmodum quis rem suam, vel  
jus suum conservet, aut quomodo  
alienet, aut amittat.

- 1 **T**otum autem jus. Corasius hanc divi-  
sionem ait respicere causam formalem,  
quod plane falsum est, & a vi verborum  
etiam valde alienum; Nam res qualibet sua  
forma consistit, non in sua forma. Neque  
enim dicimus hominem in ratione consistere,  
sed ea constare; consistere in aliquo accidens  
quoddam est, quod presupponit illud esse,  
quod consistit. Quare ad materiam quandam,  
nec tamen magis propriam referre placet, in  
qua jus consistere non aliud plane sit, quam  
versari, & ea de re assidue tractare. Sed  
2 obstat huic divisioni, quod jus omne ponat in  
rebus, honesti vero nullam rationem susci-  
piat, cum tamen primam rerum omnium jus  
honestatem vix p̄cipere soleat §. juris inst.  
de just. & jur. Sed ut Ulpiani declarat in-  
scriptio, cum lex ista cohæreat cum l. i.  
supra de just. & jur. opinor Ulpianum in  
hac divisione duntaxat ad jus privatum re-  
spexisse, qua ratione dixit totum, non omne.  
3 Huic aliqua ex parte responderet illa interdi-  
ctorum divisio, quod quædam adipiscendæ  
possessionis sint, quædam retinendæ, quædam  
recuperandæ §. sequens inst. de interd. Prima  
duo cohærent divisioni proorsus, tertium non  
ita, nec enim amittendæ possessionis oportuit  
comparari interdictum, sed amissæ recuperan-  
dæ.

**A C Q U I R E N D O** Dominio rerum, pos-  
sessione, vel quasi, aut obligatione aliqua,  
aut dicamus in acquirendo rem corporalem,  
vel incorpoream; nam ita rem omnem  
complectimur, quæ in acquisitionem venire  
possit inst. de reb. corp. per totum.

**C O N S E R V A N D O**. Frustra enim jus cui-  
que tribueret, quod suum est, nisi tributum  
conservaret.

**M I N U E N D O**. Alienatio diminutio est,  
quare prohibitus diminuere, erit prohibitus  
alienare, ut hoc l. probat.

4 **C U J U S Q U E P I A T**. Fit autem,  
sive contingit acquisitio omnis, vel jure na-  
turali, vel civili §. singulorum inst. de rer.  
divis. Acquirimus autem titulo lucrative, ut  
ex testamento, vel ab intestato, vel ex do-  
natione; oneroso, ut ex contractibus fere  
omnibus, mutuo, commodato, deposito,  
pignore, ac ex delictis, cum poenam perse-  
quimur, furto, rapina, damno, injuria,  
& similibus.

**R E M S U A M**. Nempe corporalem,  
quod rem incorpoream statim jus suum dixe-  
rit.

**A L I E N E T**. Duo enim sunt acquisitio-  
nis effectus, ut conservare, ac nobis retine-  
re possimus, ut etiam alienare, vel amit-  
tere. Uterque procedit ex regula l. in re man-  
6 data C. mand. Ex iis apparet titulum hunc  
(ut Baro etiam hic notat) pertinere, vel  
ad jus constituendum, vel interpretandum.  
Constituendarum legum, sive juris causa,  
quid lex sit, ex quibus constitutur, & quæ  
sit virtus ipsius, tum in quas personas con-  
stitutur, ulique ad dictam leg. neque leges,  
explicatum est. Tum quia aliquando hæsi-  
tamus circa sententiam legis, aliquando circa  
verba, quid incerta sententia legis, quid rursus  
eadem certa faciendum sit, diffidimus est, ac  
de productione legum, tum facienda, tum vitanda,  
& iisdem vel ratione, vel consuetudine inter-  
pretandis hactenus disputatum est, quæ omnia  
diligenter tenere, non tam iis, qui respon-  
dere, aut judicare constituunt, perquam  
utile est, quam etiam iis, qui mentem altius attol-  
lere, ac leges vel constituere, vel abrogare  
Principi suggerere debebunt, maxime necessa-  
rium. Sed iam ad D. O. M. ac BEATAE  
MARIAE semper VIRGINIS, tum etiam  
Dominici, Catharinae, Francisci, ac Bernar-  
dini divisorum tutelarium laudem, fas est con-  
trahere vela, petere portum, & finem pere-  
grinationis facere. Scio eruditiores in hisce  
commentariis multa desideraturos, sed quia  
teneris addiscientium ingenii deserviendum  
esse constitui, consultò quædam prætermissa  
sunt. In plerisque tamen meæ musæ pauper-  
tatem aperte confiteor, & oro, ut ab ea par-  
te excusationem benigni mitesque recipient,  
unde rigidi, atque severi accusationem insti-  
tuere possent.

F I N I S

AD

153

# A D L A F R U C T U S

S. PAPINIANUS D. SOL. MAT. QUEMAD. DOS, PET:

L I B E R S I N G U L A R I S

A U C T O R E

## ALEXANDRO TURAMINO

J. C.

**P**Apinianus libro XI. *Quæstionum divortio factō fructus dividi ait, non ex die locatio-*  
*nis, sed habita ratione praecedentis tempo-*  
*ris, quo mulier in matrimonio fuit. Neque enim,*  
*si vindemiæ tempore fundus in dotem datus sit,*  
*eumque vir ex Calendis Novembribus primis frus-*  
*endum locaverit, mensis Januarii suprema die fa-*  
*cto divortio, retinere virum & vindemiæ fructus,*  
*& ejus anni, quod divortium factum est, quartam*  
*partem mercedis æquum est. Alioquin si collectis*  
*vindemiis altera die divortium intercedat, fructus*  
*integros retinebit. Itaque si in fine mensis Janua-*  
*rii divortium fiat, & quatuor mensibus Matrimo-*  
*nium steterit, vindemiæ fructus, & quarta partio*  
*mercedis instantis anni confundi debebunt, ut ex*  
*ea pecunia tertia portio viro relinquatur.*

AUCTO-

# AUCTORIS PRAEFATIO



Xplicationem juris difficultum in additionibus meis ad *Bartholomaei Soccini Commentaria* saepe polliceor, & ut quanto citoius fieri possit, huic pollicitationi satisfaciam, quod ocui supereat, libenter in eam impendo. Rem magnam aggredior, fateor, sed D<sup>O</sup> favente non fallam. Nec moram contraho, quia dies non interpellat, & difficultas excusat. Sed tamen cujusdam interusurii loco *Papinianum* in fructibus inter virum & uxorem divertio facto dividendis, alioquin valde tenebrosum, dilucidatum exhibeo, & quasi vini parati portiunculam libandam offero. In ejusmodi re *Alciatus*, *Cerasius*, *Connanus*, *Duarenus*, *Baro*, *Aurelianensis*, *Cujacius*, *Pacius* viri doctissimi communem sententiam jure optimo reprehendunt, sed etiam ad invicem adeo semetiplos oppugnant, ut nec receptam sequi, quod ii communiter damment, nec uni eorum accedere quisquam ausit, quod alii revocent omnes. *Duarenus*, ut opinor, verum detexit *Papiniani* sensum, non tamen latebras omnes obturasse, aut sustulisse videtur, nec omnia contraria solvit. *Baro*, *Connanus*, *Cujacius*, *Pacius*, *Aurelianensis*, aut in contrarium, aut in diversum agentes illius dictis fidem omnem fere detrahunt. Plurimum valet ad gloriam comparandam, veritatem tenebris involutam in apertum educere. Sed, & eamdem oppugnatam defendere, laudem non modicam afferre constat. Id mihi pro justo, & æquo *Duareni* calculo faciendum constitui. In titulo vulgarem Pandectarum editionem, in explicatione Florentinam sequor. Hæc veritati conjunctior, & nodis dissolvendis accommodatior, illa in foro, in gymnasii frequentior. Rem indicat altera, altera docet. Affero Lector benebole diversitatis rationem, ne inconvenientiam notes.

DE

## DE FRUCTIBUS, ET EORUM

distinctione, de varia anni acceptione, & alia quædam præcognoscenda tractantur.

### Cap. I.

- 1 Fructuum divisio communis, quod alii naturales, alii industriales, alii civiles sint aduersus Corasium, Pinellum, & Menochium defensa, n. 2. 3. 4. 5. & 6.
- 2 Corasius negans fructus industriales reprobatur, n. seq.
- 3 Pinellus, & Menochius negantes civilium speciem recensentur, & confutantur n. seq.



- E fructuum divisione divortio facto, quomodo inter virum, & uxorem facienda sit, ad explicationem Papiniani disputaturus, receptam eorumdem divisionem retinebo, quod alii naturales, alii industriales, alii civiles dicantur, Bartolus in *l. ex diversa, sup. de rei vindicat, glos. in c. gravis in verbo fructus, de rest. spalias.* alios recenset Jac. Menoc. *de arbitr. jud. cas. 210.* Scio tamen Soccinum hic de naturalibus, & civibus duntaxat meminisse, qui forte industriales, naturales esse censer, quoniam a natura producuntur. Quo nomine Corasius lib. 5. miscel. jur. cap. 9. speciem industrialium commentitiam esse putat, sed ejus sententiam reprobat Pinellus in *t. 2. pars. 2. c. 4. n. 52. C. de rescind. vendit. Jac. Menoc. d. cas. 210. n. 6.* Idem vero Pinellus, & Menochius, ut industriales a naturalibus distinguuntur, ita civilium addictionem, quod in fructus vere non sint, aperte negant. Et quidem internaturales, & industriales distinguendi rationem Pomponius, & Paulus perbelle suppeditant; Ille in *l. Fructus sup. de usuris,* ait ibi: *fructus percipiendo. uxor, vel vir ex re fatis donata suas facit illas tantum, quae suis operis acquisierit, veluti ferendo, nam si pomuna decerpserit, vel ex silva cederit, non sit ejus, sicuti nec cujuslibet bona fidei possessoris, quia non ex facto ejus iste fructus nascitur.* Fit ergo in re distinctio
- 5 Rerum distinctio prior est, quam distincta non minum impositio.
- 6 Nomina doctrina causa imposita recipienda sunt, non impugnanda.
- 7 Communis fructuum divisio declaratur exemplis.
- 8 Anni initia varia posita.
- 9 Papiniani divisio procedit in fundo inassimilato, non autem estimato, & ibi de ratiōne limitationis.
- 10 Nisi actum sit, ut reddatur estimatus.
- 11 Quid si vir optionem habeat, an residuatio retrovenditio censenda sit? Angeli sententia discussa & confusa.
- 12 Fundum traditione dotalem offici Matrimonio sancitum constante.
- 13 Cujacii lapsus circa fructus, vel usuras dantis tardius salute.

- 7 Strinx causa, nec nimia, aut inutili subtilitate subvertenda, ut in hac fructuum divisione re. Et adnotavit glof. Paris. in §. 1. glof. I. q. 3. n. 50.
- 7 Cui inherens eos naturales dico, quos nihilum, aut parum hominis industria cooperante, natura producit. Industriales quos hominis labore, & opera natura producit, non productura, si industriam removeas; Civiles, qui in totum ab hominum industria proveniunt, ab ipsa juris arte, quae in eorum productione naturae vice fungitur, non immerito civiles appellati. Prime specie exemplum in Pomis, glandibus, secundæ in segetibus, postremæ in pensionibus domorum. Id quod glof. Bartol. & alii recipiunt omnes. Inferatur ex his de secunda, & tertia specie fructuum Papiniani questionem esse, quamvis idem jus statuendum sit inter maritum, & uxorem in casu divorii de quacumque specie differatur.
- 8 De anni initio paucis etiam dicendum est, In Urbe, & in hoc Regno a Servatoris nostri Nativitate sumitur. Florentæ, Senis ab ejusdem Conceptione, Pisii aliter. Mos ergo regionis ubique servabitur l. de quibus sup. do leg. Angelus in §. quod in anno inf. bac lege. Aliter in l. per banc C. de Advoc. divers. jud. ubi agitur de constituenda solutione salarii fisci patronis, sed hæ acceptiones nihil ad Papinianum. Apud eum triplex annus ratio. Est enim annus matrimonii, annus vindemiarum, item & locationis. Quilibet annus a die sui initii finitur decurrentibus diebus tercentum sexaginta quinque, ut in cæteris omnibus observatur a solis recto cursu accepta mensura, qui tanto spacio completur. Sic accipito titulum inf. de Ann. leg. l. cum beroes §. Stricbus, inf. de stat. lib. cum similibus. Tertio dicendum est huic divisioni fructuum locum esse, cum fundus in dotem inestimatus datus est, nam eo æstimate, vir quasi emptor habetur l. quovies Cod. de ju. dor. clariss in l. unica §. cumque ex stipulatu Cod. de rei uxori. act. ibi: Sed & novissimi anni, quo matrimonium salvitur, fructus pro rata temporis portionem utriusque parti debere assignari, commune utriusque actionis est in rebus scilicet non estimatis. Aestimatarum enim rerum maritus quasi emptor, & commodum sensiat, & dispendium subeat, & periculum expectet. Id ipsum adnotarunt hic Ang. Imo. Alex. Socinus, sed temperandum est, nisi actum sit
- 10 ut ipsa res æstimata reddatur, quod fieri potest l. plerumque in fin. sup. de ju. dor. quo casu æstimatione non habet instar venditionis, sed cautio est, ne res deterior reddatur, & in fructibus idem servatur, quod si res æsti-

mata non esset. Sed quid si maritus optionem habeat, & volens non necessariò restituat? Angelus conset restitutionem esse speciem retrvæditionis in hoc casu, & consequenter naturam venditionis sequi, quod si verum est, fructus non percepti, quoniam in emptorem transeunt l. Valerius in fin. infr. de ju. fisci, hic ad mulierem omnes pertinebunt; Itaque vir nihil habebit de mercede locationis. Contra fructus vindemiarum consequetur omnes, quia venient in æstimationem quasi pars soli antequam separantur, non in divisionem quasi fructus. Dissentunt Imola, & Alexander, nam credunt restitutionem interpretandam secundum subjectam materiam l. si uno sup. locati, quod ego verius arbitror, ut enim in pendi res est, donec optaverit, an venditio sit, vel dotis datio, ita ubi restituere mavult, constat nunquam fuisse venditionem, & ideo jure dotis rem existimandam. Id etiam æquius est, ne vir, qui quasi vendor fructuum percipiendorum partem consequi non posset, præ inopia æstimationem solvere non valens, invitus magis, quam volens rem dimitteret, dives autem retineret semper.

Tandem sciendum est fundi traditionem, de qua hic, fuisse matrimonia priorem, & tamen habetur ratio temporis tantum, quo mulier in matrimonio fuit, quia fructus ante matrimonium percepti dotem augent l. si ante sup. bac tit. cui lex ista conjungitur; Alioquin si post nuptias contractas traditus esset, non dies nuptiarum, sed traditionis inspicitur, nec fundus dotalis est 11 ante traditionem l. de divisione sup. cod. & cum possit matrimonium sine dote consistere l. uh. Cod. de donat. ante nupt. ita potest consistere dote tardius soluta, quare dotalis non est, antequam tradatur, nec fructus jure dominii ad virum pertinere possunt. An ex mora eos, vel interusurium aliquod petere possit, dubitandum non est, quamvis Jac. Cujac. lib. observ. 14. observ. 22. observet, neque fructus, neque usuras ex mora deberi, sed solum ex litis contestatione, quod viro debeatur judicio stricti 13 juris l. videamus §. si actionum, de usuris. Stricti juris esse putat, quia dos viro debeatur dictione, pollicitatione, stipulatione. Sed hæc observat immemor actionum ex stipulatu pro dote viro ad petendum, mulieri ad repetendum communem esse, & utrinque bonæ fidei l. un. §. 1. & §. sed et si Cod. de rei Uxor. act. Quare id contra legem observat.

Papiniani difficultas exponitur, &  
ad eam explicandam introductio,  
varii ad eam intellectus afferun-  
tur, & subjectis demonstratis  
bus confutentur.

## Cap. II.

- 2 Species ad Papinianum fingitur.
- 2 Geometrica aequalitas à Papiniano servatur, & que, n. 4.
- 3 Eguinarii Baronis ea de re ignorantia.
- 5 L. ex morte, C. de pact. conu. ad geometrica aequalitatis lumen expenditur.
- 6 Duo consideranda, ne in Papiniani sensu erro-  
tur, & que n. 7.
- 8 Accurii intellectus adducitur, & reprobatur  
n. 11: late.
- 9 Joannis sententia à Bartolo reprobata.
- 10 Jacobi Cujacii, & Joannis Butei lapsus na-  
ra digni.
- 12 Castrensis male de Papiniano sentiens re-  
probens.
- 13 Alciati intellectus expenditur, & confusa-  
tur.
- 14 Francisci Connani explicatio rejicitur.
- 15 Roberti Aurelianensis declaratio damnatur.
- 16 Joannis Corasii bac de re sententia reproba-  
tur.
- 17 Eguinarii Baronis computatio evertitur.
- 18 Antonii Fab. calculus iniquus ostenditur.
- 19 Julii Pacii exposicio improbatur.

2 Proponit hoc capite *Papinianus*, Sejam  
Cal. Octobris Titio nupsisse tradita vi-  
nea, percepisse Titium eo mense omnes vin-  
demiæ fructus, tum Cal. Novembri vineam  
Cajo locasse per annum, & in fine Januarii  
sequentis factum esse divortium. Proponamus  
eum *Accurso* in ver. ex contrario duodecim  
in vindemia fuisse, ita fructibus estimatis  
post deductionem impensarum, ut in l. pre-  
cedenti. Similiter mercedem locationis pro in-  
tegro anno duodecim esse. Questionis est  
quantum vir ferre debeat de vindemia, &  
mercede locationis, cum quatuor mensibus  
matrimonium stetisse proponatur; Hic trium  
annorum ratio spectanda est. Est annus ma-  
trimonii, & in hoc quatuor mensium ratio  
ineunda. Sed & annus vindemiæ, & annus  
locationis, ambo in annum matrimoni incur-  
runt, cum his quatuor mensibus, & vin-

demia collecta, & locatio facta proponatur,  
& utraque ad suum integrum annum referri  
soleat. *Papinianus* ait: *Vindemæ fructus, &*  
*quarta portio mercedis instantis anni confun-*  
*di debebunt, ut ex ea pecunia tertia portio*  
*viro relinquatur.* In hac *tertia* portione viro  
relinquenda varii varia dixerunt, sed ante-  
quam expendantur duo constituenda sunt. Al-  
terum, hic geometricam æqualitatem, non  
arithmeticam esse servandam. Alterum, quæ  
illius rite, recteque servata possit esse congrua,  
certaque demonstratio. Primum auctoritate,  
& ratione constat, si tamen in juventutis  
gratiam paucis expoliero, quatenus altera  
ab altera distat. Nam & quidam hos termi-  
nos reformidant, qui se inter juris peritos  
alioquin haberi contendunt, & nostram juris  
arte in cum ceteris artibus, aut scientiis, ut  
propriam ignorantiam, ne dixerim turpitu-  
dinem, tegant, communicare non patiuntur.  
3 Sed & reformidat, quod mirandum est,  
Eguin. Baro lib. 2. de Feud. tit. 28. his ver-  
bis ad verius Duarenus usus: *Evidem subtili-*  
*tatem illam proportionis Geometricæ non usque-*  
4 *quaque spectari scio.* Geometrica proportio est ad  
quantitatem, arithmeticæ ad numerum respi-  
cens. Illius exemplum, ut ex ll. adverbiis  
Baronis incuriam sumatur, habetur in l. ex  
5 morte, C. de pact. con. Constituit Imperator  
lucra dotis, & donationis propter nuptias  
æqualia esse debere, non æqualitate numeri,  
sed proportionis. Neque eo jure constitutum  
erat, donationem propter nuptias doti æqualem  
esse debere. Ponamus doti data mille, pro-  
pter nuptias donata quingenta, pactum virum  
muliere in matrimonio defuncta, ut lucra-  
retur dimidiæ dotis, & ita quingenta, si  
lucrum donationis beat esse æquale ad nu-  
merum, & ita æqualitate arithmeticæ, mulier  
totam donationem, vir dimidiæ dotem lu-  
crabitur, quod est iniquum: Servat Impera-  
tor proportionem geometricam, quæ est, ut mu-  
lier lucretur ex quingentis dimidiæ, scili-  
cket ducentæ, & quinquaginta. Proportio est  
ex quatuor, hoc modo, ut se habent quin-  
gentæ ad mille, ita se habent ducentæ, &  
quinquaginta ad quingenta, ut semper lucrum  
consistat in dimidia totius. Dimidia donatio-  
nis dimidiæ dotis æquatur non numero, sed  
proportione, quatenus utraque est dimidia to-  
tius. Sed ejusdem geometricæ proportionis ra-  
tio servata in pulcherrima specie testamenti  
defendendi causa apud Julianum legi potest  
in l. si ita inf. de lib. & postb. Et  
quamvis Franciscus Duarenus hic, & lib. r.  
Ann. dispu. c. ult. tum. Jac. Cujacius observ.  
lib. 14. obseru. 22. quasi novum aliquod eam in hac

*Papiniani* specie inducere videantur, video tamen & ab antiquioribus, ad quos plus quam par sit eruditionis gloria intumescientes respicere negligunt, observatam. Nam & *Baldus post Nic. de Mat. in l. i. C. pro socio, & Mar. Soc. Sen. in titu. extra de usur. n. 115.* utriusque æqualitatis rationem inter cæteros observandam monet. Verè assentunt hinc servandam fore, non tamen noviter. Ratio est obvia, quia tertia anni parte oneribus matrimonii a viro perlatis, tertiam frumentum dotis ei tribui par est. Aequatur commodum incommodo pro rata temporis, proportione, non numero. Et statim ac tertiam viro tribuit, geometricam, non arithmeticam æqualitatem servat. Et re ipsa omnes in explicanda *Papiniani* sententia servare contendunt, quamvis nomine non utantur. Ut ea pateat rectè servata, oportet annum & vendemæ, & locationis communem, ubermem, sterilemque proponere, & si in anno sterilissimo, uberrimo, commune mensura semper eadem proportionis æqualitate constabit, argumento est justissime fore servatam. Hoc genericè. Speciatim ad duo recipiendum est, ex quibus error iniquæ proportionis apparere potest. Primum, si ita mercedem, & fructus confundas, & tertiam conficias, ut plus vir consequiturus sit, si minori quatuor mensium spatio durasset matrimonium, vel contra minus consequiturus, si majori, illico consequitur injustam esse. Nam *Papinianus* ea ratione tertiam tribuit, quod quatuor mensibus matrimonium steterit, minus tertia tributurus, si minori intervallo, plus tertia, si majori stetisse proponatur. Secundum est, in quo *Pomponius* videtur mihi manifestissimus, ut quarta portio mercedis ex locatione cum fructibus confundatur, ut augeatur usque ad tertiam, non ut ullo casu ex confusione minuatur. Nam & quartam in tertiam vertere suapte natura cum additamento fieri palam est, & *Papinianus* ut absurdum notat virum integros vendemæ fructus percipere, ibi: *Alioquin si collectis vendemis altera die divortium intercedat, fructus integros retinebit*, ita constanter sentit aliquid ei deberi ultra quartam mercedem locationis: Nam iniqua proportio est quatuor mensibus onera matrimonii sustinere, fructus autem ex divisione trium mensium dumtaxat percipere, quis non videt uno mense gratis onera subire? Quod & ini- quum est, & contra agentium intentionem. *Papinianus*, *divortio facto fructus dividi ait non ex die locationis, sed habita ratione precedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit*. Quid rogo aliud sentit,

dum vult haberi rationem præcedentis temporis, nisi ut vir ultra tempus locationis aliquid amplius consequatur pro eo tempore, quo ante locationem onera matrimonii pertulit? Et quia præcedenti mensie vir percepit vendemæ fructus, occurrit, ne quis putet eum, & quartam partem mercedis pro tempore locationis, & hos fructus integre habiturum. Nam si Kalendis novembbris, & ita collectis vendemis divortium factum esset, unius mensis ratione fructus integri anni etiam consequeretur, quod est iniquum. Quid porro hæc argumentatio concludit, nisi virum, & quartam mercedis, & aliquid de fructibus, non omnes fructus habiturum? Sic itaque quarta mercedis per additamentum fructuum in tertiam convertitur, aucta semper, nulloque casu diminuta. Qui hæc, quæ præmitto, inficiantur, ii mihi nec *Papinianum*, nec æquitatem, ad quam omnia redigi debent *L. bona fides sup. depos.* intelligere videntur. Igitur quasi principia satis firma esse constituo, de quibus amplius dubitandum non sit. Accursius in ver. ex contrario ita ad *Papiniani* explicationem calculum posuisse videtur. Vendemæ fructus duodecim aureis estimat, & tanti locationem. Deducit ex locationis mercede tres, veluti ipsius quartam, miscet confunditque cum duodecim, ex vendemia, mixti aurei tres cum duodecim conficiunt quindecim, ex his tertiam, scilicet quinque viro dimittit, mulieri decem, & ita duas tertias. *Papiniani* verbis innititur, quæ sunt: *vendemæ fructus, & ita omnes*. Et quarta portio mercedis instantis anni confundi debebunt, ita fieri videtur si tres aurei cum duodecim misceantur, ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur, quod pariter adamussim impletur, si quinque ex quindecim viro dimittantur. *Bartolus*, *Angelus*, *Alexander*, *Jason*, ac cæteri frequentius adharent, & *Alciatus lib. 3. paradox. cap. 1.* hanc sententiam communis calculo receptam affirmat. *Joannes Dominicus Mart. var. expl. l. 2. cap. ult.* nec *Glossa* sententiam, nec *Bartoli* perceptibile videtur, qui censuit *Glossam*, velle tres aureos contribui, vel dubitat de sensu *Glo.* Nam *Bartolus n. 8. damnat expresse lecturam Joannis*, quam is d. cap. ult. n. 5. *Bartolo* adscribit, quod tria re, octo, aut novem spe contribuantur, cum tamen idem *Bartolus* afferat non esse veram & verbis textus adversari, ac propterea primam lecturam *Glossæ* fore probandam, quæ non tria sola, sed sola de mercede cuna fructibus contribui

bui ad tertiam constituendam sensit omnimo-  
do. *Castrensis* eam ita n. 4. in fine diluci-  
davit, ut de ejus sensu dubitandum minime  
fuerit. Ego vero *Joannis* calculum non a  
*Bartolo* duntaxat, sed a *Castrensi*, *Imola*,  
*Alexandro*, & *Jasone* rejectum, velut etiam  
ānūlsum, & ab omni verosimili alienum di-  
mittendum censui. Sed in hanc invehit *Al-  
ciatus*, & jure quidem, de quo, & *Dua-  
renus*, & *Corasius* consentiunt. Nam hæc  
calculi ratio nullo unquam casu potest esse  
justa, quod plus, vel minus æquo tribuat  
semper, quod par est, nunquam. Cæterum  
10 *Jacobus Cujacius* d. obseru. 22. re ipsa  
eam probat, & *Duarenus* aliter insuntem aper-  
te reūcit, ne dicam impudenter. Ait ille ex  
quarta mercedis tertiam sumendum, & ita  
unum ex tribus, & tertiam ex fructibus, &  
ita quatuor ex duodecim, quæ eadem quin-  
que conficiunt, & hanc, servata legitima  
proportione justam tertiam esse decernit.  
*Joannem Buteum* doctissimum mathematicum  
hujus caussæ patronum elegit, ut illum juris,  
& te mathematics indoctum esse confirmet.  
Ille sanè, & cum eo *Cujacius* stomachantur  
adversus *Accursium*, ut cæteris omnibus ad-  
versus se ipsos stomachum faciant, omni-  
modo non alia ratione. Objiciunt non tres  
aureos, sed unum ex tribus de mercede lo-  
cationis fore sumendum, ac ita tertiam illius  
quartz, & tertiam fructuum viro dimitten-  
dam. Re ipsa, ut *Accursius*, quinque di-  
mittunt. Ridicula, ac nullius utilitatis dif-  
ferentia. Quid plane interest ex iis. tribus,  
confusis, vel separatis tertiam subducas?  
Nam vel mixtim cum duodecima, dum quin-  
decim conficiunt, unum pro tertia conferunt  
omnimodo. Sed si hoc aliquid existimandum  
esset, non ne ab eodem *Accursio* ante eos  
animadversum? Ille in ver. *Tertia partio*,  
ita ait. *Unum erga aureum de tribus ha-  
babit vir* idque *Bartolus* probat n. 6. *An-  
gelus* n. 2. *Castrensis* n. 4. in fin. *Ale-  
xander* n. 6. & n. 35. Quam oscitanter  
objiciunt, qui nihil novum afferunt, sed  
idem, quod *Accursius*, & cæteri communi-  
cator. Quod non alia ratione fit, nisi quia  
tantum sibi tribuunt, ut grave illis sit ad  
aliorum scripta respicere, & quod ipsi cogi-  
tant, supra aliorum captum, & ingenium esse  
putantes, quasi novum pronunciant. Hoc tamen  
casu, & illi, & nostri labuntur, plus justo  
tribuentes. Quod pluribus demonstratur.  
11 Primum quia duorum annorum, nempe  
vindemiz, & locationis ratio hanc compu-  
tationem non admittit, nam quæ proportio  
est 3 24. mensibus ad 24. aureos, eadem

est a 4. mensibus ad aureos 4. ab uno  
mense ad aureum unum, male ergo viro pro  
mensibus quatuor, aureos quinque retinere  
permittimus duorum annorum habita ratione,  
quæ tamen habenda non est, ut inferius compertum  
fiet. Secundo si cum *Alciato*, tenuem vindemiam  
fuisse ponamus tribus aureis æstimantes, locatio-  
nen contra uberrimam, puta pro aureis 24. [ in  
omni enim casu geometrica proportio sibi sub ea-  
dem ratione undeque responderet] quara 24.  
erunt sex, si misceantur tribus, conficiunt  
novem, si sumimus tertiam, tres aureos viro  
dabimus, vel duos primum, quasi tertiam  
mercedis, cum *Buteo*, & *Cujacio* sumamus, postea  
unum ex tribus, iidem tres aurei pro tertia futu-  
ri sunt. Iniquitas est manifestissima; quia non  
modo non habet integrum quartam mercedis, &  
aliquid ex fructibus, sed minuitur quarta, & non  
per viam additamenti in tertiam convertitur,  
sed ad ejusdem mercedis octavam partem re-  
digitur, quia 3. ad 24. octavam partem fa-  
ciunt, non ultra, & tamen certum esse debet  
quartam, dum in tertiam vertitur, augeri  
oportere, non minui, ut supra ostendi. Quid  
potest afferri ineptius, ne dixerim iniquius?  
Tertio ponamus 6. in vindemia fuisse, 12.  
in locatione, 3. ex locatione cum sex mi-  
isceantur, conficiunt 9. pro tertia, ex 9. viro  
3. dabimus ad hujus calculi rationem. Hic  
nullius effectus confusio est. Sola quarta mer-  
cedis viro tribuitur, nec quo confundas ad-  
ditur aliquid. At vera geometrica æqualitas,  
si in uno addit casu, in oīnibus addit ser-  
vata proportione: Quartò fingas uberrimam  
vindemiam, & ponas in fructu 24. vineam  
ventorum impetu disiectam locatam esse  
pro 4. toto illo anno. Accipe unum, ve-  
lut mercedis, quartam, confundas in 24; subducas  
tertiam viro dimittendam, erit hæc octo cum  
dimidio. Calculo. sic inito vir tantam fere  
habet vindemiz partem, quantam haberet,  
si quatuor mensibus ante vindemiam matrimo-  
nium stetisset, & cum onera matrimonii  
quatuor mensibus pertulerit, fructus octo  
mensium consequitur, cum aperta mulieris  
inuria. Quæ nostri dicunt hujus computatio-  
nis propugnandæ gratia, & levia sunt, ut  
*Alciatus*, & *Duarenus* expendunt, & eadē  
12 iniquitate constant. *Castrensis* n. 11. ver. dic.  
ergo fatetur relatam glossæ computationem es-  
se veram, sed ait vix tolerari, quod ali-  
iquid de hac pensione contribuatur, id quod  
*Papinianus* pro indubitate habuit. Sed ubi  
constabit, quis sit *Papiniani* sensus, constabit  
etiam nullum esse *Castrensis* argumentum.  
13 Secundo itaque loco *Alciatus* lib. 3. *Parad.*  
c. 1. subobscure rem exponens, si *Duarenus* cre-  
da.

damus, vult de vindemia deduci semper aureum unum, si locationem factam pro 12. ponamus, quasi aureus ille, qui de mercede divertio facto, cum ad mulierem spectet, sumi non potest, sumatur de fructibus vendemiz, sed in eo sumendo non vendemiz, sed locationis rationem habet. Quia tertiam portionem mercedis asserit n. 2. & 3. Cujus si iste sit sensus, jure magis a Duarenio, quam a Corasio damnatur. Quia, ut fructus vendemiz nunc plures, nunc pauciores sunt pro anni ubertate, vel sterilitate, ita sequum est plus, aut minus conferre. Ponas itaque in locatione 12. sed in vindemia 24. unum sumit de vindemia Alciatus, & negat ubertatem ei profuisse, quod est absurdum: vel si ponas sex in vendemia fuisse, patietur ne mulier virum unum accipere de vendemia, cum portio sit duorum mensium, non unius? Si in locatione sint 24. sumuntur 6. pro quarta propter ubiorem locationem, ita plus, aut minus oportet de vendemia sumi pro rata illius mensis, non semper idem. Sed vereor plurimum, ne id sentiat Alciatus, quod n. 3. dicit. Non autem ex vendemiz fructibus omne deducat, cum bi sibi unius mensis ratione ad cum pertineant; Idque deducit ex l. fructus sup. cod. ut in margine notatum legi. Parum aperte scripsit paulo supra Ut tertia portio redditus anni, id est mercedis instantis anni penes virum residat, & paulo inferius. Ut tertia portio mercedis instantis anni viro relinquatur, nam videtur diffinire tertiam ad mercedis quantitatem, non habita ratione fructuum, cum tamen ex fructibus contribuantur aliquid. At legi in margine haec verba ad superiorum explicationem ab eo scripta: Id est, ut utraque portio pariformiter determinetur. Pariformis determinatio est, ex tribus mensibus quartam, ex uno mense duodecim sumere. Et vereor plurimum, ne mercedis nomine magis, quam locationem, portionem viro debitam significet. Tertio lo-

34 co Franciscus Connanus inter Gallos eruditio-  
ne clarior, qui a conviciis Modestinus semi-  
per abstinuit l. 8. cap. 10. n. 8. Comment.  
suo, hoc calculo posito viro tertiam dimittit.  
Miscet duorum annorum fructus, vendemiz,  
& locationis, cui negotium facit, quod glossa, Bartolus, Angelus, ac caseri inqui-  
runt, cur de quarta parte mercedis, non de tota Papinianus loquatur. Aestimat vendemiz  
24. locationem 12. confundit integra, confi-  
ciunt 36. dividit confusa, & ita cuique anno  
attribuit 18. Ex 18. tertiam deducit, & ita sex  
commixta ex fructibus, & locatione, hanc  
dicit esse tertiam ex Papiniano viro dimitten-

dam. Affirmat justam, quod neque vir con-  
queri possit ex sola locatione, neque mulier  
ex sola vendemiz deductam. Sed haec longe  
iniquior computatio, & a verbis, & men-  
te Papiniani in totum aliena. Primum sumit,  
aut integrum mercedem locationis in prima  
confusione, aut tertiam in dimissione; Cum  
tamen Papinianus solam quartam mercedis pro  
tribus mensibus assumat, misceat, confundat,  
ac tandem tribuat. Cur reliquum aut pre-  
ter, aut contra Papiniani placitum misceat,  
non video. Secundo iniquum est virum  
vendemiz, quam uno mense curavit, longiori  
tempore fructus percipere. Tum tertio eodem  
iniquitatis vitio laborat haec ratio, quo superior  
Accursii a Cujacio usurpata. Ponas sterilem  
fuisse vendemiam, ut non nisi 6. aestimetur,  
dicas locationem factam pro duodecim, mi-  
scas conficiunt 18. dividias, cuique anno 9.  
tribues, constitutas tertiam, 3. erunt. Nonne  
patet hoc casu nihil operari confusionem, &  
hanc esse solam quartam mercedis partem,  
qua eadem manet, & in nihilo a fructibus  
augetur; Confusio facit, ut eadem numero  
sit tertia, & quarta, ergo inutilis. Sed si  
ponas vendemiam steriliorem, puta 3. aestima-  
tam, confundas cum duodecim ex locatione,  
conficiant 15. dividias, cuique anno tribues 7.  
cum dimidio, tertiam ex iis viro dimittas  
erit duo cum dimidio. Quarta ergo confun-  
ditur in fructibus, non ut vertatur in tertiam  
fructibus additis, sed ut minuatur. Patiemur  
vero marito minus quarta tribui, cui Papi-  
nianus certe vult adjici quid amplius?

15 Quarto Robertus Aurelianensis lib. 2. Animadv.  
cap. 8. omnium rejectis calculis novam com-  
putationem attulit, & quamvis a Cujacio in  
notis sub nomine Antonii Mercatoris in lucem  
editis obscuritatis notetur, ejus sensu diligenter  
excusso rem ita disponit. Ex anno loca-  
tionis tres accipit menses eo argumento, quod  
Ulpianus, & Papinianus solum quartam mer-  
cedis sumant. Constituit retro actione qua-  
dam, de anno vendemiz novem mensibus  
sumptis, annum integrum, qui constat ex  
duodecim mensibus, tribus ex locatione, no-  
vem ex vendemiz sumptis; existimat tertiam  
ad hunc annum esse proportione geometrica  
referendam; Aestimat hujus anni fructus  
hoc modo. In vendemia 12. in locatione 12.  
similiter sunt, accipit 3. de mercede pro tri-  
bus mensibus, 9. de vendemia pro mensibus  
novem 12. confundendo conficit, 4. viro  
nomine tertiae dimittit. Et si tanti vinde-  
miam, quanti locationem aestimes, excepto  
Accursii calculo, & communis, idem, quod  
in Connani, Alciati, Corasii, & Duarenii  
com.

computationibus futurus est exitus. Hunc etiam calculum tacito authore probat *Joannes Dominicus Martuccius* amicus noster d. lib. 2. Var. expl. Iuris. c. ult. num. 17. qui si eandem in explicandis, quam in legendis iuris difficultatibus solertiam præstatisset, non mediocriter de Jurisprudentia meritus esset. Gratis id affirmat, nullo argumento, nulla ratione usus. Illud assequitur hoc calculo, ut is ait, quod non incidimus in duorum annorum fructus. Hoc non aliud est, quam speciem diversam a *Papiniano* confingere, qui ex industria hanc elegit, quæ incidit in duorum annorum fructus. Qui *Papesianum* reformidant, ipsum non attingant. Verum si dispari vindemiam, & locationem, in estimatione posueris, continuè iniquitatem hujus calculi noscet. Pone in locatione 24. in vindemia 6. accipe 6. de locatione pro tribus mensibus, velut mercedis quartam cum *Papiniano*; accipe ita 9. partes ex 6. quibus integra vindemia constat, cuilibet mensu dimidium tribuens, & pro novem mensibus 4. cum dimidio sumes. Junge cum 6. quæ sunt quarta mercedis, erunt 10. cum dimidio, dimitte viro tertiam, erunt 3. cum dimidio. Quid iniquius, ut sæpe dictum est, quam ut quarta mercedis per confusionem minuatur? Non enim aliquid ultra de fructibus habet vir quarta in tertiam versa, sed versio hæc ipsam minuit quartam. Eadem per contrarium futura iniquitas est, si 6. in locatione, 24. in vindemia ponas, sumes 1. cum dimidio, quasi quartam mercedis pro tribus illis mensibus. Item 18. ex vindemia pro mensibus novem, junges erunt 19. cum dimidio, constituës tertiam, erit 6. cum dimidio, vir de vindemia cum mulieris injuria plus feret, quam ratio traditi, & curati predii exigat pro matrimonii tempore. Omnes igitur hæc computationes ad eamdem iniquitatem nos perducunt.

16. Quinto loco se offert *Joannes Corasius* lib. Miscel. 5. cap. 7. n. 1. Ille ponit 12. in vindemia, 12. in locatione, sumit 3. velut mercedis quartam, miscet cum 12. de vindemia, 15. conficit, 11. mulieri, 4. viro tribuit. Re ipsa nobiscum sentit in hac specie 4. viro tribuenda, quod *Alciatus*, & *Duarenus* probant, sed suæ in deducendo rationis nullam rationem assert. *Pacius* ait idem sentire, quod *Alciatus*, sed *Papianus* verbis inservire magis. Ego id non satis perspicio, nec probo. Si ita se habet iisdem argumentis, quibus *Alciatus*, refelli poterit. Desiderarem alia specie proposita, in qua vindemia locationi non sequetur, quomodo calcu-

lam ponet; Obscurus non modo concisus, sed an in re difficulti ita locutus, quasi lubricum verborum, & reprehensionem cautus fugiat, ignoro. Laudem certe nullam consequitur. Reprehendo, damnoque, ut in communia sententia, fructus omnes confundi, quia dividuntur omnes, ut locationis merces, non tamen confunduntur omnes, ut suo loco dicam. Desidero, quomodo miscat quindecim, ut mulier 11. ferat, vir autem 4. Non explicat, cum in hoc uno momentum omne resideat, ignorat quidem. Nos a priori causam querimus, ille a posteriori docet effectum. Nec modum ponit rationis geometriæ, sed exitum, unde mutata specie calculus, & regula deficiant. De eo satis.

17. Sexto loco *Eguinarius Baro* lib. 3. ad Hor-sensum de benef. cap. ult. ad fin. ait in hac specie explicanda præclara ingenia in nostram statem misere laborasse, sed ille miserrime. Ponit primum, seu magno animo assumit vindemiam ad *Colonum* ex lege locationis non pertinuisse. Infert postea sic ineundum esse calculum. Ponit 12. in vindemia constante matrimonio percepta, 12. in locatione messis, & aliorum fructuum, excepta futura vindemia, rursus 12. in futura vindemia. Ait juxta *Accursii* computationem 3. velut quartam mercedis ex locatione cum 12. ex præterita vindemia confundi debere. Haec tenus cum *Accursio*, & communis, post vero non s. ut *Accursius*, sed 8. ex 15. marito dimitit, & hanc tertiam portionem apud *Papianum* esse putat. Ait ideo integras vindemias fructus in computationem venire, quod instantis anni vindemia tota ad mulierem per ventura sit. Quod assumit vindemiam in locatione minimè comprehensam, & alios fructus locatos, ex §. Item si messes non recte dñducit, est enim ibi transitus ad aliam speciem. In hac nostra *Ulpianus* ad primam speciem quæstionem *Papianus* refert, in qua nihil præter uvas in fundo esse meminerat, & ab eo capite usque in §. Item si messes, retinet eandem speciem fundi, in qua de solidis vindemiis, vel earum mercede dividenda tractatur. Tum secundo ad virum nihil de futura vindemia pertinere est divinativum sequè, ac falsum. Nam in §. Item si messes, ubi in expositione casus vindemia ex lege locationis ad *Colonum* non pertinet, ante eam soluto matrimonio, spe ipsius estimata in computationem venit, quod suo loco exposturus sum. Tum tertio illa 8. ex 15. speciem tertii non ad annum matrimonii, non vindemias, non locationis relatam retinent, quia omnis tercia alicujus totius tercia est, velut ter.

terminus ad aliquid , nec totum cui respondeat , fangi in ejus specie potest , sed adversus eum , qui rationes geometricas ignorat , & ut hanc ignorantiam tegat , a lege putat alienas , si viveret , ab hoc argumento abstinentem foret , & ut gratis ponit , gratis etiam rejicere sat esset . Verum aliorum causa quæro , quæ ratio compensandi 5. de 12. ex vindemia præterita , quæ in contributionem veniunt , cum vindemia futura , quam totam mulieri adiecit ? Sed nec rationem quæram , ubi omnia ratione carent .

18 Septimo loco *Antonius Fab. lib. I.* conject c. 13. computatio octavo loco ab ipso *Pacio* relata justè etiam damnata videtur . Ille positis 12. in vindemia 24. in locatione , viro 12. tribuit , nempe tertiam vindemiarum , ac similiter locationis tertiam , quod pro tertia anni parte onera matrimonii pertulerit . Hæc tamen 8. marito tribuit ex fructibus vindemiarum hoc modo . Debentur ei suo jure pro tertia 4. supersunt 8. mulieri debita pro duabus tertiiis , hæc confunduntur cum 6. velut quarta mercedis ex locatione , confusa sunt 14. ex his 8. marito relinquuntur velut tertia locationis , 6. mulieri dimittuntur . Contra verba & rationem *Papiniani* nihil audiens tradere potuit , qui non plus , quæm quartam partem de mercede locationis sumendam statuit , quia tres duntaxat menses matrimoni in annum locationis inciderant . Tum vero , cum pro tertia unius anni parte matrimonium steterit , hæc est integra tertia duorum annorum , perinde ac si mensibus non quatuor sed octo matrimonium stetisset . Cum enim 12. in vindemia , in Locatione 24. ponamus , redditus integer utriusque anni sunt 36. quorum tertia 12. sunt , hæc viro tribuit , nihil contra mulierem injustius , quæm viro octo mensium fructus tribuere , qui quatuor solum mensibus onera matrimonii pertulit . Tum tertio confundit fructus mulieri debitos , quos ab iis , qui viro debentur , dividi oportet , non confundi , utque dodrans mercedis ex locatione ad mulierem pertinens a mercede quarta , quæ viro debetur , dividitur non in contributionem venit , ita sane portio fructuum mulieri debita , dividi debet , non confundi .

19 Postremo se *Pacii* computatio offert , si non rectè posita , modestè tamen adducta . Ille retinens 12. in vindemia , 24. in locatione , ab aliis in eo recedit , ut quia matrimonii annus , qui uno mense ante locationem stetit , in undecimo locationis mense compleatur , paret undecim locationis menses , non integrum ipsius annum in computationem venire . Non

ergo 24. sed 22. de locatione computat , coniungit cum 12. ex vindemia , efficit 34. dividit servata ratione duplæ mulieri tribuenda , & viro 11. cum dimidio , mulieri 22. cum dimidio dimittit . Et ita servat analogiam , quia summa semper in tres partes divisa unam viro , duas mulieri tribuit . Laudo virum , quod in plerisque calculis , aliorum lapsus , & iniquitates probò detexerit , sed ejus calculum non laudo . Primum in quo recedit ab aliis , ut undecim tantum menses locationis computet , ab ipso *Papiniano* recedit in duobus . Alterum est , quod *Papinianus* quartam mercedis constituit habita relatione ad integrum locationis annum , non ad menses undecim , verba ejus id probant : *Et ejus anni quo divortium factum est , quartum mercedis , æquum est . Annus , quo divortium factum est , locationis est annus , & quem integrum , non diminutum considerat . Quod patet ex quarta mercedis , quam aperte retinere voluit , quia , ut quarta mercedis respondet tribus mensibus , ita ratio quartæ sumitur a toto anno , non a majori ipsius parte . Quoniam quarta alicujus totius est quarta , & ideo integri anni , & consequenter 12. mensium , non 11. oportet esse quartam . Alterum , quod *Papinianus* , dum quartam hanc sumit , dodrantem mercedis per divisionem mulieri dimittit , & in contributionem venire non patitur , quia nec necessarium est , nec enim amplius de locationis mercede sumi oportet , quod *Pacii* calculus inique agit , qui non 6. veluti quartam mercedis sumit , sed quod est usque in 11. cum dimidio , proportionabiliter de mercede , & vindemia sumit , non tamen juste . Quare , & eo nomine , quo dodranten in contributionem venire patitur , & eo , quo plus quarta de mercede tribuit , contra *Papinianum* calculus ponit . Tertio ab *Antonii* superiori calculo hoc solo distat , si effectum respicis , quod ille 12. , iste 11. cum dimidio viro tribuat . Itaque viro pro quatuor mensibus tribuit fructus mensium septem cum tertio alterius mensis . Quod tribuit ultra rationem quatuor mensium , iisdem argumentis , quibus adversus *Antonium* usus sum , ostenditur iniquum . Quare non est requirenda geometrica proportio , ut pro ratione ubertatis , vel sterilitatis hæc tertia solum æquæ augeatur , & diminuatur , id enim *Alciatus* , *Connanus* , *Aurelianensis* , ac fere omnes servant , sed justus primum calculus ad mensuram temporis , quo matrimonium stetit , & onerum a viro perlatorum , cum fructuum redditu constituendus est , in quo *Pacius* maxime labitur , nam ubi constitutus erit , facile*

cile negotium est, ut pro annorum ubertate, vel sterilitate æquabiliter crescat, aut

minuatur. Sed haec tenus in aliorum sententiis confutandis satis versatus esse videor.

## VERUS PAPINIANI SENSUS

Adducitur, &amp; confirmatur.

Cap. III.

- 1 Duarenii sententia, & calculus exponitur, & comprobatur, n. 3. & seq.
- 2 Geometricæ proportioni quomodo consentiant.
- 4 Expenditur §. non solum, inf. bac l.
- 5 Objectiones plures adversus Duarenium referruntur, & confutantur n. 6. 7. 8. 9.
- 10 Ooijicitur, quod sit contra verba hujus textus.

- 11 Jacobus Cujacius doctus verborum magis, quam rerum intrepres.
- 12 Jurisconsultos optimos, rei magis, quam verborum decet habere rationem.
- 13 Verba Papiniani ex Auctoris sententia explicata, & explanata numer. 14. 15. 16.



Go semper in ea sententia fui, ut solus *Duarenii* calculus omnis ex parte justissimus esset, quod quacumque tum vindemiarum, tum locationis facta estimatione, tertiaque recte constituta, eamdem proportionem geometricam retineret. Is autem est eiusmodi. Quartam mercedis ex locatione sumit, nam & suum *Papinianus* ibi vindemiarum fructus, & quarta portio mercedis; ex fructibus vindemiarum sumit duodecimam partem, quæ mixta, seu consula cum quarta portione mercedis, tertiam a marito dimittendam æquissimam facit. Itaque si ponas 12. in vindemiarum, 12. in locatione, 3. accipit de locatione, 1. de vindemiarum, & ita tertiam retinet. Sed haec tenus *Alciatus*, & *Cerasius* consentiunt, si ponas in vindemiarum 24., accipit de locatione 3. de vindemiarum 2. & 5. accipit tertiam nomine; Si contra assertis in vindemiarum 12., in locatione 23. accipienda sunt 6. ex locatione 1. ex vindemiarum, & tertia constabit ex 7. Sic ergo quarta mercedis accedente duodecima fructuum, eademque proportione semper servata semper in tertiam vertitur, juste auctam, nulloque casu diminuitam. Quæris geometricam proportionem? ut se habent tres menses locationis, & quarta mercedis ad tres matrimonii menses, ita se habet unus mensis vindemiarum ad ipsius vindemiarum

duodecimam partem, & matrimonii mensem. Incidit matrimonium in annum vindemiarum uno mente, in annum locationis tribus mensibus, ut ex locatione quarta, ita ex vindemiarum duodecima ferenda est. Nam de mente octobris vir onera matrimonii subiit, inspecta præsenti vindemiarum, non futura incerta locatione; ergo justum est, ut ejus duodecimam ferat, sicut a die factæ locationis merces ejusdem pro matrimonii tempore viro tribuitur. Jam ergo duo servat; quæ præmissi, & quartam vertit in tertiam augendo semper, & proportionem servat geometricam, quo duodecimam semper addit. Comprobatur ex eodem Ulpiano hujus capitinis initio. Ait enim: *Fructus eos esse constat, qui deducta impensa supererunt. Quod Scævola & ad mulieris impensas refert. Nam si mulier pridie vindemiarum doti dedit, mox sublati a marito vindemiarum divertit, non putat ei undecim duodecimam fructus restituiri, sed & impensas, quæ, antequam portionis fructuum fiant, deducenda sunt.* Itaque apud Ulpianum indubitatum est, si matrimonium mense octobris, & ita vindemiarum constituerit, mox lectis uvis divortium fiat, fructus duodecim mensium deductis impensis ita dividendos esse, ut undecim partes mulieri, duodecima viri tribuatur. At quod amplius constet matrimonium, non mutat vindemiarum rationem, sed ex locatione, futurisque fructibus pro rata temporis portionem accipit, ut ex vindemiarum recipit. Alioquin si hanc rationem mutari dicamus

- 3 dicamus, ad iniquum perducimur. Fac ob ingentem sterilitatem omnem mercedem, non modo partem conductori suisse remittendam, juxta l. si merces & sed vis major, sup. locati. Ut nihil de mercede percipere valeat, dices virum totius vindemiarum trientem ferre debere? *Ulpianus* duodecimam partem tribuit. Finge nihil in vindemiarum fuisse, unde tertiam accipiet vir? totam ex locatione. Contra *Papiniani* mentem qui solam quartam sumendum afferit.
- 4 Secundo accedat inf. in & non solum Ulpiani ratio. Ait: Quare enim si maritus prope partum oves doti acceperit, item proximas tonsure, post partum, & tonsas oves proximus divorcio fatto nibil reddat? Nam & hic fructus toto tempore quid curantur, non quid percipiuntur, rationem accipere debemus. Ait, nam & hic, quia, & hic, & in ceteris casibus eadem ratio accipitur, ut non perceptionis, sed curae tempus computemus, id que ex eo text. notat *Iernia* in cap. I. & bis consequenter. vers. Quid ergo, & vers. At industriales. Hic finitur lex & ab *Iernia* deducit *Fab. de Anna. cons. 43. n. 3.* Quare nunc in ea, quae nupsit calendis octobris vinea doti data, quanto temporis intervallo mulier curam adhibuit? Quanto vir ejus? Aperta res est mensibus undecim a muliere, uno mense a viro curatam vineam. Ergo ratio clara, ut solum duodecima viro debatur, clarior in hoc, ut undecim partes mulieri ratione praeteritae curae tribuantur omnimodo. Computationes aliorum, quae secundum speciei mutationem, nunc viro, nunc mulieri plus tribuunt, quo minus plerique mulieri tribuunt, quam curaverit, inique agunt contra *Ulpiani* legem, & rationem; item si minus viro tribuant, quam unius mensis cura exposcat in eamdem labuntur iniquitatem. At noster, imo *Duarenii* calculus, & matrimonii, & curae rationem servat semper æquam, & eandem, merito æquissimus. Tertio annus matrimonii, ut patet in annos duos vindemiarum, & locationis incurrit. Frustum, vel locationis ratio duplex. Altera, ut per se considerentur, secundum quam, & vindemia, quae uno mense colligitur, ex cura duodecim mensium constat, & locatio, quae matrimonii constantis tres menses attingit, suo finitur anno. Matrimonium, quod quatuor mensibus constitutum, non mutat redditum naturam, sed ei cedit, ut suo quaque ferantur anno, exigit prout feruntur, nec aliter facere potest, sed exigit pro tempore, quo constitutum. Constitutum quatuor men-

sibus; Exigat necesse est servata creditum natura. Vinea vindemiam attulit, non ratione subsequentis temporis, quo matrimonium duravit, sed praecedentis, quo curata fuit. Tribuit fructus sub ea, qua produxit ratione produxit ratione curae praecedentis, merito tribuit pro uno mense, & ita duodecimam. Jam actæ vindemiarum ratio non ultra progreditur, quod succedit tempus, vel ad locationem pertinet, vel ad curam futuræ vindemiarum. Præterita si loqui posset, dicturam video. Vir accipe duodecimam, uxoris partes undecim, nihil mihi vobiscum, cetera ad sequentem annum, hic finis vindemiarum, & anni. Cogor rem palam facere, quoniam veram, doctamque *Duarenii* explicationem, quam solus probat *Ant. Guiber de Dotibus cap. 6. n. 20.* video, neque doctis, neque indoctis ut æquam persuaderi potuisse. Hunc vero laborem suscepi, ut doctis quietem, indoctis lucem afferam. Et *Franciscus Connarus, Eginiarius Baro, Jacobus Cujacius & Julius Pacius* eam dominant, improbat, variisque argumentis oppugnant, quæ *Pacius* simul cogit.

5 Objiciunt primo, quod hæc divisio faciat duos annos, contra morem Jureconsultorum, qui unius, non plurium annorum fructus dividunt l. de divisione sup. cod. *Ulpianus ibidem De divisione anni ejus, quo divorcium factum est*, queritur ex die contracti matrimonii, an die traditi marito fundi, maritus sibi computet tempus. Addit *Pacius* id præsertim hoc casu servandum, quia matrimonium non pluribus annis, sed quatuor mensibus constituerit. Levis objectio, nec viro docto digna. Tertia portio, quae viro dimittitur quatuor mensibus respondet, velut tertiae ejus anni parti, quo matrimonium constitutum. Duo anni considerantur ex accidenti, quia tempus matrimonii in duos annos incurrit, vindemiarum & locationis, & fructus ut percepti, vel percipiendi suo quique anno considerantur, ut vero confusi in tertiam, anno matrimonii cedunt.

6 Secundo objicit *Pacius* tertio loco, quod *Papinianus* tribuit viro trientem, *Duarenus* duodecimam vindemiarum, & locationis quadrantem, quibus junctis ille ait nihilo magis efficies trientem. Gratis dictum, & ad eum satis. Pro studiosis amplius, contendimus tertiam hanc constare proportionem geometricam, & hoc nomine tertiam esse, quia non debet esse tertia vindemiarum, non locationis, non utriusque, in quo labitur *Pacius*, sed tertia rationem servans temporis matrimonii, &

curæ

curz in fructibus percipiendis adhibitæ d. §.  
non solum inf.

- 7 Tertio quod *Pacius* quarto loco prosequitur, expositione ejusdem qui 12. in vindemia 24. in locatione ponit, objicitur, quod corruptur analogia. Quia si Matrimonium quatuor mensibus constitit, ex *Duaren*o 7. viro tribuuntur, sumptis nempe 6. ut mercedis quarta, & unum, ut vindemiaz duodecima, ergo si matrimonium constitit mensibus octo, 14. viro tribuenda forent, servata geometrica proportione a quatuor mensibus ad octo. Et tamen ex *Duaren*o 14. ex mercede locationis pro septem mensibus sumenda sunt, nam si pro tribus 6. sumantur, pro septem mensibus 14. sumere necesse est, & unum pro duodecima vindemiaz erunt ergo 15. non 14. et ita corruptur analogia. Addit si anno integro matrimonium constituerit pro undecim mensibus, 22. de locatione sumet, unum de vindemiaz, & portio erit 23. At si quatuor mensium portio sunt septem mensium octo deberent esse 14. mensium duodecim deberent esse 21. Et id proportio geometrica exigere videtur. Cæterum hæc argumentatio non aliud exhibet, quam deceptionem in geometrica proportione, quæ semper sibi responderet, & analogiam servat. Si rectè proportio constituatur, maximè *Duaren*i sententia confirmatur. Modus est. Primi quatuor Menses constant ex uno vindemiaz, & tribus locationis, 7. viro tribuunt. Ponit octo esse menses, sed quomodo? eadem ratione servata, videlicet utri tres locationi, addis ita unum vindemiaz, 14. viro tribuent, quia proportio rectè initur hoc modo. Eadem est proportio quatuor mensium, cum hac qualitate, ut unus ex vindemiaz sit, tres ex locatione, quæ est mensium octo, si duo menses ex vindemiaz sint, ex locatione sex. Sic vides tres locationis menses in proportione respondere mensibus sex locationis ejusdem, & unum vindemiaz mensem, mensibus vindemiaz duobus. Ille addit numerum mensium, & putat in eo solo proportionem consistere, quod sint quatuor, & octo. At intelligere debuit cuius qualitatis 4. sunt, ejusdem & octo fore constituendos, servata ratione numeri, & qualitatis. Si ponamus undecim menses de locatione, exigunt servata proportione tres menses cum duabus tertiiis alterius mensis de vindemiaz; & in hac positione sumentur de locatione 22., de vindemiaz 3. cum dimidio, & erit justissima proportio, & *Duaren*i calculo per omnia respondens. Nam cum annus matrimonii in duos

nempe vindemiaz, & locationis annos incurrit, & vindemiaz a locatione differat in redditu, non potest idem reddere unus mensis de vindemiaz, quod unus de locatione. Quare necesse est, menses non simpliciter numero, sed cum qualitate eorum in analogiam venire.

- 8 Quartò objicitur, quod ille quinto, ut si ponas 24. esse in vindemiaz, & non factam locationem, si quatuor mensibus Matrimonium constitit, 8. viro debentur velut *tertia* 24., & si ponis locationem factam pro 12. sola 5. habet ex *Duaren*i calculo, nempe 3. velut quartam mercedis, 2. velut vindemiaz duodecimam. Ergo, ait ille, divisio prava, & iniqua. Ego vero dico iniquum assumptum, quod non facta locatione, vir octo habiturus sit. Affero enim de vindemiaz solam duodecimam partem semper habiturum, sive facta, sive non facta locatione. Cæterum pro tribus mensibus portio, vel ex futura vindemiaz, vel ex locatione accipienda est, hi enim ad præteritam vindemiam nullo modo pertinent. Et quia cura a viro adhibita futuram vindemiam respicit, ita portio ex ea sumenda est ex ratione dicti §. non solum. Is verò sine lege, & sine ratione non facta locatione, tertiam ex præterita vindemiaz totam determinat, cum utriusque anni ratio sit habenda. Cujus argumentum, si vim haberet aliquam, concluderet etiam, ubi ob nimiam sterilitatem nihil in vindemiaz fuisset, nec facta locatio esset virum nihil habiturum, non de præterita, quia nihil de facto in ea fuit, non de futura, quoniam de jure ad mulierem pertineat. Hæc iniquitas manifesta est, & plane inexcusabilis. Quod & *Martuccio* objiciendum est, qui hoc ipso *Pacii* arguento sine ulla confirmatione adversus *Duaren*um utitur.

- 9 Quintò hic præter *Paci* obiicit *Martuccius* absurdum, quod sequitur a cæteris non animadversum. Si enim ponas 12. in vindemiaz, in locatione 24. cum integer duorum annorum redditus 36. facit, eveniet si constitutas matrimonium duodecim mensibus constitisse, uno vindemiaz, undecim locationis, ut vir ferat 23. nempe 22. quasi undecim mensium portionem, unum, ut vindemiaz duodecimam. Iniquum est, ut duorum annorum fructus ita dividantur, ut pro uno anno mulieri 13. tantum tribuantur 23. viro solutis. Contendit hic unumquemque maximam iniquitatem agnoscere, postquam magnitus cum alterius jactura locupletatur. Sed

neque iis, quos amo, sequo animo partere possum. Cogitet secundum, si mulier suplisset lectis uvis, quæ 12. aestimantur, & Kal. Novembris tradiro fundo, post duodecim menses, futuris tempe Kalen. Novembris, lectis similiter uvis, quæ 24. aestimantur, vel fundo ad annum pro 24. locato, diversisset, dubitat ne, hoc casu, an aliter diffiniri res possit, quam ut mulier 12. vir 24. integra habeant? Quid rogo hic iniquitatis agnoscit? In quo vir locupletatur cum aliena jactura, qui integro anno onera subivit, & fractus ejusdem anni integros, non amplius, accepit; At dicet, hic anni sunt separati, & ex accidenti matrimonium hic in unum, ibi in utrumque annum incurrit. Accidit, ut ex duodecim mensibus, undecima in annum locationis incurvant, qui fuit in redditu uberior. Cur non etiam dicat condutorum iniquum, qui plus tribuit, non modo virum, qui plus accipit? Fingit ubertatem in vindemia, in locatione sterilitatem, ea 13. quæ in opposito casu capiebat mulier, vir capit. Hoc illi argumentum æquæ proportionis esse debuit, non inique.

Placuit hactenus objecta tollere, quæ rem ipsam attingunt, (cum Eguimario Barone, velut æqualitatis geometricæ ignaro, nihil mihi agendum censeo), ut si argumentis, & rationibus hæc sententia subjiciatur constet esse firmissimam, & nihil objici, quod eam in aliquo injustam esse convincat. Cum autem ejus justitia pateat, nullum mihi superest negotium, quam ut verbis Papiniani accommodatam esse demonstrem, dico verbis, non menti, quod Papinianum certo sciaco nihil aliud mente concepisse, quam quod æquius, & justius esset. Objicitur itaque, quod ultimo <sup>10</sup> loco expendendum constitui, quod hæc sententia sit contra manifesta Papiniani verba. Hoc <sup>11</sup> nomine, & his verbis eam Jacobus Cujacius damnat, verborum in jure nostro potius, quam ipsius artis accuratus, & doctus interpres, utque in eo excellait *anagore*, ita plane, ubi argumentis, non verbis opus est, vereor ne ad mediocritatem accedat. Hanc objectionem Julius Pacius validius acuit secundo arguento, quia Papinianus confundit vindemias cum parte mercedis, Duarenus separat, ex vindemiz fructibus solam duodecimam sumens. Papinianus ait confundi fructus, non partem duodecimam vindemiarum, ille solam duodecimam. His etiam amicus noster inhaeret, & quoniam Duarenus duritatem verborum reformidans, notat Papiniani verba illa: *Ut ex ea pecunia tertia portio vi-*

*ro relinquatur, quia non dixerit ejus pecunia, nec voluerit esse tertiam totius pecunia, Pacius occurrit, quod iis verbis non docet quid confundatur, sed quis sit finis confusionis. Summa omnium est, ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquenda sit, reliquum mulieri dimittendum. Sed quanquam hæc interpretatio Duareni cæteris durior esset verbis inspectis, an ob id derelinquenda est, ut aliquam sequamur, quæ re ipsa sit iniqua?*

<sup>12</sup> Optimos, eruditosque Jurisconsultos, mentis, & rei magis, quam verborum non dubito semper habuisse rationem, qui in contrarium agunt, calumniari jus civile, & verba captare videntur, contra Pauli præceptum in l. pen. sup. ad exhibend. Et ubi intelleximus, qui verbis inest, menti repugnat, derelinquendus est, ut menti serviamus. Audi Modestinum in l. scire §. aliud inf. de excus. tut. in pulchra specie quid respondeat. Ait: *Sed & si maxime verba legis hunc habebant intellectum, mens legislatoris aliud vult,* & authoritate Cervidii, Scevola, Pauli, & Ulpiani verbis propter mentem recedendum definit. Justa est Duareni conditio, utpote æqualitatem servans, omnis alia injusta, inæqualis, an verba ad rei justitiam flectenda sunt, vel justitia verbis cedere cogenda erit? Dicet aliquis hæc non tollunt argumentum, quod anxiè querimus. Respondeo duritatem non tollunt, sed argumentum omnino dissolvunt, quia probant verbis inniti non oportere, sed menti. Verum cum tironibus planius agam, & plana omnia reddam.

<sup>13</sup> Primum iis, qui vulgatam lectionem sequuntur, & Pandectis Florentinis carent, animadvertendum est, quod Duarenus, Cujacius, Pacius, & cæteri concedunt, hoc capite non legis initium ex Papiniano contineri, sed §. Ulpiani, cum l. Fructus, cohærentem, in quo Papiniani sententiam refert, pro competente habens, quod præmiserat, si mulier Kal. Octobris nubat, tradita vinea, Kal. Novembris divertat, virum jure divisionis duodecimam habiturum, non ultra. Subjicit sententiam Papiniani, veluti consonam remissis

<sup>14</sup> non veluti dissentientem. Secundo dum Papinianus ab Ulpiano relatus ait: *Divortio facto fructus dividi non ex die locationis, sed habita ratione precedentis temporis, quod mulier in matrimonio fuit;* aduersus eos dixisse videtur, qui vindemiam totam viro tribuebant, quod erat iniquum, quia pro quatuor mensibus fructus quindecim mensium haberet. Quod is alio adducto absurdo confirmat dicens:

*Alio-*

*Aliquin si collectis vindemjis, altera die divortium intercedat, fructus integras retinebit.* Sic itaque non modo locationem vult in divisionem venire, sed etiam vindemias fructus, at quam partem locationis viro tribuit? Quartam. Clare id: Clare etiam quod respectu fructuum habenda est ratio praecedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit. At tempus praecedens locationem, quo mulier nupta fuit, est unus mensis. Igitur, ut ex tribus mensibus locationis sumo quartam, nonne eadem ratio facit, ut ex uno mense sumam duodecimam? Certe. Sed dicunt, non hoc dicit *Papinianus*. Videamus. Ille ait: *Istaque si in fine Januarii divortium fiat, & quatuor mensibus matrimonium steterit, vindemias fructus. & quarta portio mercedis instantis anni confundit debebunt.* Ego, an haec sint *Papiniani*, vel *Ulpiani* verba, maximè dubito, sed cuiusvis sint (suavius *Ulpianus* dicteret, & etiam clarius) dico sentum hunc esse, quod quarta portio mercedis instantis anni confundatur, tantum intelligo matrimonii, quod instat pro divisione, illi omnes, & forte *Duarenus*, intelligent annum locationis, & male. Confundantur vindemias fructus, quinam? omnes. Ita *Cujacius*, & alii. Ego contra ejusdem instantis anni, quo matrimonium stetit. At quis non videt fructus vindemias instantis anni, quo matrimonium stetit, esse duodecimam? Non annus vindemias non locationis instat, quid in fructibus diffiniendum sit, suggerens, sed annus matrimonii. Ergo non fructus vindemias omnes, sed fructus vindemias instantis anni confundi oportere affirmo, quot verò sint, dixit *Ulpianus* legis initio, repetendum non erat, videlicet duodecima, dum in ea specie uxori undecim partes dimisit. Sic itaque illi instantem annum referunt ad quartam portionem solam, ego, cum sit annus matrimonii, etiam ad vindemias fructus. Pro toto tempore? Minime, quia neque essent fructus instantis anni, & ratio haberetur diversa a *Papiniani* præscripto, qui solum praecedentis temporis haberi voluit, quo mulier in matrimonio fuit, non ultra. Qui ultra rationem habent, ii, veluti *Cujacius*, contra manifesta *Papiniani* verba hoc faciunt. Sed munitur haec expositio *Justiniani* verbis in l. un. §.

15. *Sed & novissimi C. de. rei uxor. act.* Ille ibi: *Sed & novissimi anni, in quo matrimonium solvit, fructus pro rata temporis portione utriusque parti debere assignari, commune utriusque actionis est.* Certe novissimi anni, mentio de anno, quo matrimonio solvit,

non de anno fructuum accipi debet, ut rata temporis portio ex eodem anno sumitur, videlicet inspecto non anno fructuum colligendarum, sed eo, qui dicitur novissimus matrimonii, id est ob divortium factum postremus. Hic *Papiniano* etiam dicitur annus instans. Quoniam ad futuros annos haec divisione pertinere non possit. Superaest ut inferiora verba plana faciamus; exitus enim, & finis confusionis est. In hoc cum *Pacio* contra *Duarenus* sentio. Ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur. Qued expendit *Duarenus* dictum esse ex ea pecunia, non ejus pecuniae leve est æquè, ac falsum. Quid si dixerit testator, ex pecunia mea tertiam tibi relinquo, vel pecunia mea, differentiam esse putat? Aut ex tercentis, quo penes *Titium* babeo, tertiam sibi relinquo, vel tercentorum? Nemo dicet totam pecuniam, aut tota tercenta esse relicta, sed tertiam illius pecuniae partem, quod probat *text. insig. in l. defuncta* §. *Sempronio sup. de usuf.* Sic itaque in explanandis *Papiniani* verbis aliquantum defosse videtur, ut *Alciatus*, eo judice, in re defecit. Ego aliter. Verba illa, ex ea pecunia non ad portionem mercedis, & fructuum confusa refero, sed ad fructus, & locationem integrum *Papinianus* docet. Sunt dividendi fructus inter virum & uxorem. Quarta mercedis est portio totius mercedis, & ita a totius mercedis locatione desumpta. Compertum id est, duodecima fructuum unde sumetur? ab integris vindemias fructibus. Duæ sunt temporum rationes, ex *Papiniano*, altera a die locationis, usque ad diem facti divortii, sed non solam inspicendam diffinit, ne contingat fructus integros vindemias virum retinere, si solius locationis divisio fiat, altera ergo est, quæ habet rationem temporis a die locationis praecedentis retrorsum usque ad diem, quo mulier in matrimonio fuit, & sic usque ad matrimonii initium; Ut fit divisio mercedis ex locatione, ita debet fieri divisio fructuum ex vindemia; Divisio ex locatione, pro modo temporis, quo mulier in matrimonio fuit, a die locationis, usque in diem divortii, & ita usque in matrimonii finem, divisio fructuum a die locationis exclusivè, usque ad initium matrimonii. Tertia portio, quæ viro relinquitur ex ea pecunia desumitur, videlicet, ex mercede, & fructibus, quia fructuum, & mercedis divisione fit. Et pecuniae nomen utrumque significat, l. pecunia verbum, infra de verbis significat. Quod *Jason* in his verbis, ad aliud tamen adnotasse videtur, idcirco eo *Papinianus*

nus appositi usus est, ut uno verbo fructus vindemiae, & mercedem locationis comprehendenter. Sed perturbantur omnes, quod reliquum pecuniae duas tertias esse contendunt, hoc tamen sine ulla necessitate, & ratione, quia viro ex pecunia duorum annorum tertia unius anni relinquenda est. Et hoc argumento dixit *ex ea pecunia*, non ejus pecuniae. Non est pecunia eadem cum tertia, ut *Duarenus* forte censuit, nec tertia est tercia pecuniae. Nam haec tertia non habet relationem ad pecuniam, quasi suum totum non ultra contineat, sed tertia anni parti respondet, quia vir onera matrimonii pertulit. Si tertia fructuum est pro ejus anni tertia, aliae duae tertiae similes pro duabus ejusdem anni tertiarum constituendae sunt in numero mensium, & qualitate conformes, ut, si ponamus nupsisse Kal Septembbris, divertisse Kal. Maii, & ita in fine aprilis, hic matrimonium consistat mensibus octo, duobus ex vindemia, sex ex locatione; si ponamus Kal. Augusti nupsisse, & in finem Julii sequentis divertisse, integrum ejusdem rationis anno matrimonium stetit, videlicet tribus mensibus de vindemia, novem de locatione. Et, si ponamus in vindemia 12. in locatione 24, vir 7. in priori specie pro quatuor mensibus, 14 in secunda pro mensibus octo, 21. in posteriori pro duodecim mensibus habebit, semper ejusdem proportionis & qualitate servata. Tanti enim viro esse debet tertia fructuum pro quatuor mensibus, quanti duae tertiae pro mensibus octo, ejusdem tamen rationis, & qualitatis, idem & pro mensibus duodecim, alioquin cum *Pacio* frustra queris analogiam si menses dissimiles adjicis. Quare tertia portio fructuum relata ad tertiam anni partem relinquitur ex ea pecunia, non relata ad totam pecuniam, quod haec duorum annorum sit, non unius anni. Et ut tertia determinatur ab anno matrimonii, non a tota pecunia, ita, & duae tertiae ab anno matrimonii, multiplicato mensium numero, & qualitatibus statuendae sunt. In oppositis cum legat testator tertiam ex mille, tertia determinatur ex mille, velut suo toto. Hie annus matrimonii integer prototo est, quatuor menses pro ejusdem anni tertia, cui tertia confusa respondet. Sed instantes adhuc, cur in ea pecunia ponis integrum mercedem? ratio est obvia, & superius expressa, quia quarta mercedis, quae confunditur, desumitur per divisionem ab integra. Non ergo verba illa *ex ea pecunia*, pecuniam confusam exhibent, sed pecuniam totam, unde, & quarta mercedis, & duodecima fructuum

ad finem tertiae per confusionem conficienda per divisionem deducitur. Sic mihi omnia plana reddi posse visa sunt. Si prolixius, quam deceret, quae eruditis abundare videntur, sequo animo cogitent erudiendis fuisse necessaria.

### Quæstiones emergentes, ex calculo positio, & comprobato diffinientur.

#### Cap. IV.

- 1 Quid si uve maturius, aut tardius uno. mense legantur, cui nocturnum hoc sit, viro, an uxori, n. 3.
- 2 Cursus naturalis, non accidentalis spectandus,
- 4 Glos. in §. item si messes, declaratur, & restringitur.
- 5 Si de inicio matrimonii non constet, quid juris.
- 6 Angel., Imole., Soccini ea de re sententie rejecta, n. 7. & 8. & 9.
- 10 Nova Authoris, ut annus fructuum spectetur, & ibi de ratione.
- 11 An fundo non locato, sententia Papiniani obtinet, communis error in negando decet.
- 12 Quid in agris irriguis, qui singulis sex mensibus fructum ferunt, vel in sylvis cedulis, quæ ad quinquenium ferunt.

**S**uperiori retenta computatione exitus questionum hic tractatarum facilius futurus est.

- 1 Quæritur primo si calendis octobris mulier nupserit, & in fine septembri anno sequenti lectis jam uvis, quia præmatura vindemia fuerit, a viro diverterit, an vir utramque vindemiam integrum retinebit, vel aliquid uxori dimittet. *Jacobus de Are. Albericus, Castrensis, Alexander ad. favorem mariti sentiunt, & Jason inclinat*, licet iniuritatem præmoneat, quia vir, qui uno duntaxat anno onera sustinuit, duorum annorum fructus consequatur, quo nomine ab *Alciato* reprehenditur, lib. 3. *Parad. c. i. in fin.* & recentunt a superiori sententia etiam moderni *Perusini*, ut *Saccinus* retulit. Iniquitas patens est, tum contra *Papiniani* verba, & mentem. Retento igitur justo calculo vir de prima vindemia duodecimam retinet, non amplius de secunda, quæ undecim mensibus matura, lectaque proponitur, scribunt *Perusini* cursum

et sum naturalem annorum, non accidentalem in fructuum divisione servandum, arg. l. qui habet, inf. de ruel. l. si quis posthumos, inf. de lib. & postb. l. fistulas §. Frumenta, cum glos. in ver. si inmoderate sup. de contrabens. empr., quo inspesto vir de secunda vindemia undecim partes, mulier duodecimam habitura erit. Si annum ex accidenti computemus, erit integra viri, ut integra foret, si per futurum mensem octobris durasset matrimonium, & lectis uvis divertisset, nam statuerit matrimonium trēdecim mensibus, pro primo mense duodecimam, pro duodecim sequentibus integrā vindemiā vir habiturus esset. Juvat priorem sententiam §. ob donationes, inf. bac l. ibi: Si bis in anno fructus capiantur ad redditum, & consuetum respicitur, non ad accidentalem. Et ego hanc justiorem puto, ne vir ferat fructus duodecim mensium maturos in undecima, & ne contingat dari mensem sine redditu, & cum ex bona fide contractus dotis interpretationem recipiat, l. un. §. sed, ut plenius, C. de rei uxoris act. quod est beneficium naturae in prēmatura vindemia, utriusque debet esse communē, non in unius damnum, & lucrum alterius comparatum existimari, ne eam ab altero contingat accusari contra l. Maximū vitium C. de lib. præ.

3 Queritur secundo, quid si diverterit calendis novembribus, nondum facta vindemia, quod tardius uvae maturae eo anno fuerunt? Communis error ad id perducit, ut Jacobus de Are. & Albericus afferant virum de secunda vindemia nihil habiturum, & hanc sterilitatem Socinus n. 5. cum prioris questionis ubertate compensari posse considerat. Repugnat Castrensis & Alexander expendentes Glossam in §. item si messes in ver. sequuntur. Sed quid ulterius moror? Aequitas patitur, ut hic vir de priori vindemia duodecimam ferat, quod jam constat esse perpetuum, & sequentis computationis justitiam suppeditare, posteriorem verò vindemiam integrā habet quasi suo naturali tempore facta repräsentetur. Convenit pro tredecim mensibus ferre fructus. Pro primo duodecimam damus, pro duodecim integros unius anni fructus, in decimo tamen, & tertio mense collectos. Nulla mulieri fit injuria, cui prioris vindemiae undecim partes dimituntur, & quamvis in primo divorii mense nihil habeat vindemiae tardius maturae, futuro octobris mense integrā vindemiam pro duodecim mensibus consequetur omnimodo. Itaque celeritas naturae, vel mora ad

regulam ejusdem naturae reducuntur.

4 Quero tertio cum glossa in d. §. Item si mes- ses, mentio facta sit, an ejus placitum probari oporteat? Ponit mulierem locasse fundum præcepta pensione, postea nupsisse, finitur anno matrimonium, non habet vir quid a conductore exigat, quia ante nuptias primi anni mercedem mulieri solvisset. An omni fructu carebit, & gratis eo anno onera matrimonii pertulisse dicetur? Hugolinus, Azzo, Accursius, dicunt eum accepturum de mercede sequentis anni, quod sibi pro prima debetur, consentiunt Bartolus, Castrensis, Are. Alexander, Socinus, qui hanc sententiam communem dicit, Jason n. 47. Quo capite sentiunt virum eludendum, & spe fructuum frustandum non esse, justè admodum, uno casu excepto, si mulier nubens nunciaverit viro locationem, & perceptam jam pensionem, & vir certior factus nullam cautionem super hoc interpoluisse, quidquid, tum hi, tum Baldus velint, ut potuit sine dote ducere l. ult. C. de dot. prom. & dote tardius soluta, nec videtur damnum sentire, cum sua culpa sentiat. Facit l. pen. sup. de pact. dot. ubi valet pactum, ut extremi anni fructus nondum percepti in solidum ad mulierem pertineant, ita & de primo anno pacisci licuit. Si quis dicat non adesse pactum, dico tacite id actum videti, & perinde valere l. 2. sup. de Pact. l. 2. de in diem add. L. cum quid si cer. pet. Quo verò capite sentiunt de secundi anni mercede fructus sumendos, etiam animadversione dignum censeo. Nam Baldus hic in fine mulierem de mercede prēmaturè accepta, quod virò debetur, fundere oportere ait. Aretinus proponit hoc recipiendum, si mulierem in fraudem matrimonii contrahendi id fecisse constet, & quamvis fraus non præsumatur, sed probanda sit l. dolum C. de dot. eo ipso probari videtur, quo viro locationem & præceptam solutionem minime denunciat, quia, ut hic Imola numero sexto prudenter occurrat, nemo divinari cogitur l. si putator sup. ad Legem Aquiliam, & tunc ne commodum fraudis sentiat, continuò, quod viro debetur, de suo refundere debet. At si ponamus utrinque bonam fidem adesse, & locationem muliere ignorante ab ejus procuratore factam, hic ego, cum vir tractet de damno, puto meliorem adhuc fovere caussam, l. juris ignorancia sup. de jur. & fact. ignor. l. Proculus inf. de damn. inf. cum similibus, & nullam video caussam, quare Baldi sententia non admittatur, & maximo cum viri incommodo, qui in alenda uxore de suo erogavit, sequen-

sequentis anni merces expectanda sit, nisi forte obvia sit, & solutio parata, quia initio anni cuiuslibet premature solveretur, quo casu communis sententia sine ullius injurya recipi poterit. Quæ Socci-nus deducit ex c. si propter de re script. in 6. ad hujus negotii justitiam minime pertinent, in qua vir ex caussa onerosa fructus postulat, & prò ratione onerum; & matrimoni tempore consequi debet, ut Papinianus est author.

- 5 Quartò quæro, quid si non constet de initio matrimonii, documentis amissis, vel absconditis, testibus mortuis, cum hac de re, vel discordes, vel immemores oblivione, vel malitia conjuges esse proponamus. Dubitant nostri vehementer. Angelus, cui Rom. adhæret, inf. in §. quod in anno n. 2. constituit initium a nativitate, vel conceptione servatoris, & ita hoc ad commune revocat. Imola, Are-zinus, & Alexander, quod agens teneatur probare. Alii in ambiguo pro dotibus idest promuliere judicandum, quod tentat Soccinus, vel si displiceat, quod fructus dividantur per medium. Prior sententia ex eo rejici debet, quod ab una anni ratione ad aliam divertat. Dividendi ratio tota sumitur a fructuum perceptione, & onerum perlatio, hæc vero non ita. Sed habet inconveniens, quia si in ipso anni initio ponamus divortium fieri, & ita Kal. primis Januarii, vir, qui omnes impensas in serendo fecit, nihil fructuum est habiturus. Respondes idem plane futurum, si iisdem Kalen. anno preterito fuisse contractum matrimonium, fateor, sed quod in casu certo æquum est, in casu dubio est iniquum, ut clarius infra patebit; est itaque 7 casus diffiniendus, ut dubius. Sequens Imola, & aliorum sententia etiam recipi non potest, nam & si agens teneatur probare l. matrem, ubi Baldus, & Castrensis c. de probat l. eum actum sup. de neg. gest. ubi de eo agitur, qui ntitur tempore, est tamen iniquum, ut adversus virum mulier hoc jure utatur, qui divortio facto possidebat, & statim ad restitucionem compellitur accepta cautione pro fructibus inf. §. interdum, videretur enim ei possessio auferri, ut defectu probationum succumbat, cui per retentionem potius fuerat consulendum, arg. l. si area 5. de cond. indeb. verum ergo commodum possessionis potius esse repræsentandum. Secundò si fructibus omnibus pendentibus divortium fiat, nihil viro dabimus, quod videtur absurdum, ut si forte Kalen. Junii mulier divertat, omnes 8 fructus sit habitura. Tertia Socci sententia, quod in dubio pro muliere respondendum sit mihi persuaderi nequit. Primum quia decet utrinque esse privilegium l. un. §. 1. & seq.

C. de rei uxori. att. Secundò si quis fit excessus privilegii ferendus, viro magis favendum, nam pro oneribus matrimonii perlatis causam agit, in quibus finis dotis versatur, qui excellentior est omni re, & dotti favemus propter matrimonium, & ejus onera, multo magis matrimonio, & oneribus ipsius favendum fore constat, l. 4. sup. de pact. dot. l. dotis fructus l. si is qui, sup. de ju. dot. Aut ergo mulier non utetur privilegio adversus virum, quia pari privilegio polleat l. affiduis C. qui pet. in pign. aut succumbet, quia illud jure potius existimetur. Tum tertio hæc sententia non dicit, quomodo fructus dividendi sint. Dicamus in hac divisione magis mulieri favendum; si dicimus in toto, hoc est negare divisionem contra Papiniani mentem, si querimus in quanto non id præscribit.

- 9 Quarta sententia quod fiat semper divisio per medium, arg. l. sed si lege, §. adea sup. de petis. hered. l. Titius inf. ad Trebell. confirmari potest ex iis, que latè scripti in l. non puto de jur. Fisci par. 3. c. l. n. 14. & seq. ubi id ratione incertitudinis admitti posse demonstravi. Sed in hac specie admittenda non est. Nam si proponas Kalen. Januarii factum divortium, cur æqualem fructum partem viro dimittimus, si mulieri longe maiorem in curandis fructibus laborem obeundum esse videmus? Vel si Kalen. Junii divertat, cur æqualem mulieri dabimus, si longiori intervallo curam hanc virum præstissemus? Nova igitur mihi, & ut opinor æquissima sententia suggeritur, ut anni finem, & initium petamus a fructibus. Quare si messis, & vindemia in fundo sint Kalendis novembribus initium posso, unde, & finis patet. A priori, & posteriori ratio summi potest hoc modo. A priori ex l. de quibus sup. de legibus. Ait Julianus de quibus caussis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine inductum est, & si qua in re hoc deficerit, tunc quod proximum, & consequens ei est. At in hac divisione post onera matrimonii proximum est spectari, quanto tempore curantur hi fructus. Non solum vernam & bic inf. cod. quinimo matrimonium flectitur ad annum fructuum §. ob donationes inf. cod. ut inf. in sexta questione nota. Incerti de matrimonio sumus, sequamur rationem curæ, quæ ei proxima ab Ulpiano existimat. A posteriori, quia cum in ambiguo versemur, pro modo curæ & laboris dividentes efficiemus, ut pro rata temporis eum commoda sequantur, quem sequuntur incommoda, vulg. l. secundum naturam de regu. jur.

Exitus

Exitus æquitatem ostendit. Fac divertere mulierem in fine Januarii, vir quartam partem, reliquas mulier habebit, nimirum pro tribus mensibus vir, pro novem mulier in iis gignendis curam adhibent, tum, & quo tempore viro fructus damus, non solum curasse fructus, sed onera matrimonii cum sustinuisse certi sumus. Si divertat mulier Kal. novemboris nihil in divisionem veniet, fructus anni præteriti vir habebit omnes, quia curavit toto tempore simulque onera matrimonii pertulit, mulier sequentis anni fructus integrus habebit, nam & toto tempore curabit. Hæc in se dubia, & iustius, & æquus dici videntur. *Papinius* annum locationis, annum vindemiz, annum matrimonii considerat, annus a Nativitate currens nihil ad eum. Planum ergo est, ubi non constat de matrimonii anno ab anno fructuum, vel locationis rationem esse sumendam, sed locationem ex anno fructuum semper estimandam, ut infra in §. ex contrario. Hæc planè sententia est ad mentem *Andreae* in cap. 1. §. bis consequenter in fin. bic si lex Cujus distinctio inter messam, & vindemiam respectu initii probanda est, cum fundus alterum fructuum assert, non utrumque, tunc enim omnium fructuum perceptio ad initium constituendum spectanda est, quia, non ut duo fundi, sed ut unus datus in dotem fuerit. Quare si locasset Kalen. Martii, non eo minus a Kalen. novemboris anni initium constituendum est.

<sup>11</sup> Quinto quero in hac *Papinius* specie si fundus non fuisset lectis uvis locatus, & in fine Januarii divortium factum esset, quomodo divisio facienda? *Bartolus* n. 8. virum de fructibus sequentis anni nihil habiturum censet, sed solam tertiam ex præterita vindemia, *Accursii* intellectum sequens. Amplius, quod si locatio esset facta non ad pecuniam, sed ad quantitatem fructuum, puta pro amphoris vinæ centum solvendis de futura vindemia, quod nihil veniret in contributionem, quoniam obligatio esset conditionalis l. 1. inf. de cond. & demonstr. & aliqui sequuntur. Sed quibus argumentis constat *Accursii* intellectum esse falsum, iis constat, quæ ab illo deducuntur ut vera similiter falsa esse debere. Tum not. Angelus n. 2. esse contra §. items si messes inf. Tum tertio, ut *Corasius*, & alii animadvertisunt, melioris conditionis vir esset locando fundum, quam si propria vigilantia custodiret. Quare constituendum est eodem modo virum habiturum duodecimam partem vindemiz præterit, & quartam futuræ, & ita utramque integrum venire in

contributionem, non in confusionem, & verba illa, ex ea pecunia ad utramque integrum referri, quia & duodecima unius, & quarta alterius deducuntur per divisionem a suo toto. Obligatio conditionalis nihil ad rem, nisi quatenus de fructibus esset in fundo nascituris, & ob sterilitatem non nascetur. Sed ubi suo tempore nati sunt, & percepti contribuuntur, & dividuntur, & interim cavetur vel ad formam & interdum inf. bac lege, vel ad formam l. si filio, & si vir. in quinquennium inf. cod. ita ut semper pro rata temporis divisio fiat, quæ non fieret, si Bartoli absurdula justa esse concederemus. Quare vel ex hoc uno *Duarenii* calculus mirificè confirmatur, quod ab aliorum caveat absurdis, nunquam ad illa deducat.

12 Sexto quero quid si fundus bis in anno fructum ferat, ut accidit in agris irriguis, qui singulis semestribus ferunt, vel tardius, quam in anno, puta in quinquennio, ut in Silvis caduis? Regula ponitur inf. in 6. ob donationes, ut tempus, quo fructum affert, pro anno computemus, veluti sex menses in priori specie, sexaginta in posteriori pro anno computabimus, & si matrimonium quatuor mensibus steterit in priori specie, quatuor ex sex partibus, in posteriori decimaquintam partem ferat, quod ejus §. immemor docet Joseph Lud. decis. Perus. 79. n. 19. At si proposas fundum plenum fructibus datum, matrimonium quatuor mensibus stetisse, & primo mense fructus perceptos, priorum sex mensium sextam partem, posteriorum dimidiā vir habiturus est ex *Papinius* sententia, ac ita matrimonium flectitur ad annum fructuum pro justa ratione ineunda.

*Explicatur S. ex contrario, & ejus occasione plura Jureconsultorum responsa de divisione fructuum declarantur. Cap. V.*

- 1 *Glo.* Et Bartoli intellectus ad hunc §. imperfectus, licet verus.
- 2 Quæ desunt, ab Autbore relata.
- 3 L. ult. §. ult. inf. de jure fisci levissime expenditur, declaratur, & limitatur, & n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
- 4 Cumani sententia, quod qui ex pacto revendit, divisionem fructuum pendentium per-

- sere possit ; examinatur .
- 5 Andrez Tiraquelle ad eam rem argumenta refelluntur .
- 6 Bartoli distinctio inter venditionem , & dotem in consequentis falsa detegitur , & num. 21.
- 7 L. Julianus §. si fructibus , sup. de act. empt. communis intellectus sub incude , & moderatione revocatur n. II. 12.
- 8 Didaci ea de re sententia .
- 9 Fulgosii , & Cumani ad eundem §. si fructibus , intellectus de jure verior .
- 13 Imolæ ratio quedam probatur .
- 19 Dyni sententia quedam ad intellectum l. ult. §. ultimimo de jure fisci , improba ta .
- 22 L. defuncta sup. de usuf. declaratur .
- 23 Alberici distinctio ad illam non undequa que vera .
- 24 Jus ususfructus locari nequit .
- 25 Jacobi Cujacii error animadversione dignus .
- 26 L. uti frui §. ult. si usuf. pet. non sine Cujacii nota , declaratur .
- 27 Distinctio Baldi in c. I. de pac. ten. a quibusdam veritatis , & brevitatis laudata in quibusdam , ut imperfecta , in nonnullis , ut falsa nosatur .
- 28 D. Vincentii de Franchis inter fructus naturales , vel industriaes , ex una , & ci vilis ex altera differentia comprobata .

solus , Caſtrenſis , aliquie id difficile putant , contrariam esse speciem & juris dispositionem eandem . Cenſet cum glo. Bartolus contrariam speciem in eo videri , quod in priori fundus plenus fructibus , in posteriori vacuus datus sit . Eamdem juris dispositionem esse , quoniam divisio fiat , ut in superiori , non a die locationis tantum , sed habita ratione praecedentis temporis , quo mulier in matrimonio fuit . Eorum immemor idem tradit Connarus lib. 8. cap. 10. n. 8. Haſtenus recte , sed non satis . Contrarium factum in eo versatur , quod in priori specie uno mense fuerunt fructus percepti , reliquis mensibus fundus locatus , in hoc uno mense fundus locatus proponitur , reliquo tempore fructus percepti non re ipsa , sed quatenus cura cum oneribus matrimonii conjuncta operatur perceptionis effectum , §. non ſolum , inf. Amplius in illa non modo unus mensis perceptio- nis fructuum , sed primus matrimonii contracti , in hac unus locationis , & matrimonii postremus , quia ponitur Kalendis Aprilis factum divortium . Eadem est juris dis- positio ad regulam , non ad speciem relata , cum respectu fructuum cum mercede confun- dendorum eadem esse non queat , quia hic non incurrit matrimonium in duorum anno- rum Fructus , sed unius duntaxat . Et ideo cum Papinianus statuerit pro regula fructus non a die locationis dividendos , sed habita ratione praecedentis temporis , quod hic ait , idem , ad ejus theſin , non ad hypothefin re- ferendum est , illa generaliter proponitur , ad hanc speciatim infertur . Quare vir totam portionem de locationis mercede percipit , non pro tempore locationis tantum , sed pro modo temporis omnium mensium quo prædium dotale fuit , & ita pro modo temporis , quo matrimonium stetisse proponitur . Id , quod superiorem Duarenii interpretationem mirifice conformat . Modus enim servatur eorum men- sium in portione viro constituenda , quo ma- trimonium stetit , prædiumque dotale fuit , sed ibi fuit matrimonium tribus mensibus de locatione , uno de vindemia , & recte igitur quartam mercedis , & duodecimam fructuum conſequitur , qui plus , aut minus tribuunt , modum hic a Papiniano præscriptum minime fervant . Ponamus ergo Sejam nupsisse Sem- pronio Kalen . novembris , & ita lectis jam uvis , accipit vir fundum sub spe fu- turæ vindemiaræ , quia fructus a muliere percepti antequam nubat , in contributio- nem non veniunt §. seq. in fi. Kalen . martii jam quatuor mensibus a die ma- trimonii

**E** Contrario quoque idem ob- servandum cit . Nam si mu- lier percepta vindemia statim fundum viro in dotem dede- rit , & vir ex Kalendis Martiis eundem locaverit , & Kalendis Aprilis primis divortium sequu- tum fuerit , non ſolum partem duodecimam mercedis , sed pro modo temporis omnium men- sium , quo dotale prædium fu- it , ex mercede , quæ debebi- tur , portionem retinebit .

**Q** Uamvis longè facilior in hoc textu Juris- consulti sensus appareat , Accursius , Bar-

trimonii decursis vir fundum locat pro duobus decim aureis, Kalen. aprilis mulier divertit ab eo. Si in locatione sola futura vindemia comprehensa proponatur, vir 5. mulier 7. feret ex mercede locationis, ita respectu vi- ri non solius locationis ratio habetur, sed omnium mensium, quinque videlicet, quibus praedium dotale fuit. Est eadem juris dispositio in opposita specie, sed opposito modo, quoniam in superiori specie, gratia mulieris est, ut non ad solam locationem respiciamus, ne dicamus integros fructus ad virum pertinere, hic vero gratia viri, ne dicamus pro uno mense locationis mercedem ferre, cum quinque mensibus matrimonii onera pertulerit. Quarendum hic est cum Bartolo, & ceteris: Quid si locatio ad biennium facta proponatur, vel ultra matrimonii annum quovis tempore luet? Respondet Bartolus, & resto fructus ejus anni, quo matrimonium constitut, in divisionem venire, non ultra. Contraactum est matrimonium Kalen. novembbris, ultima die sequentis octobris finitur matrimonii annus, quotquot fructus hoc tempore leguntur, vel ex messe, vel ex vindemia, vel alii ad modum dictae rationis in divisionem veniunt.

3. Objicit Bartolus text. in l. ultima §. vlt. infra de ju. fisc. Verba sunt Tripbonino suggestente, quid putare de fructibus aridis, qui ante perceptis in prediis fassent, respondit, si nondum dies pensionis venisset cum addicta essent, eos quoque emptorem accepturum. Quare fit, quod ibi pensio non soluta emptorem sequatur; hic vero inter virum, & uxorem dividatur. Glossa, & Bartolus dicunt aliud in praedio vendito, qui ante locatus erat, aliud in fundo dato, & divortio facto mulieri restituendo. Differentia rationem esse, quod haec restitutio fiat ex necessitate, venditio ex voluntate. Si haec ratio constat, deduci poterit, ubi venditio ex necessitate fiat, idem futurum, quod hic in dote. Et poterit hoc argumento confirmari. celebris illa Cumani sententia in d. l. ult. §. ult. in fine posita, quod qui ex pacto de retrovendendo, cogitur retrovendere, pro rata temporis fructuum divisionem consequi valeat, quam sequuntur Soccinus, & Jason in l. qui Romæ inf. de verbis oblig. Didacus var. resol. lib. 1. c. 15. b. 6. qui eam praxi commendandam censuit Lud. Mol. de Hisp. primog. lib. 3. c. 11. n. 9. Joseph Lud. d. decis. 79. n. 7. latissime probat alios recensens Tessaur. decis. 56. & de communi testatur. Sed contrarium probabant Alexander in d. b. qui Romæ, Berous q.

198. n. 4. & alii quidam relati apud Josephum Ludovisium d. decis. n. 1. Ego, si mihi post tantos patres in hac re meum judicium interponere liceat, puto communem opinionem variis modis esse declarandam, ut sine ullo vitio iniquitatis in foro justissime recipiatur, ad quod plerosque, vel subjectam tantum speciem considerantes, vel eam obiter tractantes non respexisse verosimile est. Primum enim si ponamus venditum fundum plenum fructibus, & emptorem messe & vindemia repositis, sato semine Kal. januarii, vel etiam februarii ad retrovendum urgeri, qua fronte sati frumenti pro tempore curæ portionem ex divisione contendet, qui eodem pretio omnes fructos fuerat consequutus? Accedat, quod junij mense emerit, illinc ad annum eodem mense ad retrovendum compellatur, quæ divisio hic desiderari potest, quamvis maturis messibus retrovendat, cum eadem prorsus fuerit utriusque conditio? oportet ergo singulas circumstantias expendere, l. si bona fides sup. depos. ut justa definitio conficiatur. Et in iis, vel similibus speciebus a Cumani sententia abstinere necesse est. Nec moveat, quod contrarium disputat Andr. Tiraquellus de retr. conu. §. 5. glof. 4. n. 12. & seq. ubi prius pro hac nostra intentia opportunè argumentatur, adjiciens, quod si Cumani divisio recipiatur, primus emptor pro rata unius anni, recipiet fructus unius anni cum dimidio. Quoniam cum his satisfacere conatur, ait consuetudinem esse præcisam in hoc, ut pro rata dividantur. Dicam, ibi servetur, ubi obtinuit, cum tamen iniqua sit, non ultra producatur. Ad argumenta, ita ait, quod ex his cogeretur, etiam emptor restituere partem perceptorum, si ponamus emissæ Kalendis junii, retrovenisse Kalendis decembris, quia pro sex mensibus fructus retinere deberet, non ultra. Falsitur, quia fructus percepti, non ut fructus, sed ut res empta, suoque pretio æstimata, percepti sunt, & ita non pro temporis rata, sed pretii soluti ratione percepti. In eo bene, quod non satis hic casus cum dotis casu, & hujus legis dispositione cohæreat. Quod ait venditorem eo medio tempore percepisse, aut percipere potuisse interius recepti pretii, nullius considerationis est. Ponamus venditum fundum plenum fructibus mille, emptorem sexaginta in fructibus percepisse. Hinc ad annum venditor reemit mille, & solutis. Habet primus emptor mille, & sexaginta. Si usus pecunia venditor utiliter est, & emptor utiliter fundo eius esse propone-

Y  
poni.

ponitur. Par itaque utriusque conditio, & si aliud dicas, alterius impar, & iniqua. Quae de impensis. Idem planè dicendum. Primus dedit fructibus plenum non deductis impensis; ita reemit, sic alter alteri eodem tempore coluisse videtur. Cæterum si ponamus lectis uvis venditum fundum nudum a fructibus, in seminibus, & cultura emptorem de suo erogasse, mox ante perceptos fructus, vel citius, vel tardius ad retrovendendum cogi, hoc certe casu, ut æquissima, & bonæ fidei consentiens Cumani sententia recipienda est. Ratio differentiaz est obvia, quia cum venditur fundus nudus a fructibus, minoris venditur, & cum retrovenditur plenus fructibus, quamvis idem sit fundus, non est tamen ejusdem pretii, quia præciosior est *l. ult. §. pen. inf. Quæ in fraud. cred.* Pactum retrovendendi pro eodem pretio ad rem cum iisdem qualitatibus referendum est, sive premium augeant, sive minuant. At ubi fructibus accendentibus pretiosior retrovenditur, alterum de duobus agendum est, ne prior vendor cum posterioris damno lucrum faciat, aut fructuum æstimationem solvere, aut divisionem recipere debet. Et permittendum est emptori, ut deducat impensis *l. fructus hoc sit.* & iis deductis pro rata temporis divisionem fructuum obtineat; ne impar in eo conditio sit, quod vendor ex pretio lucrum honestum ferre potuerit, emptor autem ex fundo minime fructus percipere; quod est contra mentem *l. curabit c. de act. emp.* At in superioribus speciebus contraria ratio, quia cum fundus venditur plenus fructibus, verosimile est eos æstimatos veluti partem rei *d. l. ult. §. pen. de bis quæ in fraud. credit.* *l. fructus pendentes sup. de rei vend.* Si eodem pretio reemit fundum ejusdem bonitatis, vel minoris, cum premium rem adæquet, fructum divisio non tam superflua, quam iniqua redditur. Quare Judices oportet ad justitiam pretii respicere, quia si premium retrovenditionis ex mutuo jure sit justum, non divisio, sed omnium fructuum translatio justissima erit, quia fundus ejusdem qualitatis sit tempore retrovenditionis, cuius tempore venditionis fuit. Quod si modicus sit excessus, vel defectus, Judex recipere etiam poterit *arg. l. scio, sup. de integr. rest.* nam labor in dividendo fructum superaturus esset. Ad id confert, quæ de modico excessu testium scripsi ad *l. non puto inf. de jur. Fisci par. l. cap. l. n. 19. & seq.* Sin vero fructus patenter augeant fundi premium prioris venditionis inspecto statu,

tunc divisio facienda est, & quod amplius est in fructibus, qui ex necessitate retroven-dit, pro rata temporis æquissimè desiderat. Et in hanc adducor sententiam, ut Cumani placitum, quod æquitatis summopere com-mendatur, ex ejusdem Cumani, & aliorum opinione non possit obtainere, nisi ubi ve-re æquitate niti detegatur.

*6* Cæterum ad Bartoli solutionem ex utili cir-citu redeundo, si ejus sensus sit, si venditio ex necessitate fieret, idem futurum, quod in do-tis restitutione, puto fallissimum. Qui enim ex necessitate vendit, pretium, & fundi, & fructum, pendentium desiderare non prohibetur *d. l. ult. §. pen. que in fraud. credit.* Eos ergo vendet, non dividet, & necessitas ven-ditionis non cogit, ut premium fructuum non expostulet. Quare hæc Bartoli solutio mihi valde suspecta redditur, & alia sequens longe magis probatur, licet ea adversus aliam oppositionem utatur, qua assentit aliud in vi-ro, quam in herede usufructuarii esse rece-ptum, quia vir percipit fructus pro mar-riage oneribus, & ita ex certa causa *l. pro oneribus, C. de ju. dot. l. dotis fructus sup. de jur. dot.* quare in effectu oportet eum tandem percipere, quandiu onera subit, & hanc rationem in *l. defuncta sup. de usuf. Old. Alb. & Fulgosius* probant, & hic recipiunt omnes. Sed tamen videtur non removere objectum, licet in se verissima sit, imo augere. Quare enim fit, ut vendor in ea specie fructuum a conductore ante venditionem perceptorum pensionem exige-re non valeat, cum nomine suo curati-lint? pro eo facit *§. non solum, inf. bæc lege.* Videtur, & ibi subesse causam, ut ad eum pertineant. Quinimo locatio regulariter ad venditorem pertinet, authore

*7 Ulpiano in l. Julianus §. si fructibus, sup. de act. emp. ait ibi: Si locatus ager fuit, pensiones utique ei cedent, qui locaverit.* Illustris hac de re controversia est, & pro forensi utilitate diligenter examinanda. Nam vi-deo glo. Jac. Butrig. Bartol., Salic. Castr. ita *d. §. Si fructibus interpretari, ut si* emptor eligat stare locationi, vendor ei aut exactam mercedem restituere, aut actio-nem ad exigendum cedere teneatur. Iis

*8* & accedere videtur Didacus *d. c. 15. n. 5. in fin.* ubi adversus Fulgosium, qui recedit ab eis, hac ratione usus est, quod Colonum non expellendo vendoris negotium utiliter gerat. Contrarium tum ibi Ful-gosius, tum Cumanus in *d. l. ult. §. ult. de jure fisci* aperte diffiniunt, quorum sen-tentia

tentia de jure verior est. Primo, quia intelligent *Ulpianum*, prout jacet, cui facile erat, litium submovendarum gratia illud adjicere, si juri consonum existimat, & ii mihi videntur non *Ulpianum* interpretari, sed ad eundem non modo novam, verum diversam ab ejus sensu conclusionem addere. Secundo de mercede per venditionem a conductore exigenda, & emptori dimittenda video nominatum caveri consuevit, non tacite actum intelligi *dicitur l. Julianus §. in his, l. si cum fundum sup. de contr. empt.* Notatque *Fulgosius*, & rete hanc conventionem utilem esse, quod citra eam jus petendae pensionis necessaria cedendum non sit. Tertio iniquum est, ut *Cumanus* expendit hanc electionem emptori tribuere, ut possit colonum expellere, & pensionem, ut maluerit, exigere; nam propria voluntate sibi venditorem obligat, qui de hoc convenire noluit. Iniquitas in eo patet ( quamvis *Cumanus* non declareret ) ut quis solo suo facto alterum sibi obliget ejus consensu non accedente *l. i. §. i. sup. de part. l. si servum §. nunc videamus inf. de verbis obligat. l. sicut. C. de act. & oblig.* Tandem ut in *ll.* nominatum hoc jus emptori tribuitur, ut possit colonum expellere, *l. Emptorem, C. locati l. Arboris sup. de usufr. quod primo aspectu datum, & litibus excitandis videtur accommodatum, eo magis de altero. Jurisconsulti nominatum cassis, quod aequum, & litibus finiendis aptissimum foret. Dicam, quod tempore, & usu in difficillimis controversiis videor assequutus, nullam plane sententiam rejiciendam fore, quae insignes habeat authores; quoniam, neque communis, neque contraria, si utriusque rationes, & argumenta diligenter expendantur, & veritate, & utilitate careant. Et dum rationes recte petuntur, una, & altera magis purgari, & ad justum calculum redigi videntur, quam subverti. Si verum agamus, remedium expellendi colonum tribuit emptori integre jus suum; illud enim est ut fructus pendentes consequatur omnes *d. §. si fructibus.* Pars enim rei sunt *l. fructus pendentes sup. de rei vend. eorumque, quo pretiosior fundus est, in diffinitione pretii censetur habita ratio d. l. ult. §. pen. de bis que in frau. cred.* Baldus in *cap. cum M. Ferrariensis n. 5. de constit.* adque ex omnium sententia docet esse *Tessaurus dec. 55. n. 2. Calonus, qui in fundi detinione versatur, expelli potest, coque expul-**

*fo nihil habet emptor, quod amplius juste desideret, quare nec aliud ei remedium in dultum legimus. Si vero non expellat, aut antequam id commode agere valeat, colonus fructus perceperit, nihil aliud potest a venditore de jure stricto, & etiam ex bona fide petere, nisi quanti sua interest va cuam non habuisse possessionem, & fructus non percepisse *l. i. de act. empt. & rago illo sit.* Ex natura contractus, ex bona fide, aliud exigi non video. Quapropter tamen pro communi sententia, cur leges, si emptor mallet stare locationi, nihil de venditore ca verunt, an teneretur pensionem cedere, vel ne? Non alia ratione, nisi quia sepe id futurum sit iniquum. Aut enī ponimus in fundo vendito magnam fructuum spem, qua pensionem superatura credatur, aut modicam, 10 aut medium; nec enim quæstiones facti sine singulis circumstantiis recte diffiniri valent *l. bona fides sup. depositi.* Si magnam, verosimile est, non aliter venditum, quam ea lege, ut emptor locationi stare cogatur, ne conductori in plus quam in pensione sit, longe teneatur. Nec si incautus vendor hoc non præcaverit, emptor suum jactare præsumendus est, qui cum possit, colono expulso, longe plus in fructibus jure suo consequi, propter quos verosimiliter pluris emit, velit, eo admisso, in pensione minus recipere, arg. *l. cum de indebito sup. de probat.* Neque legibus ad id, quod verosimile non esset, resipiciendum fuerat, *l. non est verosimile, su 11 pra: de eo quod met. cap.* Si modicam fructum spem ponamus, & modico etiam præatio emptam, ut longe plus in pensione futurum sit, quam in fructibus, ( hic *Didacum ad justitiam voco* ) si emptor malit pensionem a venditore potius consequi, quam fructus percipere, an proprium, vel vendoris negotium utiliter gerit? Pono in pensione esse 100. in fructibus 50. neque enim semper conductores in lucro sunt, poterit ne vendor conductori in plus teneri ob patientiam non præstatam, quam quod in fructibus esset? non certe. Si dicam, emptor præstando patientiam, facio, ne tibi conductor litem moveat, recte vendor excipiet, quid queris amplius, quam vel quanti interest te fructus non percepisse, vel quanti mea interest hanc litem passum non esse? Quod amplius est in pensione, quam in fructibus querit emptor, ut lucrum faciat, cum vendoris injuria, quod ferendum non est *l. quosies sup. de ju. dor.* Ex his arbitror factum, quod *Ulpianus* diffinierit pensiones ei cedere, qui locaverat. Neque tamen com munis*

- 12 munis opinio protinus rejicienda est, sed iusta moderatione temperanda, ut semper obtineat, quotiescumque inter fructus, & pensionem nihil, aut plane modicum interest, vel quotiescumque emptor dignoscatur vere eo animo colonum non expellere, ut venditorem amicum forte, vel conjunctum a lite conductoris eximat, non quia utile emptori sit pensionem magis, quam fructus exigere, ac ita *Didaci* sententia ab ejusdemmet ratione restringitur, & cohibetur; his enim casibus, si non alio argumento, vel hoc uno communis sententia recipi poterit, quia dirimendaram controversiarum utilitatem habet arg. l. 3. sup. de const. pecun. l. si remunerandi §. ult. sup. Mand. l. 1. inf. de usucap. junctis aliis a me congestis ad titulums de legib. lib. sing. p. 2. cap. 6. per tot. Alioquin nisi haec utilitas invitet, *Ulpianus* in d. §. si fructibus, sine ullo additamento simpliciter intelligi, & *Fulgoſii*, & *Cumanus* sententia recipi debet. Quare in prædiis urbanis rectè communem fententiam sequimur, & cogimus venditorem, ut pro rata temporis pensionem emptori cedat, vel exactam restituat, quia hi civiles fructus singulis diebus æquabiliter adeo percipiuntur, ut id, quod emptoris interest, ipsi pensioni æquetur.
- 13 Ad id potest transferri ratio *Imola* bic n. 6. ver. tu adde, quam impugnat *Aret.* n. 5. ver. & adde, & *Baldo* in l. filius fam. §. apud Marcellum inf. de leg. 1. eam, cum tamen Baldi non sit, adscribens commendat *D. de Francb.* d. dec. 79. n. 4. quod tantam affert utilitatem pensio pro domo in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius. Id enim, ut in hac materia divisionis est verissimum, & in d. *Decisione* justè usurpatum, ita in quaestione *Imola* propter *Aretini* argumenta videtur diligentius expendum. Cedit ergo venditori pensio, quoniam actio personalis fundum non sequitur l. 1. §. bares inf. ad *Trebell.* Sed propter hanc æquabilitatem emptori danda erit. Tandem & si quid nocitum est rei venditæ, & si quid venditori ex ea re quaestum, emptori præstandum est, d. §. si fructibus, ver. item si quid, ne venditor rei, pretii uritate fruatur, contra l. curabit, C. de act. empti. Ex iis clarè constat *Bartolum* rectè intellexisse d. §. ult. de jur. fisci, quod ea nitatur ratione, quia emens a fisco teneatur stare colono, & hoc nomine concilietur cum d. §. si fructibus, quod etiam probavit *Fulgoſius* in d. §. si fructibus, *Oldradus*, & *Albericus* in l. defuncta sup. de usfr. qui-
- 14

bas subscribendum censeo, quamvis *Salyetus* in d. §. si fructibus, & in l. fructus C. de act. empt. hanc differentiam non probarit. Habet enim rationem satis firmam, quod *Papinianus* in favoreni fisci ibi in §. pen. novam fententiam induxit, ut emptor coheretur stare locationi, ea sola consideratione, quam explicat, ne fiscus conductori teneretur. Id quod in fisco fuit speciatim vendum, quia solet prædia locare, non per administratores retinere, eique utile est ea lege conductores allicere, qua sciunt ab emptoribus expelli non posse. Et cum ita se habeat, ut in emptorem incommode locationis transfert, quod in præstanta patientia versatur, ita & commode ejusdem locationis transferre debuit, l. secundum naturam inf. de regulis jur. ne ut *Oldradus*, & *Albericus* expendunt, contingat eundem simul re, & pretio carere. Et hoc eidem, nisi aliud agatur, in quocumque emptore, qui etiam ex conventione sub illa emat legem, recipiendum censeo, quasi consequenter de hoc conventum esse videatur, ut ad eum §. docet *Fulgoſius* in d. §. si fructibus. Sed haec in pensione pro rata fructuum pendentium rectè dicuntur. At vero in d. §. ult. quaestio est de fructibus aridis a conductori perceptis ante venditionem, quæ post messem, ante vindemiam, non sine ministerio ibi facta proponitur. Proponitur & in ea *Triponini* specie, diem pensionis adhuc non venisse. His concurrentibus dicitur fructus aridos ad emptorem, non venditorem pertinere, & consequenter mercedem pro iis accepturum. Rationem esse puto ex parte fisci, quia nihil exceptit propter fructus aridos, & consequenter omne locationis commode transfluisse videtur, debuit enim clare excipere, si quid servatum voluit, l. si mercedem §. ult. sup. de act. empt. ex parte conductoris, quia pensio ordinatur ad patientiam pro toto tempore, & cum vindemia legenda perficit, ut ex patientia in futurum non præstata, jus pensionis exigenda facile posset extingui, ita emptoris facto non modo conservari, sed etiam purificari videtur. Ex iis infertur ad plura notatu digna.

- 17 Primum quodd si separata pensio solvereatur pro fructibus aridis, & distincte ab ea, quæ pro liquidis solvit, ea venditoris, non emptoris commodo cederet, quamvis dies non venisset, quod *Salyetus* in d. §. fructibus & in d. l. fructus, prudenter animadvertisit.

Se

18 Secundò multo magis dicendum est, non esse locum d. §. ult. si post lectos omnes fructus venditionem factam proponamus, quamvis dies pensionis non venerit. Ita docuit idem *Salycketus* in d. §. si fructibus, a. §. de hoc tamen *Didacus* ad *Salycketum* non respiciens cogitandum reliquit, sed probatur aperte in l. *defuncta*, sup. de usuf. quam ad id expendit *Tiraquellus* d. §. 5. glo. 4. n. 11. nihil tamen ad idem facit sext. in l. si fundus §. ult. inf. hoc sit. quem *Didacus* expendendum reliquit. Ex 19 quo infertur *Dyni* sententiam in d. §. ult. de iur. fisci, a Bartolo relata plane reji- ciendam fore (an eam recte *Didacus* ex- penderit, vel, ut plura ostendunt, docti- mus ille vir, ac etiam optimus, hujus ex- minis tempore, dormierit, aliorum sit judicium) qui sine distinctione fructus per- ceptos in pensione emptori adjiciendos pu- tavit, quamvis hic eam probet *Angelus* n. 5. ita d. §. intelligens Rom. conf. 10. ver- s. tertio pro hoc, qua nec vera, nec com- munis est. Non vera, quoniam d. §. ult. unde sumitur, loquitur plane in em- pto, qui tenetur stare colono legis ne- cessitate; at in eo, qui potest cum ex- pellere, non idem juris esse, supra pro- batum est. Secundo quia summa ratione *Tripboninus* quæsivit de fructibus aridis non- dum lecta vindemia, quod utilis empto- sis patientia pro percipiendis conductori fu- tura sit, imo certè necessaria. Ubi vero percepiti omnes sunt, quamvis dies pen- sionis non venerit, non tamen patientiam emptoris conductor in aliquo desiderat. Quæ- se an fructus omnes percepti essent, vel ne, fuit summa ratione perpendendum. Ter- tio cum illius §. decisio sit exorbitans, siam recedit a regula, quæ venditori fru- ctus ante venditionem perceptos adjicit, d. l. Julianus, §. si fructibus l. item, quod sup- de in diem add. ad eas species, in quibus eadem circumstantie non sunt, produci non debet, ne pro majori venditoris incommo- do extendi videatur arg. l. si vero §. de viro inf. ead. & eorum quæ not. in Autb. quas actiones C. de sacr. Eccl. Non etiam communis hæc *Dysi* sententia dici potest. Quia idem de pensione, quod de fructibus jūdicandum communiter asseritur, quasi co- rūlo loco subrogetur, ut post glof. Bartolum, & *Salycketum*, *Castrensem* in d. §. si fru- ctibus, tradit Alexander conf. 82. num. 16. lib. 2. Et addentes ad Romanum ostendunt eam sententiam receptam non esse.

20 Tertiò constanter affirmari poterit, tria co- pulative requiri, ut ea decisio possit obti- nere. Primum quod emptor lege, vel con- ventione colono stare teneatur. Secundò, quod aliqua portio fructuum percipienda su- perfut, pro qua emptor patientiam præstare ca- gatur. Tertiò, quod dies pensionis non venerit, quæ pensio omnes fructus respicere debet, quia secus esset, si pro perceptis tantum dif- finita foret, ut *Salycketo* summa ratione placuit. 21 Quartò, & ultimò ut ad *Papinianum* redeamus, constat venditionem cum datione dotis pro divisione fructuum non recte com- parari, si utrumque per se simpliciter co- sideremus, accidere tamen posse ex circum- stantie oculato judici prudenter animadver- tendis, ut æquum sit ejusmodi compara- tionem, & mensuram servare. In hoc ta- men casu, cum acciderit, fieri poterit, ut pro rata temporis divisio fiat, non tamen accide- re poterit, ut opinor, ut etiam qualitas §. præce- dentis accedat, quod venditio in fructus due- ram annorum incurrat, quare ex hoc §. non ex præcedenti proportionis ratio su- menda semper erit, quia fructus primi anni jure dominii percipiuntur ut empti. 22 Secundo tamen loco objicit Bartulus text. in l. *defuncta* sup. de usuf. cuius verba sunt: *Defuncta fructuaria mense Decembri jam omni- bus fructibus, qui in his agris nascerentur mense Octobris per colonus sublatis, quæsumum est atrum pensia heredi fructuarie salvi de- beret, quamvis fructuaria ante Kalendas Mar- tiæ, quibus pensiones inferri debebant, de- cesserit: an dividati debeat inter heredem fru- tuarie, & rempub. cui proprietas legata est? Respondi rempublicam quidem cum colo- no nullam actionem habere: fructuarie va- ro heredem sua die [secundum ea, que proponerentur] integrum pensionem percepturum. Plana simul, ac vera Bartoli solutio est, aliud in dote, quam in usufructuario, quoniam vir ex certa causa, videlicet pro one- ribus matrimonii fructus percipit, quam supra probavi, & communiter receptam ostendi. In usufructuario ratio diversa. Is enim ita demum fructus suos facit, si percipi- piat, pendentes enim, & non separatos heredi suo non relinquunt, etiamsi maturi sint, l. in singulos inf. de ann. leg. §. is vero Inst. de rerum divis. E contrario si die ususfructus cedente pendentes sint ad usufructuarium pertinent, quamvis maturi, l. si pendentes, sup. de usuf. Potest usu- fructarius locare §. i. Inst. de usuf. & habit. nihilominus fructuum ratio sequenda est,*

23 est ; quiequid *Albericus* in d. l. *defuncta* n. 3. contrarium asserat , & malè , ille in fructibus ait , perceptos ad hæredem fructuarii duntaxat pertinere , quod clarum est ex legibus superius adductis . Aut verò fundus erat locatus , & decepsit fructuarii fructibus per colonum integrè perceptis , & quamvis dies pensionis non venerit , pensio hæredi debetur d. l. *defuncta* , cuius ratio est , quia inspicitur tempus fructuum perceptorum , non solutioni destinatum , ut post alios rectè observat *Tiraquellus* d. §. 5. glas. 4. n. 11. Tempus enim solutioni adjectum post fructuum perceptionem videtur a colono desideratum , ut fructus bonis conditionibus vendere , & pretio satisfacere valeat , cum amplius ratio patientiae præstandæ non supersit . Addit *Albericus* , quod si fructus per colonum collecti nondum essent , quod facienda est divisio pensionis inter hæredem fructuarii , & proprietarium pro rata temporis , cuius meminit D. de Francb. dec. 168. n. 6. & n. 17. quamvis rem potius examinare , quām diffinire videatur . Mihi in hoc tertio casu falsa videtur *Alberici* sententia . Primum , quia in fructibus contrarium patet omnimodo d. l. in singulos , l. si ususfructuarius messem sup. quibus modis ususfr. amitt. Joannes Fab. in d. §. is vero D. de Francb. d. dec. 168. n. 8. Et si locat , ad fructuarii commodum habetur ratio temporis fructuum perceptorum , non destinatæ solutionis d. l. *defuncta* , ergo & ad incommode eadæ ratio servanda l. secundum naturam , de reg. 24. jur. Tuna verò locando non locat jus utendi , quoniam personale est , & cedendo extraneo nihil agitur , sed fructuum perceptionem gl. in §. finitur , in ver. cedendo inst. de usus. At statim ac mortuus est ususfructuarius , & ita finitus ususfructus , d. §. finitur , colonus non percipit fructus ex jure ususfructuarii , ergo hæredi illius eo nomine pensio solvi non debet , sicut in l. *defuncta* eo nomine pensio debetur hæredi , quia colonus ex jure ususfructuarii , eos omnes fructus perceperat eo vivente . Quare si veram d. l. *defuncta* rationem expendere luet , constabit ex ea *Alberici* sententiam omnimodo subverti . Quod ille communisicit ususfructuarium lege permittente locasse , & facta locatione jus petendæ pensionis acquisivisse , adducens l. venditor ex hæreditate , sup. de hær. vel act. vend. ex ea lege nullo modo probatur , quia fructus post mortem suam percipiendos , nec locare potuit , nec in iis percipiendis præstare patientiam , ergo neque eo nomine jus

exigendæ pensionis acquirere . Quare patens in ea re est *Alberici* lapsus , & ab eo judicibus cavendum omnimodo . Secundò Jacobus Cujacius lib. 4. de feu. tit. 30. in hac ipsa re impudentius errat . Is iniquissimam , & falsissimam opinionem dicit , qua vulgo existimatur ex fructibus pendentibus finiti , vel amisili ususfructus tempore fructuario nihil deberi . Admittit domini esse , quod leges ad id eum impellat , sed vult aliquid hæredibus fructuarii deberi , quod ex ejus sententia , actione personati , vel judicis officio a domino consequentur , nee enim aliter , quod is ait fieri posse videtur . At si jus fructuarii totum in perceptione possum est , d. l. si ususfructuarius messem , non ne videt fructibus non perceptis , eo mortuo , jus percipiendi amplius non esse ? Id clare tradit D. A Ponte conf. 100. n. 5. & 13. ubi pluribus probat . Adducit Cujacius l. si operas de usus. Inter fructus fundi , & servorum operas differentiam ignorat ; unius diei opera fructus integer est , non maturus modo , sed opera præstata perceptus ; sunt enim operæ fructus , qui quotidie percipiuntur , messis , & vindemia semel in anno , quod expendit Sabycetus in d. l. fructus C. de act. empt. & in l. Julianus §. si fructibus sup. eo sit. gl. Paris. §. 1. gl. 1. quest. 3. n. 52. D. de Francb. dec. 79. n. 2. Adducit 26 l. uti frui §. ult. su. si usus fr. per. verba referre luet . Si post litem de ususfructu contestatam , fuerit finitus ususfructus , an ulterrus fructus deberi desinat ? & puto desinere nam , & si mortuus fuerit fructuarius , hæredi ejus actionem præteriorum duntaxat fructuum dandam . Intelligit ille , etiamsi viante ususfructario pendentes semper fuissent . Ego vero pro iis dandam puto , quos dominus a die moræ usque ad mortem ususfructuarii percepisset , & ita in id , quod interest . Nihil tamen mota lite plus consequitur arbitror , quām si sine lite inductus in fundum fuisset juxta l. 3. § dare eo. sit. Hanc expositionem probat gl. ibi , & probatur ex l. questionem , l. qui usumfructum §. ult. cod. tit. l. fructus non modo , in fin. sup. de rei ven. quas LL. gl. adducit ; ac ita eum text. rectè declarat D. A Ponte conf. 100. n. 9. Igitur Cujacii intellectus , si satis ejus authoritas sit , ea sola satis probatur , sin minus , hoc ipso improbatur . Tertiò ex iis constat Baldi distinctionem in cap. 1. n. 24. & seq. de pace ten. in usib. 28 feud. quamvis dicat Parisiensis in d. 1. gl. 1. q. 3. n. 52. quod nihil posset brevius , & verius adduci , ut refert D. de Francb. d.

d. dec. 167. n. 14. etiam illam commendans, nihilominus emendatione aliqua dignam fore. Ait ille fructus pendentes, ut pars fundi habendos, recte in hoc l. fructus pendentes sup. de rei vend. cum aliis sup. adductis. Si vero sint separati, rebus mobilibus comparandos fore, verè hoc, sed imperfecte admodum, quia fundo locato, nunc venditori, nunc emptori cedunt, ut constat ex d. l. Julianus §. si fructibus, & l. ult. §. ult. de ju. fisc. quod accidit propter varias circumstantias in superiori objectione examinatas. De pensionibus statuit non distinguens, an prædio rustico, vel urbano locato percipiatur, cum tamen pateat differentia ex iis, quæ supra adversus Cujacium proxime dixi. Distinguit, aut non cessit dies pensionis solvenda, & fructibus pendentibus adequat; aut cessit, & fructibus separatis comparat; si pro parte cessit, pro parte non, judicat pendentibus, & separatis comparandas pro rata temporis. Primo capite, cum non cessit dies in l. ult. §. ult. de jure fisci etiam pro fructibus aridis perceptis pensio, instar fructi pendentis, emptori adjicitur. In l. defuncta quamvis dies non venerit, loco fructuum perceptorum pensio subrogatur. Si de pensionibus domorum loquitur, quæ successivo tempore deberi videntur, non dices cedentis pensionis attenditur, d. l. si operas, Salycetus in d. l. fructus, cuius sententiam in hoc idem Parisiensis commendare videtur, & sequitur D. de Francb. d. dec. 79. n. 2. Sed pro rata temporis recte dividuntur, & hanc opinor inter fructus naturales, vel industriaes ex una, & civiles ex altera, veram esse differentiam. Quod civiles cum singulis diebus percipi videantur, pro rata temporis inter fructuarium, & dominum, venditorem, & emptorem dividendi sint, naturales, & industriaes non ita. Neque enim in his civilibus considerari potest, ut observat idem D. de Francb. d. dec. 168. n. 11. & dec. 254. n. 5. an separati, vel pendentes sint, sed singulis diebus percipi videntur, quamvis solutio statutis quibusdam temporibus dividi, ac differri soleat, ne cum creditoris & debitoris in commodo singulis diebus pro minimis quantitatibus fieri contingat. Et ideo quamvis anni introitus super fundo constituantur, non eo minus per trientes debentur, quia non ita producat fundus, quia nec propriè eorum loco subrogantur; nam in pecunia semper sunt, & propria ratione, & natura nituntur, quod occasione pretii magis

quam fructuum deberi dicantur, ut d. dec. n. 9. Emuntur enim non viso fundo, & fructibus minime consideratis. Sic itaque ad multa videtur esse respiciendum, ut ab errandi periculo subducamur.

*Explicatio S. item si messes, ¶ cap. 1. S. bis consequenter.  
Hic fin. lex in usibus feud.*

### Cap VI.

- 1 Species ad terram fingitur.
- 2 Agitur de intellectu c. 1. §. bis consequenter, Hic fin. lex.
- 3 Ilernia, Baldus, & alii d. §. bis consequenter, iniquitatis accusant.
- 4 Ilernia intellectus ad eundem reprobatur.
- 5 Item. & Parisiensis: consideratio.
- 6 Accursii sententia, an prior, an posterior in glo. existimanda.
- 7 Communis. intellectus etiam iniquus.
- 8 Authoris ed. de re: sententia.
- 9 Fructus separati a feudo. allodiales sunt.
- 10 Utilis dominii nomen, nec in jure civili, nec in usibus: feudorum legitur.
- 11 Cap. 1. de controv. int. vas. & al. de benef. male a Camerario perpensum.
- 12 Cur divisio a Martio sumpta, n. 15.
- 13 Rationes: Baldi, & Alvaroti rejiciuntur, num. 14.
- 16 A supremi dominii dignitate abborret baredem vassalli pro divisione fructuum in suum recipere.

**I**tem si messes ejus anni, quo divortium factum est, colonna ex forma locationis sequatur ante vindemiam soluto matrimonio, nihilominus pecunia messium in computationem cum spe futuræ vindemiz: veniet. Apparet igitur ex his illis fructus, quos mulier percepit, antequam nuberet, non deberre in contributionem venire.

Spec

- 3 Specie sic posita erit hujus textus explicatio facillima, Mulier sublatis vindemiis Kalendis primis Novembri nupsit, iisdem tradito fundo; locavit statim messem, non vendemiam illius anni; Kalendis Augusti, & ita sublata messe, pendentibus adhuc uvis, matrimonium solvitur. Messem 12. locatam, spem vindemiz 12. estimatam ponimus. Matrimonium novem mensibus stetit. Ait *Ulpianus pecunia mensum in computationem cum fpe futura vendemia veniet*. Id autem est occurre, ne quis putet pecuniam messem ad virum, vendemiam ad uxorem integrè pertinere. Sic ergo computatio est inunda, viro dodrantem messum, & vendemiz tribui decet, mulieri quadrantem utriusque. Novera ergo de messe, totidem de vendemia vir habiturus est, vir qui integrum messem accepit, dimittet mulieri quartam, mulier de vendemia viro dodrantem retrahet. Si aliter diceremus, non pro rata temporis omnium fructuum divisio fieri videatur. Et quod dicitur locata messe, idem ea a viro percepta dicendum est. Alioquin si messem viro, mulieri vendemiam simpli citer dimitteremus, fieri posset, ut si altera alternam superaret, quod fertilitas in messe, sterilitas in vendemia, aut contra accidisset, vel quod naturaliter, altera minoris, altera pluris estimaretur, iniqua divisio fieret, quæ alterum ex conjugibus in damno, alterum in lucro dimitteret, cum tamen divisio at quo anno, quo fructus producuntur iis omnibus estimatis pro rata temporis, quo matrimonium constituit, fieri debeat. Itaque constat, quod cum *Angelo* adversus *Bartolum* & 4. testatus sum, nihil interesse, an locatio facta sit, vel ne, quod fructus vendemiz, qui locati non erant, in computationem dividendi veniant omnimodo. Fructus ergo matrimonio soluto percepti quantus incurunt in annum matrimonii, veniunt in contributionem, sed qui ante matrimonium percipiuntur, hi nullo modo in contributionem veniunt, quoniam dotem augent, l. s. ante, sup. hoc tit.
2. Sed quærendum superest in hoc universo tractatu, quare in feudis aliud servetur mortuo beneficiario sine hærede masculo. In c. 1. §. bis consequenter hic fin. lex. Ita rex diffinitur. His consequenter dicitur, quod si vassallus decedat sine hærede masculo, & contingat feudum ad dominum reverti, sic distinguitur, quod si ante martium omnes fructus illius anni ex feudo pervenientes ad dominum pertinebunt. Si vero post Kalendas Martii usque

ad Augustum omnes fructus, qui interim percipientur, ad heredes vassalli pertineant. Si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere. Hanc dispositionem non esse rationi consonam *Andreas* & *Baldus* ibi dixerunt, quibus adhæret glo. *Paris.* in §. 1. glo. 8. n. 11. accedit etiam *Cujacius* eo loci. Sed quod prius quærendum erat, non satis constat de sensu. Communis est expositio juxta verba, ut *Alvarus* testatur, & *Duarenus* consentit c. 17. in fin. Verum *Andreas*, & aliis vide tur iniquum, si vassallus moriatur Kalendis Octobris nondum lectis uvis, quod nihil ad heredes transmittat, cum eas toto fere anno curaverit. Cæterum idem in usufructuario accidit jure communī, l. in singulos, inf. de ann. lega. & superiori capite ad explanationem l. defuncta de usuf. satis dictum est. Quid si feudum esset in vinca, nihil habituri erunt heredes? nihil: idem plane in fructuario, idem in venditore l. Julianus, §. si fructuus, sup. de art. empt. Fixa nimis eorum animis hæret *Papiniani* divisio, sed ut admouui, speciale rationem habet ex oneribus matrimonii.

4 *Andreas*, quem *Alvaro* late sequitur, & confirmat, dividit annum in duas partes ab initio Septembri ( inspectæ vel non inspectæ indictionis cum *Alvaro* rationem negligo) sumpto initio. Ait ab eo usque ad Kalendas Martii omnes fructus ad dominum pertinere, a Kalendas Martii usque ad Augustum ad hæredem vassalli, & qui postea leguntur, ut uvæ, olivæ, poma, glandes, quia in annum vassalli, ejusque curam incident, ad eumdem pertinere, velut anni finiti appendices, domino pro futura cultura possessionem nanciscente. Sed videndum, an hæc dicantur ad textum, an etiam justè Ad textum dici non puto, quia non modo communis intellectus, sed verba se aliter habent, quam ut hanc interpretationem admittant. Verba sunt; *Si vero post Augustum omnes fructus anni percipiet dominus.* *Andreas* jus colendi, author jus percipiendi tribuit, quid magis contrarium, quam eam perceptionem hæredibus vassalli relinquere? Tum secundò ille textus tres facit anni partes, duas *Andreas*. Quid hoc aliud, quam consuetudinem illam reformare, non exponere? Sentit *Andreas* admodum verbis repugnare, quod adstruit. Ideo ait illa verba. *Si vero post Augustum, fore superflua,*

- flua . Hoc non est solvere argumentum , sed textum superflui vitio condemnare . Necesse est , nisi sub verbis apertis falli velimus , hanc tertiam partem velut anni posteriorem suo tempore finiri , & priorem illam , quæ Kalendis Martii finem accipit , aliquod initium habere , & consequeater terminum statuere , a quo prior initium , posterior finem accipiat . Hic initium anni ex Mediolanensi cursu a nativitate sumendum erit , aut annus ex productione omnium fructuum computabitur pro juris communis interpretatione arg. §. non solum inf. eo. Ego in priorem computationem proclivior sum .
- 5 *Parisiensis* eam diffinitionem propter aliorum sententiam , quæ subjicitur , non esse veram , sed dubiam , sine ulla ratione censuit . De
- 6 *Accursio* receptum est , cum propriam primum , post vero aliorum sententiam refert , eo modo quidam tamen , vel alii dicunt , ut censeatur priorem propriam probare , & posteriorem alienam rejicere , ut post Jason in l. si idem §. si una , n. 3. sup. de jure. omn. jud. & Jason. de Nig. in rub. si cer. pe. col. ut docet D. de Franch. dec. 221. n. 10. quod & hic recipiendum est .
- 7 Sed communis intellectus habet iniquitatem majorem , quæ non emptoris , non fructuarii exemplo juvari queat . Si moriatur vassallus Kalendis Novembbris , & ita collectis uvis , ut eas hæres domino restituere compellatur . Nam hic nec cura , nec perceptio juvant . Et hoc nomine communem sensum reiciendum puto , authorem tamen illius diffinitionis minime culpandum , neque enim hoc diffinit ; Sed ait : Si verò post Augustum , omnes fructus anni percipies dominus . Inter
- 8 hæc duo multum interest , ut percipiat dominus , quia separat a fundo , quod propriè est percipere d. l. si ususfructuarius messem , su. de usuf. vel a vassallo vivente perceptos ab hærede avocet , id enim non est percipere , sed perceptos ab alio vindicare , repetere . Verba hoc non dicunt , sed illud , cur extra propriam significationem producenda sunt , ut aliquid dicant iniquum ? Nulla sane ratione . Quos vivens percepit vassallus , al- lodiales per separationem effectos esse constat , nec feudi amplius esse dicuntur , ut post *Lucam de Pen.* & *Camer.* tradit D. de Franch. decis. 18. n. 10. & probatur ex text. in c. I. an agn. quem ad id expendit *Curtius in trac.* feu. par. 3. prin. membro se- cundo prime partis n. 47. Ergo nulla ratio ne ad dominum pertinere poterunt . Sensus ergo legitimus verborum est , post Augustum , dominum , quandoconque mortuo vassallo , fru-
- ctus omnes post ejus mortem percipiendos ; fore percepturum ; oportet enim fructus ad esse , qui percipi possint , a vassallo autem vivente perceptos non avocaturum , quia neque dicit hoc textus , & per se iniquum est . Ponamus ergo vassallum decedere Kalen. Octobris non leuis uvis , omnes do minus percipiet , nec cum hærede pro rata dividet , nulla hæredi fit injuria , si vas fallus in hac re fructuario comparetur . Est certè , ut opinor , longioris ævi fructuarius ,
- 10 quem qui utilē dominum dicunt , sine le ge dicunt , cum in usibus feudorum , nec in jure civili nomen hoc ulkibi legatur , &
- 11 ex c. I. de contr. int. vas. & al. de ben ibi , ipse solus utiliter agendi , & excipien di potestatem habeat , non rectè Camer. in rep. l. Imperiale de probib. feu. f. 39. lit. C. aduersus hebetes ingenio argumentatur . Quia utilis actio , vel exceptio plurimum ab utili dominio distat , neque illud necessariò ponit . Quare dominium hoc summa ratione chimera est post *Inn. Isernia* cen- suit in c. primo. §. rei autem de invest. de re al. facta , aliisque locis cogestis per Jac. de Franch. in prelud. feu. c. I. n. 21. est enim imaginatum , non verum dominium si formam species , nomen tamen doctrinæ causa rectè positum , & usu receptum con- cedo , ad significandum utilitatem , & effe- ctum , non autem formam dominii , ut latius doceo lib. sing. de vera poss. subst. c. I. n. 7. & seq. Sed ea dominii utilitas rectè longioris ævi fructuario compa- ratur , ut similis in plerisque sit , quamvis in quibusdam etiam major . Si vero vas fallus moritur Kalendis Novembbris uvis lectis , inceptum est disputare de uvis , quas dominus percipere nequit , percipiet ergo de cætero a die mortis fructus omnes , olivas forte , poma , glandes &c. Si percep- tos hæredi relinquimus , in hoc etiam fru- ctuarii hæredi comparamus . Hoc *Baldus* cen- set rationi consonum . Sed hoc , non aliud author voluit ; aut etiam dixit . Quare non sine injuria , ne incuriam etiam adjiciam , *Isernia* , *Baldus* , *Parisiensis* iniquum te- xtum hunc dixeré , quos de veritate dubius retulit D. de Franch. decis. 19. num. I. 2. & 3. non tamen suo , quod optandum fue- rat interposito iudicio . Hæc de posteriori an-
- 12 ni parte satis . De priori , cur ea usque in Kalendas Martias exclusive , non ultra
- 13 producitur , inquirit *Baldus* , & cur Mar- tius , & Augustus sint divisionis extrema . Affert , quia cessante jam hyeme de mensi Martii vassallos ad bellum accingi consuecat .

Ratio infirma , quoniam sumpta a raro contingentibus *l. nam ad ea sup. de legib.* Addit, quod si fructuum productionem spectamus , annus a martio sumit initium , quo virentem herbam produxit . Infirmiter , quia remotior , nullam enim vassalli , aut domini rationem habet , itaque nec ratio est .  
*14. Alvarotus adducit* , quod jam decursa sit anni medietas , ilium cum *Isernia* in duas partes dividendo , quod rejecta divisione rueris re compertum est . Ego igitur existimo in ea divisione ad messem respexisse . Semina , quae Novembris mense sata esse solent , jacent secundum communiter accidentia mensibus octo , nam in fine Junii separantur , dividit aquabiliter domino videlicet , Novembris , Decembris , Januarii , & Februarii menses quatuor tribuens , sequentes quatuor Martii , Aprilis , Maii , Junii tribuit vassalli hæredibus . Piores menses domino tribuit , quod fructus vix natos moram in libera possessione nanciscenda facere non deceat ; posteriores vassalli hæredibus , quoniam vassallus , qui medio tempore colluit spem percipiendi ad hæredes transmittens , prioris , & casus damnum aqua ratione compensat . Sed objicitur , quod textus per totum mensem Augusti , & ita sex non quatuor mensibus hoc jus hæredibus tribuit . Prudenter id factum , ut hæredes non modo messem separare valeant , sed spicas excutere , triticum expurgare , inque horrum destinatum inferre commode possint , ut eo usque dominus in fundo eos morari patiatur . Objicitur amplius , quod fructus etiam adsint , ut milium , sagina , & legumina quædam , & etiam poma , quæ mensibus illis duobus intermediis legi solent . Hæc ut appendices messi cedunt , & qui propter messem in fundo morantur , hæc etiam

velut accessiones consequuntur . Et si grave quid est post mensem Augusti , ut ante vindemiam vassallo mortuo eam integrum dominus percipiat , cum hoc additamento compensatur . Videtur author temporis potius , quam fructum divisionem fieri maluisse , ut quocumque tempore decedat vassallus , pro tempore a domino , vel hæredibus integre percipientur , ne si communis messis , aut vindemia foret , vassalli hæredem in ea divisione domino socium ficeret , quoniam a supremi dominii dignitate videretur abhorrens , quod honorem præcipue exigere solet *Isernia in c. I. §. rei autem n. 2. & 3. de invest. de re ali. facta* . Neque etiam consultum hæredi satis putavit , si sub cautione de qua in §. interdum *inf.* hac lege continuo possessioni cederet , quia impar liti futurus esset possessione substitutus , & tamen contra honorem domini , in eam quasi societatem recipi videretur . Quare aquabilem , & laudandam temporis divisionem suggestissime puto , & hanc interpretationem , quod reprehensione careat , ceteris rejectis retinere honestius , ac etiam justius est *arg. l. Salvius Aристо , inf. de leg. præstan.* , quam legem usu prius quam scripto commendatam iniquitatis accusare . Ex quo confirmari libentius poterit , ut locum habeat , cum feudum ad agnatum devolvitur , qui non sit hæres in allodialibus ut rectè expenso sex. *in c. I. An Agn. vel fil. apud Sacrum hoc consilium definitum refert idem D. de Franch. d. dec. 19. n. 4. & seq. & confirmat D. A Ponte conf. 52. n. 35. & seq.* De fructibus Ecclesiasticis messis profus aliena . Itaque vela contrahere & portum petere decet .



AP.

# APPENDIX<sup>183</sup> EPISTOLARUM

A D

## EJUSDEM LEGIS EXPLICATIONEM

*Quibus Joannes Baptista Laderchius vir eruditissimus, & idem Alexander Turaminus de vero illius sensu familiariter differuere.*



## ALEXANDRO TURAMINO

J. C.

Joannes Baptista Laderchius F.



Um legissim hodie commentariolum tuum, eruditissime Turamine, quod edidisti in *l. Divortio ff. sol. matr.* vidissimumque & veterum, & recentiorum Doctorum varias interpretationes a te con-

futatas, & unam tantum *Duarenii* probatam, miro sum accensus desiderio inquirendi in sententiam *Papiniani*, quasique revivixit pristinus meus ille vigor vegetoris ætatis, quo diurna, nocturnaque manu volvebam, ac revolvebam juris civilis volumina, & ferè nolens, ac invitus arrepto calamo, & si multis pres-

sus curis, hæc paucis horis dictavi, quæ judicio tuo libenter subiicio, &, nisi fallor, mea non longe abest a mente *Papiniani* sententia, & est æquissima, ac respondens geometricæ, ac arithmeticæ proportioni. Sed antequam animi mei sensum aperiam in *Duarenii* sententiam inquirere operæ precium du-

co.  
Et, ut omnino placere possit, animadverto. Primo quod male distribuit duodecimam solius vindemiæ, & tamen omnium fructuum anni præteriti distribuenda, dum in divisione facienda duodecima eorum Octobri debet attribui. Et si enim vindemiæ meminerit *Papinianus*, fundum tamen traditum in dotem, non vineam dixit, & messis etiam mentio facta in §. item si messes, & fundi

Z 2 ite.

iterum in §. non solum. Quare *Accursius*, & qui cum eo dicunt vineam suisse datam in dotem a verbis *Papiniani* recedunt. *Duarenus* ergo male duodecimam ex sola vindemia conficit. *Cujacius* ad *Papiniani* quæstiones arbustum in dotem traditum putat, quod dicit esse agrum feracem messium, & vindemiarum, qui cur arbustum luce congerat, cum fundi meminerit *Papinianus*, non facile dixerim, & præsertim cum arbustum sit locus arboribus consitus, qui pastinari solet, ut in l. *impensa ff. de verb. signifi.* & inde vites arbustarum, hoc est arboribus adjunctarum. Quare dum *Duarenus* duodecimam solius vindemiarum dividit, cæterorum fructuum viro adimit duodecimam, fallitur, qui tamen error est ei cum aliis communis. Nec dicat quis fructus perceptos ante matrimonium non venire in contributionem, quia & id apte fateor, & assero singulis mensibus omnium fructuum ratam esse attribuendam, quæ res cum parum fuerit a nostris animadversa, in causa fuit, ut excitarint hoc loco varias quæstiones, a quibus se non facile extricant. Et quia hoc pertinet ad faciliorem *Papiniani* explicationem, non me pigebit comprobare.

Primo itaque adfertur ratio hæc. Certum est venire in computationem non solum fructus matrimonio constante perceptos, sed & qui post divortium eodem anno percipiuntur ad. §. item si messes. Sicut ergo computantur fructus percepti post matrimonium, ita & percepti ante computari debebunt.

Altera est ratio, quia si silva cædua in dotem data sit, quæ singulo quoque quinquennio cædatur, & matrimonium diremptum sit ante cæsuram, vir consequetur portionem ex tota quinquennii cæsura pro tempore, quo matrimonium steterit, & ideo venient in computationem etiam anni, qui matrimonium præcesserunt. Et quod dicitur de quinquennio, idem & de anno, & contra §. quod in anno.

Tertia est, quia si stetisset matrimonium uno mense, quo nullus fructus fuisset perceptus, vir gratis onera matrimonii substituisset. Atqui *Papinianus* iniquum existimat virum totam vindemiam, quæ fit Octobri, sibi vindicare, iniquum quoque est, si nihil colligatur eo mense, nihil cum consequi. Reete in l. bac in princ. secundum ordinem Pandectarum, impensarum rationem haberi dicitur, non factarum tantum in colenda vinea, ut *Accursius*, & alii falso opinantur, sed in aratione, & satione, & in cæteris

agricolationis muneribus, & inde compræbetur, sicut omnium impensarum ratio haberi debet, ita & fructuum singulorum mensium haberi debere, sicut enim singulis mensibus curantur, ita & singulis mensibus percipi intelliguntur, ut nullus mensis sit sine fructu.

Quarto hoc probat §. e contrario, qui subsequitur, namque duodecimam non ex locatione, sed ex die traditi fundi dat viro, si uxor percepta vindemia nubat, & hoc sibi velit *Papinianus*, duodecimam vir habet singulorum mensium, quibus stetit matrimonium, & quidem integrum ex omnibus fructibus, ergo & in primo casu vir habebit similem duodecimam: habet duodecimam fructuum vir non facta vindemia ab uxore, habet & in casu contrario, quando facta est, non alia profecto ratione, quam quod omnium fructuum unius anni sit computatio, & in duodecimas distributio pro rata.

Quinto hoc probat manifestissime §. non solum infra ubi *Ulpianus* aperte ait totius temporis, quo curantur fructus, non quo percipiuntur habendum rationem, idque non tantum in fundo, sed & in pecoribus observari, nam & hic inquit, hoc est non solum in fundo, cuius supra meminimus, sed & in pecore, & Aret. ibi post alios id optime declarat.

Neque obest, quod scriptum est in d. §. item si messes in hæc verba Apparet sigitur ex his, illos fructus, quos mulier percepit, antequam nuberet, non venire in contributionem. Etenim locus hic, ex quo nostri confirmant, omnes fructus ante matrimonium perceptos ad uxorem pertinere, si rectè colligatur, nostram sententiam probat. Si quidem in hac divisione fructuum, quæ fit inter virum, & uxorem, illi fructus dicuntur ab uxore percepti ante matrimonium, qui pro rata mensium, aut debebantur, aut erant percepti. Exempli gratia locatus est fundus ex Kalendis Novembris, contractum est matrimonium Kalendis Septembris, merces solvenda est suprema die Octobris, dicemus uxorem percepisse fructum decem mensium, qui matrimonium præcesserunt, qui non veniunt in contributionem. Quod de locatione dico, idem constituendum est etiam, si fundus non sit locatus, ne sit in facultate uxoris invertendi æqualitatem, quam lex inter conjuges servari vult. Itaque etiam si uxor non locasset fundum, sed fructus omnes

Omnes præter vindemiam ante matrimonium ipsa percepisset, illi tamen tantum habebuntur pro perceptis in divisione, qui pro mensibus, qui matrimonium præcesserunt, ad eam pertinent, quia, ut dixi supra, omnium mensium in hac divisione æqualis debet esse fructuum portio. Hanc esse mentem J. C. probatur apertissime dum infert ex propositis speciebus apparere non contribui fructus ante matrimonium perceptos in §. *Papinianus* duodecima tantum ex vindemia debetur, quia undecim menses ejus anni præcesserunt matrimonium, & partes undecim, ex ea licet perceptæ non essent, pro perceptis habentur, nec veniunt in contributionem. Idem probatur in §. *ex contrario*, ubi non confertur vindemia, quia fuit collecta ante matrimonium anno præcedenti: & alterius tantum anni præ mensibus, quo stetit matrimonium, fructuum portio retinetur. Ita & in §. *item si messes* non habetur ratio vindemiarum collectarum ante matrimonium, sed colligendæ post, non enim confunduntur anni, nisi æqualitatis ratio cogat. Sed & si vir post Kalendas Aprilis locavit fundum, ea lege, ut tota messis illius anni, qui quoad fructus finitur supra die Octobris, sequatur colonum, non Oberit hæc pactio uxori, si solvatur matrimonium ante vindemiam, quasi merces messis factæ mense Julio integra sit viri, nam fiet divisio præ mensibus, qui præcesserunt, & quibus stetit matrimonium, tam messis, quam spei vindemiarum, nec portio fructuum, quæ attribuitur mensibus præcedentibus matrimonium, contribuetur, sed integra esse debebit uxoris, & secundum hanc dimensionem perpetuè servabitur æquitas inter conjuges, in qua re Doctores valde conflictantur, & tandem coguntur facteri emergere quandoque iniquitatem in hac divisione, quo nihil ab ipsis Juris consultis magis alienum. Sit ergo firmissimum fructus anni totius venire in computationem juxta leg. de divisione, & l. si ante sup. in quibus ex die matrimonii incipit annus, & durat ad eundem usque diem sequentis anni, & retinentur a viro fructus pro rata mensium, sive sint fructus duorum annorum, sive unius, & sive percipiuntur uno, vel altero mense, sit enim eorum distributio in singulos menses, ut supra diximus.

Sed & sensus *Duarenus* verbis *Papiniani* repugnat, & quod hoc loco totum facit, aut ille disimulat, aut non agnoscit. Nam *Papinianus* secundum *Duarenus* confundit, vel miscet duodecimam vindemiarum, & quartam mercedis.

Cur hæc confusio fit, quæ omnium ingenia & confundit, & torquet, si necessaria non est. An non erat clarus dixisse duodecimam vindemiarum, & quartam viro dari? Cur confundere, ut quod distinctum est, distinctum maneat? Cur obscurare definitionem illis verbis, & ex ea pecunia tertia viro relinquatur? Scilicet non eo erat ingenio *Papinianus*, ut confundendi verbo præter remuteretur, qui, ut omnium est Juris consulti, prudentissimus, ita & verborum proprietatis tenacissimus, in cuius responsis, licet plerumque sit obscuritas, id evenit potius propter materiarum perplexitatem, quas ille tractat, quam quod ille obscure loqueretur.

Præterea *Papinianus* fructus vindemiarum, & quartam mercedis confundit, *Duarenus* autem solam duodecimam. Verum inquit c. ult. lib. I. disput. ann. Si confundatur quarta illa pars mercedis, & fructus vindemiarum non quidem integræ, sed pro modo temporis, quo ante locationem stetit matrimonium, hoc est duodecima, quia uno mense ejus anni stetit. Simpliciter dixit *Papinianus* fructus vindemiarum confundi, *Duarenus* duodecimam, qui tamen dum hanc legem interpretatur in suis commentariis ad hunc titulum fructus vindemiarum dixit, duodecimam tacuit forte, quod *Papinianus* aliter sensisse crederet. Et si secundum ejus interpretationem dum respondeat *Eginario* eum reprehendenti, quasi non fieret confusio, ita responderet, ut videatur voluisse solam duodecimam confundi, quæ res indicat *Duarenus* non sat sibi constitisse, qui tamen commendari multum debet, quod omnium optime geometricam proportionem primus excogitaverit, dum utriusque anni fructuum habet rationem, qui plerumque sunt inæquales: at certè non omnino rem assecutus est, aut si assecutus est, non ita declaravit, ut intelligi recte posset.

Ego itaque *Papinianum* sic interpretor, ut servata æqualitate inter virum & uxorem, cui maxime in toto hoc tractatu Jurisconsulti student, quidquid Doctores contra obnuntiantur, a verborum proprietate non recedam.

Dico ergo primo, ut jam attigi, integros fructus non duodecimam vindemiarum, sed & præterea quartam mercedis confundi, & non solum fructum vindemiarum haberi rationem, sed omnium anni præteriti, propriè autem confundi *Papinianus* dixit, quia facta confusione fructuum vindemiarum, & quotæ ex ea pecunia conficitur tertia pars constans non

*ex*

ex duodecima vindemiaz , nec ex quarta , sed ex alia duodecima , & alia quarta , ut apparet , si numerus in singulos menses dividatur , propter fructuum utriusque anni in qualitatem . Exemplo res fit manifesta . Ponas locatum fundum nonaginta sex , quarta pars mercedis erant viginti quatuor , vindemiaz sint triginta , fructus integri anni præriti centum & viginti , & vindemiam quartam partem fructuum supponamus , non ut *Duarenus* multo majorem : confunduntur triginta , & viginti quatuor , & ex ea pecunia fit tertia , quæ constat ex duodecima fructuum anni prioris , & ex quarta mercedis anni instantis , duodecima centum & viginti sunt decem , quarta nonaginta sex viginti quatuor , quæ si coniungas , triginta quatuor erunt , quæ constitueat tertiam duodecim mensum . Hunc numerum si quatuor mensum , quibus matrimonium stetit pro rata applies , erunt octo aurei , & dimidiam alterius . Ante confusionem , sex aurei dabantur ex mercede singulis mensibus , ex fructibus dabantur uni mensi decem . Et ideo aptissime dixit *Papinianus* confundi fructus , & quartam , quia corrumpuntur duodecima , & quarta , & aliis exoritur numerus respondens utriusque anni fructuum distributioni . Nusquam enim in jure fit confusio , quia ex ea esse . Etus aliquis sequatur , confusionem , mixtionem , unionem , collationem , contributionem appellant Jurisconsulti , ut nunquam otiozæ sunt ; ut hæc per *Duarenus* esset . Idem *Papinianus* in l. in ratione §. quod vulgo , & in §. quæsum ad l. Falc. cum de eadem re loqueretur contribui , permisceri , & confundi dixit , *Ulpianus* in l. i. §. præterea permiscere , unire , confundere , contribuere , de sep. bon. sub. tit. de tribut. contribuere , & conferre , & sub tit. ad l. Rod. de jac. atqui fit semper confusio ex causa , & ex ea effectus aliquis surgit , ut hinc si non aliunde nostri doceri potuissent totius anni fructus confundi oportere , quoniam inepta eset confusio , si vindemiaz duodecimæ ratio tantum haberetur .

Prudenter autem *Papinianus* tertiam dixit , quoniam certum erat eam deberi , cum quatuor mensibus constitisset matrimonium , at quia tertia hæc erat incerta quoad quantitatem , ei satis fuit geometricam analogiam constituisse . Quid enim si messes grandio abstulisset ? Certè his casibus , non duodecima totius redditus annui deberetur , sed ejus tantum , quæ vere perceptus esset , necessaria itaque est confusio , nisi *Papinianum* virum gravissimum in varios computationum

anfractus trahere velimus :

Accedit , quod quartam mercedis in numerato habet vir , at uxor ejusdem dodrantem in fine anni tantum habebit : ut ergo sit justa proportio , & analogia , habenda erit ratio , quod vir habet plus tempore , ideoque aliquatenus quarta minuenda , ut in hac etiam causa , & quia fructus duorum annorum confunduntur , *Papinianus* recte verbo confundendi usus sit , & satis aperte , & clare locutus , dum tertiam , ut quatuor mensibus respondentem , constituit , item & rationem ejus ineundæ docet , dum confundit fructus vindemiaz , & quartam mercedis , & ex pecunia , quæ ex fructibus , & mercede conficitur , tertiam viro dari vult : non tamen adeo aperte loqui potuit , quin Doctores te nebras ejus verbis offuderint .

Hæc est mea de l. *Divortio* sententia , quæ si tibi vir eruditissime probabitur , eris mihi instar omnium jureconsultorum , quotquot olim fuerunt , & nunc sunt .

Datum Mutine die 24. Novembris 1604.

*Joanni Baptista Ladercio C. L.*

ALEXANDER TURAMINUS F.

**A**dvenit tandem Saracius noster , tuasque literas dedit eruditionis , & elegantiae plenissimas . Neutrum sum admiratus , sed id solum te procul a gymnasii in recta reipublicæ administratione tot annis summa cum tui gloria versatum , tui ingenii vires ad difficillimas Academiarum controversias tanta cum facilitate , ac etiam cum felicitate transferre : Commentarium itaque meum ad l. *divortio ff. sol. matr.* legisti , & quasi tillatione excitatus in *Duarenus* ; & consequenter in me ipsum diligenter inquirens plura proponis . Quid ergo sentiam ingenue rescribam , tuque libentius , quam alterius cuiuslibet censuræ subjiciam .

Existimas non vineam , sed fundum datum in dotem , & messium , non vindemiaz duntaxat , habendam esse rationem . Proinde messes venire in contributionem apte tamen , ut pro rata mensum ante matrimonium omnes ad mulierem pertineant . Qua in re videris sub quadam moderatione utramque probare , & venire in contributionem , & non venire .

Hic

Hæc mihi examinanda constituo, si dixero primum me & Duarenio, & mihi ipsi gratulari, quod in universum, & geometriæ proportionis inventum probes, & ad illius rationem nostro inito calculo subscribas, dum constanter asseveras, duodecimam ex fundo, vel vindemia esse sumendam. In eo quod excitas ad Papiniani explicationem facillimum erit me in tuam venire sententiam. Et quidem si ad Papiniani, ita potius ad Ulpiani contextum respexero, non invitus concedam fundum, non vineam datam in dotem. Sed quod diffinitum est data doti vinea, idem futurum in Papiniani specie dato fundo, nisi contrarius mihi esses, pro certo habere. Probo itaque speciem in fundo, ut ponis definitionem adhuc probare non possum. Oportet enim fructus ante matrimonium perceptos nullo modo in contributionem venire, & ideo præterite messis a muliere perceptæ nullam habendam esse rationem.

Primum quasi id ex præcedentibus inferatur afferit Ulpianus in §. item si messes his verbis Apparet igitur ex his, illos fructus, quos mulier percepit, antequam nuberet, non debere in contributionem venire. Aperte ait non venire, idque ex his apparere, quæ hactenus diffinita sunt. Querendum quomodo ex his appareat, & si appareat querendum de ratione. Apparere videtur ex pluribus. Primum ex l. si ante eod. sit. quia a viro ante nuptias percepti doti imputantur, non ergo venire possunt in contributionem fructuum. Sic in l. fructus, ita species ponitur dati prædii, & tamen nec verbum quidem messium, sed vindemiarum tam pro fructibus dividendis, quam pro impensis deducendis ratio habetur. Tertio in ipsa l. divorcio id Papinianus aperte diffinit his verbis: *Vindemia fructus, & quarta portio mercedis confundi debebunt*. Perperam præcisa oratione usus esset, quæ fructus messium magis excluderet, quam omitteret, si aliqua ratione possent in contributionem venire. In §. ex contrario jam percepta vindemia fundo in dotem dato præteriorum messium non est ut ratio possit haberi, quia, nec perceptæ vindemiarum habetur. In §. item si messes id evidentius appetit. Ut nulla plane species in hoc universo divisionis contextu fructuum, quos mulier percepit antequam nuberet, contributionem contineat. Quare ab ea, & Psulus, & Ulpianus, & Papinianus sedulo abstinendum putarunt. Ratio ex parte mulieris, & ex parte viri

obvia esse videtur: Ex parte mulieris, quia cum doti dar fundum reposita messe, hi fructus in contributionem venire non possunt, neque ratione curæ, neque impensarum, neque matrimonii, neque voluntatis. Non curæ, non impensarum, quoniam & cura, & impensa, & perceptio tota mulieris fuit, antequam nuberet. Non matrimonii, quia eo tempore nihil actum, quod ad præteritam perceptionem trahi possit. Non voluntatis, quia mulier perceptos sibi habere constituit, & forte consumpsit. Non etiam ex parte viri, quoniam cum ei fructus attribuimus pro rata temporis, quo matrimonium fuit, quos ex anno præterito non perceptit, ex anno futuro consequitur, in domino non est, aut, si quod sequatur dominum, patitur volens, qui eo tempore, & ea conditione accipit, nulla super fructibus perceptis interposita cautione. At si mulier percepta vindemia fundum doti ex contrario dederit, ratio & futuræ messis, & vindemiarum habenda erit juxta §. item si messes. Quando nondum lectis uvis dat fundum, uvae leguntur matrimonio constante, ideo ad virum pro rata pertinent, messis ante percepta nullo modo. Nihil sentio iniquum. Tamen afferam si fundum nondum lectis uvis doti dederit, & grandine, vel igne, vel quolibet adverso casu nihil in vindemia fuerit, in specie Papinian. ex accidenti virum solam quartam habiturum ex mercede locationis, quia nihil sit, unde duodecima conflari possit, non ex messis, quoniam percepta ante matrimonium non venit in contributionem, non ex vindemia, quoniam nihil in ea fuit, & tamen nihil id oppugnat, aut geometricam proportionem, aut nostrum calculum, quoniam sterilitas cum ubertate compensatur. Eritque hoc casu durior conditio mariti, quam conductoris, qui remissionem ob sterilitatem petere potest, maritus vero non potest. Ratio satis aperta, quia maritus est dominus dotis l. quævis ff. de jur. dot. l. in rebus C. eod. colitque fundum ut dominus, cui sterilitas sine remedio nocet, non ut conductor soluta mercede. Dedit doti mulier fundum cum potestate percipiendi uvas, si acta non perceptit, nihil ad eam sufficit, si ita dedit, ut percipere posset. Neque enim dicimus viro duodecimam vindemiarum non debiri, sed dicimus non extare. Hinc intelligi potest, non esse eandem rationem futuri post divortium temporis, atque

que ejus, quod matrimonium praecepsit, quoniam initium anni, quo matrimonium constitutum summa ratione trahitur ad futurum, ut ratio partis sumatur ab integro anno, non ad præteritum, quod sine ulla necessitate fieret, & contra mulieris intentionem, quæ interrogata responsura sit, se nec cogitasse quidem respectu fructuum jam perceptorum, quidquam juris marito tribuere. At inquis re ipsa non tribuet, dicam ego fieri potest, ut tribuat. Pone in vindemia sex, in messe centum, & viginti. Ego dimidium ex vindemia sumo pro duodecima, tu vero decem addes ex messe, & erit duodecima constans ex decem cum dimidio, magnusque futurus erit mulieris conquestus, & ut opinor justissimus, neque solatum aliquod hoc casu ex tua interpretatione recipiet. Sic primæ tuæ ratiocinationi satisfactum puto. Occurro secundæ longè facilius, quia & si temporis præteriti necesse sit in Sylva cædua, ut ponis, haberi rationem, quod concedo, palam est nihil ante matrimonium cæsum esse, & cum perceptio fructuum sit ipsa cæsura, nulla pars fructuum ante matrimonium percepta est. Quinquennium quasi annum sexaginta mensium computamus, & dividimus. Præterita cæsura, quæ fructibus perceptis comparati debet, neque in Sylva in contributionem venit, neque id contendis; Quare exemplum meam juvat sententiam. Si uno mense stetisset matrimonium, habet vir duodecimam, nec gratis substatinet onera, & si nihil in vindemia sit, ille unius, mulier undecim measum jure dominii gratis jateturam patiuntur, fructus dotis ita demum vir suos facit, si extent; si non extent, patitur ut dominus sterilitatis damnum. Quod & in toto anno potest accidere, belli sorte, vel alia calamitate irruente, & pati cogitur damnum contingens in fructibus totius anni, ita unius mensis sine ulla querela hoc damnum subire compellitur, perinde ac si mulier indotata fuisset. Quarta ratio non me movet, quoniam, & ex d. §. ex contrario deducitur conclusio d. vers. apparet fructus a muliere perceptos, antequam nuberet, non venire in contributionem. Eo casu, vir habet portionem fructuum futuræ messis, & futuræ vindemiæ. Ipsamet distributio in duodecim mentes offendit tuam ratiocinationem. Quia nunquam duarum messium contributionem valet inducere. Annum matrimonii quovis modo, & a quovis mense constituas unam vindemiam, messem unam comprehendit, non duas. Quare si vir in Papiniani specie non

locasset fundum, & in fine Septembris divitisset, ac ita matrimonium integro anno constitisset, ex præterita vindemia duodecimam habuisse, & ex futura duodecimam mulierem dimisisset, ita si. partibus ex futura vindemia sumptis, i. ex præterita, unam eamque integrum vindemiam obtineret.

Dices tu, debet quoque integrum messem habere, quia anno integro stetit matrimonium. Respondeo annus matrimonii sic incurrit in duorum annorum fructus, ut quoad messem undecim mensibus constitisse videatur. Quinta sumpta ex §. non solum non urget, quia vir in messe ante matrimonium percepta nullam curam adhibuit. Et ut uno verbo dicam, quamvis fundum in dotem acceperit quia Kalendis Octobris accepit, & ita in fine anni, habetur, ac si vincam non fundum pro eo anno doti accepisset; lectis postea uis incipit fundum in dotem habere, & hac ratione fit, ut toties cum fundus datum sit, sola quæstio vindemiarum excitetur, non præteritæ messis. Quando vers. apparet ita exponis, quasi mulier non integrum messem perceperit, sed in tua hypothesi decem partes, in hac Papinian. undecim, easque non venire in contributionem, alium d. vers. sensum esse opinor, ut de vera naturali perceptione verba Ulpian. non autem de hac tua intellectuali, seu civili accipi debeant. Neque suffragatur tibi in §. non solum, ait enim, Nam & bic fructum, toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur rationem accipere debemus. Ita curam a perceptione distinguit, ut cum ante perceptos dixit, naturaliter dixisse videatur, non civiliter, & undecim partes fructuum, quæ mulieri debentur, ratione curæ debentur, non quia pro perceptis habentur.

Quod diliputas adversus Duarenium super verbo confundo, videor ita cap. 3. n. 10. usque in finem explicasse, ut aliud non sit addendum, nisi eam quoque explicationem tuo ingenii acumine subvertas. Neque enim in ea verborum expositione Duarenio consentio, cui etiam objicio non pauca, quamvis calculum sequar, & probem, & vereor, ne caute magis, quam aperte in quibusdam locutus sit. Quo nomine Papinianum notari posse concederem non invitus, & si bonus quandoque dormivit Homerus, putabis Papinianum quamvis eruditio fama clarissimum aliud, quam hominem fuisse. Vedit latenter proportionis explicationem esse difficillimam, neque paucis posse declarari, & in multis perhorruit errandi periculum brevi

brevi sermone, ac generali prudenter forte usus est, docte minime. Et alii notarunt, & *Justinianus* notare *Papiniani* scripta permisit: Si id non patiaris, neque ego hoc in loco eundem laudari patiar, qui, quod debuit, non ita docuerit, ut manifestior eset. Non videtur mihi ulterius progredendum, quia si haec expugnes, in omnibus libentissime dabo manus. Ab iis igitur ut recedam, tu solus, cum eruditissimus sis, effice si vis, at ni contra sentias, cum possis efficere, ne tentes, quod tibi sit eruditio summa cum integritate conjuncta. Ego te unum mihi & adversarium & Judicem constituo. Vale.

Dat. Fer. die 10. Decembris 1604.

Alexandro Turamino J. C.

JOAN. BAPT. LADERCHIUS F.

**V**idi, mi Turamine, quæ rescribis ad l. divortio, sed dicam liberè, nondum a sententia mea possum abduci, & quia penes me non sunt nisi quædam schedæ raptim scriptæ, & adeo lituris oblitæ, ut legi non possint, exemplum enim melioribus literis scriptum secum tulit *Saracenus*, ut ex eo describere posset alterum, quod tibi daret. Ego ea tantum considerabo, quæ abste erudite, & prudenter dictata sunt. Primum est, quod aīs, constare fructus ab uxore perceptos ante matrimonium non venire in contributionem, ut est apud *Ulpianum* in §. item si messes. Apparet ex his, inquit fructus, quo mulier percepit antequam nubet, non debere in contributionem venire, quo nihil apertius videtur ex pluribus, inquis, hoc apparere. Primo ex l. si ante, ubi fructus a viro percepti ante fundum traditum dotis fiunt, & mulieri soluto matrimonio redduntur, si redduntur certè non contribuuntur. Addis in l. fructus vindemiæ tantum, non messis fieri mentionem. Tertiò subjicis in l. divortio vindemiæ fructus, & quartam mercedis confundi, de messis nihil *Papin.* ut nec in §. ex contrario messis præteritæ ulla ratio habita est, nec in d. §. item si messes, nec alibi, ubi diviso horum fructuum tracte-

tur. Hæc, et si in speciem efficacia, nihil me movent, sed antequam respondeam, dicam primo me non asserere fructus a muliere antequam nubat perceptos venire in contributionem, hoc a mente mea est alienum, tantum assero haberi rationem fructuum totius anni, ut æqua in divisione ratio ineatur. Dixi singulis duodecim mensibus applicari perceptionem fructuum pro rata ita, ut etiam si Julio mense fiat, messis non dicatur tantum fructus ejus mensis, sed & præcedentium, & sequentium, idque quoniam arbitror fructus a muliere ante matrimonium perceptos re ipsa, & naturaliter distribuendos pro rata singulorum mensium, tam eorum, qui matrimonium præcedunt, quam eorum qui sequuntur. Exempli gratia mulier nubit mense Julio facta jam messe, divortium facit Augusto mense, unius mensis ratam fructuum vir percipiet, mulier undecim mensium, non inspicimus an mulier ante matrimonium percepit, vel vir eo constante, sed habetur ratio mensium totius anni, ut justa fiat divisio, non ut percepti contribuantur, ut per me non differat, quo tempore fructus percipientur, quia percepti nunquam sunt, nisi pro rata mensium, qui præcedunt matrimonium. Neque huic positioni suprascripta adversantur, namque verba illa, apparet ex his, fructus a muliere perceptos non venire in contributionem, non negant haberi debere rationem horum fructuum in divisione, immo potius probant, ut dicam mox. Nec facile admiserim illationem hanc referri ad l. si ante, nec ad princ. l. fructus, sicut nec *Papin.* excludere meam interpretationem, dum nulla messis, ut puta, mentione facta vindemiæ fructus, & quartam mercedis tantum confundit. Quod ut rectè intelligatur, distinguendum est ita: aut integrum anno stetit matrimonium, & tum de fructibus alterius anni non est tractandum, qui si ab uxore sunt percepti sui sunt, si a viro doti imputantur. De anno integrum agitur in d. l. si quis ante, ut manifesta ejus sunt verba, ubi *Paulus* aliud subindicat observari in anno non integrum illis verbis, donec divortium fiat, quæ otiosa non sunt. Aut non est integer annus, quales plerumque sunt ii, quibus divortium fit, vel mors sequitur, & secus est; de hoc anno nominatim agit *Papinianus* in d. §. *Papin.*, qui, ut difficilior merito §. *Papin.* tractari debuit, & in hoc anno habetur ratio fructuum præteriorum, ut æqua sit inter conjuges divisio. Et hoc optimè *Papinianus* in sua specie probat, etenim

Aa

etenim dum iniquum esse ait, ut vir integrum fructus retineat, si uvis ab eo coactis factum sit altera die divertium, nihil aliud significat, quam perceptos fructus ab uxore viro non contribui, non communicari. Totam vindemia anni praeteriti facta est, dum constabat matrimonium; si vir est dominus fructuum ex dotali praedio perceptorum, ut cum aliis afferis, tota etiam ad eum pertinere debuit, & qui a Papiniano reprehenduntur, non alia meliori ratione uti poterant. Atqui Papinianus æqui tenax contra putat, quia licet re ipsa vindemia Octobri mense constante matrimonio percepta sit, tamen est vindemia duodecim mensium propter culturam, & curam, & ideo cum mense uno anni praeteriti matrimonium steterit, unius mensis tantum vir vindemiarum portionem feret, uxor reliquorum. Ex hoc apparet fructus perceptos ab uxore, hoc est vindemiam undecim mensium, qui matrimonium præcesserunt, non contribui, quia pro perceptis habentur, alioquin ad virum pertinerent, ut dicebant, qui ex die locationis tantum divedi fructus volebant, quasi annus praeteritus non esset annus divertii, sed præsens solus, & fructus omnes a viro percepti sui essent. Idem in vers. ex contrario apertius significatur, dum ibi dicitur mulierem coacta vindemiam statim locasse fundum. Fingo principio Octobris factam vindemiam, moxque traditum fundum viro, cui nupsit mulier, an habebitur ratio fructuum messis Octobris, perinde ac si coacta vindemiam non esset? Certè respondet J. C. haberis, dum portionem ex mercede pro modo temporis, quo dotale praedium fuerit, retineri constituit, agnoscit, ut pro modo temporis dixit, non pro mensibus, quia vindemiarum mensis non erat integer. Non prodest ergo mulieri anni praeteriti vindemiam coegisse, quia, & si nulli eo mense fructus superfuerint, portionem suam vir retinebit ex pensione, quæ si forte fructus ejus mensis fuerunt ampliores, quam portio pensionis, eo amplius vir retinebit, ut si pauciores, eo minus, ut perpetuo servetur æquitas. Prudenter dixit statim, ut indicaret, non ideo minus deberi fructus pro reliquis diebus mensis, prudenter pro modo temporis omnium mensium, quia mensis vindemiarum non erat integer, ut recte usus sit illa phras, *pro modo temporis mensum*, nec dixerit pro mensibus, ut supra attigi.

Pergit Ulpianus in §. item si messes, & idem constituit in fructibus, qui percipiuntur, post solutum matrimonium in anno divertii; quod

constitutum est in perceptis ante, ut scilicet, & eorum ratio habeatur. Concludit denique Ulpianus ex his fructus ante matrimonium perceptos non venire in contributionem ex bis, id est ex definitis in §. Papin., & in vers. ex contrario, ut illatio fiat ex proximis, non autem ex remotis. Et ne Ulpianus, quod parum convenire videtur, inferat ex Paulo, d. l. si ante, sed ex sua ipsius doctrina. Quod subjicis messium non fieri mentionem, sed vindemiarum tantum, non recipio, nam in l. fructus in prin. non constat fundum datum esse doti, & ideo vindemiarum tantum mentio facta, quod si & messis ibi, idem erit in ea servandum, quod in vindemiam, in qua habetur ratio impensarum praeteriti temporis, non alia de causa, quam ea, quod & si vindemiam uno mense percipiatur, totius anni fructus est, & commodum, ac incommodum conjuges partiuntur. Rectius & hoc probatur in d. §. Papin. si diligenter inspiceris, dum ibi fructus vindemiarum confunduntur cum quarta portione mercedis, & ex ea pecunia tercia portio viro tribuitur. Etenim cur omnes fructus vindemiarum confunduntur? Sanè si duodecima tantum vindemiam debita erat, frustra Papinianus ingerit confusionem. Dixisset, ferat duodecimam vindemiarum, & quartam mercedis, non otiosa debet esse confusio. Rursus Papinianus tertiam partem dat viro, hoc est quatuor uncias; at si duodecima anni praeteriti uncia est vindemiarum tantum, erunt unciae inæquales, tres omnium fructuum, una solius vindemiarum, quod est absurdum, & alienum a mente Papiniani, qui ideo confundit omnes fructus vindemiarum, ut integra uncia fructuum totius anni confici possit, & integra retineri. Hoc aperte probant etiam verba illa ex ea pecunia, quæ certe ex tota vindemiam conficitur; quomodo enim contribuitur integra vindemiam ad conficiendam tertiam, si tantum duodecima ejus debetur? Non alia profecto ratione, quam ut omnium fructuum tertiam portionem vir habeat, quia quatuor mensibus matrimonium stetit, conjungit Papinianus mensem praeteriti anni cum tribus præsentis, ut & illius, & horum æqualem det viro portionem, alias si de duodecima vindemiarum tantum sensit, ineptus fuit in locutione, quæ nullo modo hunc sensum recipit. Et ex his responsum videtur animadversionibus, quas subtilem congeris, & quæ ad annum integrum pertinent, potius quam ad hunc nostrum. Etenim si stetit matrimonium uno mense

mensē prioris anni , etiam si nulli sint percepti fructus , vel ob grandinem , vel ob aliam cladem , certum est tamen fructus præteriorum mensium applicari pro rata ei mensi , ut recte dicamus fructus illius anni esse , puta tantum centum , qui forte suiscent centum , & viginti , nili grando fundum concussisset , & duodecimam centum tantum viro deberi , quæ debita fuisset centum , & viginti . Sed nec ullam agnosca differentiæ rationem , inter præteritum , & futurum tempus . Siquidem fructus debentur viro pro mensibus tantum , quibus stetit matrimonium , & tamen initur in divisione ratio eorum , qui percipiuntur post divorarium , cujus rei nulla alia est ratio , quam quod & si percipientur post solutum matrimonium , augent tamen fructus eorum mensium , quibus constitit , quia ut dixi fructuum omnium anni unius rata singulis mensibus applicatur , nec plus dicitur esse uno mense perceptum , magis quam alio . Eadem viget ratio in præteritis fructibus , quia non minus distribuitur rata horum in singulos menses , quam illorum , & hoc mihi videtur æquissimum , & contrahentium menti congruens , qui scire debent hanc fructuum pro rata in singulos menses distributionem . Id ita esse evidenti argumento probatur . *Papinianus* iniquum putat virum retinere integrum vindemiam , & si constante matrimonio collecta sit , cur ita ? Profecto est dominus vir dotalis fundi , ut *I. quamvis de jur. dot.* & ut dominus lucrari fructus deberet ut evenit in emptione , & venditione , & in aliis contractibus transferentibus dominium , & hac ratione uti poterant ii , quos *Papinianus* reprehendit , ut dixi , tamen contra is sentit , quia non est æquum , ut vir totius anni fructus ferat , ne uxor soluto matrimonio cogatur mendicare . Interpretatur itaque lex , ut mulier ea lege fundum doti dederit , ut fructus suos faciat pro rata mensium , quibus matrimonium stetit , etiam si omnes percepit . Eadem ratio viget in uxore , quæ & ipsa licet perceptis jam fructibus doti dat fundum , lex tamen , & hic interpretatur perceptos eos esse , qui menses contingunt , quibus innupta eo anno fuit , non eos , quibus stabit matrimonium , quia sicut hi fructus pro rata his mensibus curati sunt , ita viro debentur , ne oneribus matrimonii astringatur dote vacua . Alioquin si uxor fundum locasset , ac mercedem anni totius percepisset , & in fine anni dissolveretur matrimonium , male

cum viro ageretur , qui de suo onera matrimonii toto eo anno substituisset . Non ignoro aliquos concedere anni sequentis fructus viro , sed nulla nec ratione , nec auctoritate .

Quid enim , si aut exigui sint fructus , aut nulli , ut quia grandine consumpti ? Absurdum , ut anni , quo stetit matrimonium , vir fructus non habeat , cum traditio fundi secum illa ferre debeat commoda , quæ singulis mensibus ex eo capiuntur . Sed & interim sequenti anno uxor mendicaret . Scio etiam alios concedere , ut vir duas vindemias eodem anno lucrari possit , quod iniquum putto , cum duæ vindemiae non sint fructus anni unius . Secundum meam definitionem viro , & uxori pariter perpetuū consultum est . Quod etiam de silva dixi non est præter rem , quia si ultimo anno quinquennii silva in dotem data sit , & eo anno steterit matrimonium , uxor quatuor annorum ligna , vir unius retinebit , & tamen uxor non percepit fructus naturaliter , sed ei datur propter præcedentem curam ipsius . Quod in §. *non solum* apertius dicitur , dum regula constituitur , ut in hac fructuum divisione non attendatur dies perceptionis , sed habeatur ratio totius temporis , quo curantur : at curæ totum annum respicit , sive mulier fructus percepit ante matrimonium , sive vir constante matrimonio percipiat . Ergo temporis curæ utroque casu habenda est ratio , & sic potius cura , quam naturalis perceptio attenditur . Et ideo si vir anno puta primo , aut secundo quinquennii silvam possedisset , & sic nullos ex ea fructus perceperisset , ob immaturam casuram , nihilominus in divisione rata ei pro tempore assignanda est , & fructuum ante matrimonium perceptorum , & percipientrum ratio habebitur , quia , ut recte dicas , quinquennium pro uno anno computatur , at certè hoc anno integro non stetit matrimonium , & si fructus ante percepta non computantur , habenda esset ratio annorum sequentium , non autem eorum , qui præcesserunt matrimonium , qui per se ad uxorem spectarent . Eadem ratio viget in §. *Papinianus* , quia & ibi unus est annus , sed quia matrimonium stetit uno tantum mense , duodecima viro debebitur , undecim partes uxori tam fructuum perceptorum ante , quam post matrimonium , ut sit æqualis divisio , ut sit in quinquennio . Postremo non omittam certiorem esse fructuum præteriorum divisionem , quam futurorum : nam quo tempore sit divorarium

certus est calculus fructuum, tam ab uxore ante matrimonium, quam a viro eo constante perceptorum, at futurorum non ita. Ideoque prudentissimè *Ulpianus d.* §. *item si mes- ses non vindemiam, sed spem futuræ vindemiæ venire in computationem dixit, quod male nostri intelligunt, & inter alios *Duarenus* dum venire in computationem, & messem vult, & vindemiam.* Cur autem non exceptetur collectio vindemiæ, nec uvæ, ut tunc vera divisio fiat, ea, ni fallor est ratio, quod in divertio conjuges iis utebantur verbis. Res tuas tibi agito. Res tuas tibi habeto. Erat itaque tollenda omnis occasio in posterum invicem tractandi, & ideo spes vindemiæ futuræ estimabatur, ne qua inter conjuges postea controversia suboriantur.

Hæc rescribo mi *Turamine*, ut diligentius consideres, an communis, an mea sententia sit probanda, quæ ni fallor, ut est per se æquissima, ita & validis rationibus, & argumentis communis.

*Dat. Mutine die 20. Decem. 1605.*

*Joanni Baptiste Laderchio J C.*

### ALEXANDER TURAMINUS F.

**E**loquentiam mira cum eruditione conjuntem, quam tuæ replicationes præferunt, suspicio plurimum. Vix resisto, ne me intuam sententiam venire compellant. Juvat veritas, ut opinor, quæ si non ornata, constanter tamen, & me, & scipsum tueretur omnimodo. Qod tibi assumis perceptionem fructuum civiliter, non naturaliter esse existimandam, & ex mensibus etiam, qui illi præcedunt, sine legum ipsarum injuria tibi concedere non possum. *Ulpianus in §. non solum ait: Nam, & hic fructuum toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur rationem accipere debemus.* Vides curam distribui, non perceptionem, & perceptionem naturaliter accipi, non in menses distribui, perceptos fructus, non percipientes distribui, quod est longe diversum. Ex tua hypothesi mulier percepit 11. partes messis, ex mea totam messem, quia illa integræ de mense Julii naturaliter percipitur. Et menses Augusti & Septembri inde sequentes nihil ad perceptam messem pertinent.

Trahitur perceptio ad curam in divisione fructuum, at ubi percepti sunt nullam curam desiderant, ut percipientur. Affero igitur messem a muliere perceptam integrum illius fuisse jure dominii, & nulla matrimonii futuri cogitatione consumptam, sive servatam, neque menses, qui sequuntur, ad perceptionem perfectam trahendi ullo modo sunt, quia nulla ratio id patitur, nec curæ quidem, cui inniteris, quia post perceptionem cura nulla in percipiendo desideratur. Affero amplius in universo istarum legum contextu verbum *percipiendi* naturaliter accipi secundum meam sententiam, non civiliter secundum tuam; id patet in d. §. non solum, ut dixi in l. *si ante ibi: Nam si ante nuptias traditus sit, & fructus inde percepti restituendi sunt quandoque, divertio factio, quasi dotis facti.* Ex hoc textu non modo colligitur perceptionem naturaliter accipi, sed quod tuam oppugnat sententiam, si ante nuptias, & ita ante messes fundus traditus esset, mox Kalendis Octobris matrimonium contractum esset, ut in specie *Papiniani*, omnem preteritam messem doti imputandam, velut perceptam ante matrimonium, non autem ejus habendam esse rationem in duodecima constituenda. In §. ex contrario ibi: *Nam si mulier percepit vindemia &c.* Vides etiam de naturali perceptione sermonem esse, & ejus nullam haberi rationem, quoniam ante matrimonium re ipsa percepit fuit, & quæ verba subjiciuntur: *Sed pro modo temporis omnium mensum, quo dotale prædium fuit, demonstrant menses, qui matrimonium precesserunt in divisione non considerari ad viri commodum.* Quare cum in §. *item si messes* dicitur. *Apparet igitur ex his illis fructus, quos mulier percepit, antequam nuberet, non debere in contributionem venire:* Quam conaris afferre interpretationem recipere non possum, quia mulier naturaliter integrum messem percipit, ergo nihil de messe contribuet, & tua civilis illa perceptione facit, ut undecim partes de messe percepisse videatur, quod & si subtiliter, & compte admodum insinues, mihi certe persuaderi non potest. Superior enim mea verborum naturalis acceptio, & plana, & toto contextui consentiens esse videtur. Sed etiam constanti, ut opinor, ratione munitur. Mulier fructus ante percepit jure dominii, & cum nubit, fundunt doti dat messe exutum. Nullo jure vir perceptorum fructuum rationem aliquam requirit, quia nullo modo dominium, quod titulo dotis assequitur ad fructus ante traditio-

nem

nem perceptos trahi potest . Neque viro est simpliciter dominus , sed cum causa , & ideo non simpliciter fructus suos facit , sed intuitu matrimonii . Causa facit , ut statim ac divortium factum est , desinat dominus esse , quia quoad eum desinit etiam dos esse . Ante matrimonium nec dominus est d. l. fructus , & cessat dominii causa , quia nec matrimonii onera subit . At vero eleganter objicis , quod qua ratione dominium , hoc etiam facto divortio pro modo temporis , quo matrimonium fuit , trahitur ad spem futuræ vindemiarum , ut in §. item si messes , ita ad præteritam messem , quæ matrimonium præcessit trahi poterit , & debet . Sed discrimen patere videatur , futuram vindemiam aliquo tempore curavit ut dominus , præteritam messem neque curavit , neque perceptione , neque matrimonio attingere potuit . Respicit vir fundum in tractatu matrimonii qualis est , qualisque futurus sit , de fructibus perceptis , nec cogitat quidem , multoque minus mulier , quæ dat fundum , inspecta præsenti conditione perce-

ptarum messium , nec rationem aliquam se debere justissimè putat . Quid subtilius comminiscimur contra legum verba , & mulieris intentionem ? Clara est conclusio sua munita ratione , nam fructus , quos mulier ante matrimonium percipit , in contributionem non veniunt . Id tu quoque concedis . Ego subiecito , perceptio naturaliter est accipienda . Hic integrum messem percepit , ergo duodecima messium non potest dici non percepta , & hoc nomine in contributionem venire .

Distuli respondere , quod duæ Forenses controversæ , altera Florentina , altera Bononiensis , & illæ quidem magni ponderis , & libros ferrè omnes , & ingenium , quod tenue est totum sibi vendicarint ; Sic mei ingenii exigitatem fateri , ut tui præstantiam admirari cogor . Vale , nullumque tui vehementius amantem , quam me , quamvis in hac sola dubitatione adversantem , putas habere .

Dat. Ferrarie die 3. Januaris 1605.



CE.

# BENEVOLO LECTORI

## ALEXANDER TURAMINUS F.



Ist Laderchius triplicationem sequentem una cum intellectu l. divertio, postquam typographo librum, quem conscripsoram ad d. b. cum appendice Epistolarum precedentium & aliis libris singularibus a me conscriptis edendum consignaveram. Hac quoque edit, et si ad meam sententiam subvertendam prolata, curae fuit, ut studiosi de re certe difficilima Laderchii sententiam, non modo meam integrum, accipiant, & ad veritatem indagandam conferre valeant. Neque haec, ut ab his, refellere decrevi, ne in infinitum disputatio progrederetur, tum quia stare adhuc viderentur, que scripsi, & si extraneum dotem dedisse proponamus, evidenter fient, quem pro tempore, quod matrimonium præcessit, vocari in contributionem fructum, nulla equitas, nulla analogia servanda ratio patitur. Eadem analogia, quod plus, vel minus aut in coindemna, aut in locatione ponamus, nihil immutatur. Hoc præcipue nomine differt geometrica proportio ab arithmeticâ. Mulier antequam nubat, extranea prorsus est, & fructus percipit ex causa absoluti dominii; Vir ex dominio cum causa. Hac prudenter animadversa negocium omne tollunt: sed tamen tibi lectori oculatissime expendenda relinquo, qui id boni, & e qui consulere debes, me, ut veritatem aliquando consequis possis, nec mihi pepercisse, dum haec contra me ipsum divulgarri, ipsemet curauis. Vale.

ALEX

# ALEXANDRO TURAMINO

J. C.

*JOANNES BAPTISTA LADERCHIUS F.*



Uantò fortius urges , tanto valentius obli-  
stere posse mihi vi-  
deor , & nisi distin-  
ctio mea probetur ,  
vix intelligo , quomo-  
do æquitas , quæ in  
hac materia conside-  
ratur , non obligetur ;  
imo nec quomodo certæ juris propositiones non  
concidant . Etenim certum est ex die contra-  
eti matrimonii , & fundi traditi fructus ac-  
quiri viro , & anno divorci , vel mortis  
inter eum , & uxorem , vel hæredes dividi ,  
& pro modo temporis , quo matrimonium stetit  
viro applicari . Ita in l. fructus §. Papini-  
anus sol. mæ. finges collecta messe matrimoni-  
um contrahi , & fundum tradi , & ad  
Kalend. usque Decembribus stare matrimonium ,  
duo hic anni incident , tres mentes ex an-  
no , qui præcessit matrimonium , unus ex  
anno sequenti , si annos ex perceptione fru-  
ctuum constituamus , ut tu , & Duarenus in  
vindemia facitis in casu Papiniani . Secundum  
hæc certum est fructus anni veteris Augusti ,  
ac Septembribus , & Octobris ad virum spe-  
ctare , quia his tribus mensibus stetit matrimoni-  
um . Sicut enim hi fructus pertinent ad  
eum annum , ita ut tales viro tribuendi :  
quare cum , ut alias dixi , licet fructus fere  
totus uno mense percipiatur , pro rata ta-  
men singulis mensibus applicetur , pro modo  
mensium , quibus matrimonium stetit , divi-  
sio facienda est , nec refert , quod mulier eos  
perceperit , & pro cultura , & cura ad eam  
videantur pertinere , ut vos dicitis de vinde-  
mia . Namque uxor dum fundum in dotem  
dat , intelligitur tradere & curam , &  
consequenter fructus eorum mensium , quos &  
si facto percepit , non tamen intelligitur  
percepisse propter distributionem , quam facit  
lex in singulos menses anni pro rata . Si  
vos anni præteriti fructus a viro perceptos ,  
viro tradere , ut onera matrimonii substi-

neat ? Item si Kalend. Novembribus contractum  
sit matrimonium , & fundus traditus , & di-  
vortium Kalend. Juui factum sit , septem  
mensium fructus ad virum spectabunt . Per te ,  
nisi civilem perceptionem consideras , vir ni-  
hil consequetur , quia nec messis , nec  
vindemia ab eo percepta est naturaliter , per  
me autem septuntem omnium fructuum , quia  
sufficit civilis perceptio , ut querantur viro .  
Et civilem hanc perceptionem agnoscent nostri  
in d. §. Papinianus , ut Com. in princ. &  
alii , & si non desint , qui dicant virum nil  
lucraturum fuisse , nisi locasset , quo nihil  
absurdius . Quid autem hæc civilis perceptio  
pendeat a cura , non a natura , & facto , pro-  
bat d. §. non solum , quem ipse citas , ibi enim  
mulier , quæ nil de re percepit propter curam  
præcedentem , fructus lucrat , quos tamen  
vir ipse naturaliter percepit , uxor autem ci-  
viliter percepisse intelligitur . Ita & in §.  
interdum ead. l. mulier viro cavet de red-  
dendis fructibus viro non alia ratione , quam  
ea , quod intelligitur ei deberi propter civi-  
lem divisionem , credo tamen te a me non  
dissentire his duobus casibus , atque civilem ,  
seu juris perceptionem non aspernari . Tan-  
tum dissentimus , quod ubi sunt percepti fru-  
ctus ab uxore nullam haberi rationem putas  
curæ , aut culturæ , & ideo messem excludis  
in §. Papiniani , quam ego in contributionem  
voco , ut unciam Duarenii , & tuam supple-  
am , & nisi fallor rectius , sive J. C. respon-  
sa , sive rationes attendimus . Etenim non  
videtur negari posse , quin licet mulier ante  
matrimonium fructus ceperit , cum viro fun-  
dum in dotem dederit , Augusti , Septembribus ,  
& Octobris mensium etiam illi rata fructuum ,  
quæ illos menses contingit , simul cesserit .  
Sunt namque hi tres menses ejusdem anni ,  
quo stetit matrimonium , & quo fructus  
uxor percepit , & æquissimum est , ut sicut ,  
vir integra onera matrimonii his tribus men-  
sibus substitinet , ita & fructus integros  
percipiat .

Sed ,

Sed & hæc opinio convenit his, quæ receptius traduntur in d. §. *Papiniani*, ubi post *Accursum* concludunt multi ex tribus aureis unum dari viro, hoc est tertiam partem, & ita mecum sentiunt, dum anni præteriti integros fructus viro tribuunt, & uncias integras, & æquales, non autem diminutas, ut tu facis, qui unciam anni præteriti ex vindemia constituis, & alias tres ex mercede, & ita inæquales, cum in locatione & messis contineatur. Hoc enim convenit illi positioni, ut pro qua parte stetit matrimonium, pro ea fructus viro quarantur, non diminuti, ut tu, sed integri, ut ego, ne J. C. certa positio plerumque contrahentes decipiat.

Sed & hoc in §. *Papiniani* apertissime probatur; inquit ibi *Papinianus*. Ex die matrimonii fructus dividì, non locationis, sed habita ratione præcedentis temporis, quo matrimonium stetit: ideo autem habetur ratio hujus temporis, quia non est æquum, ut tota vindemia retineatur a viro, & si percepta sit tempore matrimonii, & quarta etiam mercedis. Sanè *Papinianus* tractat ibi de divisione fructuum, & applicat tantum eos viro, quos constante matrimonio percepit pro rata tamen temporis. Ais tu collecta, est vindemia mense Octobris, quæ est anni præcedentis, applicetur duodecima. Replico ipse divisionem hanc videri indignam *Papiniani*, qua per te, si messis anni præteriti fuisset sine fructu, vir nihil habuisset, & quia est etiam inæqualis, cum aliorum trium mensium vir integrum fructuum portionem retineat, in qua & messis est, quod est etiam ex mente nostrorum, qui dum iniquum putant virum non consequi fructus integros, ultimum mensim aggregant aliis tribus, nec considerant, quod sit ultimus anni præteriti, sed ac si omnes ejusdem anni essent, cuique eamdem fructuum portionem attribuunt, quod *Alciatus* in *Parad. & Sorcinus*, ac *Jason*, & alii in d. §. *Papin.* faciunt. Præterea *Papinianus* vult haberi rationem temporis, ut pro rata fructus viro integri applicentur, non dicit habendam, & fructuum cujuscumque mensis, quasi si nulli sint, vel exigui, nihil, aut parum detur, si magni multum, quia significare vult constantem esse hanc positionem, ut pro modo temporis fructus integri pro rata distribuantur, etiamsi uno mense plus, alio minus perceptum sit, quæ res impulit *Papinianum* ad confusionem. Confirmat hoc, dum tertium ex quarta mercedis, & fructibus vindemiæ

constituit. Namque dubium esse non potest, quin cum mensibus quatuor steterit matrimonium, & ideo tertiam viro deferat, illa respondere debeat fructibus omnibus totius anni præteriti, & instantis, alioqui non tercia dicendum erat, quæ omnes uncias æquales habet, sed quarta, & duodecima vendemæ, quæ duodecima non implet tertiam, nisi omnes fructus contineat, ita ut nunquam possit dici virum habere tertiam fructuum anni, si sequamur tuam interpretationem, quia ratio distributionis inæqualiter sumitur, dum anni præcedentis vindemia tantum, instantis omnes fructus computantur. Tertia ergo conficitur, non ex quarta mercedis, & duodecima, quod fieri non potest, sed ex quarta, & ex omnibus vendemæ fructibus prout omnes confundit *Papinianus*, non solum duodecimam, ut sit vere tercia omnium fructuum quatuor mensium, & respondeat omnibus anni præteriti fructibus. Hoc ipsum comprobatur in vers. è contrario, qui cum sit facilis, Doctores eum obscurant. Siquidem hoc concludunt, vel *Papinianus*, vel *Ulpianus*, ut sicut vir collectam vindemiam non retinet totam, sed tantum pro modo temporis, ita quoque uxor, quæ collecta vindemiam statim nuplit, & fundum viro tradidit, non retineat totam vindemiam, quia fructus totius temporis, quo stetit matrimonium viro debentur. Et ideo si Kalendis Octobris vindemiam fecit, si hoc mense matrimonium pro parte steterit, & vendemæ vir, & aliorum fructuum portionem habebit anni præteriti, ut restet dictum sit pro modo temporis omnium mensium, quo dotale prædium fuit. Et nisi ita constituerimus magna emerget iniquitas. Etenim, si duodecima vendemæ non aquat portionem fructuum anni præteriti, mulier habitura est undecim uncias vendemæ, quæ additæ aliis fructibus possunt superare portionem undecim mensium ei debitam. Et quis credat *Papinianum* velle, ut vir ex fructibus ab eo perceptis non retineat ratam sui mensis integrum, sed amplius reddat uxori, quam habita ratione fructuum utriusque anni habere deberet? Est hoc profecto contra d. §. interdum. Comprobatur hæc declaratio, quia sicut si vir locasset fundum ante collectam vindemiam, utique integrum tertiam portionis retineret, si mentem ultimum, ut anni præteriti mensim consideras, nec ullus diffitebitur, & sic omnium fructuum haberetur ratio, ita quoque idem est dicendum si vir non locet, ut quatuor unciae fructuum sint ejusdem naturæ: alioquin satis

tius esset viro non computare vindemiam, & eam uxori relinquere, & ex mercede sola, quæ omnes fructus amplectitur, retinere. Habet certè secundum tuam interpretationem vir unum mensem sine integris fructibus, & tres cum integris, quod mihi absurdum videtur. Et secundum hanc interpretationem optimè dicitur è contrario, hoc est: sicut si vir collegit vindemiam, sit divisio fructuum pro modo temporis, ita & è contrario idem erit si uxor. Et ex his facile tolluntur, quæ objicis. Nam *l. si ante*, procedit, quando matrimonium integro saltem anno stetit, & unius anni fructuum sit distributio. Tunc enim nisi fructus ab uxore percepti dotis essent, vir eos lucraretur, cum onera matrimonii non substatueret, & certè *Paulus in d. l. si ante*, agit de anno integro, quem computat ex die matrimonii, & fundi traditi. Idem subjicit, in cæteris annis servatur, donec divortium fiat. Imo verò cum *Paulus* dicat ex die matrimonii annum incipere, & fructus dividi, hoc aperte indicat, sive fructus ab uxore sint percepti, sive manus, dividi fructus pro modo mensium anni illius, quo stetit matrimonium, qui cum partim constare possit ex mensibus anni præteriti, partim instantis, æqualis fiet secundum utrumque annum distributio, & quod videtur auferri una, ut dicitur, manu uxori, altera redditur, quia tanto plus habebit ex fructibus anni alterius, aut enim analogia servari debet, ac si omnes sint fructus anni instantis, nulla retrorsus facta relatione, & tunc duodecima male ingeritur; aut verò volumus retro respicere, & integri fructus sumendi sunt, ut utriusque anni æqua sit proportio, alioqui plerunque falsa esset regula *J. C.*, qui non alia ratione anni initium dicit a die traditi fundi, quam ut fructuum ejus anni fiat æqualis distributio pro modo temporis inter virum & uxorem, sive divortium fiat jam finito anno, sive non, & sive fructus annorum duorum incident in tempus matrimonii, sive unius tantum. Quod ergo ait *Paulus* dotis fieri fructus a viro ante nuptias perceptos, certum est, quia nondum cepit annus matrimonii. Verum illi tantum percepti intelliguntur, qui illos menses pro rata contingunt, non etiam omnes, quia, ut dixi, licet messis, mense Julio percipiatur, non dicitur tota nunc percipi, ubi de divisione fructuum inter aliquos facienda agitur, sed pro rata unius mensis. Quare fructus percepti ante matrimonium erant dotis pro rata mensium, quibus matrimonium non stetit, viri pro rata eorum,

quibus stetit. Alioqui vir, qui onera matrimoniū substatet, jure suo fraudaretur, & uxor dotem augeret cum ejus injuria. Quare aut fructus anni præteriti nunquam sunt ponendi in divisione, aut integrè ponendi & verbum *apparet*, idem confirmat, nisi enim illum intelligamus, ut jam dixi, oppugnat *Papinianus*. si apparet non debere in contributionem venire fructus ab uxore perceptos ante matrimonium, nec è contrario percepti post per virum venirent, & tota vindemia anni præteriti, non duodecima esset viri. Cæterum, quia undecim mensibus possedit uxor fundum, vir uno, undecim uncias vindemias uxori tribuuntur, huic una tantum, quasi naturaliter illam vindemiam decimam percepisse intelligatur, et si re ipsa vir percepit. Aut ergo falsa est tua, & *Duarenus* duodecimæ distributio, aut mea sententia vera, quod si tu duodecimam non sumis, quasi ex anno præterito, nec ego messem ingeram. Vale.

*Dat. Mutine die 12. Februarii 1605.*

*Joannes Baptista Laderchius.*

## ALEXANDRO TURAMINO

**E**ditionem eorum, quæ ad te misi ad §. *Papiniani l. fructus sol. matr. libenti animo tibi mi Turamine concesserim, modo raptim dictata recoquerentur, nisi me alia causa retineret, quam tibi coram potius, quam literis explicare decreveram, ut dum invicem de hac re amice differeremus, verum Papiniani sensum in lucem educere conniteremur. Fateor enim, & veteres, & recentes locum hunc ita obscurasse, ut fortasse nullus aliud obscurior videri possit. Difficilem esse hunc §. testantur omnes, & *Goffredus* antiquus interpres dieterium hoc suo tempore invaluisse testatur, ut qui *l. divortio* intelligeret, totum quoque Infortiatum intelligeret.*

Dicam itaque nunc candide, divisionem tuam, & *Duarenus* mihi non probari, ut valde ini quam, & responsis *J. C.* repugnantem; & si haec tenus contra disputavi, dum anni præteriti fructus ab uxore ante matrimonium perceptos confundebam cum fructibus anni instantis, videbar mihi tuam auctoritatem sequi. Qui ex vindemia undecim uncias uxori def.

fers propter curam præcedentis anni, quasi non perceptioni facti, sed curationi portio attribuenda sit; advertebam iniquius esse, ut percepti fructus a viro darentur uxori, quæ illos non percepit, nec modi mensium, quo stetit matrimonium, ratio haberetur, quam, ut dum uxor fundum tradit, non videretur etiam jus curationis in virum transferre, quæ et si a me rationibus aliis in speciem validis confirmarentur, nihilominus mihi non satis placebant, expectabamque, ut certam diversitatis rationem inter unum & alterum casum redderes, ut diligentius disquirerem, an quæ ipse de hoc loco sentiebam convellerentur. Cæterum cum nunc videam ex literis tuis de nova editione te cogitare, operæ precium me facturum duxi, si animi mei sensus tibi ingenue aperirem.

Non placet mihi, nec *Duarenii*, nec tua interpretatio, tum quia, ut mea fert opinio, adversatur J. C. responsis, ut dixi, tum quia analogiam illam, cui maxime studes, corruptit. Siquidem constantissimum est eos solos fructus dividendi inter virum, & uxorem, qui anno divertiti percepti sunt, ita ut pro modo mensium, quibus matrimonium stetit viro dentur, ut hoc §. *& l. de divisione, & l. si ante sup.* Etenim cum ex die traditi fundi initium ducat annus, & fere semper matrimonia contrahantur aliis mensibus quam Novembri, ex quo novi fructus incipiunt, incidere plerumque fructus duorum annorum in menses matrimonii necesse est, neque tamen aliquis juris consultus habet hujus rei rationem, quia licet duorum annorum sint fructus, dividuntur, ac si unius essent, nec unquam annorum fit confusio. Tantum *Paulus* in dicta *l. si ante*, ex die traditi fundi annum incipere, & ad eundem diem sequentis anni deduci, ut hinc appareat omnes fructus, qui hoc anno percipiuntur inter virum, & uxorem æqualiter dividendos. Quare cum vos undecim uncias vindemiaz datis uxori propter curam anni præcedentis, non est hoc dividere fructus tantum anni matrimonii, sed & alterius, quod nunquam admiserim, quia si hæc curatio attenderetur, majorem ferret sèpe partem uxor, cuius tempore agriculationis opus exerceri potuit, quam vir; non prohibet cura quin, fiat æqualis divisio, tantum prohibet, ne quod a viro percipitur, totum viro cedat. Nam quatenus stat matrimonium, eatenus & virum curasse lex intelligit, ut §. non solum inf. & sicut ibi lanæ & foetuum facta esset divisio, si ma-

trimonium constitisset aliquot mensibus, ita & hic vindemiaz, quia a fundo arguit J. C. ad gregem.

Secundò *Papinianus* propter eorum auctoritatem, qui totam vindemiam viro dabant, quasi perceptam ante annum locationis, tertiam tantum ei tribuit ex quarta mercedis, & vindemiaz fructibus conflatam, ut divisio respondeat mensibus, ac si dixisset non tota undecima, sed pro modo mensium tertia ex ea, & quarta mercedis viro danda est, alias viro duodecimam vindemiaz, & quartam mercedis absque dubio tradidisset; quod verò totam vindemiam, & quartam misceret, ut tertiam conficiat, satis significat se modum divisionis certum definire voluisse, & qui esset invariabilis, ut vere est.

Tertiò cum fundum dat uxor, uva nondum levata, transfert vindemiam in annum matrimonii, sicut October annus matrimonii esse incipit, quod adeo verum est, ut illi, de quibus *Papinianus*, totam viro deferrent, dum ex die locationis divisionem faciebant, quasi fructus ante eum diem omnes ad virum pertinerent, quod tamen ille improbat, & tertiam ex vindemia, & quarta mercedis constituit, quod vindemia sit anni matrimonii, & ut talis dividenda, quia hic annus divisionis incipit, ut mox dicam.

Hæc cum ita sint, sese exerit iniquitas calculi *Duarenii*, qui undecim uncias vindemiaz tribuit uxori, quasi præterito anno perceptas, quod non est ullo modo recipiendum, cum fructuum perceptorum a viro, & percipientrum ab uxore pro modo mensium fiat inter ipsos divisio, nec unquam in alium annum transferantur. Si uno mense stetisset matrimonium utique vir unciam unam vindemiaz perciperet, uxor undecim, at quia stetit quatuor mensibus, eamdem tantum ille unciam retinebit, uxor undecim? Id profecto absurdum. Dum annum ex die traditi fundi ducunt J. C. fructus omnes ejusdem naturæ faciunt, ut a viro percepti pro modo mensium ad eum spectent, reliqui ad uxorem, alioqui omnis ratio divisionis conturbabitur, quia, ut dixi, confunduntur anni septissime.

Certe si nostri veram divisionis rationem excoigitare scivissent, nullus de hac re contendet. Sane veteres omnes, & recentiores plerique hos fructus ut unius anni dividunt licet infeliciter,

Ego omnium postremus, quomodo *Papinianum* interpretandum putem, dicam, & nisi me animus fallit, indicabo nihil apertius costitutum

tui potuisse , ut analogia servaretur , ut an-  
thomasim excellentissimus *Papinianus* optime  
Juris prudentiaz conjunxerit , & ita facile , ut  
judicio meo nihil facilius . Ad eum aggredia-  
mur .

Caja fundum Octobri mense tradidit in dotem  
Seio ante lectam uvam , quem ille locavit  
mense Novembri . Factum est divortium fine  
Januarii , ita ut locatio tribus tantum men-  
sibus matrimonium contigerit , fructus vin-  
demiæ quatuor . Quæritur quomodo fiat di-  
visio fructuum , & mercedis ; Et quia tra-  
statur in hac specie de anno matrimoni , &  
de anno locationis , declarandum erat  
prius , an ex die matrimonii , an ex  
locationis fructus dividi deberent . Qui-  
dam ex locationis putabant , quasi ille  
annus diceretur annus divortii , & menses  
præcedentes non venirent in contributionem ;  
sed fructus ante percepti ad virum pertine-  
rent , quasi alterius anni præcedentis divor-  
tium . Iti annum ducebant a Novembri ,  
qui terminaretur Octobri sequenti , ita ut  
uva jam lecta tota esset viri , quasi ante lo-  
cationem percepta .

Cæterum *Papinianus* ex die matrimonii , non lo-  
cationis fructus distribui debere constituit , id-  
que probat , quia si aliter diceretur , & coa-  
cta vindemia fieret divortium altera die ,  
vir contra omnem æquitatem totam vin-  
demiæ retineret , cum tamen nulla onera ma-  
trimonii subtinisset , quia locatio non mutat  
naturam divisionis , quo nihil iniquius ,  
neque enim convenit , ut propter locationem  
varietur modus divisionis , sed aut utroque casu ,  
aut neutro tota vindemia ad virum pertinebit .  
Itaque concludit annum incipere ex die matrimoni ,  
non locationis , ita ut locatio retrotrahatur  
quoad coniuges , & cum quatuor mensibus ma-  
trimonium steterit , locatio tribus , tertiam  
ex fructibus , & quartam ex mercede viro  
attribuit , & modum rationis in eundæ præ-  
scribit , dum confundit , ut analogia servetur ,  
quartam mercedis , & fructus vindemiæ , &  
ex hac pecunia tertiam viro distribuit , quæ  
verba perperam accepta portentosæ pepererunt  
interpretationes . Concile quidem , ut solet  
*Papinianus* , sed appositissimè .

His ita positis locus *Papiniani* facilem habet  
explicationem . Primo itaque constituendum  
est locationem , dum de divisione fructuum  
agit inter coniuges , non constituere annum  
alterum , sed perinde eam accipiendam , ac  
si merces ejus sit anni divortii , non alterius ,  
ut plerique perperam crediderunt , vinde-  
mia enim alterius anni , vel potius merce-

dis portio , quæ vindemiæ respondet , non  
venit in contributionem , ut quæ exit ipsum  
annum divortii , qui duodecim , non trede-  
cim mensibus constare debet . Ex qua ani-  
madversione eorum error detegitur , qui dum  
vineam datam in dotem existimant , cogun-  
tur in divisionem trahere duas vindemias , &  
duos annos facere , quæ res in labyrinthos  
inextricabiles eos adigit .

Si enim vinea tradita esset fieret divisio tan-  
tum vindemiæ unius , non duorum annorum ,  
ne in annum divortii contra omnem Juris ,  
& æquitatis rationem fructus alterius anni  
conferrentur , & sicut si vir vineam non lo-  
casset , unius anni tantum vindemia veniret in  
divisionem , ita & idem constitui debet ,  
etiamsi locaverit , quia viri locatio divisionis  
naturam prævertere non potest ; malè ergo  
*Duarenus* , *Cujacius* , & sequaces , qui dum  
in vineis quærunt analogiam , illam ablegant  
longissime . Fundus datus est , ut sunt ver-  
ba *Papiniani* , sed plenus vindemia , quam  
vir coegit , & postea eundem fundum Kalen.  
Novembri locavit , ut locatio comprehendere  
quidem messem , & vindemiam , sed tamen  
portio mercedis correspondens vindemiæ coa-  
ctæ in divisionem non veniret , ut dicam mox .  
Rectissimeque *Cyrillus* Grecus interpres fru-  
ctus vindemiæ fingit octodecim mercedem  
sexaginta , dum fundum non vineam tradi-  
tam intelligit , & majorem constituit loca-  
tionis mercedem , quam vindemiæ precium ,  
in qua re *Duarenus* graviter labitur , dum  
mercedem duodecim , vindemiam viginti qua-  
tuor ponit contra omnem rationem .

Sed jam exemplo *Papiniani* illustrèmus . Fac  
vindemiæ fructus esse octodecim , mercedem  
sexaginta , ut sequamur *Cyrillum* . Si vis  
rectam divisionis naturam assequi , constitue  
primo non esse faciendam divisionem totius  
mercedis , & vindemiæ , quia duorum anno-  
rum fructus divideres , sed octodecim ex  
mercede detrahenda , quæ uxoris esse debent ;  
& eorum loco subroganda esse octodecim vin-  
demiæ , ita ut sexaginta tantum dividantur ;  
non octo , & septuaginta , quæ sexaginta  
constant ex duabus & quadraginta defunctis  
ex mercede ; & ex octodecim vindemiæ ,  
tertiam habuerit fructuam unius anni , sume  
ergo quartam ex sexaginta , quæ sunt quin-  
decim , & confunde cum fructibus vindemiæ  
octodecim , & confice tertiam , conficies  
autem si sex ex vindemia , quæ est tertia  
viro debita , addas : quæ unum , & viginti  
efficiunt , & ex quindecim mercedis unum  
demas , ut sint viginti , quatuordecim ex

mercede , sex de vindemia , quæ erit tertia fructuum unius anni . Uxor enim octo , & viginti fert ex mercede , & duodecim ex vindemia , quæ efficiunt quadraginta , hoc est fructuum totius anni duas tertias constantes pro rata portione ex fructibus vindemiarum , & ex mercede ; divisio enim fit , ac si mercedes sit quadraginta duorum , ex quibus si unam tertiam viro des ; efficies quatuordecim , si uxori duas , octo & viginti , quibus si addas sex ex vindemia , quæ dantur viro , & duodecim , quæ uxori impletis sexaginta , quæ sunt unius anni fructus integri , altera octodecim dempta ex mercede , quasi fructus alterius anni , non veniunt in divisionem . Cur autem octodecim vindemiarum dividat *Papinianus* , ne illa ex mercede sumat , is facile intelliget , qui sciat Geometricam , non Arithmeticam proportionem eum sequi , ne cum octodecim unciae vindemiarum minorem contineant summam , quam octodecim mercedis suum detrahatur uxori , quod optime quisquis perspiciet , qui in quotas diviserit ; nam in specie propolita quatuor unciae vindemiarum conficiunt sex , & quatuor mercedis viginti , & eveniet perpetuo , ut minoris quantitatis sit uncia vindemiarum , quam mercedis omnem fructum continentis . Et ideo loco quatuor unciarum mercedis , quæ sunt uxorius , subrogari debent quatuor unciae vindemiarum , ut servetur proportio Geometrica . Quare si *Papinianus* sumeret quatuor uncias ex duodecim mercedis , uxorem fraudaret , respondet numerus quo ad Arithmeticam , uncia quoad Geometricam proportionem , quæ in hac divisione observanda est . Caret hæc distributio omni iniuitate , dum unius tantum anni fructus dividuntur , & vir , & uxor suas portiones ferunt .

Agamus nunc de vers. *E contrario* , ut locum totum interpretemur ; hic quoque cum sit facillimus ab iisdem Doctoribus obscuratus est , dum verba illa à *contrario* non intelligunt . Apertus est sensus à *contrario* idem observandum , si vir non percepit vindemiam , sed mulier , hoc est ut locationis diem retro ad diem matrimonii trahamus , nec sumanus in divisione fructuum duodecimam tantum mercedis , sed omnium mensium mercedem , quibus stetit matrimonium , & viro quinque menses si Kalen . Novembribus matrimonium sit contractum , & septem uxori tribuamus , quasi locatio facta sit die matrimonii , nec sola duodecima dividenda sit , ut illi faciebant , qui annum ex locationis die ducebant , quo nihil clarius ; hoc vult *Papi-*

*nianus* , seu *Ulpianus* , ut & hic fiat divisio non ex die locationis , sed matrimonii , ita ut si lecta uva mulier nupsisset , locatio pariter trahenda sit ad diem matrimonii , ut pro modo mensium fiat divisio fructuum unius anni inter virum & uxorem , neutrique præjudicet locatio , si ex die locationis fructus dividantur , solam vir duodecimam habebit ex istorum sententia , ut quæ sola ei deberetur a colono . Sicut enim ex die locationis in favorem viri ducunt annum , ut ille vindemiam lucretur , ita & in gratiam uxorius duodecima tantum viro danda esset , quod cum iniquum sit , nec ipsi admisuri sint , qui mensium præcedentium locationem fructus viro tribuant , sequitur , ut utroque casu ad diem matrimonii locatio retrotrahenda sit , ut anni unius fructuum æqua divisio fiat , nec locatio naturam divisionis mutet . Idem probatur in vers. *item si messes* , qui & ipse caret dubitatione , quamvis plures sensus excogitent Doctores , hic est verus , si in locatione vir non vindemiam , sed messem tantum comprehendenterit , hoc significant illa verba , menses colonum ex forma locationis sequantur , & ante vindemiam sit solutum matrimonium , pecunia messium cum spe futurae vindemiarum veniet in computationem , id est ita dividitur merces , & spes vindemiarum , ac si locatio facta non esset , quia non metimus annum ex locatione , sed ex die matrimonii , & ideo licet finita sit locatio messae facta , quia messem solam continebat , vindemiam tamen debetur , cuius , aut spes estimabitur , aut ab uxore viro cavebitur , ut in §. *interdum bac l.* Utimur autem recte *Papiniani* verbo confundendi , qui ita miscet quartam , & fructus , & ex illis tertiam ita facit , ut quindecim ad quatuordecim , vel unum , & viginti ad solam viginti redigat , quæ transfusio aptissimè confundendi verbo expressa est . Quandoque tamen non erit propria confusio , sed contributio , quæ & ipsa non inepte in plerisque juris nostri partibus confundendi verbo significatur . Id acciderit , si fructus vindemiarum sint paris quantitatis cum quarta mercedis , ut si ponas locatum esse fundum sex & triginta , & vindemiam valere novem . Nam si lumas quartam , & confundas cum vindemiam , ac tertiam conficias , novem ex illa , tria ex hac miscabis , ex eadem extraxeris , dum tertiam de sex & triginta , hoc est duodecim efficies . Vel etiam simplicius dici potest confundendos fructus vindemiarum cum quarta mercedis , ut tertia fructuum anni constituatur viro , hoc est ut quartæ mercedis

cedis tantum addatur ex fructibus, ut tertia sit integra, ut habeat viginti ex sexaginta, & reliqua sint uxorius, quod videtur sensisse *Cyrillus*, dum ait virum habere quatuor, quasi quarta tribus respondeat, & fructus alii mensi, qui sensus mihi non displicet, quia & tuo accedit proxime, tantum hoc differt, quod dum tu unam unciam compuras, ego tot computo, quot sufficiant constituerendz uni uncia locationis, quae longe major est uncia vindemiz. Et hoc valde congruit, quia unam tertiam fructuum vir, & uxor duas omnino æquales habebunt, & unius anni fructuum divisio fiet, ac locatio, re ipsa incipiet a die matrimonii, ut vult *Papinianus*. Qui æquiorem analogiam querit, frustra querit, ut mirandum sit vir, cum *Papinianus* non aliud agat, quam ut doceat unius anni fructus dividendos, alii duorum annorum tribuant tertiam viro, ut *Faber*, a quo parum dissentit *Pacius* alii partim ex uno, partim ex altero anno divisionem

confiant, ut *Duarenus*, alii etiam infelicius dividant, & omnes verba clara *Papiniani*, & certam ejus positionem unius anni fructus dividendos esse violent, & corrumpant: Quod additur postremo ex his apparere fructus ante matrimonium perceptos non venire in divisionem, ea ratione nituntur, quod fructus illi tantum dividantur, qui anno divorci percepti sunt, ut *Papinianus* declaravit. Est mea de hoc loco sententia, quae si tibi placuerit, & cæteris scio placebit. Tibi autem hoc præcipue debebunt studiosi, ut si rem, ut ajunt, acu tetigerim, *Papinianus*, qui adhuc tenebris obrutus fuit, dum me aliud prorsus agentem tuo libello, quem dono mihi misisti, ad hæc dictanda provocas, jam luce coruscus splendetescat.

Vale.

*Dat. Mutine Die 12. Febr. 1605.*



DE

# DE EXAEQUATIONE LEGATORUM ET FIDEICOMMISSORUM LIBER SINGULARIS

De origine, etymologia, & diffinitione legati, & fideicommisso-

## Cap. I.

- 1 Origo fideicommisorum adducitur, & legato-  
rum inquiritur.
- 2 Legati etymologia.
- 3 Modus legis quare imperativus.
- 4 Legata cur legis modo relinquenda num-  
etiam 10.
- 5 L. verbis legis, ff. de verb. sign. verus  
sensus.
- 6 Testamentorum genera tria.
- 7 Testamenti per as & libram forma.
- 8 Defenditur etymologia testamenti à Justiniano  
tradita.
- 9 Olim hic forma institutionis, Cajum hæredem  
instituo improvata.
- 10 Fideicomissa unde dicta.
- 11 Legati, & fideicomissi diffinitio ex Ul-  
piano.
- 12 Diffinitio Florentini legato tradita expenditur.
- 13 Quid sit delivare.
- 14 Modelini definitio ad legatum in dubium  
revocatur.
- 15 Justiniani errata in legati definitione.
- 16 Definitiones Jurisconsultorum magis regulas  
eje dicendas.



Eminem latere credid-  
rim, fieri nullo mo-  
do posse, ut difficilis  
exæquationis explica-  
tio facilis reddatur,  
quousque vera utrius-  
que subjecti exæqua-  
ti natura, qualis ante  
exæquationem fue-  
rit, ignoretur. Igitur ante omnia tam le-  
gati, quam fideicommisi originem, ety-  
mologiam, tum etiam diffinitionem exponere  
necessie est, ut ad veteres omnes differentias,  
per veram utriusque rei notionem, aditu  
patefacto quid exæquatio vel mutaverit,  
vel adjecerit, vel detraxerit innotescere  
queat. Quantum ad originem spectat sicuti de  
fideicommisis constat Augusti temporibus  
juris necessitatem vindicasse, & ante a solo  
pudore eorum, qui rogabantur pependisse,

quod nullo juris vinculo adiuvarentur Inst.  
de fideic. hæred. in princ. ita de Legatis ni-  
hil certum est, quod affirmare possimus.  
Enimvero illud ex Tullio lib. 2. de legibus  
constare potest, etiam Pontificio jure, quod  
duodecim tabulis antiquius est, legata in  
aliu fuisse, nam refert, quod ad legata per-  
tinet, l. Pontificia ita cautum esse: Us  
cui plus legatum erat, quād sine religione  
capere liceat, is per as, & libram hæredem  
testamenti salvat, propterea quod eo loco, ita  
res est soluta hæreditate, quasi ea pecunia  
legata non esset. Qui locus ante eorum ocu-  
los objiciendus est, qui eosque latram verbū  
lego potestatem fuisse contendunt, ut ad uni-  
versitatem bonorum relatum, alio non dato  
cohærede, significaret hæredis institutionem.  
Quorum error explicata mox etymologia  
legati facile poterit apparere. Videtur autem  
Ulpianus in frag. tit. 24. ceteris jureconsul-  
tis

- tis excellentius ( pace Tribonianii dictum velim , eum nobis referre negligentis ) & notationem verbi , & rei distinctionem uno contextu nobis praestitisse . Ait enim legatum est , quod legis modo scilicet imperative testamento relinquitur : Etymologia est , ut dicatur legis modo relictum . Quae diligenter expoundenda est , quoniam non modus vocis distinctionio est , sed ad rei ipsius distinctionem conducit . Et modus quidem legis , non alia ratione imperativus est nisi , quia lex non ligaret , nisi præciperet , & nisi ligaret ; lex non esset . Recte igitur Papinianus in *I. I. ff. de legibus* . Ait : Legem esse commune præceptum . Et hac ipsa ratione mos fuit antiquis , tam in jure Pontificio , quam in lege duodecim . Tabularum , verbis imperativis legum formulas conscribere . De primo testis est Tullius , qui tertio de legibus pleraque capita refert , quæ hac formula consistunt . Veluti : *Justa imperia sumpto , iisque vices modeste , & sine recusatione parento . Militia ab eo , qui imperabit , provocatio ne esto .* Et iis similes . Legis duodecim tabularum pleraque capita ex jure consultis , & aliorum libris *Ang. Mattb. de via , & ratione jur. lib. I. c. 25.* diligentissime congettis . Cujus illud præcipuum : *Divos casti adeunto ; pietatem adhibento ; opes amuento . Qui fecus faxit , Deus ipse vindicavit .* Verba igitur legis imperative concipiabantur , ut vis ipsa legis magis appareret . Legata vero legis modo relinquenda fuere , quia eadem lege 12 . Tabularum cavebatur , voluntatem testatoris legem esse leg. verbis legis *ff. de verb. significat.* cuius verba haec non uti decet explicata , è re est vero sensui restituere . Ait Pomponius : Verbis legis duodecim tabularum bis , uti legasset sue rei , ita jus esto . latissima potestas triuota videtur , & hæreditis instituendi , & legata , & libertates dandi , tutelas quoque constitueri , sed id interpretatione coangustum est , vel legum , vel auctoritate , vel iura constituentium . At non integrum hujus legis caput Pomponius refert . Verba etenim erant ejusmodi : *Pater familias uti legasset super familia , pecuniae sua , ita jus esto . Confirmatur ex Ulpiano in fragm. tit. II. Ille ibi : Testamento quoque nominatim tutores dati confirmabantur ex lege duodecim tabularum iis verbis , uti legasset super pecunia , tutelave rei sue , ita jus esto .* Quare autem lex duodecim tabularum usus sit verbo legasset , & in qua significacione , licet a multis varie tractatum sit , intelligi non potest , nisi recordemur testatorum , ut ait Ulpianus in frag. sisul.
- 6 20. tria genera suisse , unum , quod calaris Comitiis , alterum , quod in procinctu , tertium , quod per æs & libram appellatum est , illisque duobus abolitis , in usu postea suisse , quod per æs , & libram fieret . In quo , ut idem d. tit. 20. num. 8. author est , due res aguntur , familiæ mancipatio , & nuncupatio testamenti . Nuncupatur testamen- tum bunc in modum . Tabulas testamenti testator tenens ita dicit . Hec ut bis tabulis cerisue scripta sunt , ita do , ita lego , ita testor . Itaque vos Quirites testimonium peribetote . Quæ nuncupatio , & testatio vocatur . Ex hac testimenti formula , & dictæ legis verba lumen accipiunt , & testamenti etymologia a multis oppugnata defenditur . De eo verbo legasset usus lex est , quod esset verbum solemne in nuncupatione testamenti , quod significare videretur , ita decerno , ita statuo , & ita universam testamenti dispositio- nem respiceret indeterminate prolatam , qua- si dixisset , ita lego super universa familia mea ; non autem determinate relatum est ad tutelas , legata , libertates , vel hæreditis in- stitutionem , quæ mancipazione fieret , & revera nusquam legimus legare tutorem , legare libertatem , legare hæredem , quia ne- que hoc sensu retinere posset latam illam de- cernendi significationem . Formula nuncupationis ex tribus conficiebatur , do , lego , testor . Quia in testamento tutores dari solebant , tum libertates , tum legata relinquiri , hæres vero , velut emptor hæreditatis , mancipatio- ne , non autem nuncupatione constituebatur , quare nuncupatio tota ad hæreditis onus per- tinere videbatur . Propter libertates , tutelasve dicebat , ita do ; propter legata ita le- go ; propter utrumque ita testor ; unde ea- dem & nuncupatio , & testatio dicta est . Quoniam verò testamentum maximè propter legata , non propter hæredem nuncupari con- sivevit , & lex duodecim tabularum , usus est verbo legasset , & Justinianus dicere potuit , 8 ex eo appellari testamentum , quod testatio mentis sit , pro testatione idem significans , quod Ulpianus nuncupatione , & testatione comprehendit . Quare cavendum est ab Al- ciato in *I. taberne ff. de verbor. significat.* Qui hanc illusionem , non autem etymolo- giam dicendam esse censuit , quia testatio mentis actibus inter vivos convenire videatur , cui aliquando , & ipse subscripti . Nam in contrarium est ratio prædicta , q'z hanc te- stationis solemnitatem in solo testamento in- tervenisse testatur . Et expresse etymologiam ; non

non autem allusionem esse probat Theophilus de test. ord. in princ. dicens. *Inde notatio nem habens, quod testatio mentis sit, habet enim testimonium mentis defuncti.* Testatio igitur referri debet ad eam ipsam formulam, qua nobis præstatur, *Ita do; ita lego, ita testor,* quæ soli convenit testamento. Atque illinc poterit; & negative, & affirmative argumentum probè deduci. Est enim testatio mentis, ergo testamentum, quia testatio idem, quod nuncupatio est; & vice illius clausulae illa vulgatissima subrogata videtur: *Et hoc voluit suum esse ultimum elogium, sive testamentum.* Quia testacionis forma in aliis actibus non interponitur: Neque verum est tam latè patere verbum *lego*, ut verbis iis ad institutionem hæreditis referretur, quia non nuncupatione, sed mancipatione efficeretur hæres, & tantum absuit, ut probaretur ea hæreditis instituendi forma, *lego hæreditatem meam Caja*, ut ea etiam improbaretur, *Hæredem instituo Cajum*, Ulpianus in fragm. tit. 21. Latissima potestas verbis iis, non esto, verbo *lego tributa erit*, id est eo legis capiti, non tam, quia ea significatio verborum esset, quam quod, quod verba per se non pervenient, producerentur ex mente l. in generali eod. tit. ubi Paulus: *In generali petitione legatorum etiam datae libertates competit, ex mente legis duodecim tabularum.* Sic non omnia verborum significationi referenda sunt, sed crediderunt veteres, legem iis verbis hanc tribuisse potestatem, non significationem argum. l. scire leges ff. de legib. nam potestas ad ea omnia producitur, quæ ad ejusdem legis rationem pertinent. Quare falsa collectio est tantundem contineri significatione verborum illius legis, quantum potestate contineretur. Sed jam ex utili circuitu ad propositam partitionem revocetur oratio. Igitur legata, & fideicommissa primùm differunt origine, & notatione, quia legati etymologia hæc est, ut dicatur quasi legis modo relictum. Modus autem legis est imperativus, & talem in legatis modum adliberi placuit, quia juserat uti quisque legalis sit, convenireque videbatur, ut quod vim legis haberet, quinimo lex esset d. l. verbis, & §. disponat Autb. de nupt. modum quoque legis servaret, ac retineret. At in fideicommissis fecus est, quia cum ab initio nullam juris necessitatem consequuta fuissent, sicuti vim legis non habebant, ita modum legis non servabant; testator enim fideicommittendo rogabat, precabatur, non

autem imperabat, vel præcipiebat, eaque ratione fideicommissa dicta sunt, quasi eorum pudori, fideique commissa forent, qui rogabantur §. 1. *Institu. de fid. hæred.* In modum cautionis, & fraudandæ quodammodo legis caussa ab initio introducta sunt, ut cui hæreditatem, sive legata relinquere non possent, quod ei capere non licet, fideicommittetur eorum, qui capere ex testamento possent, qui de re, de qua rogati essent, incapaci quandoque restituenda fidem suam interponerent; Quare, ut legata legis modo, & verbis imperativis relinquebantur, de quibus sequenti capite dicendum erit, ita fideicommissa verbis precativis relinquere consuevere. Hinc tertiam, quam polliciti sumus, differentiam Ulpianus legati, & fideicommissi diffinitione posita, his verbis aperuit. De legato dixit: *Legatum est, quod legis modo id est imperative testamenta relinquitur, d. tit. 24. de fideicommisso cap. 25. ait: Fideicommissum est, quod non cibilibus verbis, sed precative relinquitur, nec ex rigore juris civilis proficiuntur, sed ex voluntate datur relinquenter.* Circa utramque diffinitionem observandum est, quomodo factum sit, ut Tribonianus legati diffinitionem inquirens, tres nobis attulerit, primam Florentini, Modestini alteram, tertiam Justiniani, & hanc Ulpiani prætermittendam putarit, quæ cæteris foret elegantior, & rei diffiniendæ accommodatior, fideicommissi vero, cujus materia æque pateret, nullam retulerit alterius Jureconsulti diffinitionem, & hac una Ulpiani minime contentus, potius nos sine diffinitione fideicommissi relinquere, quam vel hanc, qualisunque foret, afferre voluerit. 13 Florentinus ait in l. legatum ff. de legatis l. legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo, quod universum hæreditis foret, alicui quid collatum velit. Genus legati vel in eo peccat, quod magis hæreditatis diminutionem, quam legatarii acquisitionem, & ita magis privationem quam habitum exhibere videtur; Et Socinus, Junior, & Vaconius, qui cum Accursio, hujus nondi dissolvendi caussa, deliberatio, non delibatio legere tentant a vera, receptaque electione haud dubie recedunt. Satius est 14 cum delibare, nihil aliud sit, quam libando decerpere, & ita diminuere, si contendatur, quod actus ipse libandi habitum explicat, velut primum, post verò privationem, veluti consequentem. Sed utcumque sit, metaphoricum, & improprium 15 remanet omnimodo. Modestinus in l. legatum

gatum ff. de legat. 2. ait legatum est donatio testamentum relata, & ita ex lectione Florentina removetur particula quædam, quam Justiniano usurpare placuit modificandi generis causa. Ut 16 quum verum sit legatum proprie donatiō nem non esse l. i. ff. de lib. leg. genus, quod in diffinitione Modestini falso adjectum esse videretur, in ejus diffinitione posset, ut improprium quandoque reprehendi. Et quum Modestinus mentionem testamenti faciens quoquo modo cavisse videatur, ne conveniret fideicommissio, quod quum ab intestato relinquiri posset, non absolute, sed per accidens testamento relinququeretur. Imperator illa prætermissa, quæ Ulpiano, Florentina, & Modestina visa est necessaria, eam qualitatem addendam esse putavit ab herede praestanda, quæ accedit legato, non ejus substantiam ingreditur. Et quum possit testator legatario dare licentiam accipiendo rem legatam propria auctoritate, ut admittunt omnes in l. nemo potest ff. de leg. 1. hoc ipso qualitatem hanc non esse intrinsecam legati, manifestissime comprobatur. Atqui ea ratione credendum est Tribonianum ab utraque Ulpiani diffinitione abstinuisse, quod differentias verborum continerent, quæ exæquatione per Justinianum introducta cumdem consequerentur effectum. Sed tamen ex iis, quæ dicenda sunt, infirmari fuisse constabit, & in duabus legati diffinitionibus, cum testatoris, & testamenti qualitates adjecerit, quæ fideicommissio per se competere non queunt, nec Legati diffinitionem communem esse fideicommissio existimavit, & fideicommissi diffinitionem prætermittendo culpa carere non potuit. Non inficior, relatas diffinitiones, sicuti strictis regulis defendi non queunt, ita quasi rei diffinitæ notionem exhibentes quoquo modo posse propugnari, quod Socinus Junior ex Isidoro deducit, eique Boethius multiplicem diffiniendi modum in libro, quem de definitione composuit, expicens suffragatur. Sed opinor etiam vix diffinitiones esse dicendas, sed potius regulas, quæ rem, quæ est magis, quam quid sit patesciunt, l. i. ff. de regul. jur. Nam t. omnis diffinitio ff. eod., quod nec ignoravit Acursius, ad regulas pertinet, quod ex l. i. ff. de regul. Caton. apertissime comprobatur, & ex libris Papiniani diffinitionum, & ex libris Ulpiani regularum, cum regulas, non diffinitiones contineant. Sic Ulpianus justitiae & juris prudentiæ definitionem in l. justitia ff. de just. & jur. ut inscriptio capituli insinuat, in modum regulæ pronunciasse videtur. Sed ut ad legati diffinitionem ab eo-

dem Ulpiana traditam revertar, ea ex modo legis, quo relinquiri legatum ostendit, idem a fideicommisso etiam in testamento recto fecerunt, sed cum legis modus in libertatibus dandis, tutoribus constituendis & hereditibus instituendis servaretur, quia forma erat Tijus liber, tutor, heres esto, libertates tamen, tutelæ magis dari, quam relinquiri videntur d. l. in generali Ulpian. tit. i. i. ver. testamento in fragm. heres etiam institui magis, quam relinquiri visus est, propterea hæc diffinitio soli legato convenient. Ex his intelligere licet, quomodo legatum a fideicommissio differat origine, etymologia, & definitione, sed cujusque definitio alias differentias indicat, de quibus suo loco dicetur.

De divisione legati, & fideicommissi, in qua dari legatum partitionis, non dari legatum universale, illud perperam prætermisum, nequo tamen exæquatione comprehensum, hoc autem falsò adjectum esse probatur.

### Cap. II.

- 1 Legatum esse duplex alia tamen, quam communi ratione divisum.
- 2 Legati particularis genera quatuor, eorum verba solenaria.
- 3 Legatum damnationis optimum inter ea existimatatur.
- 4 Legatum partitionis exponitur.
- 5 Trebellianum in legato partitionis locum non habet.
- 6 Etiam nunc stipulatio partis, & pro parte in legato partitionis requiritur.
- 7 Legatum partitionis neque universalis neque particulari fideicommisso simile.
- 8 Neque legatum particolare, vel universale dicendum est.
- 9 Neque in exæquationem venit.
- 10 D. Hieronymus Benevolentus Authoris preceptor laudatus, legatum universale dari negat, & seq. num. disputatur.
- 11 Principium Inst. de legate declaratur.

- 12 Objecta contraria tolluntur, quæ legatum universale indicare videntur.
- 13 Stipulatio partis, & pro parte non descendit à Pegasiano senatusconsulto.
- 14 Legatum partitionis de tota hereditate esse non potest.
- 15 Suffici partem non esse omnino incertam.
- 16 Hujus disputationis epitome.
- 17 Fideicommissi divisio.

**N**unc divisio legati & fideicommissi pro quarta differentia subjicienda est. Et quod ad legata pertinet a communi divisione recedendum est, qua ad instar fideicommissorum nostrates tradidere legatum aliud esse particulare, aliud universale. Neque enim legatum universale datur, & tamen datur legatum aliquod, quod particulare dici non meretur. Qua in re benevolum lectorum parumper substinere desidero, quoisque hujuscem novæ divisionis argumenta consideret, post verò judicium suum interponere non moretur.

1. Igitur propono primum legatum omne, vel esse legatum particulare, vel legatum partitionis, probabo deinde legatum universale non dari. Quod maximi momenti futurum est ad exæquationem intelligendam, quia & legatum partitionis sub ea non comprehenditur, & legatum universale, si non datur, frustra in exæquationem deducitur. Legatum particulare ex quatuor generibus constat, aut enim est per præceptionem, aut per vindicationem, aut per damnationem, aut per finendi modum §. non solum institutum legat. & erant cujusque generis verba solidemia. Per præceptionem hæc; *Lucius Titius illam rem precipito; per vindicationem his verbis legabatur, do, lego, capito, sumito, sive babeo.* Per damnationem his verbis, *Heres meus damnas esto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo.* Sinendi modus ita concipiebatur, *Heres meus damnas esto sinere Lucium Tizium sumere illam rem, sibique habere.* Ulpian. in fragm. tit. 24. Et quidem per damnationem omnes res legari poterant, etiam quæ non essent Testatoris, dummodo tales forent, quæ dari possent, quare Ulpianus eo loci dixit: *Optimum autem jus legati per damnationem est, id est certius, & expeditius; sic optimo jure usuras per stipulationem promissas deberi descripsit Anton. l. i. C. de usur.* Per vindicationem legari poterant res, quæ utroque tempore ex jure Quiritum testatoris fuissent, mortis,

& quando testamentum faciebat; sed in pondere, numero, vel mensura consistentibus, sat erat, si vel mortis tempore ex jure Quiritum testatoris fuissent. Per præceptionem eadem res legari poterant, quæ per vindicationem, & utroque casu, si res non fuisset utroque tempore Testatoris ex Quiritum jure, sicut desiderabatur, quamquam jure civile non valeret legatum, adjuvabarur tamen Senatusconsulto Neroniano. Sinendi modo legari poterant res Testatoris, & heredis ejus. Sic nullum genus legati, nisi per damnationem ad res alienas extendebatur, ut idem Ulpianus est author. Liber homo, res pupilli, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari poterat, quia dari non poterat. Aliud genus legati, quod nostrorum injuria jam silentio videbatur involvi, 4 est legatum partitionis de quo Theophilus in §. sed quia inst. de fideic. ber. ita scribit.

Nam erat olim quintum genus legati, & vocabatur partitio. Relinquebatur autem bunc in medium. Titius mibi heres esto, & hereditatem meam cum Seio in dimidia portionis dividito. Ad extrellum interponebantur inter eos tales stipulationes. Heres ita stipulabatur a legatario. Spondes legari, si conventus viginti solidos solvero, eorum mibi dare dimidiam, & dicebat spondeo; Et rursum legatarius stipulabatur ab herede. Sic spondes si a debitore hereditaria consequitus fueris viginti solidos, eorum mibi dare dimidiam, hoc est decem? Et dicebat spondeo, & vocabatur haec stipulatio partis, & pro parte. Ad similitudinem igitur legatarii partiarii stipulatio intercedebat inter heredem, & fideicommissarium.

Sic Ulpianus d. sit. 24. in fragm. ait sicut singulæ res legari possunt, ita universarum quoque summa legari potest, ut puta: Mævius cum Titio hereditatem meam partito, dividito, quo casu dimidia bonorum legata videtur. Poteat autem & alia pars, velut tertia, vel quarta legari, quæ species partitio appellatur. Sed & si fuisset pars adjecta, partitionis nomine dimidia significabatur l. nomen filiarum §. partitornis, ff. de verbor. significat. Et quamquam Theophilus dicens, erat olim, videatur insinuare genus hoc legati non esse amplius in usu, alio tamen sensu ea verba exponenda sunt, quam ut hæc collectio resultare queat. Quoniam, & in Pandectis non uno loco ejusmodi legati

ti mentio facta reperitur. Primum in *l.* cum ex filio *ff.* de vulg. & pupill. Cum ex filio, ait Jureconsultus, quis duos nepotes haberet, sed alterum eorum in potestate, alterum non, & vellet utrumque ex aequis partibus heredem habere, & si quis ex sis impubes decessisset ad alterum partem ejus transferre, ex consilio Labeonis, Of filii, Caselii, Trebatii, eum, quem in potestate habebat, solum heredem fecit, & ab ea alteri dimidiam hereditatis partem, cum in suam tutelam venisset, legavit. Quod si is, qui in sua potestate esset, impubes decessisset, alterum heredem ei substituit. Sic non antiquatum, sed usu florentem hanc legati speciem esse appetet. Secundo de eadem locus est *Ulpiani* in *l.* mulier §. ult. *ff.* ad *Treb.* ille ibi: Ut Trebelliano locus sit, non sufficit de hereditate rogatum esse, sed quasi heredem rogari oportet. Denique, si qua portio hereditatis fuerit legata, legari enim posse etiam portionem hereditatis placet nobis, rogatusque fuerim hanc partem restituero, procul dubio non fiet restitutio ex Senatusconsulto, ideoque nec quarta retinetur. Hinc duo colliguntur, alteruna est legatum partitionis in usu remansisse, alterum propriam retinere naturam, nec fore Trebelliano subjectum; illud enim etiam post translationem *Pegasiani* solum ad fideicommissarias hereditates pertinuit, §. si quis una *Inst. de fideicom.* heredit. Et, ut ipse opinor, illa verba; Legari enim posse etiam portionem hereditatis placet nobis, non *Ulpiani* sunt, sed addititia *Tribonianii*, & asseclarum. Neque enim tantum sibi tribueret *Ulpianus*, & modus ille loquendi alienus est a modestia, & phrasi Jureconsultorum, sic *Tribonianii* esse puto in *l. tribus*, ver illud *ff.* de usufr. ear. rer. quae usu consumun. & illa particula etiam, quae ostendit hac de re aliquam dubitationem fuisse, *Ulpiani* temporibus convenire non potuit. In quibus ille de legato partitionis, tanquam de re indubitate in *frag.* loquitus est. Ex iis conjicere etiam licet, quum Senatusconsultum *Treb.* ad legatum hoc partitionis minime pertineat, sua adhuc natura adeo pollere, ut stipulationis parts, & pro parte auxilio defendatur, quoniam quum novo jure non adjuvetur, ex veteri consistat necesse est, & quum mutatum non appareat, non est cur suo jure primævo niti, & consistere prohibeatur *l. precipimus C. de appell.* Quinimo quod magis est, opinor, legatum hoc non esse simile fideicomissio, neque

universalis, neque particulari, neque minus sub exequatione comprehendendi. Non est simile fideicomissio universalis, quia legatio, non heredi similis est is, cui portio hereditatis legatur, & ideo si de restituendo rogatur, non videtur quasi heres rogari, d. *l. mulier* §. ultimo, cum tamen secus sit in fideicomissario universalis, nam is quasi heres est *l. 2. ff. ad Trebel.* neque mero jure, quasi lege aliqua, vel Senatusconsulto disponente, jura hereditaria, ut in fideicommissarium universale, ita in hunc legatarium transeunt, sed ex partium conventione, itaque legati emolumenatum ex legato capit, onera ex conventione subiit. Quod si cessare, stipulationem partis, & pro parte in hac specie concedamus, quod in omnibus ab aula recesserit, tacite tamen de eodem inter legatarium, & heredem conventum esse dicere necesse erit. Neque fideicommissio particulari simile erit, quoniam illud neque per se, neque per stipulationem, aut tacitam conventionem subjicit fideicommissarium oneribus hereditariis, ut *Inst. de sing. reb. per fid. relitis per rotum*. Et simili ratione legatum hoc neque particolare dicendum est, quoniam agnoscit onera hereditaria, neque universale, quia agnoscit ex conventione, & per accidens, non ex propria natura. Et tamen, quia semper agnoscit, & qualitas haec, quanquam accidentalis, est tamen perpetua, & inseparabilis, facit, ut in sui substantia particulare legatum videatur, assumens extrinsecus pro qualitate perpetua, id, quod ad naturam universalis videtur accedere. Quare *Ulpianus* in *d. tit. 24.* legatum hoc a legato particulari, quod in illa quatuor genera dividitur, fecerit, a quo ego hujus divisionis rationem deduxi, ut aliud sit legatum singularare, aliud legatum partitionis. Ex alio meruit hoc legati genus sejundum considerari, quoniam non videtur exequatione comprehensum. Id vero probatur primum ex *Justiniano* in §. sed olim *Inst. de legat.* Ait ibi: Sed olim quidom erant legatorum genera quatuor, per vindicationem, per damnationem, finendi modo, per preceptionem, Idem in §. seq. sed ne in primis legum cunabulis permixtum de his exponenda: studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem, opera precium esse duximus, interim separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare, ut natura utriusque cognita, facile possint permixtionem eorum eruditii subtilioribus auribus percipere. His consequens est cum legatum partitionis, vel tamquam quin-

tum genus, ut *Theophilus* placet, ab iis quatuor secernatur, vel prima divisione a particulari legato, quod in hæc genera dividitur, ut apud *Ulpianum*, segregetur, ad exæquationem minime pertinere, aut *Justinianum* in sua ordinis ratione defecisse, qui permixtio nem & exæquationem ad hæc quatuor dumtaxat genera retulisse videtur, non ad alia. Tum secundò probatur *ex d. l. mulier* §. 1. adhibita omnium sententia, quæ est legata particularia particularibus fideicommissis, & universalia universalibus fuisse exæquata, quoniam cum hoc legatum singulare non sit, non potuit singulari fideicommissio exæquari, vel imperfecta redderetur *Justiniani* tractatio, cum verò neque propriè sit universale, sit, ut nec etiam fideicommisso universalí comparetur *d. l. mulier* §. ult. Sed verius est dumtaxat particularia legata particularibus fideicommissis fuisse exæquata. Nam, quod postremo loco hoc in capite præstare pollicitus sum, verius etiam esse non dubito, legatum universale minime dari, quod fideicommissio universalí potuerit exæquari. Quam sententiam præceptorí meo *D. Hieronymo Benetio* valento viro omni virtutum, literarumque genere præclarè reserto semper placuisse recordor. Videtur autem a ratione ordinis hunc in modum mirificè probari; Nam *Justinianus* in §. ult. *Inst. per quas personas nob. acquir.* ita ait: *Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodum singulae res vobis acquirantur.* Nam legatorum jus, quo & ipso singulæ res vobis acquiruntur, item & fideicommissorum, ubi singulæ res vobis relinquentur, opportunius inferiore loco referemus. Aut deficit in ratione legatorum ineunda, aut nullum datur legatum universale; sed huic loco adjiciatur principium *Inst. de legat.* Ille ibi: *Post bæc videamus de legatis, quæ pars juris extra propositam quidem materiam videtur;* Nam loquimur de iis figuris, quibus per universitatem res nobis acquiruntur, sed cum omnino de testamento, & bæredibus, quæ in testamento instituuntur loquuntur, non sine caussa sequenti loco potest bæc juris materia tractari. Concedit Imperator, quatenus de acquisitione titulo universalí sermo est, legata esse extra propositam materiam. Quod si legatum universale daretur adeo, ut constaret divisio generis in species hoc modo, quod legatum aliud universale, aliud particulare foret, tractatio legatorum absolutè extra propositam materiam censenda non esset. Sed cum hoc pervenerimus, quid caussæ fuerit,

ut ibi de legatis diceret, silentio transfigi non debet. Quoniam illa verba *non sine caussa &c.* hujus caussæ excogitandæ ansam præbuīse videntur. Alii caussam putarunt, quod legata essent accessoria ad testamentum, quod communiter recipiunt in *tit.* *Pandectarum.* Alii, veluti *Sylv. Aldobrand.* rati sunt Imperatorem prætermissa ratione universalis, & particularis acquisitionis ad directas & precarias respicientem post institutionem hæreditis, quæ verbis civilibus conficeretur, de legatis, quæ simili modo relinquerentur, differere voluisse. Postrema illorum sententia est, quam libentius probarim, quæ a legati natura, sive conditione deducitur, quoniam in testamento necessariò relinquenda sunt, quod tam ex *Modestini*, quam ex *Ulpiani* diffinitio ne superiori capite deductum est, hanc rationem *glos.* & *Mysing.* probant, nec immerito, quoniam cum Imperatoris mente consentit in iis verbis: *Sed cum omnino de testamentis, & bæredibus, qui in testamento instituuntur, ex iis duobus tanquam antecedentibus insert:* *Non sine caussa &c.* Medium concludendi ab antecedentibus nullum verosimilius duci posse videtur, quam istud, quia legata similiter in testamento relinquuntur, non sine caussa &c. Si vero, vel ea ratio tractationis subnecti potuisset, quod legata quandoque universalia sint, constituantque titulum universalis acquisitionis, plusquam verosimile est, ad removendam propositam dubitationem, & hanc rationem ab Imperatore usurpatam fuisse. Neque potest non esse in aliqua culpa in ordinis ratione reddenda, ut minus apte dubitationi propositæ satisfecisse videatur, si universalis legati immemor, uno, & altero loco hanc speciem acquisitionis prætermisit. Tertiò hanc fuisse *Justiniani* sententiam, desumi potest *ex §. si quis una Inst. de fideicom. bæred.* Ibi, sed illud intorest, quod altero casu, id est cum deducta, sive præcepta aliqua re restituitur bæreditas, in solidum ex eo *Senatusconsulto* actiones transferuntur, & res, quæ remanet apud bæredem, sine ullo onere bæreditaria apud eum remanet, quasi *ex legato ei acquisita.* Sic ita denum quid simile legato dicitur, quando acquiritur singulariter, & sine onere. Ad hæc facit quarto loco, quod neque legataria bæreditas, neque legataria bonorum bæreditatis petitio, neque remedium aliquod comparatum, quod universalí conveniat acquisitioni, possit fideicommissio universalí in eo, quod universale est, debita proportione comparari. Quare argumentum *l. i. ff.*

de

de Senator . huc transferri poterit , non esse illud facile concedendum , quod apud Jureconsultos nullatenus videatur auditum esse , vel relatum . Quintò facit *tex. in l. 2. §. quintus C. de veter. jur. encl.* ibi : *cum nihil tam peculiare fuerat , quam legatis quidem legis falcidie narratio , fideicommissis autem , quanto Senatusconsulti Trebelliani , & ita patet legatum universale non dari , cui Trebellianum convenire queat , sed illud solum ad fideicommissa pertinere . Et quamquam Glossator , ac cæteri deinceps contraria sententiam fecuti esse videantur , at tamen gratis id invicem concedunt , & tamquam contradictores caruerint , neque eorum propugnandæ , neque nostræ expugnandæ argumenta excitasse videntur . Sed non eo mai-*

*12 nus objecta quædam dissimulanda sunt , que facile cuique occurere possent . Primum itaque negotium facit Justinianus , qui legati partitionis tractationem in titulum de fideicommissariis hæreditatibus rejiciens , & fideicommissio universali comparasse visus est , & universalem ipsius acquisitionem existimasse . Sed accurata illius tituli lectio ostendit , non de legato partitionis alia ratione fuisse tractatum , quam ut intelligeremus fideicommissum universale antequam stipulationes ex Pegasiano Senatusconsulto ad illud idem ex partitionis legato translatæ tollerentur , Pegasiani autoritate legato partitionis simile fuisse , quod fideicommissarium non fideicommissi natura , sed stipulationes obstringerent hæredi , & hæredem fideicommissario . At cum Trebellianum , ipso jure facta restitutio- ne , jura utilia activè , & passivè in fideicommissarium transferret , rectè tamquam inutiles stipulationes ex Pegasiano introductæ explosæ sunt , velut in fideicommissariis hæreditatibus restituendis non amplius necessariæ .*

*13 Sed considerandum est stipulationes partis , & pro parte in legato partitionis observatas , non a Pegasiano descendisse , sed tantum ex similitudine rationis ad fideicommissum portionis hæritariæ fuisse translatas ; ob eam rem exploso Pegasiano , & stipulationibus ab eo in fideicommissariis hæreditatibus introducitis , legatum partitionis nulla videtur ratione mutatum , non ex Trebelliano , quia de legatario partiario non loquitur d. l. mulier §. ultimo ff. ad Trebellianum ; non ex Pegasiano , quia etiam si stante translatione jurum ex Trebelliano , frustra ex legato partitionis stipulationes ad fideicommissum transferret , non tamen consequitur in ipso legato inutiliter interponi . Quare sequitur ju-*

ra , onerave transire in legatarium virtute stipulationis . Quod nullum Senatusconsulatum opituletur , & ita non ex natura legati , ac propterea per se universale non esse . Justinianus ergo incidenter ad aperiendos fideicommissi progressus de legato partitionis edixit , non autem per se vel aliquid circa illud constituit , aut immutavit . Simili modo respondendum est l. si quis §. cum ex filio ff. de vulgar. & pupillari : aut di- Etiam legem mulier §. primo , in contrarium adduxerit , pertinent enim ad legatum partitionis , quod propriam retinet naturam , nec universale dicendum est . Eademque ratione solvi poterit nodus , leg. si quis servum §. ultimo ff. de leg. 2. ubi dicitur . Si cui certam partem hereditatis legaverat Divus Adrianus rescripsit , ut neque pretia manumissorum , neque functis impensa deduceretur . Nam ad legem partitionis pertinet . Sed adjici etiam potest funeris impensam non concludere jus universale , cum & eam vir patiatur pro lucro dotis l. Celsus ff. de relig. & sumpt. fun. quam si non aliunde , ex titulo de usucapione pro dote , quicquid plerique voluerint , non esse juris universalis , potest abunde probari . Amplius posset adduci l. cum Filius §. 1. ff. de leg. 2. ubi hæc species exponitur : Lucia Sempronio lego omnia hæreditatem Publis Maevisi , Sempronius ea denum onera suscipiet , quæ Maevianæ hæreditatis fuerunt , & in diem mortis ejus , qui hæres Maevii extitit , perseveraverunt , sicuti vice mutua prestabuntur actiones , quæ ei praestari posuerunt . Verum , & hic locus sententiam confirmat nostram , quia non transcendunt actiones , præstantur autem , sive representantur per stipulationem , non ex legati natura . At dubitari potest , an hoc sit legatum partitionis , dubitationem facit , quia hæc non est hæreditas testatoris , sed neque pars ejus , quia hæreditas Maevii confusa in patrimonium adeuntis non facit quotam hæreditatis ipsius per se . At legatum par-

*14 titionis hoc proprium habet , in quo etiam discrepat ab universalis fideicommisso , ut non possit fieri de tota hæreditate , sed de parte ipsius , ut nomen indicat , & probatur aperte in d. §. ultimo leg. mulier . Fideicommissio hæreditas omnis comprehendi potest , & hæres gravari , ut una re deducta , totam hæreditatem restituat , d. §. si quis una . At totam hæreditatem legari posse nullibi concessum est , neque præter legata singularia , alia species est legati , quam partitio , qua-*

re partem dumtaxat legari posse, & nomini, & rei consonum esse videtur. Legatum d. leg. cum filius §. 1. non totam continet, quia tota respectu legantis hæreditas dicenda est, non partem, quia quota sit ignoratur. Sed verius est, & hoc esse legatum partitionis, quia pars etiam si sit incerta ratione quotz, non tamen est incerta omni ratione, & sufficit non esse omnino incertam, ut pars dici queat, ut non vitietur legatum leg. Ious ff. de acq. posses. l. si quis extraneus §. si quis partem ff. de acquir. bæred. Comprehendit ergo legatum illud omnem hæreditatem Mervii, sed partem hæreditatis legantis, cuius respectu sufficit, legatum esse de parte. Postremo refragari videtur text. in l. ult. §. si autem sub conditione C. commun. de legat. ibi: Sin autem sub conditione, vel sub incerta die fuerit relictum legatum, vel fideicommissum universitatis, vel speciale. Hæc divisio universitatis, vel speciale communis legato, & fideicommisso videtur, quum ibi communia utriusque tractentur, ut titulus ostendit. Sed non est hic Justiniani sensus, ut eam divisionem, quæ propria fideicommissi sit, communem legato faciat: is enim contendit solum rei tam legata, quam per fideicommissum reliqtz, cui dies vel conditio apposita fuerit, die, vel conditione pendente dissuadere alienationem, & die adveniente, conditioneque existente, ubi facta sit, eam irritam decernere, longi temporis præscriptione non obstante, communis agitur est exitus revocandæ suo casu alienationis, & ad hunc respexit effectum. Ceterum illa divisio ad solum fideicommissum pertinet, nihilve urget nos, ut ad legatum transferamus, nisi aliunde constiterit, dari legatum universale. Quare summa hujus disputationis est, legatum omne, vel esse legatum particulare, vel partitionis, & consequenter communem illam divisionem velut falsam, & imperfectam corrue, quæ asserit legatura esse aliud universale, aliud particulare, quoiam ponit speciem, quæ non extat, & extantem prætermittit, quibus adjicitur nullam legati universalis potuisse exæquationem fieri, veluti non entis l. ejus ff. si cert. pet. nec minus legatum partitionis in exæquationem venit, quod ea legata particularia dumtaxat attigerit, neque naturam exæquabilem retineat, quia de tota hæreditate, ut fideicommissum universale, fieri nequit. Constat ex iis ita se habere legati divisionem, ut etiam in ratione dividendi differat a fideicommisso: Indubi-

17 tata diviū est, ut aliud universale, aliud singulare sit, Theophilus de fideicom. bæred. in princ. Dicendum est de legatis, nunc ad fideicommissa transamus. Fideicommissorum quedam sunt singularia, quedam universalia. Ad idem facit d. l. ult. §. sin autem sub conditione C. commun. de legat. Quod si eadem divisio legatorum fuisset, inter legata, & fideicommissa etiam ante exæquationem in ratione dividendi nulla differentia fuisset. Quam tamen veluti quartam ex prædictis adnotare fas erit.

Quatuor explicantur differentiæ, quæ a definitione descendunt, carumque occasione institutionem hæredis materiam, non formam testamenti censendam esse disputatur.

### Cap III.

- 1 Legata verbis imperativis. fideicommissa verbis precariis relinquuntur.
- 2 Error Accursii verbum Peto preceptivum existimantis.
- 3 Verba legatorum & ad honoratum, & ad gravatum dirigi potuere.
- 4 Soccini senioris, & Ripæ error in verbis legatorum discernendis.
- 5 L. Titia §. 1. ff. de leg. 2. declaratur.
- 6 Legata, non, ut fideicomissa nutu relinquuntur.
- 7 Lex scripta, non autem nutu sancit, quod vult.
- 8 Legatum Graece scribi non potuit, fideicommissum potuit, & de ratione differentiationis.
- 9 Verba imperativa idem, quæ legitima, directa, civilia.
- 10 Legata ab intestato relinquuntur non possunt.
- 11 Possunt tamen relinquere in codicillis testamento confirmatis.
- 12 In his tamen bæres institui non potest.
- 13 Legata ante bæredis institutionem olim relinquere non potuerunt, fideicomissa contra, & de ratione n. 15.
- 14 In substitutionibus ordo scripture non attenditur.
- 15 Institutio bæredis est materia, non forma testamenti.

- 17 *Forma in puncto consistit indivisibili, eiq. addi non potest, cum fine, & actu conver- situr.*
- 18 *L. 1. ff. de hered. inst. explicatur.*
- 19 *In quo consistat forma testamenti sententia Authoris.*

**S**ed jam absoluta divisione ut reliquias differentias prosequar, ad definitionem redire oportet. Quintam utriusque definitio differentiam ante oculos ponit, quæ in verbis consistit, eum legatum verbis imperativis, fideicommissum verbis precariis relinquunt proponat, verba legatorum initio præcedentis capitum relata sunt, verba fideicommissorum referunt *Justinianus in §. ult. inst. de sign. reb. per fideicom. rel.* dicens: *Verba autem fideicommissorum bæc maximè in usu habentur. Peto, rogo, volo, mando, fides tuæ committo, quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congregata essent.* Hinc constat *Alexandrum*, ac nonnullos sub *Accursii* expositione perperant voluisse 2 verbum peto, in *L. peto ff. de legat.* 2. esse præceptivum ubi *Papinianus* ait: *Peto Luci Titi contentus sis centum au- reis, fideicommissum valere placuit, falsa- que Castrensis sententia existimanda est, cui Alexander n. 4. & Jaf. n. 2. adhærent, qui verba legatorum a verbis fideicommissi ea ra- tione discerni putavit, ut quæ dirigerentur ad honoratum, legatum referant, quæ verò ad gravatum fideicommisso convenient;* Quam, et si aperte contradicat *d. l. peto, maxime adhibito d. §. ult. inst. de sign. reb. per fideicom. rel.* tanta tamen fronte defendunt, ut *Papiniani* verba, mentemque depravantes iis verbis, fideicommissum valere pla- cuit, fideicommissum pro legato accepisse, affirmare non erubescant. Rursus eadem tra- ditio aperte confunditur ex legato damnatio- nis, quod cæteris utilius erat, & expedi- tius, in quo tamen verba ad gravatum, non ad honoratum referebantur, id quod *Ripa pro Cumani*, & nostra sententia diligenter objecisse videtur ex *l. damnas ff. de susfru. leg. ex l. si pluribus §. 1. ff. de leg.* 2. sed & idem accidit in legato per si- nendi modum. Et in *l. Titia cum testa- mento*, *§. Lucius in l. miles ff. de legat. 2. & in l. fideicomissa §. 1. ff. de legat. 3. fideicomissa leguntur verbis ad honoratum directis.* Tum *Paulus lib. 4. recept. sent.* 2. aperte probat fideicommittentem etiam

- cum eo loqui posse, cui fideicommissum re- linquit; & in *d. l. miles Papinianus*, quod *Cujacius apud Paulum absolvat, tum obseru.* *lib. 2. cap. 3.* Quare legatorum verba nunc ad gravatum, nunc ad honoratum cum referantur, hoc nomine a fideicommissis dif- ferre non queunt, nam & fideicommissa utramque relationem admittunt; sed *Soc- cinus* senior, cui *Ripa* subscripsit, ratus esse videtur, quotiescumque verba sic ad honora- tum referuntur, ut nullum ministerium hæ- redis significant, vel præsupponant, ad le- gatum, non ad fideicommissum referri de- bere, cui refragatur *Modestinus in l. Titia cum testamento*, *§. 1. ff. de leg. 2. ubi hæc verba Octaviane Stratonicae dulcissima filia mea salutem. I'olo eam a se ipsa accipere villam Gazam cum impositionibus omnibus.* Item Octaviano, *Alexandro dulcissimo filio meo salutem. Præcipuum volo eum a se ipso accipere Syntbehim sterilium villarum cum ne impositionibus suis.* Interpretatur fideicom- missum referre, licet nullius, aut rogatio- nem, aut ministerium explicit, vel præ- supponant. *Ad idem text. in l. peto ff. de legat. 2.* Neque verum est fideicommissum præ legato usurpari propter exæquationem, quoniam neque *Modestinus* ad exæquationem respicere potuit, neque exæquatio con- fundit utrumque: neque probandum est lar- go modo fideicommissum nuncupari, cum appellatione legati fideicommissum veniet, *l. & fideicommissum ff. de legat. 3.* nam aliis est sensus *d. l. etiam*, quæ vulgo credatur, & tollendæ difficultatis caussa pro- bandum foret appellatione fideicommissi venire legatum, non è contra, ut nodus dis- solveretur. Non sunt igitur improprianda *Modestini* verba, aut ad aliud, quæ quod exprimant, producenda. Quare non ex persona gravati vel honorati differentia sumen- da est, sed ex modo verborum, & vi co- sumdem an imperativa, vel præcativa. 6 Sed etiam alia differentia huic plane conjun- ctissima adnotanda est, quod legata, dum verba imperativa desiderant ad modum le- gis, verba requirunt omnimodo, at fidei- commissa etiam mutu relinquunt possunt leg. nutu, *ff. de legatis* 3. quia non quemadmodum legata servant modum legis, cuius est scripto, non nutu, quod vult, san- 7 cire, *cap. 3. dist. 1.* Septima etiam in verbis differentia versabatur, quod fideicom- missum Grece scriptum valeret, legatum non ita. De fideicommissis probat *l. fideicomissa ff. de legat. 3. de legatis* Ulpianus in fragm.

*fragm. tit. 24. vers. 7.* ratio differentiaz  
fuisse videtur, quod quum legata non nisi te-  
stamento relinquere possent, illudque coram  
civibus Romanis nuncupandum foret, la-  
tino sermone ob testium intelligentiam con-  
scribendum erat. Ceterum fideicomissa,  
quod sèpè Codicillis ab intestato relinqueren-  
tur, sèpè accidebat, ut peregrè profecti co-  
dicillos scriberent, aut fideicomissa relinquen-  
terent, quod testamenta condere non pos-  
sent, utileque foret ea lingua proferre, qua  
civitas uteretur, ubi relinquenter. Quare si  
fideicommissum testamento relinquendum fuis-  
set, idem latine scribendum fuisset. Vel  
quia testibus Græcum sermonem intelligenti-  
bus non videtur tuta differentiaz ratio, alia  
verior afferri poterit, quia verbis Græcis  
non servaretur modus legis. Quæ enim ver-  
ba imperativa dicta sunt, eadem legitima,  
directa, & civilia dicebantur, *i. verbis civilibus*  
*ff. de vulg. & pupill. l. quoniam indignum,*  
*C. de testam. l. 2. C. comm. de leg.* at  
verba Græca non erant legitima, *l. directas*  
*C. de testam. man.* ibi: *Directas libertates*  
*Græcis verbis licet in testamentis relinquere*,  
*ut ita libertates directæ datæ videantur*,  
*ac si legitimis verbis eas testator dari jussisset.*  
Igitur verba Græca etiam imperativa, Ro-  
manæ non erant verba legitima civilia, &  
ita non modo legis prolata, & speciale erat  
ut favore libertatis pro legitimis haberentur.  
Quare verius etiam erit fideicommissum in  
testamento Græce relinquere posse, quoniam  
non desideraret verba legitima. Octava ex  
definitione differentia deprehenditur, quod  
legata, non nisi in testamento relicta valent,  
& ab intestato relinquere non possunt, id quod  
*Modestinus*, & *Ulpianus* in definitione  
comprehendunt: fideicomissa vero etiam  
ab intestato relicta valent, & hanc differentiam  
probat etiam *Cajus lib. 2. inst. suarum*,  
*tit. de fideicom. §. 8. tum text. in §. præterea*  
*Inst. de legat.* An exæquatio hanc differen-  
tiæ removerit infra patebit. Hujus differen-  
tiæ ratio èadem ferè est, quia sola voluntas  
servatur, in fideicommissis, *l. pen. ff. de*  
*legat i. in legatis solemnitas verborum de-*  
*sideratur, ut directa sint, & imperativa, quæ*  
*testamento convenienter magis quam codicil-*  
*lis, ideoque ex ipso pendent testamento.*

*Consequens autem istius differentiaz esse vi-*  
*detur, ut legata codicillis testamento mi-*  
*nime confirmatis relinquere non possint, fidei-*  
*comissa possint, quia verum esset legata*  
*non esse testamento relicta, & consequenter*  
*neque legi, neque diffinitioni satisfactum vi-*

detur, probat *Cajus d. tit. §. ult.* An co-  
dicillis testamento confirmatis potuerint legata  
relinqui, dubitari potuit. Nam hæredis in-  
stitutio, nec etiam in codicillis fieri po-  
test testamento confirmatis; sed aliud est in  
legatis; ratio differentiaz sumitur ex *l. quod*  
*per manus ff. de jur. codicill.* ne cum ex  
testamento codicilli vires capiant, testamen-  
tum hæredem habens ex codicillis, non tam  
eos confirmare, quam ab illicis confirmari vi-  
deretur *arg. l. proxime ff. de bis que in*  
*test. delen.* Verum autem adeo est legata:  
*a testamento pendere, ut ante hæredis in-*  
*stitutionem relinquere non possent, fideicom-*  
*misa vero, etiam ante hæredis institutio-*  
*nen relinquere potuerunt, quod quasi nonam*  
*differentiam subjicio.* Primum patet ex §.  
ante hæredis institutionem de legat. licet *Ju-*  
*stinianus* corrigendum putarit, & merito  
quia non decet ex solo ordine scripturæ in-  
verso, aut mutato, voluntatem alioquin  
perfectam deserere, & aspernari. Nam ea  
totum facere solet leg. ex facto ver. & fa-  
cis *ff. de hæred. instit.* & in substitutio-  
nibus ex sola istius ordinis omissione, aut  
inversione eas non infirmari receptum est *l.*  
*2. §. prius ff. de vulg. & pupill.* sed hæs  
correctio ab exæquatione non proficitur.  
Quidam contineri credunt in *l. ambiguitates*  
*C. de testam.* Sed ibi *Justinianus* decernit,  
ne vitium Tabellionis, & præposterior, ab  
ejus culpa promanans, testatori officiat, at  
si a testatore penderet, ei nocitaram insi-  
nuat; vero similius est eam constitutionem,  
cujus meminit in *d. §. ante hæredis* desperdi-  
tam esse, ut aliae multæ etiam desiderantur.  
At fideicomissa, etiam ante hæredis insti-  
tutionem, veteri jure potuisse relinquere, te-  
statur *Ulpianus in fragm. tit. 25. vers. 6.*  
cujus rei rationem investigare non erit inu-  
tile. Atqui vix intelligi poterit quoisque  
ignoretur, an institutio hæredis officio ma-  
teriæ, vel formæ fungatur in testamentis.  
Qua in re etiam si passim ab omnibus re-  
ceptum esse videatur ad formam pertinere,  
verius tamen opinor, eam fungi vice ma-  
teriæ. Primum quia, ut doctè *Baldus*  
explicat in *l. si quis ff. de testam.* forma  
consistit in puncto indivisibili, & in testamen-  
to in ultima ejus conclusione inducitur, &  
cum dicit esse rei leg. *Julianus, ff. ad*  
*exhibend.* jam desiderat materiam, sive rem  
aliquam informem, quæ ad eam recipienda  
ante præparetur. Sed præparatio testamenti  
est ab hæredis institutione *d. §. ante hæredis*,  
ergo non nisi officium materiæ gerit, quæ  
ob

ob formam præparetur. Tum secundò forma, finis, & actus convertuntur, at testamen-  
tum non accipit finem ab institutione, ergo  
constat non esse formam. Tertiò forma le-  
gis est *l. 3. ff. de test.* Sed institutio est ab  
homine, ergo. Quarto formæ addi non  
potest *l. 4. C. de donat. quæ sub modo*  
*Bald. in l. contractus n. 9. C. de fid. inst.*  
& post hæredis institutionem licet legata re-  
linquere, tutores decernere, libertates dare,  
*d. & ante hæredis, & hæc agi videntur ante*  
quam testamentum finem accipiat *l. bac con-*  
*sultissima in fine C. de testam.* Sed materiam  
esse testamenti conspicuè probat *l. 1. ff.*  
*de hæred. inst.* dum tribus verbis docet *Ul-*  
*pianus,* nos posse facere testamentum: *Titius*  
*bæres esto;* cum testator neque legaturus,  
aut quid aliud acturus est, tunc necesse  
est, aut hoc testamentum esse sine materia,  
aut solam institutionem esse materiam te-  
stamenti. Quod si quis convertat argumen-  
tum hoc modo videlicet, aut ea est forma  
testamenti, aut est testamentum sine forma,  
*ex Baldo supra relato, & ex tertio argu-*  
*mento solutio est,* formam esse a lege, non  
ab homine, & in puncto quodam indivisi-  
bili legi ministerio huic voluntati inesse;  
est autem illud indivisible, quod formam  
continet, finem facit, dat esse, per-  
ficitque testamentum, illa postrema volun-  
tas, quia testator nihil alicui disponere vo-  
lens, vult vel solam institutionem, vel  
omnia, quæcumque secundum leges disposuit,  
suum esse testamentum. Itaque testamenta,  
quæ quotidie conduntur, tunc tam hominis,  
quam legis ministerio formam testamenti ac-  
cipiunt, cum materia ritè, recteque prepa-  
rata testator pronunciat, aut *Tabellioni* con-  
sentit, hoc suum ultimum esse testamentum.  
Hac enim voluntate pronunciata, vel in-  
tellecta testamentum accipit finem, formam,  
actum, perfectionem. Hinc ratio præmissæ  
differentiæ perbelle deducitur; nam materia  
testamenti cum ipsa sit hæredis institutio,  
necessaria, & sine qua testamentum fieri ne-  
quit dicit. *l. prima ff. de hæred. inst. l.*  
*non codicillum, quæ banc sententiam probat*  
*C. de testam.* potest testator producere ma-  
teriam legando, sed cum possit etiam non  
legare, legatum testamenti in quo relictum est,  
est pars materiae per accidens; hæredis au-  
tem institutio per se, ita requirente lege *l.*  
*nemo potest ff. de leg. 1.* Necesse igitur  
erat sumere initium ab hæredis institutione,  
ut ita materia obijceretur, quæ produci pos-  
set, cuique materia producta posset etiam

cohærere, tum verò quæam videbatur or-  
dinis inversio, ut initium sumeretur ab  
accidenti, & illud, quod requireretur per se,  
& necessario, interdum eo posterius interveni-  
re, quod nec desideraretur ex necessitate,  
sed per accidens adscriberetur, cum possit  
testator non legare. Poterat fideicommissum  
ante hæredis institutionem relinquī,  
quia cum neque ex testamento valeat, sed  
ex sola voluntate, etiam nutu relinquī  
possit *l. nutu ff. de l. 3.* non est, ut in  
eo tanta testamenti ratio habeatur, quoniam  
ab eo per se minime pendet, non sicuti  
legatum, quod cum a testamento confirme-  
tur, decet ordinem ejus actus diligenter agnosce-  
re, & etiam servare, ex quo solo consistit.  
At circa relatas verborum differentias, an a  
*Constantino & Constantio in l. in legatis C. de*  
*leg. vel Justiniano in l. 2. C. communia de leg.*  
sublatæ sint, quætionis est, quam quum de  
exæquatione tractabitur, diffinire opportu-  
nius est, ut quisque valeat intelligere quid  
*Justinianus, quid retro Principes induxe-*  
rint.

Ex variis differentiis, in quo  
pinguiora fideicomissa legatis,  
legata fideicommissis firmiora  
fuerint, facile deprehenditur.

#### Cap. IV.

- 1 *Fideicomissa pinguiorem legatis naturam*  
*sortita sunt, & in quib. hoc verificetur.*
- 2 *Legata post mortem hæredis relinquī non po-*  
*terant.*
- 3 *Fideicomissa impersonaliter relicta, post mor-*  
*tem valebant.*
- 4 *Quid intersit inter has formulas: Post mor-*  
*tem; cum morieris; pridiè quam morie-*  
*ris.*
- 5 *A legatario legari non potest.*
- 6 *Legatum non ab alio, quam ab hærede pœ-*  
*stari consuevit.*
- 7 *Ab eo, qui ex propria persona bæres non est,*  
*legari non potuit.*
- 8 *L. cum filiosam. ff. de leg. 1. sensus expo-*  
*nitur.*
- 9 *Heredi à senoripso legari non potest, nec*  
*fideicomitti n. 12.*
- 10 *Domino instituto, servo sub conditione lega-*  
*ri potest, pure non potest: at instituto ser-*

- 20, domino legari etiam pure potuit; & de ratione differentie, n. 13.
- 21 Regula Catoniana quæ.
- 22 Verba hæres esto, servo instituto, quid significent.
- 23 Patri in adventitiis queritur ususfrus.
- 24 Latini Juniani legatum capere non poterant, fideicommissum poterant.
- 25 Eadem res per fideicommissum, quæ per damnationem relinqui potuerunt.
- 26 Joannis Bolognetti error, existimantis res nec mancipi non potuisse legari per vindicationem.
- 27 In jure cessio quomodo fieret.
- 28 Differentia inter fideicommissum, & legatum damnationis.
- 29 Ejusdem Bolognetti error circa legatorum usuras.
- 30 Fideicomissa non per formulam, ut legata petebantur.
- 31 Rei legatae possessionem quando propria auctoritate apprehendere licuerit, fideicommissorum non ita.
- 32 Rei legatae dominium recta via in legatarium transit.
- 33 Legata, & fideicomissa non simili modo adimuntur.
- 34 Qui petit quidpiam contra testatoris voluntatem, doli exceptione repellitur.
- 35 Epithome prædictorum, quare modo legata à fideicommissis excedantur, vel excedant, ostenditur.

**T**um ex differentiis haec tenus relatis, tum ex iis, de quibus proxime dicturus sum, Jason & alii adnotarunt pinguorem fideicommissis, quam legatis naturam esse tributam, id quod Justinianus indicat in l. 2. C. commun. de leg. & in §. sed non usque Inst. eod. aperte testatur; quæ differentia velet generica in plures dividitur, ex earumque omnium collectione resultat, quas speciatim adnumerare necesse est. Et quidem nono loco adnotari potest vetus illa differentia, qua cautum erat, legata post mortem hæredis relinqui non posse, fideicomissa contra Ulpianus in fragm. tit. de leg. vers. 15. ita ait: Post mortem hæredis legari non potest, ne ab hæredis herede legari videatur, quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem hæredis tempus legari potest, velut quum hæres moriatur. Non tamen omnimodo fideicommissum post mortem hæredis relinqui poterat, sed impersonaliter hac forma:

3 Illum hæredem instituo, & volo, ut cum mortuus fuerit, ad illum hæreditas mea pertineat, ita Cajus lib. 2. tit. 7. in fine. Neque enim verosimile est aliquem rogari post mortem suam, & videbatur eo fideicommissio magis gravata hæreditas, quam hæredis hæres. Quare autem civilis ratio post mortem legari non pateretur, Theophilus in §. post mortem Inst. de leg. exponit, videlicet propter juris regulam, quæ vigebat, actionem, quæ aduersus nos non coepit, neque aduersus hæredes nostros transire; nam veteres non permittebant actiones ab hæredibus, vel contra hæredes incipere l. 1. C. ut att. ab hæred. & contra hæred. Potuit ergo fideicommissum valere, non obstante regula tanquam onus reale impersonaliter conceptum; non potuit valere legatum, quia neque impersonaliter concipi poterat. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, ob hanc regulam, & in contractibus, & in ultimis voluntatibus de 4 quibusdam conceptionibus variè sanctum erat, plurimumque interfuit num stipulatus quis esset, aut legasset alicui, post mortem, cum moreretur, vel pridiè quam moretur l. scrupulosa C. de contr. stip. §. post mortem Inst. de inutil. stipul. legatum post mortem hæredis, ante quam moreretur, non debebatur judicio testatoris, post mortem vero, obstante regula actionem ab hærede non incipere &c. Sed similiter, neque legatum, neque stipulatio rata erat sub hac formula, Pridie quam morieris: incertus enim erat dies, qui pridiè mortis futurus esset, & ob id mors expectabatur omnimodo, ut post mortem recurreremus ad præteritam diem, quare perinde habitum est, ac si post mortem legatum foret, quod ante diffiniri non posset, Theophilus in d. §. post mortem Inst. de legat. Valebat autem legatum, quod in tempus mortis conferebatur hoc modo: cum morietur, quia hæres moriens debere incipit, & differt hæc a superiori specie, ut opinor ea ratione, quod facilius actum mortis, quam diem morti proximam determinare possumus, & plerumque diffinire licet, aliquem nunc mori, quia transitus cuique patere solet, non ita, quod cras moriturus sit, quare altera diffinitio refertur ad actum, tempusque certum, altera necessariò mortem expectat, & retrotrahitur. Sed cum hæc nimia subtilitate consisterent, a Justiniano optima ratione emendata fuere, tam in d. l. unica C. ut att. ab hæred. quam in d. l. scrupulosa & in d. §. post mortem, quare neque ad hanc differentiam exequatio respi-

respicere potuit, quod ante exæquationem sublata reperiatur. Decima versatur hoc ipso nomine differentia, quod a legatario legari non potest, fideicommitti autem potest. *Inst. de sing. reb. per fide. rel. in princ. ibi: Vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non possit.* Ulpianus in fragm. tit. de legat. vers. 29. Catus d. lib. 2. tit. 7. §. 8. Qui busdam placuit eam esse rationem, ne legata ad commodum legatariorum inventa, ad incommodum quandoque retorquerentur, contra l. quod favore C. de Legibus, sed nec ab eo deberet fideicommitti, quoniam idem patitur incommodum. Verosimilius est ea ratione factum esse, quia legatum deberet ab herede prestari, non a legatario §. 8. *Inst. de legat.* quo argumento introductum est interdictum quorum legatorum. Sed fideicommissum a quocumque honorato prestari potuit, l. cum ab eo C. de fideicom. Et quamquam capite primo dictum sit, quandoque non ab herede prestari, non tamen ab alio unquam præstitum esse legitur. Quis ergo vel ab herede, vel a se ipso, data a testatore venia, capere poterat, a legatario minime. Cur non potuit semper hac via data a legatario legari? ne casus specialis in regulam, aut dispensatio in legem transiret. Undecima differentia succedit exponenda, quæ vel ab eo maxime ducitur, quod legatum ab herede præstandum foret, quod ab eo, qui ex propria persona hæres non fit, fideicommitti, non autem legari possit: *Ulpian. in fragm. tit. de fideicom. §. 8.* Ait ibi: *Filio, qui in potestate est, servorum hereditibus institutis, seu si bis legatum sit, patris, vel domini fideicommitti potest, quamvis ab eo legari non possit.* Sic Papinianus in l. cum Filio familias ff. de leg. 1. Cum Filio familias, vel servo alieno legatum vel hereditas datur, fideicommitti patri, vel domino potest, bac tunc demum ex persona ipsorum fideicommissum vires capio, cum ipsis, per quos conmodum hereditatis, vel legati patri, vel domino queritur fideicommissum hereditatis relinquatur. Cujus differentia ratio illinc descendit, quod legatum ab herede præstandum erat, qui tamen hæres non sibi ipsi, sed alteri prestari debuit, quoniam heredi a semetipso legari non potest, ut ait Florentinus in l. legatum §. 1. ff. eod. & hoc ne jus hereditatis, & legatorum confunderetur, neve eodem tempore, eadem persona vicem gereret in eodem jure

debitoris, & creditoris, cum a cohærede; cohæredi legatur, jam in actu legati nona personam heredis gerit, qui agit, sed legatarii. Et simile est, cum ab uno cohærede plura legata relicta sunt, ab alio nulla; cohæredis enim gravati præstare cohæredi, vel alteri nihil interest. Quinimo legatum præceptionis, ut Catus affirmat, non nisi uni ex hereditibus relinquiri poterat, & ex Cato Alciatus notat lib. 3. parer. cap. 1. Dux heredem præstare legata debere non sibi, sed alteri, & alteri quidem extraneo, addendum est, non alteri, qui in sua potestate sit, per quem sibi ipsi acquirat, quia effectu præstaret sibi ipsi. Rursus ex hoc eodem fonte, quod legatum ab herede præstandum sit, prodit & illud, quod nec a patre, nec a domino, filio, aut servo hereditibus institutis, rectè legaretur. Pater enim & dominus ex propria persona hæredes non sunt, sed ex persona filii, vel servi d. l. cum filio familias ibi: *Quoniam ex persona filii teneretur, quare non videretur ab herede præstari, sed ab eo, cui per ipsum heredem hereditas quæsita foret, cum ipsi hereditatem adeuntes ius, quorum in potestate sunt, acquirant l. qui in aliena, ff. de acquirenda hereditate, l. placet eodem tempore.* Per contrarium patre, vel domino hereditibus institutis, si filio, aut servo legaretur, intererat an pure, vel sub conditione: sub conditione si die legati cedente sui juris fuerint, legatum valuit, quia non hoc agitur, ut heredi, sed ut alteri adveniente conditione queratur, Ulpianus tit. de leg. §. 21. *Ei, qui in potestate manu, mancipiove est scripti hereditis, sub conditione legari potest, sed requiritur, ut quo tempore dies legati cedat, in potestate hereditis non sit.* Si pure legatum fuisset, etiam si die legati cedente sui juris foret, non poterat valere legatum, quia non constitisset legatum, quasi ab initio heredi relictum regula Catonianæ obstante, quæ diffinit, quod testamenti facti tempore, si decessisset testator, inutile foret, id legatum, quandcumque decesserit, non valere, Theophilus in §. an seruo Inst. de legat. In fideicommissis jus diversum recipitur, sed non per omnia recipitur, ut a patre, vel domino, filio, vel servo institutis fideicommitti possit, & valet fideicommissum iis hereditate quæsita d. l. cum filio familias, quoniam, licet ex propria persona non sint hæredes, non tamen necesse est fideicommissum ab herede relinquiri, aut præstari, sed is rogari potest, ad

D d 2                    quem

quem quoquomodo judicio tamen defuncti ,  
 12 hæreditas pervenit . Illa autem verba ,  
*hæres esto* , in eo , qui in alterius est po-  
 testate judicio testatoris significant , ut vel  
 ipse sit hæres , vel eum , cuius in pore-  
 state est , hæredem efficiat , §. ult. inst. de  
*pupill. subst.* efficit mediatè , quoniam pa-  
 ter , & dominus non ipso jure , vel im-  
 mediatè hæredes fiunt , sed ut ab hærede  
 sibi ipsi legari non potest , ita nec fidei-  
 committi , quoniam ratio est eadem , cum  
 tam fideicommissum , quām legatum duas  
 personas exposcant , quarum altera debeat ,  
 alteri debeatur . Verū adhuc dubitari con-  
 tingit , cur filio , aut servo hæredis inutili-  
 liter purè legaretur , patri tamen , & domi-  
 no , servo , aut filio hæredibus institutis  
 etiam purè legaretur utiliter . *L. a filio ff.*  
*de l. l. l. quasitum eod. tit.* §. ex di-  
 verso , & ibi *Theophilus inst. de legat.* quo-  
 rum locorum autoritate *Jacobus Cujacius*  
*ex fragm. Ulp.* §. 22. delendam negationem  
 putavit , cum legeretur . *Ei* , cuius in pore-  
 state , manu , mancipiorum est scriptus hæres  
 legari non potest . Quod rectè factum op-  
 13 nor . Pure legatum in priori specie infirma-  
 bat regula Catoniana , in posteriori non  
 ita , nam , et si statim testamento facto de-  
 cessisset testator , nondum futurum erat , ut  
 apud hæredem dies legati cederet . In ea  
 etenim causa hæreditas est , ut non ante  
 acquiratur domino , quām suo iussu servus  
 adierit §. item *vobis inst. per quas perso-*  
*nob. acq.* quare ante acquirere videtur lega-  
 tum , quām hæreditatem , vel non eodem tem-  
 pore , fierique potest , ut servum alienet ,  
 vel manumittat , antequam jubeat adire ,  
 adeo , ut nullo tempore idem futurus ne-  
 cessariò sit hæres , & legatarius . Quod si  
 iussu ejus adierit tunc legatum erit inutile  
 propter confusionem , & quasi jure hæreditario  
*acquisitum* , in falcidiam imputabitur  
*d. leg. a filio* , *ibidem* . Igitur & si iussu  
 patris adita sit hæreditas , imputabitur ei  
 in falcidiam . Cum dominus hæres instituitur ,  
 & servo legatur , quia legatum transit , non  
 expectata domini voluntate & ei etiam  
 ignorantia acquiritur *d. §. item vobis* , non po-  
 test aliquo tempore hæreditas adiri , quo in ea-  
 dem persona cum legato minime confundatur ,  
 & ob eam rem obstat regula Catoniana . Et si  
 quis objiciat non ipso jure fieri hæredem , sed  
 aditione , ac ita fieri posse , ut repudiata per  
 eum hæreditate , legatum a substituto ei debear-  
 tur . Respondeo id fieri ex casu , non ex testatoris

ordinatione , qui , dum eodem tempore dominum  
 instituit , & servo legat , duo conjungit inutili-  
 ter , ac regulæ Catonianæ locum facere vi-  
 detur . Cæterum in altera specie dum ser-  
 vum hæredem , dominum legatarium facit ,  
 potest utrumque ab initio utiliter contingere ,  
 servo antequam hæres sit alienato , vel ma-  
 numisso , ita ut alter hæres , alter legata-  
 rius existat . Sed cum hodie patri in  
 adventitiis solum queratur ususfructus §. 1.  
*Inst. per quas person. nob. acq. prædicta*  
*observatio in servo* , & domino dumtaxat  
 locum vendicare poterit . Jam enim patre  
 instituto , filio legari poterit , quia legatum  
 erit utile quoad proprietatem , vel etiam  
 quoad usumfructum , si & hunc testator  
 exceperit *Austb. excipitur C. de bon. que*  
*lib. Hæc fere communia sunt fideicommissis* ,  
 quoniam una omnium ratio esse videtur ,  
 præter quam in eo , quod ab alio , quām  
 ab hærede fideicommitti possit , legari non  
 ita . Secunda supra decimam differentia olim  
 reperiebatur , ex differentiis libertinorum  
 15 descendens , quod Latini Juniani fidei-  
 commissum capere possent , legatum non  
 possent , *Ulpianus in fragm. tit. de fideicom.*  
*n. 6.* quod ea fortè ratione factum est ,  
 quia cum Latinis Junianis non esset testamen-  
 ti factio , quia nec condere testamentum ,  
 nec ex testamento capere poterant , ut *Ca-*  
*jus explicat lib. I. c. I. n. 4. inst.*  
*suar.* Quare quod ait *Ulpianus in fideicom-*  
*missis ab intestato relicitis* , verosimile est  
*observatum fuisse* , cum alioquin de relicitis in  
*testamento* , vel in codicillis testamento con-  
 firmatis eadem ratio , quæ de legatis fuerit .  
 Fideicommissorum enim usus ea potissimum  
 ratione introductus fuerat , ut iis relinque-  
 remus , qui ex testamento capere non po-  
 terant , ut *Theophilus docet de fideicomissar.*  
*hæred. in princ.* Hæc tamen differentia non pro-  
 pter exæquationem cessat , sed quia libertinorum  
 differentiae sublatæ sunt , ut *C. de lat. lib. toll.*  
 & §. *libertinorum Inst. de libert.* quibus  
 præcipue nitebatur ; omnes enim hoc tempore  
 unam , & eamdem libertatem consequuntur ,  
 & cives efficiuntur Romani . Tertia prius  
 decimam differentia fuit , qua quædam le-  
 gatorum genera non tantum ab ipsis fidei-  
 commissis , sed ab aliis generibus legatorum  
 secernebantur : consistebat autem in rebus , quæ  
 legari , vel fideicommitti possent . Igitur  
 16 sciendum est , omnes res per fideicommissum re-  
 linqui potuisse , quæ etiam per damnationem  
 legari poterant , *Ulpianus sit. de fideicom.*  
*n.*

n. 4. & in hoc legatum per damnationem non differebat a fideicommissio, sed utrumque differebat a legato per vindicationem, per præceptionem, per sinendi modum. Vindicationis, & præceptionis legatum res tam testamenti, quam mortis tempore ex jure Quiritum testatoris esse communiter deliderabant, nisi pondere, numero, vel mensura contineretur, quo casu mortis tempore fuisse sat erat. Sinendi modo res testatoris propria, vel hæreditis ejus legari poterat, ut ex *Ulpiano d. tit. de legat.* supra deductum est. Ad res omnes, quarum commercium fuisset, sive propriæ testatoris, sive hæreditis, sive alterius, producebatur legatum damnationis & fideicommissum. Hanc differentiam 17 prætermisit *Joannes Bolognetus*, aliamque adjecti loco hujus verisimilem, quæ fallitima foret. Censuit enim, res nec mancipi non potuisse legari in primo genere legatorum, videlicet vindicationis, & præceptionis, contra quem scribit *Ulpianus in fragm. tit. de domin.* & acquiſ. vers. 15. lege nobis acquiritur, velut caducum, vel erexitum ex lege *Papia Poppea*; Item legatum ex lege duodecim tabularum, sive res mancipi sint, sive nec mancipi, & cum duæ res in testamento agantur, ut primo capite dictum est, nuncupatio, & mancipatio, hæc ad heredem, illa ad legata, tutelas, libertatesve pertinebat. Sic etiam res mancipi, nec mancipi usucapione, & in jure cessione 18 acquirebantur. In jure cessio fiebat, cessione, vindicatione, addictione; cedebat dominus, vindicabat is, cui cedebaratur, addicebat *Prætor Ulpian.* d. tit. n. 9. Rerum mancipi, nec mancipi differentiam *Boetius lib. 3. super Top. Ciceronis, Ulpianus d. tit. referunt, & Imperator in l. unica C. de usucap. transform.* tollit, ac removet. Accedit quarta ultra decimam differentia, quæ conversa tota inter degatum damnationis, & fideicommissum 19 versabatur. Ut in hoc legato sicut in actione legis Aquilæ lis propter inficiationem creceret, hæres enim tale legatum inficiatus, duplum ratione mendacii solvere cogebatur, §. ult. *Inst. de oblig.* quæ ex quasi contr. nascunt. *Cajus tit. de fideicom.* in fin. lib. 2. *Inst.* etiam ex sola mora, citra mendacium duplicari usuras docuit. 20 Quod *Bolognetus* minus recte in omnibus legatis usurpat, quia duplicatio, aut sortis ratione mendacii, aut usurarum ratione moræ in solo damnationis legato observabatur, si *Justiniano*, & *Cajo* credendum

fit. Quare cætera legata pari jure cum fidicommisso censebantur, ut post moram in utrisque deberentur usuræ, ut *C. de usuris*, & fruct. leg. & fideicom. per totum, & hoc nomine etiam optimum dici potuit legatum damnationis. Sed hodie id ipsum omnibus legatis, & fidicommisso virtute exæquationis est a *Justiniano* communicatum, cum ea tamen moderatione, ut ad ea dumtaxat pertineat, quæ ad plas causas reliqua sunt d. §. ult. Decimaquinta etiam adnumeratur differentia, quod fidicommisso 21 non per formulam, ut legata petebantur, sed eorum cognitio Romæ quidem, aut Consulum, aut Prætoris erat, in provinciis vero Præsidum provinciarum, *Ulpianus tit. de fideicom.* ver. 10. Idem in l. pecunie verbum, §. persecutionis ff. de verb. significat. Persecutionis verbo extraordinarias persecutioes puto contineri, ut puta fidicommisorum, & si que aliae sunt, quæ non habent juris ordinarii executionem. Sexta supra decimam huic proxima est, quod in legato quandoque possessionem propria auctoritate apprehendendi fas erat, quia nec traditio hæreditis delideretur, quod *Cajus in legato vindicationis*, & per sinendi modum lib. 2. tit. 5. observatum esse monet, quam rem *Justinianus in l. i. C. commun. de leg.* in rem missionem dixit, at fidicommisso non nisi de manu rogati accipi poterant. Ex quo & septima supra decimam 22 differentia prodit, quod rei legatae dominium in legatarium recta via transire potuerunt, l. a *Titio ff. de furt.* quod iis casibus, etiam in praedictis generibus obtinuisse crediderim, quod legatum damnationis, & præceptionis actionem in personam parerent, non in rem, ut *Alciatus lib. 3. Parer. cap. 1.* adnotavit, cui *Justinianus in d. l. i.* adstipulatur. Nunc vero ex eadem l. i. nulla videtur in actionibus, vel in dominii transitu superesse differentia, quæ tamen non est constitutio exæquationem introducens. 23 Decimaoctava maximique momenti ab omnibus tamen, quos viderim, prætermissa, differentia est, quæ legatorum, & fidicommisorum ademptionem concernit. Nam fidicommisso utpote quæ sola voluntate consistunt, ut sèpè dictum est, sola etiam contraria voluntate præsumpta, quamvis non expressa infirmantur, l. si jure testamento facto ff. de legat. 3. ibi: quia fidicommisso voluntate nuda infirmantur, quod ex regula oppositorum par esse videtur, l. nihil tam naturale, ff. de regul. jur. l. ult. §. ult. ff. de legat.

*Legat. 2.* Hinc descendit, quod ob supervenientes gravissimas inimicitias, quae inter testatorem, & fideicommissarium intercesserint, ipsis jure revocata videantur, l. 3. §. ult. de adim. legat. quod tamen in legatis non ita se habet, nam scribit Ulpianus in fragm. tit. de legat. vers. 27. *legatum*, quod datum est, adimi potest vel eodem testamento, vel codicillis testamento confirmatis, dum tamen eadem modo adimatur, quo datum est. Ita ille; At verbis datur, ergo verbis adimatur necesse est. Sed cum supervenientes gravissimæ inimicitæ mutatae voluntatis urgentem conjecturam suppeditent, hæres adversus legatarium dolii exceptione opposita defendi poterit d. l. 3. §. ult. ff. de adim. legat. quia etiam si legatum non sit verè ademptum, tamen contra voluntatem petiti videtur. Atqui contra eum, qui 25 contra voluntatem aliquid ex testamento petit, dolii exceptio comparata est l. apud Celsum §. prætorea ff. de dol. mal. & met. except. Alter ergo adversus fideicommissarium, aliter adversus legatarium ex eadem causa excipitur; Adversus primum ei actionem non competere adempto fideicommisso, adversus secundum dolo malo petere, quod contra voluntatem petat. Ex iis facile colligere est, in quibus pinguiora sint fideicommissa legatis, & in quibus legata fideicommissis potiora extiterint. Nam quod fideicommissa quibuscumque verbis, etiam Græcis, quinimo etiam nutu relicta valerent, tum ab intestato, & codicillis minime testamento confirmatis, quod ante hæredis institutionem, quod impersonaliter post mortem hæredis, a legatario, item ab eo, qui ex propria persona hæres non esset, relinqui possent, quod Latini Juniani etiam capere potuerint, & res omnes, quæ dari, etiam fideicommitti, faciliorem eorumdem exitum, ac naturam ubiorem fuisse demonstrat. Contra actiones legatis concessæ, dominii transitus, possessionis propria in quibusdam speciebus autoritate apprehendendæ facultas, & ademptio difficultior, quid amplius, quo superantur, ostendunt, & in legato damnationis ratione mendacii, vel moræ poena duplicationis observata ad idem pertinet.

Directæ libertatis dationem falso legatum appellari, quid tamen inter eam, & fideicommissariam libertatem intersit, ostenditur.

### Cap. V.

- 1 LIBERTAS directa data legatum dicenda non est.
- 2 L. Sticbus servus, ff. de manu. testam. expenditur.
- 3 Quid sit directa libertatem dare.
- 4 Alciati in inductione l. si quis sub conditione §. ult. ff. de hereditib. instit. error notatus.
- 5 Authoris ad eundem §. explicatio.
- 6 L. in generali, ff. de verb. signific. examinatur.
- 7 Directæ libertates exequatione non comprehenduntur.
- 8 Qui directam libertatem consequitur, liberus testatoris efficitur.
- 9 Eaque non nisi propriis servis utilitas datur.
- 10 Nec servo heredis directa libertas dari potest.
- 11 In libertate fideicommissaria revocanda, solus fraudis eventus inspicitur.
- 12 In libertate directa fraus eventus, & consilii requiritur.
- 13 Hæres jure civili ultra vires hereditatis non tenebatur.
- 14 In libertatibus directis levissima, in fideicommissariis novissima scripture spectatur.
- 15 Sufficit eum, cui sub conditione dandorum decem libertas data est, offerre.
- 16 Ad petendum id, quod est in conditione, nulla est actio prodita.
- 17 Querela inofficiose intra quinquennium intentata, revocat liberates directas non fideicommissarias.
- 18 Directæ libertates non nisi ex testamento valent.
- 19 Jasonis, & aliorum circa directas, & fideicommissarias libertates error corripitur.
- 20 L. si post mortem §. ult. ff. de leg. 1. ex diametro pugnare videtur cum l. peculiuno §. ult. ff. de leg. 2.
- 21 Authoris conciliatio.

Pto

**P**lerique ex nostris aliām superioribus differētiam addendam esse existimārunt, quā in plures quoque scinderetur, vide-  
licet respectū libertatis, ut hoc etiam no-  
mine inter legatum, & fideicommissum di-  
scrimen verlaretur. Quare omnes dif-  
ferentias inter directā libertatem, & fidei-  
commissariam numerare contendunt, easdem  
inter legatum & fideicommissum constituē-  
tes. Sed libertas directa non videtur ad le-  
gati speciem accedere, cum ex iis rebus  
sit, quā dari magis, quām legari dicatur  
& verbis legis ff. de verb. significat &  
libertas fideicommissaria a directa libertate  
distinguitur non a legataria, quam post  
multos *Bolognētus* in 6. differentia omni-  
Jureconsultorum exemplo destitutus, ut cæ-  
teri plures, ineruditè talem appellat. Direc-  
ta libertas ita dabatur, *Stichus liber esto*,  
hic erat dare, non legare, mortuoque te-  
statore statim liber erat, neque legatorum  
exemplio oportuit ab hærede præstari liberta-  
tem *Ulpianus* in l. *Stichus servus ff. de*  
*manu.* test. probat, quod dicimus. Ille  
ibi: *Stichus servus meus, si eum bēres*  
*alienaverit, liber esto, inutiliter datur li-*  
*bertas, quia in id tempus confertur, quo*  
*aliens futurus sit, nec contrarium est,*  
*quod statu liber etiamsi venierit, ex testa-*  
*mēto libertatem consequitur. Certè utiliter*  
*libertas data facto hæredis non perimitur.*  
*At quid in legato eo modo dato dicemus?*  
*Divergunt enim nulla dicetur ratione;* nam  
inter libertatem & legatum quantum ad hanc  
causam nihil distat. Non solum igitur  
*Ulpianus* dari libertatem, non autem le-  
gari nobis ostendit, sed diversitate qua-  
stionis legatum a libertate differre, & per  
argumentum a speciali, quo in ea cau-  
sa nihil distare concludit, in cæteris discri-  
men adesse præsupponit. Confirmatur ex  
l. plane 2. §. ult. ff. de legat. 1. Ait Jul.  
ibi: *Qui testamento manumittitur, & ne-*  
*que legatum, neque hæreditatem capit, fidei-*  
*commissum præstare cogendus non est;* ergo li-  
bertas vicem legati non tenet. Tum vero  
non est admixta legatis directæ libe-  
rtatis materia, sed separatos titulos in *Pan-*  
*dectis de manumissis testamento, in C.*  
*de testament. manumis. fortita est;* & ve-  
re directo ei libertas data videtur, quem  
testator non ab alio manumitti rogat, sed  
vult ei libertatem ex testamento competere,  
nullo hæredis, aut alterius ministerio acce-  
dente §. libertas inst. de sing. rebus per  
fid. rel. l. quidam hæredem ff. de man.

test. quamobrem legataria libertatis nomen  
plane commentitium existimari debet, id  
quod post *Corn. in l. 1. C. commun. de*  
*legat. Ruin.*, & *Socinus Junior anima-*  
*vertisse videntur in l. 1. de leg. I. Vacon.*  
*lib. 4. decl. 53. Decl. jur. civil.* Qua do-  
re dubitat *Alciatus* per text. in l. sed  
etsi sub conditione §. ult. ff. de bared.  
institut. ibi: *Ulpianus scribit.* Sed etsi  
cum libertate institutus, an ei libertatis da-  
gio codicillis adimi possit, apud Julianum  
queritur, & putat in eum casum, quo  
necessarius fieret, ademptionem non valere,  
ne a semetipso ei libertas adimatur. Servus  
enim hæres institutus a seipso libertatem ac-  
cipit, quo sententia habet rationem; nam  
sicuti legari sibi non potest, ita nec adimi.  
4. *Alciatus* sentit verbum legari, & adimi  
ad libertatem communiter esse referendum;  
ut sicuti sibi libertas legari non possit,  
ita nec adimi. Apertius ita censet *Dua-*  
*renus*, & damnat eos, qui contra sentiunt.  
*Nuper Aug. Math. in epit. leg. C. 1. num.*  
21. pro *Duarenō*, & aliis pugnare visus est,  
quem lib. sing. Epist. Acad. Epist. 2.  
ab hoc errore revocare contendo. Errat *Al-*  
*ciatus*, nam illud, quod pro ratione po-  
nitur, latius patet, & speciei terminos egre-  
ditur. Duo enim pronunciat *Ulpianus*, quo  
sententiam nostram confirmant omnimodo,  
alterum est, servum hæredem institutum a  
se ipso libertatem accipere, & hoc per lo-  
cum a repugnantibus concludit, dationem  
libertatis non esse legatum, quoniam hæ-  
redi a semetipso legari non potest, l.  
legatum §. 1. ff. de legat. 1. & supra  
notatum est. Alterum, eum sibi ipsi adi-  
mere non posse, qui nec legatum præ-  
stare possit. Sensus *Ulpiani* est, ille non  
potest sibi aliquid adimere, qui a se ipso  
non posset aliquid, si legatum foret, acci-  
pere; sed hæres a se ipso legatum accipere  
nequit, ergo nec aliquid sibi ipsi adi-  
mere potest. Quod si ita est, servus fa-  
ctus necessarius hæres non poterit sibi li-  
bertatem adimere; nam quod uni adimi-  
tur, aut in alium transfertur, aut apud  
hæredem remanere necesse est, ergo sibi adi-  
mere non potest, quod apud se remane-  
ret omnimodo, quare argumentum *Ulpiani*  
non concludit libertatem legari. Sed quo-  
modo a semetipso accipit, cum legatum  
accipere non possit? accipit datam a te-  
statore, non legatam. Nec refragatur text.  
6. l. in generali ff. de verbis. significat. quia,  
& hic contra *Alciatum* retorquetur; nam  
si

si libertas data, legata videretur, libertates in generali petitione legatorum, non ex mente legis, sed ex verbis competenter. Prima fronte magis urget, l. ult. C. de comm. ser. ma. ibi: *Duo, vel plures domini communem servum habebant, sed unus ex his ipsi servo suam partem quam in eo habebat, legavit, & Justinianus parte pretii soluta ex ejusmodi iegato servo libertatem competere diffinit.* Solvit *Socinus nepos*, & recte, eum verbis ipsis non tam libertatem, quam partem dominicam legasse, quod libertas per partes acquiri, aut retineri non valeat, quare, nec dixit libertatem lego, sed partem, quam in eo habeo: & ob id desideravit benignæ interpretationis auxilium. Latus hæc omnia probò in d. Epist. 2. Angelii Marbeacii argumentis occurrens. Et si sententiam hanc retineamus, nostrorum labores effugimus, qui misere torquentur, quomodo exæquatione nihilum operante omnes adhuc differentias inter directam, & fideicommissariam libertatem consistant; quoniam legata, non directæ libertates exæquatione comprehenduntur, sed tamen has differentias breviter admonere non erit 7 inutile. Prima est, ut is, qui directam libertatem consequitur libertus testatoris beneficiatur, nisi contingat eum, cui bona libertatum conservandarum causa addicantur, speciatim hoc addictione comprehendere l. ergo §. quia autem ff. de fideicomm. libert. sed oportet & tempore testamenti ob regulam Catonianam, & cum testator moritur, quia servo alieno inutiliter directa libertas relinquitur, testatoris fuisse §. pen. ubi Theophilus Inst. de sing. reb. per fid. relitt. Cæterum libertate proprio etiam servo per fideicommissum relicta, is non testatoris, sed ejus, qui de eo manumittendo regatus est libertus efficitur, l. bis quibus C. de fideicomm. libert. Quare huic primæ 9 secunda etiam differentia videtur inesse, quod directo libertatem non nisi propriis servis dare possimus, fideicommissariam etiam alienis utiliter relinquimus. Adeo autem verum est 10 alieno servo directo libertatem inutiliter dari, ut etiam si dominus servi a testatore hæres instituatur, non valeat datio libertatis l. servo tuo C. de testam. manum. Tertiò illud interest, 11 quod si in fideicommissaria libertate vel ex solo eventu creditores fraudulentur, manumissio patiatur impedimentum l. ult. C. qui man. non 12 pos. at in libertate directa oportuit fraudem eventus, & consilii deducere, ut per l.

Aeliam Sentiam revocetur l. i. Cod. cod. §. in fraudem Inst. quibus ex caus. man. non lic. & hoc regulare est in edito fraudis revocatorio l. fraudis ff. de regul. jur. Rationem quidam esse putant, quod hæres nonnisi viribus hæreditariis diligenter exploratis adeat hæreditatem, ac ideo dum manumittit scire præsumatur se in fraudem manumittere, contra dominus sè plus speret de suis facultatibus, quam in illis sit d. §. in fraudem. Sed hæc ratio tanquam præsumens consilium fraudandi in hærede, cum tamen solus sufficiat eventus, conclusiō adversari videtur. Rectius Accursius in d. l. ult. eam credit esse rationem, quod hæres non teneatur ultra vires hæreditarias l. i. §. denique ff. ad Trebell. & ideo si æs alienum afforbet integrum hæreditatem, frustra tam legata, quam fideicomissa petuntur, l. successores C. ad legem falcidiam. Neque servus cum detimento creditorum fideicommissariam libertatem petere potest. Quartam differen- 13 tiā subjcere licet, quam Pomponius in l. 5. ff. de manum. testam. nos docuit dicens: In libertatibus levissima scriptura spectanda est, ut si plures sint, qua manumissa facilior fit, ea levissima intelligatur. Sed in fideicommissariis libertatibus novissima spectatur. Accedit text. in l. quod traditum ff. de condit. & demonstr. ex quo non tantum directam libertatem a fideicommissaria, sed eamdem a legatis, juxta expositam sententiam, differre comprobatur. Verba sunt. Quod traditum est in legatis novissimam, in libertatibus levissimam conditionem spectandam esse. Ratio potest esse cur levissimam in directa, novissimam in fideicommissaria conditionem, sive scripturam spectemus, quia testator fideicommittendo non simpliciter libertati favere videtur, sed habita hæredis ratione propter juspatronatus, unde propter præjudicium hæredis novissimam spectamus voluntatem, ut regulare est. Quinto loco, 15 & illud discriminis accedit, quod in libertate directa, relicta tamen sub conditione dandorum decem, veluti Sticbus, si decem solverit, liber esto, si hæres in mora recipiendi fuerit, servus liber fit, & decem hæres petere non potest l. ult. C. de cond. insert. ibi. Nisi & ipse obligatas pecunias non suscepere: quod enim semel repudiatum ab eo est, redintegrari minime concedimus. Et tamen fecus est in

in libertate fideicommissaria, uti docuit Barolus in l. cui fundus ff. de condit. & demonstr. cui Jason adhæret, & recte. Quia primo casu ille decem offerendo a 16 semetipso libertatem accipit, & hæredi ad id petendum, quod in conditione est, non in obligatione, nulla competit actio. Sed in legato alterius rei, vel in libertate fideicommissaria, quando de manu hæredis legatarius accipere, & servus ab hærede manumitti debet, quamvis petere non possit, jure tamen retentionis sibi consulere poterit, legati præstationem, aut manumissionem remorando. Sexto differunt 17 etiam, quod obtenta querela inofficiosa intra quinquennium intentata, directæ libertates non competit, at fideicommissariæ, solus vitori pro quolibet servo aureis viginti, conservantur; quod, velut notatu dignum, Jason commemorat, probatque ex l. Pap. §. ult. juncta l. seq. ff. de inaff. testam. dicitur in §. ult. Plane si post quinquennium inofficium dici ceptum est ex magna, & justa caussa libertates non esse revocandas, quæ competierunt, vel præstata sunt, sed viginti aureos a singulis præstandos vitori. Igitur post quinquennium tam fideicommissariæ, quam directæ libertates confirmantur, ut ea verba indicant, competierunt, vel præstata sunt, nam competit directæ, præstantur fideicommissariæ. Sequitur Modestinus: Sin autem intra quinquennium egeris, libertates non competit. Sed Paulus ait præstatum victorem fideicommissariæ libertates, scilicet viginti aureis, & in hoc casu singulis præstandis. Et ita in hac specie melior esse videtur conditio libertatis fideicommissariæ, quam directæ. Pro cuius discriminis ratione septimam differentiam subjice- 18 re necesse est; quod directæ libertates ad instar legatorum non nisi ex testamento valent, & competere possunt §. penult. Inst. de sing. reb. per fid. relict. at per fideicommissum in codicillis, & ab intestato reclinquentur d. §. Quare testamento per querelam rescissio nihil nairum est, si magis fideicommissariæ, quam directæ descendunt, quod viribus deficiat testamentum, ex quo solo directæ competere possunt. Octavam ac postremam Jasoni, & Paucis quibusdam subiectere place- 19 cet, quod data libertate directa post diem incertam, quæ tamen omnino sit extirra, dies incerta rejiciatur, & servus illico liber fiat, at eadem per fideicom-

missum relicta, dies expectanda sit. Primum probare contendunt ex l. si post mortem §. ult. ff. de legat. 1. ubi Caius: Si servus Titio legatus sit, & idem post mortem Titii liber esse jussus fuerit, inutile legatum est, quia moritum Titium certum est. Et cum ex diametro pugnare videatur Papinianus in l. Peculium §. ult. ff. de legat. 2. Sic conciliare videntur, ut Caius de directa, Papinianus de fideicommissaria loquuti sint. Sed verba Papiniani subjicienda sunt, quæ hunc convallant errorem. Ait ille: Titio Stichus legatus post mortem Titii libertatem accepit. Accursius exponit a Testatore, ut directam indicet, & recte, quod, quæ sequuntur verba, confirmant, sequitur enim: Et legatum adita hereditate, & libertas post mortem Titii competit. Verbum competit, ut dixi, ad directam referri debet. Sequitur ille: Idemque est, si moriente Titio liber esse jussus est, si tamen Titio ex parte herede instituto servus legatus, & post mortem ejus liber esse jussus sit, servè adierit hereditatem, servè non adierit, post ejus mortem libertas ei data est, defuncta eo, libertas competit. Similiter illa verba, liber esse jussus sit, directam libertatem significant, ut Jacobus de 21 Aren. etiam adnotavit. Ego quum videam per difficilem esse conciliandi rationem, nihil probabilius habeo, quod afferre possim, quam quod in specie Caii separatis orationibus legatum relictum sit, & data libertas fuerit, ut ideo libertas adimendi legati caussa relicta videatur, uti pure legato servo, paulo ante docuit Caius, si eidem libertas sub conditione data sit, videri primum legatum ademptum, & quod pure relictum erat, sub contraria conditione legatum; sic in specie sequenti, quod pure legatum est, & sub incerta die adimitur omnino extirra, pure etiam ademptum videatur. Papinianus vero unica oratione legatum relictum, & libertatem datam esse proponat, adeo ut constet testatorem locum habere utrumque voluisse; Sed magis animus subsistit, quam quescat omnimodo.

An l. i. ff. de leg. i. Ulpiani  
sit, diligenter inquiritur.

## Cap. VI.

- 1 Decem intellectus l. i. ff. de leg. i. ex Bolognetto.
- 2 Legem banc non est Ulpiani, ex Duarenio probatur.
- 3 Jureconsulti non potuerunt condere legem.
- 4 Holoandri lectio quomodo se habeat.
- 5 Lectio Florentina in Pandectis ceteris probabilior.
- 6 Justiniani praeceptum de nominibus Jureconsultorum apponendis.
- 7 Cumani sententia circa eandem l. examinatur.
- 8 Jacobi Revardi novus intellectus adducitur.
- 9 Authoris excitatio quedam.
- 10 Bartoli sententia expenditur.
- 11 Exequationis nomen quid significet ex Justiniano.
- 12 Jacobi intellectus ab autore defensus.
- 13 Authoris de hac re sententia.
- 14 Conclusio praecedentium ex autore.

**N**unc vero differentiis legatorum, & fideicommissorum expositis, antequam ad eorum exequationem perveniam, aperiendum est, an ea Ulpiano, vel Justiniano tribuenda sit; ut vero ipsius autore consti-tuto, vel ex l. i. in Pandectis, vel ex l. 2. C. commun. de legat. verum exequationis sensum percipere valeamus. Et quod attinet ad l. prim. controversum est an Ulpiani credenda sit, vel ne. Hæc au-  
tem dubitatio ab omnibus diffuse tractata in decem sententias, totidem istius legis intellectus, ut Joannes Bolognetus eisdem ordine retulit, divisa est. Sed tamen alterum ex tribus necessariò concludendum videtur, ad quod cetera omnia reducantur in ratione potius, quam in re ipsa differen-tia, ut vel in totum Ulpiani esse nege-mus, vel per contrarium, tam verba, quam sententiam Ulpiani esse concedamus, aut partim Ulpiano, partim Treboniano ex verbis, & sententia legis referendum esse fatigemur. Prima igitur sententia sit, legem hanc non esse Ulpiani, sed Treboniani, quam defendunt Duarenus lib. 2. disp.

- anniv. c. 9. Coras. lib. 5. Miscell. iur. cap. 17. Ant. Aug. lib. 3. emend. jur. cap. ult. Govean. lib. I. variar. lett. cap. 29. Robertus Aurel. lib. 2. sent. jur. cap. 23. Et horum omnium relator Ia. Men. in addict. ad Soccinum seniorem in ipse  
2 l. i. Et quidem Duarenus id nobis per-suadere conatur, quia in plerisque vetustis Codicibus affirmat se legis inscriptionem Imperatoris Justiniani, non autem Ulpiani nomine decoratam animadvertisse, quod ex pluribus verosimile fieri videtur. Primum quia constat exequationem vere a Justiniano factam esse per l. 2. C. comm. de l. quod idem testatur in §. sed nostra Inst. eod. Quod si Ulpiano autore ante Justinianum facta exequatio, & per omnia fo-ret, jam Imperator, ut Bartoli utar verbis, servivisset nobis de vento. Se-cundò ex fragmentis Ulpiani, quæ præma-nibus habemus, constat ejus tempore fidei-comissa a legatis multis discriminibus fu-isse separata, & differentias omnes, aut certè plerasque, quas supra congregimus, Ulpiani testimonio præcipue comprobavimus, quod argumento est, vel suo ævo maximè fuisse videntes. Accedit tertio, quod ne-cessario sequeretur Justinianum tam in d. §. sed nostra, quam in §. ult. Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc. fuisse mendacem. Quarto vix est, ut Ulpianus author hujus exequationis esse po-tuerit, tantum abest, ut esse voluerit; nam ut lib. sing. de legib. 2. par. 2. cap. 3. latissime disputavi, certo certius est, si verum amamus, Jureconsultis nul-lam fuisse legis condendæ potestatem, & consequenter multo minus abrogandæ. Quarè hoc Ulpianus vindicare non pote-rat, ut differentias legibus apertis con-stitutas, posset leges abrogando submove-re, vel si alicuius Imperatoris placitum accessisset, verosimile esset, si non verba constitutionis, saltem memoriam aliquam ad Justiniani tempora pervenisse, cumque pro more illius aliquam nobis testatio-nem fecisse. Quintò tum Soccinus ne-pos bic n. 129. tum Vigl. in §. lega-tariis n. 3. Inst. de testamen. ordin. id confirmare conantur, quod in Pandectis  
3 Holoandri caput hoc primum de legatis inscriptione authoris caret omnimodo, quod si quis objiciat Pandectas Florentinas, quas pro vera editione consulere solemus, quibus adest inscriptio Ulpiani sub lib. 67. ad edictum, pro iis. replicat Duarenus, quum de veri-tate

tate disputamus Florentinæ lectioni non esse eosque tribuendum, ut cæteris omnibus præferatur, & cum in foro disputatio acciderit, ei standum esse sentit, ceterum in scholis etiam aduersus eas liberum esse disputationis campum. Mihi quod inter eos contenditur, an a Florentina lectione recedere debeamus, non aliter dirimi posse videtur, quam si exploratissimum habeamus, legem hanc honoris potius, quam veritatis causa Ulpiani fuisse tributam, quod, nisi constat evidentissimè, non satis adducor, ut a Florentina, vulgataque lectione, quæ in hoc consentientes sunt, recedendum putem. Et superiora argumenta, & si quæ plura iis similia afferantur, facile removeri poterunt. Nam Justiniani præcepto, de quo in l. 2. C. de veter. juri encl. sanctum est, ut unusquisque eorum, qui author alicujus responsi fuerit, Pandectis inscriberetur, quod cum perpetuo in omnibus observatum sit, cur in capite isto ab Imperatoris præcepto compilatores recesserint, exploratum non est. Verba Justiniani subjiciantur, quæ vires argumentorum enercent: *Fanta*, is ait a nobis antiquitati habita est reverentia, ut nomina prudentium taciturnitatē tradere nullo modo patiamur; Sed unusquisque eorum, qui author legis fuit, nostris Digestis scriptus est, hoc tantummodo a nobis effectus, ut si quid in legibus eorum, vel supervacuum, vel imperfectum, aut minus idoneum visum esset, vel adjectionem, vel diminutionem necessariam accipiat, & rectissimis regulis tradatur. Videtur ergo Tribonianus, cæteris quæ datum hoc dumtaxat, ut addere, vel minuere possint, sed legem, quæ Ulpiani non esset, pro Ulpiani lege ponere, minime datum esse constat. Igitur si Ulpianus aliquid circa exæquationem sentiebat, potuit huic sententiæ detrahi, vel addi; at Ulpiani non temere supponi non debuit, vel si cuius nomen subjiciendum fuit, cur potius Ulpiani, quam Papinianni, vel alterius? aut si omnino, ne vel hoc singulare caput, aut inter Jureconsultos Imperatoris fulgeret, aut authore careret, cur tamen addenda fuit ad edictum inscriptio? cur si Florentinam lectionem sequimur lib. 67. specifice mentio facta detergitur? Non est facile credendum, tot in uno, enque brevissimo capite singularia temere, aut fortuito suisse congesta. Hinc glossator post multas solutiones in ea sententia residet, ut aliquid Ulpiano

Tribonianus addiderit, vel detraxerit, & additum, vel detractum aliquid probat Cumanus hic, eique post longam disputationem Soccinus nepos adhæret. num. 130. Quod si additum sit, jam omnis amaritudo recedit, quia verum erit a Justiniano factam exæquationem fuisse, non ab Ulpiano, neque Ulpiani temporibus, & verbis Ulpiani additamento Compilatorum, non Ulpiani sententiam significari, nullu[m]que facit negocium Ulpianus, cuius tantum verba sint usurpata, ad alterius sententiam exponendam. Confirmatur, quod iidem, Consarcinatores hoc jure addendi, & minuendi sepiissime usi sint, ut patet in Senatusconsulto Pegasiano, quod a Justiniano sublatum est, & tamen inter tot Jureconsultorum responsa, quot in toto Trebelliani titulo leguntur, nec verbum quidem ipsius Pegasiani derelictum est, quamvis Ulpianus in fragmentis, & in libris receptarum sententiarum ipsius meminerit Paulus, & ad ipsum pertinentia, ad Trebellianum ab ipsiusmet Jureconsultis translata videntur, quod Trebonianus industria factum esse, non ambigimus. Sic etiam simile cernimus in receptitia pecunia, cum solum de constituta in responsis mentio facta legatur, quæ non ab iis, sed a Justiniano in l. 2. C. de const. pecu. silentio condemnatur. Verum anticipates adhuc sumus, ac desiderare cogimur, quæ in hoc capite Ulpiani pars, quæ Compilatorum credenda sit. Jacobus Rewardus lib. 3. de ambig. jur. cap. 4. affirmat se ex quodam indice reprehendisse Ulpianum magnam ejus libri partem sub quo inscriptio hujus capituli est, in interdictis quorum legatorum, & quorum bonorum præsumpsisse, seu magis consumpsisse, cumque ex conceptione interdicti perpetuo de legatis disservisset, ne quis forte existimat, ea in fideicommissis locum non habere, quasi tractata ad interdictum quorum legatorum, omnia fideicommissis communia esse significare voluisset, respectu illius interdicti dumtaxat cumdem pronunciasse, per omnia legata esse exæquata fideicommissis, verosimile putat, & Duarenus loco supra relato huic sententiæ videatur accedere, resistit parumper vulgata lectio, quæ habet lib. 57. ad edit. quoniam ad interdictum quorum legatorum scriperat lib. 67. sed ex Florentina editione, quæ habet lib. 67. hoc obiectum removet, & generaliter quidem hæc

*Jacobi* accurata animadversio confirmari videtur, quod *Ulpianus* ad edictum Praetoris scribens, quantum ad legata pertinet, duo Praetoris capita animadvertere ponit, ut ex iis, quae ad nos pervenerunt colligere fas est, edictum de legatis præstandis, & interdictum *quorum legatorum*. Primum certe etiam si inscriptio legata respiciat, tamen & ad fideicommissa producitur, quae similiter contra tabulas bonorum possessione petita, obtentave, conjunctis personis in edicto comprehensis, non secus ac legata præstari cautum voluit. I. eo sit, quare videri poterit, vel speciatim respectu *quorum legatorum* interdicti ab *Ulpiano* facta exequatio, ut *Jacobus* placet, vel generaliter, ut ipse opinor, respectu juris Praetorii, ut quantum ad Praetorem pertineret, quocumque de legatis ediceret, hoc ad fideicommissa producatur, & è contra, sed tamen juris civilis differentiae superfuerunt, quae *Justiniani* constitutionem desiderarunt, neque tamen *Ulpianus* legem condere visus est, sed edictum Praetoris pro suo more interpretari, & ejusdem sententiam ad tollendas dubitationes in apertum deducere. Poterit autem haec nostra sententia, cuius excogitandæ *Jacobus* ipse occasionem præbuit ex l. que sub conditione ff. de cond. inst. mirificè corroborari, ubi idem *Ulpianus* sub lib. 50. ad edictum postquam retulit, Praetorem ab hereditis institutione optima ratione conditionem jurisjurandi rejecisse, ita ait: *Hoc editum etiam ad legata pertinet, non tantum ad hereditis institutionem.* In fideicommissis quoque oportebit eos, qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi Praetoris edictum, quia vice legatorum funguntur. Hic sane locus ostendit in edicto Praetoris fideicommissa vice legatorum habita fuisse, quod sane non eo minus exequationem dicit, quam ipsa l. i. dicere videatur. Verum aduersus hanc sententiam facit id, quod excitat hic *Bartolus* n. 2. distinguendo terminos exequationis. Inquit enim *Bartolus*, quod aliud est duo invicem exequari, aliud unum alteri exequari. Primo casu exequatio fit reciprocè, secundo non ita; nam rei, cui fit adæquatio, nihil adjicitur, sed rei adæquate attribuitur, quicquid plus juris est in ea, cui adæquatur. Secundum hanc declarationem, cum dicat *Ulpianus* legata esse exequata fideicommissis, infert omne, quod est in fi-

deicommissis, ad legata transferri, non è contra. Hinc tum *Jacobi*, & *Duarenii*, tum nostra collectio videtur infringi, quæ concludimus id, quod erat legatorum, attributum fuisse fideicommissis, non è contra; quia Praetor edicto de legatis mentionem fecerat, ac propterea, ut fideicommissa edicto comprehendenderentur, oportuit eadem legatis exequare. Sed vereor plurimum, ne *Bartoli* distinctionem rejicere honestius sit. Ex duobus ille eam conatur defendere, primum quia Princeps adæquat sibi Augustam, quod non est aliud, quam propria privilegia Augustæ concedere, non autem aliquid ab ea accipere. I. Princeps ff. de legib. sed in similitudine æquivocatio est, cum enim contentio sit de vi & potestate verbi, argumentum sumitur a rebus, nam in l. Princeps nullum verbum habetur exequationis. Secundò ait conditionem foeminarum maliculis æquiparari l. maximum vitium C. de lib. præt. sed eadem culpa notatur, quia in quæstione verborum, rerum quæstiones immixcit. Quæstio omnis in eo veriatur, ut intelligamus significationem illius verbi exequata, cuius nec locum unum adducit, sed hoc sensu *Tullius* usurpat in oratione post redditum; ait enim: Propterea quod superiorem esse contra improbos minus est negotii, quam bonis exequari. Sic Cæsar. lib. I. de bell. Civil. Ipse Pompejus ab inimicis Cæsar's incitatus quod neminem dignitate secum exequari volebat. totum se ab ejus amicitia averterat. Sed quero ego, quomodo poterit unum alteri esse æquale, si illa duo non sint invicem æqualia? Constat apud Mathematicos æqualia uni tertio, esse inter se æqualia, multo magis si non uni tertio sed unum alteri adæquetur, absolutum erit, illa duo vicissim esse æqualia. Et quod non unius dumtaxat additamentum, sed mutuam communicationem exequationis nomen ex *Justiniano* significet, cuius in re præsenti major, quam *Tullii* aut Cæsar's authoritas esse debet, fatis patet ex §. sed non usque inst. de Legat. Ille ibi: Necessarium esse duximus omnia legata fideicommissis exequare, ut nulla sit inter ea differentia, sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum, & se quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sic igitur verbum exequationis mutuam communicationem significat. Hoc sensu usurpari videtur in leg. ſi

*si in aequalibus ff. de hereditib. instit. in l. servus communis §. servus capto domino ff. de stip. serv. Quare nec novum, nec obsoletum verbum hoc existimari debet, quod si ira se habet, satis videtur confutata Barzoli sententia, ne quicquam Jacobo Duarense, aut nobis adverteretur. Res adeo implicata est, ut nihil admittat, quod aliqualem divinationem non contineat. Tandem, si vel id quoquo modo liceat, existimo, sic Jacobi sententiam, ac nostram posse defendi. Constat ex differentiis supra relatis in legato vindicationis, & per siendi modum mero jure civili licuisse legatario rei legatae possessionem propria auctoritate apprehendere, quod in fideicommissis locum habere non potuit, pro quibus officium Judicis continue implorari consuevit, & gravatus de restituendo a Praetore fideicommissario compellebatur ad restitutionem. Interdictum quorum legatorum videtur ad similitudinem fideicommissorum emanasse, quia legatarii sibi ipsis jus dicere non queunt: quare in hoc defendi potest legata fideicommissis exequata fuisse. At a Compilatoribus additum est verbum *per omnia* & *caput* hoc in fronte positum, ut in progressu tractationis lector ejusdem ubique regredaretur. Aut dicamus Praetoris editio, quo fideicomissa vice legatorum fungebantur, fuisse per omnia exequata legatis, talemque Ulpiani sententiam, converso exequationis ordine, ultra editi terminos productam fuisse. Conversionis rationem illam esse verosimile est, quod magis mutuam & omnimodam, non editalem dumtaxat communicationem apprehenderemus, per argumentum a majori ad minus, quia si legatis, quod plus numerat fideicommissis, exequatione communicatum est, quibus pinguiorem naturam indultam fuisse scimus, nihil dubitamus legata, si in aliquo abundant, id communicasse fieri.*

14. deicommisis. Statuamus igitur hoc modo, potuisse Ulpianum quoad quid non tanquam legis conditorem, sed tanquam juris Praetorii interpretem, & legata fideicommissis, & fideicomissa legatis exequata pronunciare. Hæc tamen non esse verba ipsius formalia, sed ex placito Tribonianii ad Justiniani constitutionem in l. 2. C. commun. de leg. in universa legatorum, & fideicommissorum tractatione in Pandectis retinendam, aut additione, aut conversione reformatam, ex quibus deprehenditur vere a Justiniano exequationem factam fuisse, & consequenter quid ea nobis præ-

siterit, non nisi dicta l. 2. diligenter explicata comprehendere fas est.

### L. 2. C. Commun. de leg. diligenter explicatur, & vera de exequatione Justiniani sententia detegitur.

#### Cap. VII.

- 1 Justiniani propositum est verborum differentias precipue removere.
- 2 Exequatio non facit legata nutu posse relinqui.
- 3 Legitimum tribus modis dicitur.
- 4 Exequatio solos respicit juris effectus.
- 5 Verbis Græcis hodie legari potest, non tam virtute exequationis.
- 6 Verba jubeo, & impero directa adversus Cujacium cod. n. 5.
- 7 L. Aurelius §. ult. ff. de lib. leg. adversus eundem declarata cod. n. 5.
- 8 Verbarum solemnitas ab hereditis institutione rejecta.
- 9 Exequatio non importat unionem.
- 10 Neque respicit utriusque substantiam.
- 11 Sed nostra de legat. & §. ult. de oblig. que ex quasi cont. expenduntur, & dilucidantur inf. n. 13. & seq.
- 12 Exequationis disputatio ab auctore in tria capita divisa.
- 13 Aequale est terminus ad aliquid.
- 14 Variis rerum exequatarum exemplis exequatio explicatur.
- 15 Quid sit unam indulgere naturam.
- 16 Omnes differentias adesse, & omnes sublatas esse, quomodo defendi possit.
- 17 Ultima differentia ademptionem concernens sublata non est.
- 18 Totius exequationis epitome.

**A**udiamus itaque Justinianum de exequatione loquentem, & ex eo Ulpiani responsum esse declarandum concludamus, ut non amplius de auctore, sed de ipsa re certamen existat, & questionem subtilem, magis quam utilem dimittere placeat.

Omne

**O**mne verbum (*a*) significans testatoris (*b*) legitimum (*c*) sensum, legare, vel fideicommittere volentis, (*d*) utile, atque validum est, sive directis (*e*) verbis, quale est jubeo forte, sive precaria utetur testator, quale est rogo, valo, mando, fideicommitto, sive juramentum interposuerit, cum & hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente sacramenti religione, partibus autem hujusmodi verbum [*f*] huc, atq. illuc lacerantibus. Sic igitur, secundum quod diximus, ex [*g*] omni parte verborum (*b*) non inefficax voluntas secundum verba legantis, vel fideicommittentis, & omnia, quae naturaliter [*i*] insunt legatis, & fideicommissis inhærere (*k*) intelliguntur, & è contra, quicquid fideicommittitur (*l*), intelligatur esse legatum. Et si quid tale est, quod non [*m*] habet natura legatorum, hoc ei ex fi-

deicommissis accommodetur; & sit omnibus [*n*] perfectus evenitus. Et ex omnibus nascantur in rem actiones; ex omnibus hypothecariz, ex omnibus personales: ubi (*o*) autem aliquid contrarium in legatis, & fideicommissis evenit, hoc fideicommisso quasi humaniori aggregateur, & secundum ejus dirimatur naturam. Et [*p*] nemmo moriens putet legitimam voluntatem reprobari, sed nostro semper utetur adjutorio, & quemadmodum viventibus providimus, ita & [*q*] morientibus prospiciatur, & si specialiter legati tantum faciat testator mentionem, & fideicommissum intelligatur, & si fidei hereditis, vel legatarii aliquid committatur, hoc & legatum esse videatur.

Nos enim, non [*f*] verbis, sed ipsis rebus legem imponimus.  
D. X. Kalend. Mart. Constant. post Consul. Lampad. & Orest. VV. CC.

(a) **M N E V E R B U M.** Exordium hujus constitutionis demonstrat, cui & finis ipsius aertè respondet, nihil magis intendere *Justinianum*, quam differentias verborum submovere. Cum enim legata non nisi legis modo, hoc est imperativè relinquenterit, & ex rigore juris civilis proficiscerentur, fideicomissa vero, & præcativo modo, & ex voluntate darentur relinquenterit, ut ex *Ulpiani fragm. de legatis*, & fideicommissis titulo deductum est, verborum causa exequationem precipue inducere visus est. Hinc infertur exequationem non adsequare legata fideicommissis in eo,

ut nutu relinquere possint, juxta l. *natus ff. de leg. 3. licet Cujacius in Parat.* aliter senserit. Hic enim non constitit differentia inter verba directa, & præcativa, sed inter verba, & nutum. Ad nutum haec constitutio non pertinet, sed ad verba: ait etenim: *Omne verbum significans testatoris legitimum sensum*. Nutus est actus significans, non verbum.

(b) **T E S T A T O R I S.** An idem jus in homine ab intestato decedente servandum erit? legata non nisi in testamento relicta valent §. *præterea Inst. de fideicom.*

fideicom. hered. si exequatio testamentorum causa dumtaxat facta proponatur; nec hodie poterunt legata codicillis ab intestato relinquiri, neque probanda erit expositio temporis, pro tempore tradita d. §. præterea, & subtiliter 5 defendi posset legata, & fideicommissa dumtaxat testamento relicta exequari. Verum sententia, tenenda est, quam infra subjiciam, tanquam utilior l. i. §. si ego ff. si pars her. pet.

(c) **L E G I T I M U M S E N T E N C I A M .** Varia sanè est ejusmodi verborum significatio. Legitimum Aristoteli dicitur §. Ethic. quod secundum leges est, cuius contrarium est illegitimum, sicut æquum iniquum, justi injustum. Ita legitimos trahentes Justinianus appellat in *premio inst. in princ.* Secundum hanc significationem omnis sensus reprobatur, qui contra leges sit arg. l. cum lex ff. de fidejus. l. juris gen. §. prætor ait ff. de patl. & non modo si quid turpe contineat, sed etiam si quid impossibile l. obtinuit ff. de cond. & demon. Rectè Accursius in §. disponat Aut. de nupt. ibi: disponat unusquisque in suis, ut dignum est, interpretatur secundum leges, & bonos mores. Alia ratione legitimus sensus perfectus, qua ratione pars voluntatis dicitur pars individui l. si quis cum ff. de testam. l. furiosum C. qui testam. facere possunt. Tertiò legitimus dicitur, quod legis approbationem habeat, quo pacto furiosus, prodigus, pupillus testamentum facere non possunt, quia eorum non est legitimus sensus l. humanitatis C. de impub. & aliis subst. l. moribus l. ex facto ff. de vulg. & pupill. Sed hic sensus omni respectu debet esse legitimus, & ita interpretari non modo tutius, sed etiam justius est.

(d) **U T I L E , A T Q U E V A L I D U M .** Hinc dignoscimus exequationem respicere effectus, non species ipsas legatorum, & fideicommissorum, ut ideo conjicere liceat vim exequationis solos juris effectus attingere.

(e) **S I V E D I R E C T I S .** Nunc igitur si testator dicat rogo, & licet voluisse legare, non obstat usum esse verbis precativis, & legatum erit; si dixerit bero, & constet voluisse fideicommittere, erit fideicommissum. Ceterum si legavit ab intestato, cum non posset, licet tamen velle habere eum, cui lega-

vit, habebit ex fideicommisso. Igitur legitimus testatoris sensus nullo casu reprobatur. Potest igitur legari verbis precativis & fideicommitti verbis directis, si id testatorem facere voluisse constet. Dubitari potest, an verbis Græcis legari hodie possit, & quod valeat in vim fideicommissi, non est ambigendum, sed an ita, ut in vim legati valeat, & fieri posse opinor. Non enim poterant Græcis verbis legata relinquiri, quoniam legis modo, & ita verbis directis civilibus relinquenda erant, sed possunt nunc relinquiri non legis modo, ergo & Græce relinquiri poterunt. Præterea cum hæc differentia verbalis sit sublata, censeri debet, & quod hic dicitur, omne verbum significans, &c. cum Græcum verbum sit hujusmodi, facit, ne censeatur exclusum. Vis enim tota est non in modo, aut forma, sed in significatione. At Græcis, ut latini verbis significatio est, & hic effectus non est exequationi tribuendus, quia legatum valeret in vim fideicommissi, sed constitutionis exordio, quo omnia verba significantia pro legitimis admittuntur.

**Q U A L E E S T J U B E O F O R T E .** An verbum jubeo directum sit, dubitative referre magis, quam simpliciter, & absolute diffinire videtur, & ex nostris Jacobus Cujacius apud Paulum lib. 4. sentent. tit. 1. adversus modestam hanc Justiniani definitionem, & Alciati sententiam, magno ausu precarium affirmare non erubuit Justiniani enunciatum Ulpiani, & Caii auctoritate confirmatur. Ille tit. 24. de leg. §. 3. ait *Per damnationem bis verbis heres meus damnas esto dare dato, facito, heredem meum dare jubeo.* Et præmiserat eo tit. legatum imperative reliqui, consequitur ergo verbum jubeo esse directum & imperativum. Idem tit. 21. Quemadmodum hered. inst. deb. ait *Heres institui potest bis verbis:* Titius heres esto: Titius heres sit: Titium heredem esse jubeo. Illa autem institutione heredem instituo, heredem facio plerisque improbata est. Igitur directum erat verbum *Jubeo*, alioqui institutioni non convenisset, quamvis id Constantius emendaverit in l. quoniam indignum C. de testam. Catus etiam lib. 2. Inst. tit. 5. de legato damnationis ait: *Per damnationem isto ordine legatum dimittitur, ut testator in Testamento scribat: Tu heres meus illi hoc da, illud illi ab herede meo dari jubeo.* Quare ab Alciato dissentire Cujaciis

cis minime debuit, qui sub Caip autoritate verbum hoc directum esse affirmavit. At in contrarium ad suam sententiam propugnandam adducit Scævolam in l. Aurelius §. ult. ff. de lib. leg. ubi haec verba: *Sempronie uxori meæ reddi ab heredibus meis quinquaginta*, prò fideicommisso accipiuntur, & consequenter verbum *jubeo* ut precarium, sed hoc non est propter verbum *jubeo*, sed propter verbum *reddi*. Nam si vere debentur, nullum est fideicommissum, vel etiam legatum, si pro legato accipientur, ut Bartolus adnotavit; At si verè non debentur ad fidem hæredis pertinet, quod vere debitum non est, ut debitum solvere, & non excipere. Ex fide est, non debitum, quasi debitum agnoscere, & solvere. Aliud futurum si dare jussisset, nam pro legato acciperetur, nulla que exceptio competet hæredi. Si uxor petit, ut debita, excipit hæres non deberi, illa victa est, si petit ex legato, excipit nihil dandum, sed reddendum, ergo defenditur ut fideicommissum, quia sine exceptione reddere tenetur, et si non debeat. Adiicitur eum esse Scævola verborum usum, ut firmum argumentum Cujacius ducere non debeat. Sæpiissimè enim confundit legati, & fideicommissi nomen; Ejusdem legis initio verbis fideicom. legatum dixit; iterum in §. testamento ex verbo *volo* legatum adstruit, in §. cum qui: ex legato fideicommissum, & in hoc ipso §. ult. sic exorditur: *Quidam ita legavit*. Idem Scævola in l. uxorem §. Legaverat ff. de legat. 3. similiter utrumque confundit, quod observat Donel. lib. 8. cap. 2. jur. civil. Unde nec certus sis an verbum *jubeo* pro legato, vel potius pro fideicommisso accepit, & Bartolus pro legato accepit, potest esse prolatum significatione præcaria, ut cum aliquem *jubeo* salvere. Qua ratione Justinianus dictionem forte, adiecisse putandus est, quasi significatio directa non sit huic verbo perpetua, & immutabilis. Quare & Alciasi, & Cujacii repositionem ad Paulum damnandam censeo, qui cum inter verba fideicommissorum retulerit verbum *impeto*, delendum putarunt, & maxime Cujacius reponendum putavit verbum *impeto*, ut enī falsò Cujacius putavit verbum *jubeo* esse præcarium, eodem errore censuit & verbum *impeto*, esse ejusmodi, & lectionem veram, ut falsò, sic etiam levi argumento, emendare curavit.

(f) **V E R U M H U C , A T - Q U E I L L U C .** Non uno loco ostendit Justinianus se verbales tantum controversias removere, quatenus ex verborum observantia, seu potius fluctuatione naufragium voluntas patitur. Quod sanè cum in toto jure civili a principio observatum adeo fuerit, ut qui caderet a syllaba in actionibus proponendis, caderet a tota causa l. i. C. de form. subl. & l. 2. ff. de orig. jur. ut in hæredibus instituendis veteres supra modum scrupulosi fuerunt, sic & in legatis. At quomodo Constantinus institutioni hæredum prospiciendum putavit in l. quoniam indignam C. de testamen. decernens nihil interesse, si dicatur hæredem facio, vel instituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel esto, vel erit, quibuslibet confessam sententias, vel in quolibet genere formatam institutionem valere, si modo per eam liquebit voluntatis intentio, necessarium erat idem quoque circa legata introducere, quæ ad hæredis institutionem accedunt. Neque ferendum erat in actu posteriori verborum religionem esse rejectam, cum institutio caput sit testamenti §. ante baredis inst. de leg. in legatis autem, quæ quoddam additamentum viderentur, minorisque momenti, hac verborum superstitione testantium voluntates perielitari. Itaque hoc undique Justiniano suppeditabat, ut vel usus ipse has differentias reprobatus fuisset, nisi ejus constitutione factum esset. Rectè ait Lacerantibus. quoniam verba in hoc prodita sint, ut intentioni deserviant nec potiora sensu existant l. 3. C. de lib. pret. Lacerare verba nihil aliud est, quam ea adversus intentionem proferentis interpretari, sed in proposito cum testator super legato, vel fideicommisso juramentum adjiciebat, laceratio proficiisci poterat ex l. que sub conditione ff. de condi. inst. non quia dubitaretur conditionem jurisjurandi invalidam esse, verum etiam interposita per testatorem ultra preces adjuratione jux. l. Pater §. Filius ff. de l. 2. aliqua dubitatio poterat emergere.

(g) **E X O M N I P A R T E V E R B O R U M .** Totam hinc exæquationem ad verba pertinentē dignoscimus.

NON

(b) **N O N I N E F F I C A X V O L U N T A S.** Hoc solum in exequatione contendit voluntatem fortiri effectum quoquo modo. Igitur legatum omne, quod tanquam legatum effectum habere non poterit, valebit ut fideicommissum, & è contra. Non tamen hinc sequitur, ut legatum sit fideicommissum, quia diversum est in vim fideicommissi valere.

7 **I N S U N T L E G A T I S.**  
Hinc dignoscitur eorum error, qui censent unita esse legata fideicommissis, quem apertius infra contutabimus. Exequat *Justinianus* unum alteri, nec facit eadem, sed æqualia.

(k) **I N H A E R E R E I N T E L L I G A T U R.** Ait simpliciter inhærere, non naturaliter, quia non commutatur natura, sed quod alterius est naturale, ad alterum transfertur per accidens, ut non sit voluntas inefficax.

**I N T E L L I G A T U R E S S E L E G A T U M.** Non est legatum quicquid fideicommittitur, sed intelligitur esse legatum, si tamen per hoc magis voluntas conservetur. Hæc usque adeo procedunt, quoisque voluntati conservandæ conducunt. Quid si testator velit ita fideicommittere, ut nolit esse legatum, an hoc legatum esse intelligitur? Exequatio nihil voluntati testantium adversatur, quoniam id unum præcipue contendit ei favere, & certè non intenlligetur esse legatum.

[m] **N O N H A B E A T N A T U R A L E G A T O R U M.** Non mutatur natura legatorum sed ea firma manente, si quid non habet, hoc ei ex fideicommissis accommodatur. Neque tamen ob id fit altera natura, verum per mutuam communicationem exequantur effectus.

[n] **P E R F E C T U S E V E N T U S.** Hoc solum curz est, ut dispositiones perfectum fortiantur eventum; dum dicit *omnibus*, confirmat non esse factam eam, quam aliqui dicunt transubstantiationem, nam concedit plura adhuc manere subjecta. Et fortiri perfectum eventum nihil aliud infert, quam consequi eumdem plenum juris effectum.

(o) **U B I A U T E M A L I Q U I D C O N T R A R I U M.** Verba ejusmodi hoc idem facteri cogunt, exequationem non adæquare utriuque subiecti substantiam, falsumque esse, quod nostri frequentius notant in l. i. in dictione *per orania*, quod omnes omnino legatorum, & fideicommissorum differentias excludat, cum hic vel aliquid contrarium reperiiri posse concedat. Sed objicitur huic pronunciato §. sed nostra Inst. de leg. necessariis, ait ibi, esse duimus omnia legata fideicommissis exequare, ut nulla sit inter ea differentia. Ergo nihil etiam poterit contrarium emergere. Accedit §. ult. Inst. de obligat. que ex quasi contractu nascuntur ibi: Nostra autem constitutio, cum unam naturam omnibus legatis, & fideicommissis indulxit &c. Si una est natura, ergo non tantum convenient naturas legatorum, & fideicommissorum exequatas esse, sed etiam unitas. Quod si ita est, nihil est tibi ipsi contrarium, & consequenter nihil potest contrarium emergere, quod fideicommissio quali humaniori sit aggregandum. Hæc potissimum sunt, quæ tyronum animos possunt in hac exequationis materia perturbare, quæ ab eodem *Justiniano* deducuntur. Quare jam fuggerit hic locus, ut tota vis exequationis pandatur. Ita igitur exequationis disputatio ante omnia in tria capita partiri debet, primo quidem, tam legatum, quam fideicommissum considerari queunt in abstracto, prout legis sunt, ita ut non descendamus ad legatum, vel fideicommissum a Cajo, vel Sempronio relictum. Secundo capite considerare necesse est legatum, vel fideicommissum in testamento relicta, eo tamen modo, ut etiam circa exequationis auxilium utrumque validum sit, & suos consequi possit effectus. Postremò, cum alterutrum modo, quo relictum est sine beneficio exequationis plenum exitum cosequi non poterit. Circa primum caput constituendum est adhuc origine, etymologia, diffinitione, & divisione differre. Neque vero in hac prima ratione adæquata sunt, ut alterum in altero confunderetur. Sed unumquodque præcipue sibi retinet, quo ab altero etiam per prius a lege formaliter, ut ita dicam, distinguitur. Neque legatum a fideicommisso alter dignoscere valemus, quam veteribus differentiis adhibitis, quæ quamquam pro conservanda voluntate ubi res postulat, dimittantur, ad propositum secernendi finem adhuc retinentur. Quoniam constitutio ejusmodi non ita suo exequat casu, ut non velit esse duo.

11 duo , æquale enim est ad aliud , neque sibi ipsi , sed alteri est æquale , statim verò consequens est , cuma duo sint , & substantias esse diversas . Res exemplis aperiri 12 potest . Accipe Plauti Amphytrionem , cernis Amphytriones duos , alterum alteri æqualem omnimodo , cernis tamen duos esse substantias diversos . Ad crassiora pro tyronum captu flectamur . Accipe calciamenta si lubet , jam opifex unum alteri adæquat omnino , & tamen unum non est alterum . Quid si vasæ , vel fictilia , vel argentea , quibus utimur in mensis , aspicere velimus , materia , forma , pondere sunt prorsus adæquata , & tamen unumquodque suo corpore , sua substantia constat . Quare sic legata fideicommissis exæquata esse proponamus , ut unumquodque propriam substantiam retineat . Sublata quidem differentia illa est , qua legata particularia inter se discernebantur præceptione , vindicatione , damnatione , finendi modo , sed hoc non ex l. 2. verum ex l. 1. C. commun. de leg. factum est , & non exæquat legata fideicommissis , sed legata inter se , ea genera confundens in unum , quod legatum particulare dicendum est , verbis tamen civilibus relinquendum , quod in hoc quatuor illa genera convenienter ; itaque verum adhuc erat legatum fore legis modo 1. imperativè relinquendum . In secundo capite proponamus Titum in Testamento recte facto ita cavisse . Sinito hæres meus Sempronium fundum Cornelianum propria autoritate accipere , sibique habere ; amplius rogo te , fundum Tusculanum Cajo restitutas . Hic cum valeat utrumque relictum , quæro , quæ sint exæquationis partes ? nullas esse opinor , quia nec testatoris interest , quod legavit , videri fideicommissum , neque quod fideicommissit videri legatum , lex autem , non secus , ac natura , nihil frustra esse contendit l. dominus testamento ff. de condic. indeb . & in hac specie , per exæquationem nullam submoveri differentiam , facile defendi poterit . Quare nec in primo , nec in secundo capite locum obtinere poterit unam utrique indultam esse naturam . In tertio capite proponamus legatum scriptum esse , vel in codicillis minime testamento confirmatis , vel a legatio , aut ab eo , qui ex propria persona hæres non est , suis relictum ; verum utique erit , legatum ideo valere , quia constitutione cavitur , si legati tantum specialiter mentionem testator faciat , quod & fideicommissum intelligatur ; facit ergo exæquatio , ut hoc in casu communicetur legato fideicommissi natura . Proponamus per contrarium sic

fideicommississe : rogo hæredem meum , ut permittat , Titum a se ipso accipere fundum . Repugnat fideicommissum esse , & directo capere , quia tamen idem intelligitur esse legatum , poterit legati jure Titius propria autoritate capere . Communicatio fit conservandæ voluntatis caussa , non semper , sed cum opus fuerit , quod unius naturale est , atque perpetuum , alteri communicatur per accidens . Adjuvatur haec interpretatio ab ipso titulo , qui *communia de legatis* , & *fideicommissis* inscribitur . Quod significat unum alteri communicare , & ita aliquid utriusque fieri commune , & propterea exæquationem nihil aliud esse , quam communicationem quandam , hoc est unam indulgere naturam , ut alterum alterius naturalia vendicet , non jure proprio , sed indulgentia legis . Erit igitur una in communia , non in singulari , atque ita intelligi oportet §. ult. inst. de oblig. quæ ex quasi conser. nascuntur . & quod ait Justinianus nullam subesse differentiam , ita se habet , ut nihil contradicat , omnes fere adesse , & 14 nullam subesse . Quia quoties legatum jure legati valere non potest , adeo fideicommisso exæquatur , ut nulla prorsus differentia remaneat , & fideicommissum intelligitur . At cum utrumque per se valere potest , omnes differentiae manent ; quia cessat ratio finalis exæquationis . Sed amplius adnotandum est , manere omni casu differentiam , quam postremo loco notavi , ne ipso jure legatum , ut fideicommissum per supervenientes inimicitias adimatur , sicut ea , ne legata nutu relinqui possint , quoniam exæquatio occurrit verborum impedimentis , ut conservet , non ut facilius , vel difficilius adimat . Legata verbis inducuntur , iisdem adimantur necesse est , non ergo sola voluntate , & ad hunc casum exæquatio minime pertinet . Ex iis constat quomodo posse aliquid contrarium emergere , quomodo omnis fere differentia maneat , & nulla tamen dicatur adesse . Naturas in singulari non esse adæquatas , vel ex verbis Justiniani patet , dum ait : *Hoc fideicommissum quasi humiori aggregetur* , & secundum ejus dirimir naturam . Sic presupponit , & fideicommissum humanius defendi , & unius naturam non esse naturam alterius . Sie Juppiter apud Plautum non dimissa propria majestate , sed intus reclusa , Amphytrionis similitudines ad finem destinatum assuebat ; ita si contingisset , quod Pompejus nolebat , aliquem sibi exæquari , ille quidem æqualis Pompejo parente

parem potentiam, pares effectus, non eamdem substantiam, aut personam assequutus adæquatione fuisse. Non aliter legatum fideicommissum exæquatum, viribus fideicommissi sibi per exæquationem communicatis adversus juris civilis rigorem defenditur. Atque ita de exæquatione sentio.

(p) **E T N E M O M O R I E N S.** Legitima voluntas non ideo reprobari debet, quæ in vim legati valere non queat, quia etiam si legatum reprobetur, non reprobatur voluntas. Sed quid, si testator in vim legati tantum valere decrevisset, ita ut magis irritari, quam in vim fideicommissum defendi vellet, num obtinebit exæquatio? Minime. Ea enim differentias verborum, non voluntatis amovet, & voluntatem sequitur, non ei contrariatur, ut diximus. Igitur obtinebit reg. l. ult. C. de cond.

(q) **E T M O R I E N T I B U S P R O S P I C I A T U R.** Totum hoc, quod super exæquatione elaboratura est, eo tendit, non ut legibus de legatis, vel de fideicommissis loquentibus prospiceretur, sed ut morientibus. Neque legata, vel fideicomissa, prout legis sunt, in primo illo capite *Justiniano* curæ fuere, sed ne ex differentiis legum voluntas defuncti deperiret. Manent igitur differentiæ, sed iis, quasi veneno ex arte corredo, ablata est nocendi facultas, & id exæquatio præstat.

(r) **H O C E T L E G A T U M H E S S E V I D E A T U R.** Videtur huc, quod a legatario legari possit cum fideicommissum a legatario relictum legatum videri proponatur. Hoc eo pertinet, ut legati consequatur effectus, videlicet ut dominium transeat, ut eadem actiones competant, ut si quid plus legato inesset, fideicommissum communicetur. Omnia enim, quæ de exæquatione dicuntur, ad effectus referenda sunt.

(s) **N O N V E R B I S, S E D I P S I S R E B U S.**

Hoc quasi epitome declarat, se tantum submovere differentias, quæ nascuntur ex verbis, non ex re. Testator a legatario legat, quia legati formula usus est, impugnabatur ejus judicium, si dixisset fideicommissum, nihil controversia erat, sic contentio nasci videbatur: ex verbis unius, cum opus fuerit, alterum significari decernit. Quare ad *Justiniani* mentem rem omnem ita concludamus. Ex differentiis quædam sunt, quæ ante ipsam exæquationem sublatæ sunt; veluti quod ante hæreditis institutionem legari non posset, quod *Latini Juniani* legatum capere non possent, quod post mortem hæreditis non rectè legaretur, quod legata per formulam petenda forent. Et de his nulla nobis circa exæquationem potest esse controversia. Quædam sunt, ad quæ nullo modo exæquatio pertinet, velut si legatum partitionis consideremus, si legatorum propter iniurias supervenientes ademptionem, si nutu, & sine verbis fideicomissa potuisse relinqui, & hæ manent adhuc. Quædam vero sunt, ex quibus nunc legatum, nunc fideicommissum aut infirmari, aut perfectum eventum sortiri contingeret; inter quas ea adnumeranda est, quod in legato per damnationem inficiando lis cresceret, & in reliquo ad pias causas eundem legatis, & fideicommissis tribuit effectum d. §. ult. inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. & hæ, cum de juri effectu contentio est, cessant omnimodo; cum unum ab altero secernendum est, omnimodo durant. Hic ea excipi differentia debet, quod Græcis verbis legari non posset, quia legari nunc potest, quare istius differentiæ in l. 2. omne vestigium Imperator substulisse videtur, non quidem exæquationis virtute, sed constitutionis exordio, quo verba quælibet exprimentia legitimum sensum valida esse voluit. Reliquum est, ut cum hæ tyronum gratia, multisque efflagitantibus in lucem prodeant, eruditiores, nisi pro eorum dignitate rem tractatam esse compererint, æqui, bonique consulere minime reculerint.

*Laus Deo, ac Deipara Virgini.*



233

# ALEXANDRI TURAMINI J. C. A D P A U L U M

*In L. III. §. ex contrario: de acquir. poss.*


## P R A E F A T I O



Um tam misere torqueantur juris civilis Interpretes in dignoscenda vera possessionis substantia, ut non de re tantum, an juris sit, vel facti, vel ex utroque mixta consistat, vel potius altera juris, altera fæti esse proponatur; sed & de ipsius nomine, an à sedibus, vel à pedibus ducatur, & id, an allusionem, vel notationem contineat, tum nominis, ac rei diffinitione posita, num duplex sit, vel unica, bis etiam temporibus maximè dubitent, & diffinitionis, & divisionis ignari in variis labantur errores, dum ab ignoratis principiis, vel minus reætè constitutis, falsas sape consequencias ducunt: rem non modo utilem, sed egregiam me facturum existimavi, si meos Auditores, Paulo ad Edictum duce, ad veram possessionis notitiam peruenire contenderem, quod semper ea sententia fuerim, ut ille in l. 3. §. ex contrario de acq. poss. adeo id, quod querimus perbellè docuisse videatur, ut nullus ad rem banc diffinendam aut insignior, aut certior, aut etiam accommodatior locus cuiquam occurrere possit.

Habet quidem dubitationes latentes, atque difficiles, tum sententias acutas, & illustres, sed maximo cum jurisprudentiae decore hucusque negligentissime tractatas, & ab iis, qui de cetero materiam possessionis omnem variis tractatibus doctissime illustrarunt, non sine gravi noxa prætermisas; ut singularem explicationem, singulari labore  
con-

confectam desiderare videatur ; quam vel si minime præstitero , sublimiora saltem ingenia excitabo , ut aliquando præstare conentur . Ego quidem Ulpiani ad Plautium , & Sabinum , Pauli ad eosdem , & Vitellium , Pomponii ad Quintum Mutium , scriptis , & exemplo exercitatus , aliquando ad Modestinum , ad Ulpianum , ad Papinianum , nunc verò ad Paulum scribendum esse constitui , quod ex hoc scribendi genere , candida , sinceraque legum interpretatio proficiat . Quicumque ad proprium jurisconsulti munus hac ratione revocatur , is etiam in propositis controversis recta methodo ad juris principia reducitur , & veras conclusiones solidis argumentis firmatas exhibet , non ex repertoriis , vel indigestis novissimorum traditionibus , verum ex ipsis legum fontibus , quam profitetur veritatem requirit , patefacit , atque defendit . Ubi vero lex deficit , argumenta , ait ex lege petit , aut ab ipsa natura , ex qua lex orta est , dicit , atque confirmat . Sed jam subjiciam Pauli verba :



PAU,

# PAULUS LIB. LIV. AD EDICTUM

## IN L. 3. S. EX CONTRARIO ff. DE ACQ. POS.

**E**X contrario plures eadem rem possidere non possunt , contra naturam quippe est , ut cum ego aliquid teneam , ut quoque id tenere videaris . *Sabinus* tamen scribit , eum , qui precario dederit , & ipsum possidere , eum , qui precario acceperit . Idem *Tribatus* probat existimans alium iustè , alium injustè possidere posse , duos iustè , vel duos unjustè

non posse , quem *Labeo* reprehendit , quoniam in summa possessionis non multum intereat iustè quis , an iustè possideat , quod est verius . Non magis enim eadem possessio apud duos esse potest , quam ut tu stare videaris in eo loco , in quo ego sto , vel in quo ego sedeo , tu sedere videaris .

- 1 *Divisio* tex.
- 2 *Joannis Glossatoris intellectus* examinatur .
- 3 *Uſufuctuaris* verè non possidet , & qua ratione .
- 4 *Deterior* unius non est impedimento possessioni alterius .
- 5 Dominus directus habet civilem possessionem , fideiarius , vel emphyteuta naturale ex communi .
- 6 Connani sententia contra communem , dominum nullo modo possidere , ab Autore confirmatur .
- 7 Dominium utile quare dictum .
- 8 An rectè quidam dixerint dominium utile esse ficti chimera .
- 9 Ratio aliorum confutatur circa questionem precedentem .
- 10 Authoris sententia , qualiter dominio utili nomine dominii conveniat .
- 11 Baldi sententia negantis dominium utile esse quasi chimera , quomodo defendi queat .
- 12 Ecclesiam , & pupillum non posse amittere possessionem , quomodo intelligendum .
- 13 L. clam. §. qui ad nundinas inf. eod. diligenter expenditur .
- 14 Soccini ad tex. nostrum interpretatio , reprobatur .
- 15 Martini sententia , quod animo plures possidere possint , damnatur .
- 16 Accurcius in l. lices C. eodem similiter reprehenditur .
- 17 L. ult. ff. uti possid. expenditur , & Soccini confutatur intellectus .
- 18 Bartoli ad eam l. declaratio commendatur .
- 19 Francisci Connani intellectus ad d. §. q. ad nundinas adducitur , & comprobatur .
- 20 Soccini ambo dubitant , ne verior sit Trebatii sententia contra Labeonem .
- 21 Joannis Bolognetti tumida , & injuria vero contra Soccinos vituperantur , & ejus ignorantia detegitur n. 26.
- 22 Azo cum Paulo , Joannes cum Trebatio re ipsa consentiunt .
- 23 Summa possessionis quid Labeoni significet .
- 24 Francisci Marci in quest. 139. deprebenditur error in intellectu hujus §.
- 25 Possessionem esse specie unicas variis modis ex hoc §. deprebenditur .
- 26 Bartoli compendium ad hunc §. adductiur .
- 27 Prims hujus tex. propositio quod habeat subjectum , quodvis predicatum ad evenendum Bartoli compendium , inquitur .
- 28 Compendium quale , & de quibus constituitur debeat .
- 29 Possessiones ejusdem rei plures numero , non specie differentes an dari possint , ut Bartolus supponit , queritur .
- 30 Dictio vel inter diversa ponitur .
- 31 Exempla Soccini pro Bartolo adducta reprobantur .
- 32 Jasonis aliud exemplum similiter confutatur .
- 33 Soccini argumentum expenditur , & reprobatur .
- 34 Possessio est ad aliquid .
- 35 Compendium juxta intellectum , quem verum esse disputavit .

AR.

## ARGUMENTUM

*Verus Pauli sensus inquiritur, & congruo  
sub compendio concluditur.*

## Cap. I.



Ivisionem istius §. in sex partes & Bartolo & ceteris, com. mode fieri potuisse, visum est. Prima dictum continent, secunda rationem, tertia Savini, quarta Trebatii sententiam, quinta Labeonis reprehensionem, sexta, seu postrema, per argumentum a pari primum dictum, & Labeonis reprehensionem confirmat. Partes per se patent.

Explicemus primam. Pronunciat in ea *Paulus* plures eamdem rem in solidum possidere non posse. Quæstionis est de qua possessione intelligatur hoc *Pauli* pronunciatum. *Joannes ab Accurso* adductus in ea sententia est, ut late concipiatur *Pauli* sententia, videlicet, quod neque civiliter tantum, neque naturaliter tantum, neque duo justè, neque duo injustè, neque unus justè, alius injustè in solidum possidere queant. Fieri quidem posse, ut alter civiliter, alter naturaliter possideant, ut usufructarius, & proprietarius. Cuius sententiam *Bartolus n. 8.* verissimam affirmit.

Et ut a posteriori capite exordiar, quod faciliorem explicationem admittit, admoneamus sumus, usufructuarium vere non possidere, & ob hanc rationem, nec usucapere *l. 10. acquiritur in fin. sumpt. sit. prox. §. idem placet Inst. per quas person. nob. acquir.* ubi *Theophilus* id apertissime docet, ut animadvertis *Didacus* huic sententiae accedens in reg. possessor. initio secundæ part. n. 5. Id eam rationem habet, quia usufructarius non possidet cogitatione domini, quod maxime notat *Theophilus*, ut possessio-

nem a detentione distinguat, improprie possidere dicitur *l. 12. naturaliter infra eod.* Errat ergo *Joannes*, dum credit usufructuarium possidere, sed quatenus eo detinente, proprietarium possidere concedit, vera est ejus sententia, ceterum *Pauli* dicto minime conveniens, quod de vera possessione sine dubio accipi debet. Ex hac tamen sententia *Joannis* colligere fas est, quod detentio unius non est impedimento possessioni alterius, quo fit, ut colonis, & servis res nostras detinentibus, nos ipsi possidere dicamur *l. 1. §. per eum & per seruum sup. eod.*

Secundum afferit exemplum de domino, & vassallo, sive enphytheuta, quod minime rei nostræ videtur accommodatum: Nam etiam si *glos. Bart. Inst. Cast.* & alii communiter hic probent civilem possessionem esse penes dominum directum, naturalen penes enphytheutam, vel feudatarium, idemque probat *Azo in summa C. de acq. posses.* *Idem Bartolus in l. 2. n. 4. C. de jur. Enphyt.* & *Ant. Gomez. in l. 45. Tauri n. 100.* & receptiorem sub autoritate dicti *Gomez* affirmat *Mosina de just.* & *jur. tratt. a. disput. 12. & seq.* qui multa ab eo accipit, at tamen veriore in arbitrio sententiam *Cognani lib. g. c. 10. num. 2. Comm. jur. civil.* existimantis dominum non possidere ulla ratione, sed canonem, aut aliud quidpiam exigere in recognitionem dominii. Hoc enim agit, dum rem hoc titulo transfert omnimodo in enphytheutam vel feudatarium, solumque sibi dominium illud directum retineat, quod sine come-

mento

mento civilis possessionis conservatur, & ex germano hujus §. sensu manifestissime confirmatur, quo infra constabit duos ita in solidum possidere non posse, videlicet alterum civiliter, alterum naturaliter, & non alia ratione illud utile dominium appellatur, nisi quod utilitas omnis, quam maxime possidendo consequimur, translata possessione transferatur, & penes dominum directum remaneat nomen, & honos dominii, de quibus non est curandum, *Isern.* in c. primo §. rei autem n. 2. & 3. de investi. de re ali. cuius verba refert & sequitur *Jacobus de Franc.* in pralud. feud. c. I. n. 21. & investitura recte fieri dicitur tradita possessione, ut per *Isern.* ubi supra. Hinc definiri facile potest, quomodo verum sit illud, quod *Innocentio* tribuit *Hostien.* in summa de feud. §. quod jus, utile dominium esse sicuti chimaram, quod retulit *Isern.* ubi supra & aliis in locis congestis per *Jacobum d.* n. 21. Non enim probo, quod possunt addentes ad *Isern.* ideo chimare simile dictum, ut significaretur facilis cum proprietate consolidatio, quia neque hoc cum chimera similitudinem continet, & similitudo respiceret interitum, non essentiam rei; chimare autem ut nulla essentia, ita & nullus interitus. Sed opinor formaliter non esse dominium, neque dico utiliter, sed formaliter. Quia verum censeo utiliter feudatarium dominum esse, juxta tex- tum cum gloss. in cap. I. ibi: *Ipse solus militer agendi, & excipiendi babet potestam, de contr. inter vas. & alium de benefic. de quo meminit Camer.* in rep. L. Imperialem de probib. Feud. alien. per fed. fol. 39. lit. C. dicens quosdam hebe- tes ingenio de hoc dubitasse; sed dico dominum hoc utile non esse formaliter, ac proprie dominum, sed utiliter, id est habere effectus, & utilitatem dominii, non autem formam, & essentiam, est ergo tale per accidens, & secundum quid, non autem simpliciter, & absolute. Quare si querimus de dominio simpliciter, dominum utile est sicuti chimara, id est habens formam, & essentiam dominii imaginatam, non proprie existentem. Sed si querimus de dominio, non propter sui formam, & essentiam, sed propter juris effectus, tunc *Baldo* subscribendum est in ca. I. §. ult. in quibus caus. feud. amitt. dum ille dicit, nescire quid dicant ii, qui utile dominum chimaram dicunt, est enim aliquid, non nihil, ut chimara, & adeo aliquid, ut *Andreolus* pluris estimarit utilitatem feudatarii,

quam nomen, & honorem domini, sed hoc aliquid, quod ego multum existimo, non est aliquid secundum formalitatem dominii, sed secundum juris effectus, quos cum possessio respiciat, meritò negat *Connanus* dominum directum possidere, quia penes eum non est utilitas, sed formalitas dominii. Sed etiam admissa communi sententia, nescio quomodo *D. de Franch.* decif. 163. n. 4. admiserit emphyteuta actualiter existente in possessione dominum directum naturaliter, & civiliter possidere posse, quod mihi non tam falsum, quam impossibile visum est. Nam emphyteuta, & feudarius naturaliter, & civiliter ita possident, ut non jure servitutis, sed dominii illius titulo fructus suos faciant. Et quod Ecclesia, & pupillus non possint amittere possessionem, eo pertinet, ut sua sponte amittere non valeant, quod pupillo animus non sit sufficiens ad quid alienandum, de facto tamen dejici possunt, & corpore de possessione recedere, leg. possessionem pupillus infr. eod. ac ita intelligi plane debet, quod post *Bartolum.* & alios in l. jubemus §. sane Cod. de Sacr. Eccl. scribit *Crot.* in rep. l. I. §. si vir. n. 20. sup. eod. ut sensus eorum cum legibus adductis consentire videatur, ideoque dubitationis proposita in ea decisione facilis, ut justa censi debet diffinitio. Tertium exem- plum, quod desumitur ex l. clam §. qui ad nundinas infra eod. longe difficultius est, ubi ex sententia *Joannis*, & communi duo possidere videntur, alter civiliter, qui absens est, alter naturaliter, qui clam ingressus est. Ait *Ulpianus*, qui ad nundinas profectus neminem reliquerit, & dum ille a nundinis redit, aliquis occupaverit possessionem videri eum clam possidere, *Labeo* scribit, retinet ergo possessionem is, qui ad nundinas abiit, verum si revertentem dominum non admiserit, vi magis intelligi posside-re, non clam.

Hic plane locus objicitur *Azoni*, juncto textu nostro, ut probetur duplex posses-sio, nam duos simul possidere contendit, & absentem, & ingressum; eodem gene-re possessionis non possunt, ut *Paulus* hic tradit, ergo constat species pos-sessionis respectu ejusdem rei esse diver-sas. *Socinus senior* in l. I. n. 50. sup. eod. ait, primum *Pauli* sermonem esse de possessione, quae corpore, non de ea, quae animo retinetur, quod illi sua-detur ex verbis in fine positis.

Non enim magis eadem possessio apud duas  
G g effe

*esse potest, quād ut tu stare videaris in loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.*

Ut enim sedere, & stare ad actum corporis referuntur, sic, & actus possidendi ad actum corporis referri videtur, at *Paulus* loquitur de ipsa possessione. Solutio loquitur de possidendi modo, vel instrumentis, & ita non est ad argumentum, quo concluditur, aut duos interim naturaliter possidere, aut possessionem esse duplicem. Nec ad rem facit, quod animo retinere, sit affectu retinere,

15 & cumdem affectum secundum *Theologos* plures habere, ut *Socinus* subsequitur ex intentione quorundam novissimorum, quorum haec opinio *Martino* adscribitur, ut per *Castrensem* bīc n. 2. a quo tamen reprobatur, & rectè; Nam id accipi debet de affectu possidendi sine possessione, quia plures possunt habere affectum possidendi regnum aliquod, non tamen possidere, sed affectus est idem ratione objecti, quia fertur in idem objectum, non ratione suæ formæ quia numero distinguuntur, & affectus Titii erga fundum Cornelianum, non est affectus Sempronii ad eundem fundum. Sic

16 damnandus est *Accursius* in l. licet C. eod. ita nodum solvens. *Vet dic.*, quod abjens retinet possessionem naturalem civiliter, præjens verò naturaliter, & sic diverso jure.

Nam vult eandem possessionem naturalem esse penes duos distinctam, non formaliter, sed in ipso possidendi modo, & ita videtur idem planè, qui *Socini* lenitus, & idem error.

17 In quem relabitur idem *Socinus*, dum ex l. ult. inf. uti poss. intellectum sequens, quem ibi *Bartolus* veriorem censet, colligere se putat, quod plures possidere possint eadem specie possessionis, diversis tamen respectibus. Hæc secunda solutio differt a superiori, quod illa nitatur diversitate modi, hæc verò diversitate finis, sed utraque illud admittit inconveniens, quod duo in solidum formaliter eandem possessionem retineant, quia distinctio, quæ sumitur ex modo, vel ex fine, non attingit possessionis substantiam, neque distinguit formam possessionis. Ait *Ulpianus* ibi *In summa puto dicendum* & inter fructuarios hoc interdictum reddendum, & si alter usumfructum, alter possessionem, sibi defendat, idem erit probandum, & si ususfructus quis sibi defendat possessionem & ita *Pomponius* scribit. Proinde, & si alter usum, alter fructum sibi tueatur, & bis interdictum erit dandum.

Sed hic non est dubitandum esse species posses-

sionis diversas, quod *Bartolus* affirmat, in hoc male a *Soccino* animadversus, qui ita hanc legem ultimam cum textu nostro conciliat, quod, quamvis reprehendat *Castrensis* hic in fin. reprehendit circa naturalem, possessionem, ut in solidum omnibus competere possit, & admittit de civili, quod civilis pro diversitate juriū, etiam una ab altera specificē distinguatur. Et ita dominus, usufructuarius, & uiuarius in fundo simul tempore esse possunt, & quilibet sui juris in solidum possessionem retinere, non omnes naturalem rei possessionem, quod illi insit dominandi effectus, qui in usufructuario, & usuario considerari nequit. Quod *Bartolus* in l. naturaliter infra eod. rectius expendisse videtur, ad ejusdem legis intellectum scribens, quoties usufructuarius, aut uiuarius agit contra dominum eo interdicto, non debet agere ratione possessionis ipsius rei, sed pro quasi possessione sui juris; cum vero agunt contra extraneum, poterunt affirmare in libello, se turbari in possessione rei, quod ad ejus legis intellectum probat *Jacobus Menochius* retin. poss. remed. 3. n. 8. fallo tamen *Oriano* ascribit, quod *Bartolo* adscribendum esse compertum est. Cæterum quod attinet ad d. §. qui ad nundinas mihi 19 solus *Franciscus Connarus* lib. 3. cap. 10. n. 4. ad veram interpretationem visus est accedere. Negat ille, eum, qui absente vero possessore fundum clam. ingreditur, possessionem illo ingressu acquirere. Nec enim vere possidet, qui clam possidet, d. l. clam. Ubi *Ulpianus*: *Clam possidere eum dicimus*, qui furtivè ingressus est possessionem, ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat. Sic itaque qui clam possidet suspicans in possessione manet. At hæc suspicio in causa est ex parte veri possessoris, ut amittat possessionem bac l. sup. in §. si quis nunciet: Si quis nunciet domum a latronibus occupatam, & dominus timore conterritus noluerit accedere, amisisse eum possessionem placet l. 25. si id, quod §. ult. infra eod. ibi aut nos ita animo desinamus possidere, quod suspicemur repelliri nos posse ab eo, qui ingressus sit possessionem. & videtur utilius esse. Ut ergo suspicio in verò possessore, aut etiam domino est causa possessionis amittendæ, sic in eo, qui clam ingreditur est in causa, ne ille acquirat, donec constanti animo non sit, quo firmiter, & sine vacillatione possessioni inhæret. Et si quis putet solo ingressu, vel solo corporis actu acquiri obstat lex ista in in princ. Nam adipiscimur possessionem corpore, & ani-

animo , neque per se animo , aut per se corpore . At animus meticulosus non sufficit ad acquirendam possessionem , quemadmodum nec satis est ad acquisitam retinendam , & vulgo dicere solemus meticulosus non habere animum , quasi animus meticulosus non sit animus . Itaque ingressus ille non acquirit naturalem , ut communiter existimant . Quo argumento ait *Ulpianus* : *retinet ergo possessionem , qui ad nundinas abiit* . Et quam retinet ? quam tenebat antequam abiret ; ergo una est naturalis , & civilis , & non altera specie distinguitur , quod infra latius explicabo . Qua ratione gravior est *Vacennii lapsus* , qui lib . 2. var . decl . 37. n . 4. & seq . adstruit , eum , qui clam possidet naturaliter , civiliter possidere , quod aequaliter falsum est , & inauditum , non tantum a communi sententia alienum . Quod attinet ad rem praesentem satis constat *Joannis sententiam probari non posse* , quod alter naturaliter , alter civiliter rem eandem in solidum possideat , & hinc nulla ratione deducitur . Quare ut ad *Pauli* pronunciatum redeamus , hactenus constat generaliter , ut jacet accipi oportere . Verum *Trebatus* *Paulo* adversatur , nam et si concedat duos justè , duos injustè possidere non posse , ratus est nihilominus alterum injustè possidere posse , & quamvis *Labeo Trebatium* reprehendat , & *Paulus Labeoni* consentiat , idque transierit in legem , secundum quam judicandum foret , attamen nihil prohibet in via disputativa rem in dubitatio-

20 nem revocare , quod tum *Mar. Soccin.* in cap . 2. de cau . poss . & propr . tum *Bratolus* , *Soccinus* bic n . 6. facere ausi sunt , & *Trebatiū* contra *Labeonem* defendere .

Reprehendit *Labeo Trebatium* ex pluribus , quæ pronunciat in uno dumtaxat , quod unus justè , alter injustè eamdem rem possidere in solidum queat . Ratio reprehendendi ea est , quoniam in summa possessionis non multum interest , justè quis , an injustè possideat . Non esse jure reprehensum contendit uterque *Soccinus* ea ratione , quia *Trebatus* assumptis justam , & injustam possessionem , ut specie , non ut qualitate differentes , accipiendo justam pro civili , injustam pro naturali , seu magis corporali possessione , argum . 1. quod servus infr . cod . ibi non corporalem possessionem , sed justam potest acquirere . Confirmatur hoc , quoniam dum *Trebatus* probare videtur *Sabini* sententiam , qua tam preario rogans , quam qui dat , possidere concedit , qui diverso possessionis genere possident , exemplum , quod subnecit *Trebatus* de duo-

bus altero justè altero injustè possidentibus ; cum ad ampliandam *Sabini* sententiam pertinere videatur , credendum est ex ejusdem Thematis suppositione subiecte de duobus possidentibus specie possessionis diversa . Quod si fieri potest , ut duo justè possideant specie diversa possidendi , quid vetat ne multo magis concedendum sit duobus , altero justè , altero injustè possidentibus , quando hic , & species diversas , & qualitates etiam contrarias esse proponatur . Quorum sententiae , & *Ferrettus* adhaeret , ut refert *Joannes Bolognettus* bic n . 53. Sed idem *Bolognettus* tum n . 29. tum 54 acriter mordet utrumque *Succinum* afferens , hanc eorum disputationem continere vanam subtilitatem , temerariam præsumptionem , & falsitatem , naufragium maledictis , & hujus rei ignorantia omnibus faciens . Neque vero potest esse vana subtilitas , quæ ad excitanda studiosorum ingenia proponitur , cum , ut author est *Aristoteles* , de singulis dubitare non sit inutile . At quod deterius est , is ignarus quidem hanc eamdem sententiam probat . Et sane 22 inter sententiam *Trebatiī* , & *Labeonis* non magis interesse videtur , quam inter *Azonis* , & *Joannis* sententiam , quod paulo infra docebo . Constituendum est autem pro rei veritate assequenda eam fuisse *Trebatiī* sententiam , quod possessio justa ab injusta differat specie , & in hoc solo versatur reprehensio *Labeonis* , quia quoad summam possessionis non multum interest , justa sit , vel injusta , insinuatque hanc non substantiam , ut *Trebatus* censuit , sed accidentalem esse differentiam , quæ non potest substantiam possessionis alteram reddere . Hoc *Labeonis* argumento implicitè continetur , quod si concederemus multum interesse , quoad possessionis summam , adeo ut differentia esset in quid , non in quale , ut *Dialecticorum* utar verbis , & *Labeo* concessurus esset duos in solidum alterum justè alterum iniustè possidere 23 posse . Summa possessionis nihil aliud *Labeoni* significat , quam ipsius substantiam , vel essentiam , ut ad sensum patet , & probat *Rota Romana* decis . I. de rest . spol . n . 7. in antiquioribus . Sic constat errare *Don . lib . 5. c . 7.* qui hæc verba , in summa accipit pro genere possessionis , & summam genus censet , quod a verbi proprietate est alienum . Summa rei ipsa substantia est , ideo materia , & forma . Genus quod solius materiæ vice fungitur rei summam exhibere non potest , cui forma desit ; Sed vel invitus satetur , quod pono , vel repugnantia

G g 2 dicit

dicit. Ait ille: *possessio genere una est, specie due; aut enim justa est aut injusta. Utroque pariter possessio, effectu juris species distincta.*

Hactenus ille: contra quem ego affero species forma primum distingui, non solo effectu; effectu distingui ostendit differentiam non esse specificam, sed in quale. Sic ferè vel invitus concedere videtur, non esse formaliter distinctas. Quoties igitur multum interierit circa possessionis essentiam, quoniam substantia possessionis esset diversa, *Labeo Trebatio* consentiet, duos in solidum possidere posse. Ita ut ab effectu ad suam caussam argumentum converti possit, ut si proponamus aliquo casu, duos in solidum possidere, consequens semper sit possessionis species esse diversas, ut ad intellectum *l. ult. ff. uti poss. ex Castrensis* sententia supra commemoravi; Erunt vero species diversæ, non unius generis proprietate, sed quadam analogia coniunctæ. Hinc constat damnandum

**24** esse *Franc. Marc. q. 193.* queritur in materia statuti, quæ superfluo repetita legitur *q. 655. par. 1.* qui existimat duos in solidum possidere non posse eadem possidendi qualitate, videlicet duos justè, vel injustè, secus si qualitas sit diversa. Nihil enim magis *Labeoni* ex diametro contrarium affirmare potuit. Quis enim dubitat justum, & injustum constituere qualitates possidendi non modo diversas, sed planè contrarias? Et tamen *Labeo* negat duos ita possidere posse. Et dum *Labeo* dimissa qualitatis ratione argumentum sumit ex substantia possessionis, ille perperam hunc locum expendens, dimissa ratione substantiæ, argumentum ex qualitate dedit. Et rogo, quo nos multa congerendi desiderium perducere poterit, si apertum legis sensum non modo deserere, sed incuria, vel negligentia, ne dixerim ignorantia evertere licet? Æque deterrime intelligit *d. l. clam §. qui ad nundinas inf. eod. l. si duo, & l. ult. ff. uti poss.* Ab eo igitur maxime cavendum est, & cum *Labeone* minime curandum an qualitates sint diversæ, dum species eadem maneat.

Sed non modo *Franciscum Marcum*, verum eos omnes errare necesse est, qui non intelligunt in id *Labeonis*, & *Pauli* sententiam esse certissimam, ut unica, non autem duplex possessio sit. Quod ex pluribus necessario colligitur.

Primum quia sine distinctione aliqua proponit duos eandem rem in solidum possidere non

posse, quod si duo casu aliquo rem eandem in solidum possidere queant, id sine aliqua nota a *Paulo* prætermisum esse defendi non potest, qui *Sabini*, *Trebati*, & *Labeonis* sententias accurate adeo retulerit, ut omnem dubitationem adimere velle videatur, quæ primæ dubitationi objici posset, quod generaliter, & absolute reciperetur.

Secundo cum *Trebatus* distinguendo & varios casus proponendo quæsierit, an duo in solidum possidere queant, aut errat *Trebatus* in enumeratione casum, aut non errat; si non errat, ergo possessio est unica, si errat, quæro quomodo probetur error. Cum enim duo possidere proponuntur, aut ambo justè id contendunt, aut ambo injustè, aut alter justè alter injustè. Ut vitium enumeratiois pateat, oportet alium afferre casum, quem nec imaginari valeo. Igitur perfecta enumeratio *Trebati*, ergo & certa *Labeonis*, ac necessaria conclusio possessionem esse unicam. Consequens ex sequenti ratione liquabit.

Tertio deducitur hæc ratio, justa ab injusta possessione magis differt, quam justa ab alia justa, vel injusta ab alia similiter injusta, quod patet ad sensum. Et *Joannes naturalem* a civili possessione sub sola justi vel injusti ratione differre contendit, ex *d. §. qui ad nundinas*, ut non propterea, vel novam, vel majorem differentiam nobis afferat; quod adversus *Soccinum* hic *n. 19.* in ipsa quæstione, an duplex possessio sit, vel unica diligentius erit tractandum, qui communem fecutus errorem arbitratur justam ab injusta sola qualitate, naturalem a civili etiam specie differre.

Sic itaque nulla major respectu ejusdem rei potest afferri differentia possessionis, ergo respectu ejusdem rei non est dare differentiam possessionis in quid, sed in quale, ergo non est dare duplum, sed unicum. Et ita videtur *Labeonis* collectio, justa possessio ab alia justa specie non differt, injusta ab injusta similiter, non etiam justa ab injusta, ergo possessio est specie unica; quamvis qualitates contrarias recipere valeat, quod quomodo se habeat infra opportunius docebo.

Hinc ergo duo subinferuntur, Primum est communem sententiam, quæ cum *Joanne* afferit possessionem esse duplum, & alteram ab altera specie distinctam, falsam esse, & *Pauli*, & *Labeonis* sententiaz manifestè repugnantem.

**25** Alterum, quod adversus *Joannem Bolognetum* &

& ejus petulantiam concludendum est ; quod cum uterque *Socinus* loquatur ex suppositione communis sententiae quam & ipse concedit , qua dantur plures possidendi species , ea communi admissa in tantum non est vana , temeraria , & falsa eorum sententia , ut is temere quidem affirmat , sed vera censeri debet . Quia si proponamus justam , & injustam possessionem non sola justi , vel injusti qualitate , sed etiam specie differre , *Labeo* concessurus est , duos in solidum possidere posse , quoniam non alia ratione negaverit , nisi quoniam ad summam possessionis non multum intersit , neque possunt Doctores aut probare *Joannis* sententiam , nisi & *Trebatus* adversus *Labeonem* sequantur , aut *Labeonis* sententiam sequi , nisi *Joannis* , ut *Trebatus* placitum falsum esse concedant . Sic vera erit declaratio *Joannis* ad hunc textum primordio relata , si falsam ejus sequamur suppositionem , quod naturalis possessio a civili specie differat ; Sed si ab ea recedimus , prout vere recedendum est , constat in hoc capite falsi assumpti vitio peccare declarationem . Igitur *Paulus* censuit , possessionem unicam esse , & accidentia , vel diversa , vel contraria non efficere , ut possessio a possessione specie distinguatur . Qua ratione duos eandem rem in solidum possidere non posse , ut absolute pronunciat , ita nos absolute , & sine distinctione probare teneamus ; quia de possessione , ut possessio est , & quousque possessionis substantiam retinet verum semper erit . Quamobrem cum hic sit *Pauli* sensus , aliter hic textus in compendium colligi , & in omni sui parte explicari debet , quam *Bartolus* , & qui eum sequuntur , fecisse videantur . *Bartolus* ita

27 colligit :

*Eadem* possessio non potest esse numero in solidum apud plures , sed plures possessiones ejusdem rei specie , vel numero differentes possunt esse in solidum apud plures .

Collectio ejusmodi peccat in pluribus . Primum colligit , quod *Paulus* non querit , neque ponit , videlicet , quod eadem sit possessio numero . Subjectum *Pauli* est ejusdem 28 rei possessio , non possessio eadem numero . Prædicatum est , penes duos in solidum esse non potest . Hoc ipsum enim , quod latius patet , prædicatur etiam de dominio *I. si ut certo §. si duobus ff. commod.* & de possessione numero eadem indubitate conclusio fuisse , nam etsi concedamus possessionem non modo duplicem , sed multiplicem esse , semper verum erit , possessionem , quam sit eadem numero , penes plures

in solidum reperiri non posse , in quam rem & *Sabinus* , & *Trebatus* , non modo *Labeo* , & *Paulus* consensum libenter sime daturi sunt . Et non modo facto , sed juri repugnat , id , quod est unum numero in solidum ad duos pertinere , d. §. si duobus . Quare diversa est *Pauli* enunciatio a *Bartoli* compendio ; verum colligit *Bartolus* , sed non colligit ex *Pauli* dictis : *Paulus* loquitur de identitate rei , ille colligit de identitate possessionis , quæ in hoc toto contextu numquam exprimitur , sed præsupponitur . At compendium est eorum , quæ exprimuntur , quod vero tacite intelligitur , vel implicitè continetur , ita verum est , ut compendio comprehendì non valeat , quod nullum compendium possit esse adeo breve , ut respectu tacite suppositorum latiore non contineat explicationem . Quo ad secundam compendii partem duo animadvertiscuntur . Primum , quod supponit plures possessionum species , quod ex superioribus falsum , aut certe a sensu *Pauli* alienum esse patet . Quia ut suo loco daturus sum , is , qui precario accipit , non possidet , neque *Trebatus* *Sabini* sententiam probat ; sed est commodatario similis , & neuter habet effectum dominandi .

Secundo præsupponit *Bartolus* circa eandem rem 30 dari posse plures possessiones numero differentes , non autem specie , quod *Socino* primum n. 5. post verò etiam *Jasoni* n. 1. dubitabile visum est , quamvis *Ang. Imola Cuman. Aret. & Alex.* fine ullo examine admisisse videantur . Eliciunt id ex *Bartolo* propter dictiōnem vel , quæ inter diversa ponit solet *I. si is* , qui ducenta §. utrum ff. de reb. dubiis , quæ facit , ne *Bartolus* de differentibus specie intelligērēt , quia , quæ specie differunt , multo magis numero differant necesse est , idque *Bartolus* n. 8. sentire visus est ; quod quomodo actu se habere possit , ut ejusdem rei duplex possessio po-

31 natur numero , non etiam specie distincta *Socinus* , & *Jason* ut dixi maximè dubitant . 32 Affert *Socinus* exemplum *I. ult. ff. uti possid.* quasi usuariorum , & usufructuariorum simul eandem possidere possint ; *Jason* n. 3. duos proponit usuariorum , & affert exemplum fundi in portiones superiorem , & inferiorem divisum . Sed ut falsum est , quod *Bartolus* assumit , ita nullum legitimū exemplum admittere valet . Prima duo non sunt ad textum pertinentia ; quia *Paulus* loquitur de vera , & propria possessione , quam neque usufructuariorum , neque usuariorum habent ut

ut supra dictum est. Quare vel si veritatem continerent, falsum tamen compendium esse non desineret, veluti collectionem rerum continens, quae non enunciatur in textu. Exterum nec vero consonant, quia non eandem rem possident, quod *Castr. adversus Bartolum* hic in fine expendisse visus est. Usufructuario competit in solidum quasi possessio sui juris, ita & usuario, sed ea non est in solidum possessio rei. Quod in duobus usuariis adversus *Jasonem* videtur esse manifestius, neque enim rem, sed jus suum quisque in solidum habet, d. §. si duobus. At sermo *Pauli* ad ejusdem rei possessionem dumtaxat pertinere potest.

33 Deterius est, quod in fundo diviso *Jason* commemorat, quia etiamsi ea divisio non fiat gratia commodioris culturæ, dum tamen fundus totus uno nomine possidetur, non facit plures fundos l. *Cajus* §. i. ff. de leg. 2. *Ubi Castr. n. i.* qua de re pulchre in glof. *Paris.* §. i. glof. 5. n. 15. & seq. sunt tamen divisæ partes, & fundus per partes, non modo divisus, sed etiam indivisus possideri potest l. *locus infr. hoc sit.* & qualibet pars respectu possessionis pro una re, & pro uno toto computatur, & ita plurimum rerum non unius possessio est.

Quare contrarium est verius, nec frustra querenda sunt exempla impossibilium. Non 34 tamen ab eodem *Soccino* per comparationem ex minori ad majus, hoc impossibile, rectè probatur, sive deducitur, quoniam eti minus sit concurrere duas possessiones, quae magis differunt, quam quae minus, ut ex sententia *Trebattii* patet apertissimè, nam facilius est concurrere justam cum injusta, quam cum alia justa possessione, certumque sit justam, & injustam concurrere non posse, quia quoad summam possessionis non multum intereat, ut *Labeo* probat, sic etiam verum est, quod justa possessio ab injusta differt qualitate, cum justi, & injusti qualitas contraria sit. At non rectè deducit ille, quod, quae differunt qualitate, differunt etiam numero, ut ea quae differunt per magis, & minus arg. l. fin. §. ult. ff. de fund. instr. glof. in §. ult. Inst. per quas person. nob. acquir. Quod si quae differunt numero, & qualitate, simul concurrere non queunt, quae magis differunt, multo minus concurrere poterunt, quam quae differunt solum numero, quia minus differunt. Quod ante *Soccinum* expendebat *Trebattius* contrario modo, concedens duos

juste simul possidere non posse, quia possessio a possessione modicum differret, alterum juste, alterum injuste posse, quia magis differunt. Et vera quidem est impossibilitas, & ex textu deducitur, licet damnandum sit *Soccini* argumentum. Quia cum substantia sit contrariorum susceptibilis, ut sequenti capite fusius explicaturus sum, justa ab injusta possessione non semper numero differt. Qui enim hodie justa possidet, propter malam fidem supervenientem cras incipiet injuste possidere, & tamen eadem erit possessio sola causa possessionis mutata l. non solum §. quod vulgo infra de usucap. Impossibilitas nascitur ex unitate rei, merito *Paulus* hic subjicit, eandem rem, & *Labeo* quidem numquam negatur est, quod duo possessiones numero differentes non possint simul tempore existere penes duos, sed respectu ejusdem rei possessio negabit semper, quod res numero una duplum numero possessionem admittat. *Soccinus* concludit *Bartolo* duas ejusdem rei possessiones numero differentes dari posse, negat tamen posse concurrere. *Labeo* si dari possent, concederet & posse concurrere, sed ideo negat posse concurrere, quia dari non queunt. Sic itaque *Bartolus* in uno mendax esse videtur, *Soccinus* in duobus. Et quod ait *Soccinus* justam ab injusta differre numero, si actu possessionem accipit, non erunt ejusdem rei possessiones, sed plurimum rerum, quod fieri posse nemo inficiatur est. At ejusdem rei dari non poterunt, & quod esse non potest, non potest etiam concurrere, argument. l. ejus. ff. si certum pet. id quod priori arguento contra *Bartolum* videatur *Soccinus* rectius intellexisse, dum illud adstruit ex rei unitate. Neque obesse possunt *Pauli* verba a *Soccino* pro *Bartolo* ponderata, non magis eadē possesso apud duos esse potest, quasi a contrario inferatur, non eandem, sed plurimes possessiones esse posse. Possessio enim est ad aliquid veluti positio l. i. sup. eod. vel alicujus rei possessio possesso, & *Pauli* relatio ad rem eandem est, unde contraria collectio verius fieri potest, quod si non ejusdem rei, plurimum rerum possessio penes plures esse poterit, ut unus unam, aliis aliam rem possideat. Sic igitur *Bartoli* compendium, & consequenter tum ejusdem, tum communis in-

intellectus ad hunc textum a Pauli . Plures eandem rem in solidum omnes justè , verbis , & sententia longissime distat vel omnis injuste , vel quidam justè , quidam 36 Videtur itaque hoc modo constituēt inuste possidere non possunt propter naturalem repugnantiam .

Prima , & secunda pars bujus S. videlicet Pauli dictum cum ratione , propositis contrariis , atque rejectis commodissime explicantur .

## Cap. II.

- 1 Lex. si duo. ff. uti possid. expenditur , declaratur contra communem .
- 2 sed latissime declaratur num. 31. 32. 33. & seq.
- 3 L. & baber. §. ult. ff. prec. expenditur, Declaratur Pauli sensus in verbo videaris in tex. posito . & repetito .
- 4 sed declaratur inf. n. 52.
- 5 Plures usuarii videntur rem in solidum tenere ex Bartolo , sed contra num. 53. & seq.
- 6 Jus civile non fingit circa possessio-
- 7 n. nihil ff. de caps. & postl. rever. declaratur .
- 8 L. ista in principio declaratur .
- 9 Res quælibet potest dici nostra duobus modis .
- 10 Tessauri sententia in decis. 206. num. 10. commendatur .
- 11 Ratio Pauli ad tex. sumitur à causa materiali , & quomodo .
- 12 Ratio altera ex Ulpiano in l. si ut certo. §. si duobus ff. commod.
- 13 Utile dominium non secus , ac directum penes duos in solidum esse nequit .
- 14 Res quælibet potest dici nostra duobus modis .
- 15 L. si ut certo. §. si duobus expenditur num. 53.
- 16 Repugnantia in effectibus ostenditur si duo in solidum possiderent .
- 17 Argumentum ab effectu ad causam formalē quomodo ducatur .
- 18 Everardi locus bac de re imperfectus .
- 19 Cumani sententia ad excludendum repugnantia confutatur .
- 20 Soccini pro Cumano defendendo argumen- ta diluntur .
- 21 Vaconii à Vac. de eadem re usurpatio, & lapsus notantur .
- 22 Ratio ad textum à Doctoribus communiter adducta reprobatur .
- 23 Civiliter possidens fingitur esse corporaliter in re possessa , sed contra n. 27. & 28.
- 24 Ingressus partem fundi quod fingatur totum circum ambulasse , contra n. 29.
- 25 Verbum videtur in tex. positum signifi- cat veritatem , aliquando tamen improprieta- tem , vel fictionem , sed magis ut subjecta materie deserviat n. 21. 22. 23. & 24.
- 26 L. i. §. dejecisse ff. de vi , & vi arm. Declaratur Pauli sensus in verbo videaris in tex. posito . & repetito .
- 27 Jus civile non fingit circa possessio-
- 28 n. nihil ff. de caps. & postl. rever. declaratur .
- 29 L. ista in principio declaratur .
- 30 Tessauri sententia in decis. 206. num. 10. commendatur .
- 31 Iudex , cum constat possessorem de praesenti vi ab adversario possidere , qualiter pronuntia- re debeat .
- 32 Sententia Authoris de ead. re .
- 33 Bartoli intellectus ad l. si duo ff. uti poss. reprobatur .
- 34 Jacobi Cuiacii ad eamdem legem expositiō damnatur .
- 35 Authoris intellectus adducitur .
- 36 Si duo possidere contendunt alter justè , alter injustè , sed ab alio , quam ab adversario , quis preferendus .
- 37 Questiones ubi ex rei essentia diffiniri nequeunt , inspicimus accidentia .
- 38 Cum duo sint prorsus pares in proba- tionibus in interdicto retinende , quid ju- dex facere debeat , questio celebris late ex- minatur .
- 39 Plures ad praecedentis questionis diffini- tionem sententia referuntur , & confutan- tur .
- 40 Bartoli bac de re sententia expenditur , & quando recipi possit n. 51.
- 41 Jacobi Menochii cautio commendatur .
- 42 Authoris sententia adducitur .
- 43 Possessio acquiritur uno actu .
- 44 Antiquior possessio in dubio præfertur ju- niori respectu antiquioris clandestina præsumi- tur .
- 45 Antiquior possessio ex die , hora , & momento , ut instrumentum diffiniri po- test .
- 46 Cogitatio animi quando acquirat posses- sionem

- ſionens ad initium hujus legis expli-  
candum.
- 49 Quando inter duos contendentes locus  
ſequeſtro fieri poſſit.
- 50 Poſſeffio vacua poterit viſco acquiri.
- 54 Uſus accipit mensuram à neceſſitate.
- 55 Quid tamen ſi fundus duorum uſui  
non ſufficiat?
- 56 Uſufructuarius; & uſuarius; ut in  
fundo concurrant.
- 57 Ugonis ea de re ſententia laudatur.
- 59 Plures detinere in ſolidum poſſunt, ſi  
diversa ſit cujuſque detentionis species.
- 60 L. ſi finita §. ſi plures ff. de danno  
inf. declaratur.

**N**unc verò cum verus conſtet Pauli  
ſenſus, & hujus §. intellectus, reli-  
quum eſt, ut quæ illi adverſari videntur,  
removeantur. Igitur plures eandem rem  
in ſolidum poſſidere non poſſe ſub ea ra-  
tione Paulus aſſeverat, quod contra na-  
turam ſit, ut cum ego aliquid teneam, tu  
quoque id tenere videaris. Et dicto, &  
rationi & conſequenter tam primæ, quam ſe-  
cundæ parti plura objiciuntur.

3 Primum objicitur dicto diſſicilis tex. in l.  
3. n. ſi duo inf. uti poſſid. Ulpianus  
ibi.

Si duo poſſideant in ſolidum, videamus  
quid ſit dicendum? quod qualiter proce-  
dat & aſtemus. Si quis proponeret poſſeſ-  
ſionem juſtam, & injuſtam, ego poſſideo ex  
juxta cauſa, tu vi, aut clam. Si a  
me poſſides ſuperior ſum interdicto: Si ve-  
rè non a me, neuter noſtrum vincetur,  
nam & tu poſſides, & ego.

Secundo objicitur tex. noſter in tertia parte  
ibi. Sabinus tamen ſcribit cum qui pre-  
cario dederit poſſidere, & iſum, & eum  
qui precario acceperit. Adjungitur l. &  
2 babet §. ult. inf. prec.

Ubi Pomponius  
ad Sabinum ſcribens hanc eandem ſententiam  
conſirmat hiſ verbis, eum qui precario  
rogaverit, ut ſibi poſſidere liceat, nan-  
ciſci poſſeſſionem non eſt dubium. An  
is quoque poſſideat, qui rogatus eſt, dubita-  
tum eſt. Placeſ autem penes utrumque  
eſe eum hominem, qui precario datus eſ-  
ſet, penes eum, qui rogaſſet, quia poſ-  
ſederat corpore, penes dominum, quia non  
diſcretit animo a poſſeſſione. Et ita con-  
vincitur duos in ſolidum poſſidere. Paulus  
nihilominus ſub paulo ante adducta ra-  
tione contrarium affirmat, quia contra na-  
turam ſit, ut cum ego aliquid teneam  
tu quoque id tenere videaris. Contra  
3 quam objicitur primum, quod tradit Barto-  
lūs, & Soccinus, & Jason, & pre-

ter Caſtr. exteri probant plures poſſe cumo-  
dem fundum in ſolidum detinere, nempe  
uſufructuarium, uſuariū, & colonu-  
arg. l. ſi ut certo §. ſi duobus ff. com-  
mod. L. ult. inf. uti poſſid. quo arg.  
Bartolus n. 10. concludit duos naturali-  
ter poſſidere eandem rem in ſolidum  
poſſe, poſſeſſionē numero, non ſpecie diſſerente.  
Quoniam etiā verè non poſſideant, ut  
ſepe dictum eſt, detinent tamen omnes,  
ut cujuſque poſſeffio ſit eadem detentionis  
species, quamvis numero diversa. Igitur  
perperam ratio poſſeſſionis a detentione  
deſumitur, cum colonus eandem rem te-  
neat, quam uſufructuarius, & uſuarius,  
& omnes in ſolidum. Vel ſecundum  
Jaſon. dicamus eſſe uſuarios duos, di-  
camus in colono uſuario, & uſufructuario  
eſſe detentiones etiam ſpecie diſtinctas.

Objicitur ſecundo tex. in l. 24. quod ſervus  
4 inf. eod. ibi. Quod ſervus quidem ciuitatis  
poſſidere non poſteſt, ſed naturaliter tenet,  
dominus creditur poſſidere.

Aut qui poſſidet etiam tenet, & duo te-  
nent in ſolidum, aut minime tenet, &  
falsa eſt ratio conclusionis, quæ ab ipſa  
tentione deducitur. Sed ibi ſervus tenet,  
non autem poſſidet, ergo falsa ratio con-  
clusionis. Conſirnat ex l. 49. Poſſeſſio  
5 quoque infr. eodem ibi. Qui in alie-  
na poteſtate ſunt, tenere poſſunt, babere,  
& poſſidere non poſſunt. Ergo ab eo,  
qui tenet ad eum, qui poſſidet, non reſto  
educitur argumentum. Quia, qui poſſidet,  
non ſemper tenet.

Tertio adduci poſteſt tex. in l. ſi finita §.  
ſi plures ſupra de danno. inf. ibi. Si plu-  
res ſunt, qui poſtulant, ut caveatur,  
omnes mitti in poſſeſſionem ſolens, & pau-  
lo inf. Nam non ſpectabimus ordinem,  
ſed habebunt ambo poſſeſſionem. Et quam-  
vis haec proprieſtate poſſeffio non ſit, ut hac  
l. noſtrā in §. ult. eſt tamen detentio,  
&

et si duo in solidum tenere possunt, consequitur, & rationem, & dictum Pauli omnino ruere. Sed si ratio consistit, & dictum stare necesse est. Hæc Pauli ratio desumitur a causa materiali. Verum ante ejus explanationem nosse oportet, quod tenere, vel detinere dupliciter fieri potest, & corpore, & animo. In hac ratione tenere ad ipsam corporalem detentionem referri debet, ut infra Paulus docet, repetita ratione per modum comparationis inquens: *Nos enim magis eadem possessio apud duos esse potest, quam ut du stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.*

Respicit enim ad itam nudam corporalem occupationem, quam asinam nostrates nuncupare consueverunt, quia uno corpore locum aliquem implente, simul tempore aliud corpus eundem locum implere est impossibile. Sumitur amphora vino plena, aquam, vel oleum quandiu vi-  
num manet, recipere non potest, quoniam locus, quem vinum tenet, fieri non potest, ut eodem tempore, & actu ab aqua, vel oleo detineatur. Traducitur autem hujusmodi repugnantia, quæ in corporali, actualique detentione manifestissimè patet, ad repugnantiam possessionis hunc in modum. Qui corporaliter totam rem tenet, ita complectitur, ut alteri locus detinendi interim fieri nequeat. Simili quippe ratione fit, ut qui animo possideat totam rem, eandem ita animo ipso complectitur, ut alteri eandem complectendi locum minimè faciat. Quod ut planius intelligatur, quoniam maximi momenti est, conjungenda est ejusdem dicti ratio altera ab Ulpiano in d. l. si ut certo §. si duobus, a causa finali desumpta. Ait enim ex sententia Coli, & ait duorum quidem in solidum dominium, vel possessiones esse non posse. Atqui volens id esse communem dominii, & possessionis, insinuat ralem esse in natura repugnantiam, quæ in dominio, & possessione simili ratione resulget. Neque ex eo, quod possessio facti sit, deductit Ulpianus duos in solidum rem eandem possidere non posse, aut rationem, ut Paulus, ex corporali detentione sumere tentat, quia idem futurum esset, si possessio esset quid juris, nam in dominio, quod juris esse nemo ambigit idem simul asseverat, & quod

*Ulpianus de dominio directo tractat, idem*  
*7 plane in utili probandum est quaecumque illud sit, ne penes duos in solidum esse queat, quia eadem est ratio, ut docet Iser. in c. p. §. preterea n. 11. de Capit. Corrad. Enunciat Ulpianus primum de dominio, postea de possessione, quod eadem sit ratio de fine, & de iis, quæ diriguntur ad illum l. oratio ff. de sponsal. Possessio est propter dominium, & in illud fertur ut in finem, ut c. 1. n. 3. ex Thibobile dixi, & opportunius explicabo, merito, quæ repugnantia excludit dominium, ut finem, excludit possessionem, ne penes duos in solidum esse possit. Redeo ad Paulum, & ostendo rationem, quam sumit a repugnantibus, ita convenire dominio, sicut possessioni, ut nullum negocium facere valeat, quod ab illa corporali detentione sumatur. Res qualibet potest dici nostra duabus modis, ratione dominii, & ratione possessionis l. 28. si aliquam, inf. cod. ibi & si sciens meam, utrum quasi proprietatis respectu, an possessionis tantum. Non potest proprietas esse duorum in solidum, non potest etiam possessio. Ratio, quæ tota sumitur a corporalibus ad incorporalia in dominio ita se habet. Similis est domino rem corporaliter detinenti, & ideo quemadmodum ubi Mevius sedet, Titius sedere nequit, quia in solidum de facto idem locus a duobus occupari non valet, propterea facti extrinseci repugnantiam, ita neque eodem jure ad duos in solidum pertinere potest, neque jure dominii, neque possessionis jure. Et quamvis ista intellectualis occupatio de facto, & ad extra locum minime circumspiciat, sive teneat, effectus tamen omnes, quos ad extra prodire necesse est, faciunt, ut ipsa intrinseca dominii, vel possessionis occupatio, quamvis tota sit intellectualis, & solo animo nitatur, secundum progressus ad extra omnimodo judicetur. Hanc occupationem intrinsecam per ejusdem extrinsecos effectus Ulpianus in d. §. si duobus nobis exhibuisse videtur ibi:*

*Nec quemquam partis corporis dominum esse, sed totius corporis pro indiviso pro parte dominium habere. Usus autem balnoi quidem, vel porticus uniuscuiusque in solidum esse, neque enim minus me uti, quam alius uteatur, verus in vehiculo commodato, vel lo-*

cato pro parte quidem effectu nos usum habere, quia non omnia loca vehiculi teneam.

Ut autem in vehiculo animi comprehensio determinatur per effectum ad extra, ita plane in ceteris fiat oportet.

Hac repugnantia, quae in effectuum productione manifestior est, patet in pluribus.

Primum, quia si duo essent bona fidei possessores in solidum, etiam usucapere possent in solidum, ac ita domini efficerentur in solidum, contra dict. §. qui duobus.

Secundum, quia ambo in solidum fructus percipere vellent, quod est impossibile. Et haec duo adnotavit glossa hic, quam alia tamen adducta ratione commendat. *Ant. Gom. in l. Tauri 45. n. 99. vers. secunda ratio.* Ceterum praeter gloss. tertio contradicit, si ambo vellent diversis personis puta *Mevius Paulo, Titius Caio* in solidum precario concedere, nam & hoc fieri nequit *l. duobus infr. precar.*

Quartum idem futurum est, si uterque diversis locare possessionem constituant juxta *l. si aliquam inf. ead.*

Quintum si alter unum colonum, alter alterum adhibere velit, & alios similes plures effectus colligere facile est, in quibus haec repugnantia apertissime patet. Quae quoniam in iis, quae producuntur ad extra, clarior est, rectissime *Paulus* visus est, ex iis, quae sunt ad extra nobis insinuare, qualis ad intra sit. Sic itaque ab effectu ad suam caussam argumentatur, ut cum fieri non possit, ut haec possessio penes duos in solidum veros, ac proprios consequatur possessionis effectus, fieri etiam minime poterit, ut formaliter ita se habeat: cum a cessatione proprietorum effectuum ad caussam etiam formalis cessationem valeat argumentum, ut ex *Baldo in tit. supra de ser. divis. n. 32.* ubi docet, quod operatio, id est effectus arguit formam. Ac ita non modo ducitur ab effectu argumentum ad caussam efficientem, sed etiam ad caussam formalem, quod minus accuratè, quam par esset, & locum hunc *Baldi*, & argumentum ab effectu *Everardus* in sua Centuria expendens pretermisit se videtur, & tandem quod *Glos. adverlus eos*, qui duos civiliter possidere posse contendeant, attulit hic in versiculo se-

cundum eas & ad confutandam eorum sententiam *Bartol.* probat n. 5. 6. 7. & 8. *Cast. n. 1. vers. ista opinio*, non tamen generaliter hanc rationem ad universam *Pauli* conclusionem transferunt, ego latius concipiendum, & probandum fore existimo.

Verum *Rapb. Cum. n. 8.* & *Socinus n. 19.* 14 videntur dubitare vehementer ne haec absurdula sequantur, sed inepta est prima *Cumanii* expositio, quod diversis temporibus id, non autem eodem tempore contingat.

Nam ut *Pauli* tractus hic universus est de duabus eandem rem possidere contendentibus in solidum; ita eodem tempore de hoc dubitari apud eundem exploratum est, qui videat eodem tempore hanc repugnantiam non diverso, & ratio ex statione, & sessione de sumpta, tollit hanc temporis distinctionem, Secunda, qua dicit, quod per unius usucaptionem evanescet possessio alterius, falsa est; quia usucapio est modus acquirendi domini, non possessionis auferendæ. *l. 3. infra proximo.* Tertia, quod usucapiet uterque, deterior est, quia contra dictam *l. si ut certo §. si duobus*. Quod secundus evellet a primo, praeterquam nisi rixas continet, non ne videt, quod si quid, vel modicum auferet, statim efficit, ne ille, quod semper exigimus, in solidum possideat, ne fructus, & ceteros possessionis effectus in solidum consequatur? Eodem argumento plane ruit, quod *Cumanii* defendendi gratia *Socinus* adstruit, nempe in puncto acquisitionis per concursum divisuros; quid hoc plane est, nisi eisdem possidere pro parte, non in solidum? Res ista in conjunctione reali, vel mixta, qua duo ad eandem in solidum vocantur, plainer esse videatur, quia concursu ea sola ratione faciunt partes, quod impossibile fit solidum habere utrumque §. *si eadem Inst. de leg. l. consumatum ff. de leg. 3. l. inde Nerasius ff. de usus. accresc.* Quod postrema *Socinus* assert neutrum usucapere posse; quod nulli sit civilis, quae sita, vacua a civili possessione alterius. Quid planè est nisi, vel neutrum possidere civiliter, vel civilem possessionem non parere usucaptionis effectum? His omnibus, & *Vaconio* satisfactum putamus, qui *lib. 2. var. decl. decl. 39. n. 3. & seq.* nullam *Cumanii*, & *Socini* mentionem faciens, re ipsa eorum sententias, & argumenta paucis, iisque levibus additis, vel mutatis usurpat. Et nescio quidem qua fronte ostendat dues, pluresve civiliter, si non naturaliter in solidum possidere posse. Nam

- Nam quod *Paulus* etiam de civili possessione hoc ageret, quid clarius afferri potest, quam quod a naturali detentione rationem ducat, idemque de justa, & iusta possessione pronunciet? Sed de hoc plenius infra.
16. Cofans ergo est ratio praedicta, & ad civilem, & naturalem possessionem sufficiens, & ad *Pauli*, & *Ulpiani* sensum quacumque alia accommodatio. Non me latet aliam ratio.
17. nem. Doctores communiter excogitasse, quod fictio non possit habere locum super, eo, quod in genere suo naturaliter est impossibile. *I. adoptio ff. de adoptionibus* §. minorem *Inst. cod. I. lex Cornelii ff. de vulgar. & pupill.* & nosat *Bartolus in I. si is qui pro emptore n. 21. infra de usucap.* Sed qui
18. civiliter possidet, per fictionem censetur esse corporaliter in re possessa, cum ibi corpus esse fingatur, ubi animus fertur. *I. nibil ff. de capo. & postl. rev.* Idemque accidit in naturali fundi possessione, quia necesse non est omnes fundi glebas attingere, seu circum ambulare,
19. quod fingatur auxilio juris civilis omnes attigisse, sic sane *in I. 3. Soccinus n. 20. in 4. not.* declarat, quod apprehensio partis vera, est facta apprehensio totius, quod plurimum commendat *Ant. Gom. in d. 45. n. 99.* & hanc rationem sentit *Bartolus n. 7. ver. ad rationem Castr. in prin. Rom. n. 4. Aret. n. 28. Alex. n. 4. Soccinus n. 2.* & alii quos seriatim recenset *Ant. Gom. ubi sup. & ex verbo videaris*, quo *Paulus* utitur, insinuare conatur, quod post *Jac. de Are. Bartolus in princ.* &c, *Angelo* excepto, omnes relati fictionem, non veritatem significare credentes, rationem, & si intellectum textus notabiliorum hac interpretatione se adduxisse existimant; Sed utrumque dampnare necesse est. Primum ut fundamento careant, velint, nolint convincere facile est cum ipso *Angelo*,
20. quod hic verbum *videaris* in hac secunda, & ultima parte positum, est veritatis expressivum. Et licet frequentius fictionem secundum eos exprimere consueverit, quod *argumen. I. 1. §. dejecisse infra de vi, & vi arm.* communiter circumferri solet, & male, quia ibi ponitur causative, sic multis in locis non fictionem, sed improprietatem significat, quae a fictione plurimum distat. Uno
21. loco fictionem exprimit in *I. in omnibus ff. de capo. & postl. rev. ibi: in omnibus partibus juris is, qui reversus non est ab bestiis, quasi tunc decessisse videtur,*
23. cum captus est. Sed veritatem etiam exprimere solet, maxime in iis quae juris sunt *I. pater I. quod si filius ff. de capo. & postl. rev. & Soccinus bic n. 2. adducit text. cum glos. in I. ferrum filii §. I. in verb. adiza ff. de I. 1.* At mihi
24. videtur ex re subjecta petendum, quid significet. Et ideo expendens textum nostrum video communem intellectum esse apertissime falsum. Primum, quia *Paulus* loquitur de naturali repugnantia secundum veritatem, non secundum fictionem, quod patet non modo ibi, *contra naturam quippe est*, sed & ibi, *non magis eadem possessio apud duos esse potest*, & ita questio est an duo possideant in solidum vere, non autem ficte, ut verbum esse probat evidenter, consentit *Ulpianus in d. I. si ut certo §. si duobus, ibi: duorum quidem in solidum dominium, vel possessionem esse non posse*, & ita pronuntiatum ad utrumque refertur secundum veritatem. Et ut supra docui ratio haec ab asinina detentione desumitur, circa quam nulla potuit esse fingendi utilitas; detentio, statio, & sessio, ex quibus comparatio desumitur, sumuntur, ut diversae a possessione ut merum factum, & nudum ab omni juris effectu nobis exhibeant. Sed rem ponamus ante oculos,
25. *Pauli* sensu clarius explicato. *Plures* ait ille *eamdem rem in solidum possidere non possunt*. Haec verba nullam fictionem continent, sed continent id vere fieri non posse. Ratio erit secundum eos, verbum *videaris* ad fictionem referendo, quia contra naturam est, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque illud tenere fingaris. Quis non videt rationem minime cum dicto convenire? Experiamur inferius ibi, *non magis enim eadem possessio apud duos esse potest*. Dictum hoc de vera possessione dumtaxat accipi debet. Subjiciamus rationem pro. eorum arbitrio, quia nec fingi potest, te stare in loco, in quo ego sto, vel te ficte sedere in loco, in quo ego sedeo. Quis ille est, cuius aures, non modo mens non offenduntur, si sentiat rationem, quae ad extraea divertit, & minime cum dicto cohaeret? Quid vero planius, quam ab hac importuna fictione abstinere, & verbum *videaris* ad corpoream oculorum visionem simpliciter referre hoc modo. Contra naturam quippe est, ut cum ego aliquid teneam, aliis te idem tenentem videat, vel in loco, in quo ego sto, aliis te stantem videat, vel in quo ego sedeo, aliquis te se-

H h 2 den.

dentem videat, quod elegantius dicitur sedere videaris. Quia si naturaliter, & vere id contingere posset, qui me tenetem, stantem, & sedentem videret, alium similiter teneat, stantem, & sedentem videre posse. Si fieri posset, fas esset factum videre, & ideo videri nequit, quia fieri non potest. Sensus ergo simplicissimus est, atque verisimus, quod ego possideo, tu simul in solidum possidere non potes, non aliter, ac tenere, quod ego teneo, vel stare, aut sedere in eo ipso loco, in quo ego sto, aut sedeo. Sic nostri saepe a veritate recedunt, quae simplex, & aperta est, dum singularia, & notabiliora querunt, & cum Paulum ex Paulo declarare tutissimum sit, & textum quemlibet ex eodem textu, si diligenter expendatur, ad remotiora declinant, non modo extranea, & Tyronibus, pro quibus maxime hunc laborem suscepi, caligines, ac tenebras effundunt. Quid insolentius afferri potest, quam fictiones, quas tam sobrie, & necessitate coacti Legumlatores admirerunt, sine ulla causa proponere, & possessionem,

27. in qua secundum jus civile fingere fas non est. *desique ff. ex quibus causa maja.* ab eodem jure civili sapientissime factam prædicare? Quare, si nullam hic fictionem legimus, nec decidendi rationem ex fictione petere possuntus. Neque verum est, ut ibi fingatur corpus adesse, ubi animus fertur; quia quod est unum, simul tempore duobus in locis, esse nequit, & velut impossibile notatur in l. optimam. C. de contr. stip. esset autem corpus uno in loco vere in altero fictè, quod quia repugnat, in genere suo, fingi non potest, & l. nibil de cap. & postil. rev. haud quidquam tale probat, sed afferit satis non esse domum corpore quem rediisse, si mente alienus est. Neque ratio est, quia fingatur corpore non rediisse, & adhuc ibi manere, quo animus fertur, sed quia reditus ex animi destinatione, non corporis adventu estimatur. Et quod Soccinus notat in d. l. 3. veram partis apprehensionem esse fidam apprehensionem totius, non laude, sed vituperatione dignum existimari debuit. Nam ille qui partem ingreditur fundi aliqui, ita totius possessionem consequitur,

28. si ea cogitatione sit, ait ibi Paulus, ut rotundum fundum usque ad terminum possidere velit. Est ergo intellectualis animi occupatio, quae vera est, ut vera, non ficta desideratur animi cogitatio, quae praecedente corporis

ingressu veram, non fictam possessionem acquirit vera animi apprehensione, non ficta quæstam. Concludo igitur, & Pauli conclusionem, & conclusionis rationem nihil fictionem attingete, sed rationem ex notioribus desumptam insinuare nobis eandem esse repugnantiam in intellectuali rerum occupatione, quæ sit in illa corporali, & ut aijunt asinina. Quod quia non ita facile animo intelligimus, in ipsa effectuum productione manifeste dico. Ex hac ipsa ratione utiliter inferitur rectè *Tessaurum* decis. 30 206. n. 10. eorum damnasse sententiam, qui data paritate probationum in interdicto, uti possidetis, dicunt judicem utrumque manutenerem debere, pronunciando uti possidetis, ita possideatis, qui mituntur ex dicta l. si duo inf. uti pos. Quia & sententia est obscura contra & curare Inst. de act. & execu. est impossibilis, cum duo in solidum possidere non queant. Et cum semel in Rota Senensi ita pronunciatum fuisse sub autoritate Pet. Ferr. in Prac. Pap. in Form. lib. pro turb. poss. in vers. ad cessand. n. 4. scio duodecim annos jam elapsos esse, & formam executionis continuantibus odiis sub incerto pendere, & ideo hanc sententiam rectè etiam per prius improbaverat Jac. Menoch. retin. poss. rem. 3. quest. 87. n. 740. Sed antiquioribus, videlicet glos. in l. un. C. uti poss. Salyc. ibidem n. 22. Bartol. in d. l. si duo n. 4. & aliis a Menochio relatis displicuisse constat. Textus autem in l. si duo, ut mox dicturus sum, nihil huic sententiae suffragatur. Constituta igitur Pauli conclusione, & ratione ipsius explicata, objecta tollenda sunt. Non obstat conclusioni tex. in d. l. si duo. Hujus enim 31 duo capita sunt, quibus Ulpianus tractat, quomodo duo in solidum possidere possint. Primum est, si ego possideo ex iusta causa, tu vi, aut clam a me. Nam si tu clam possides, nec possides quidem l. clam. & qui ad nundinas inf. eod. ut ex Connano in praecedenti c. n. 19. probatum est, quare vincam in interdicto. Si vi possides a me, ego quidem non possideo & si quis nuncies infra bac l. sed tamen superior sum interdicto, quia tibi violentam possessionem aduersus me nihil proficere palam est l. i. & hoc interdicto, infra uti possid. Nam si in interdicto retinenda pro violento possessore 32 pronunciandum foret, tenetur judex eodem contextu in interdicto recuperandæ mihi violentum possessorem condemnare Rom. in l. naturaliter & nibil commune n. 17. & seq. infr. eod. late Jacob. Menoch. retin. poss. re. 33 med. 3. n. 792. sed ego ea sententia sum, ne

- ne in interdicto retinendæ , pronuncian-  
dum pro eo sit , qui vi possidet a me ,  
quia formula edicti refragatur , & hoc est ei-  
non profuisse interdictum d. l. i. §. hoc in-  
terdictum , neque tamen ego vincam in in-  
terdicto retinendæ , sed recuperandæ l. si  
quis vi inf. hoc sit . & pro possidente habetur ,  
qui potest recuperare possessionem , & caput  
hoc primum rectè hoc sensu explicant Connan-  
nus lib. 3. cap. 10. n. 6. Jacobus Cujacius  
obseru. lib. 9. obseru. 32. Quare inspecta  
veritate hoc primo capite non proponuntur  
duo , qui possident in solidum . Secundo ca-  
34. pite species difficilior se offert , quando-  
alter , qui possidet vi , aut clam , non ab  
adversario , sed ab alio possidet , & ait text.  
*Nemus nostrus vincetur , nam & tu possides.*  
35 & ego . Bartolus difficultate superatus sine  
ullo ingenio ait , duos ibi diverso jure pos-  
sidere , alterum ut dominum , alterum ut  
usufructarium ; quod in interdicto uti pos-  
sidentis tam late pateat possessionis verbum ,  
ut usufructuario , & usuariu reddatur inter-  
dictum , tamquam possidentibus , cum vere  
non possideant l. ult. ead. sit. dum tamen  
ab alio , quam ab adversario possideant d. l.  
i. §. ult. ubi clare . Quam Bartolus a vero  
declinet , ex duabus constare potest , quam-  
vis illius intellectum probent Imola in cap.  
licet caussam n. 13. de probat. & ibidem  
Bero n. 59. novissimè Jac. Men. ret. poss. rem.  
3. n. 740. Primum quia text. proponit eum ,  
qui vi , vel clam , non tamen ab adversario  
possidet , quod genus possessionis vix est ,  
ut usufructuario , vel usuariu convenire queat .  
Qui vi ab alio possidet , ita possidet , ut  
is a quo possidet possessionem amittat ,  
bac l. nostra §. si quis nuncier , & ita , qui  
vi alium sua possessione privat , ab eo certe  
non vult possidere , ut usufructuario , vel  
usuarius , sed eo jure , quo is possidet . Se-  
cundò usufructarius , & usuarius ita solent  
ab alio possidere , ut non vi , aut clam  
possideant , sed justam possessionem querunt  
ab eo , quem dominum esse putant . At  
Ulpianus hic proponit justam possessionem , &  
injustam non utrinque justam . Accedit quod  
divinationem plane continet ejusmodi: intel-  
lectus , & verbis de vera possessione prolatis  
vim quandam inferre videtur . Doctissimus  
Connanus hanc difficultatem pretermisit . At  
36. vero Jacobus Cujacius d. obseruat 32. pro-  
totius argumenti solutione ait , perpendenda  
esse illa verba , si quis proponeret . Nam id  
totum proponi censet , non quod ita sit sed  
ex Sabini , & Trebatii sententia , quae ad-

missa non est , & ita vir magis humanaram  
literarum , quam civilis disciplinae peritissi-  
mus , speciem illam frustra excitatam esse  
concedit . Et quamvis Trebatii , & Sabini  
sententia a Labeone , & Paulo primum , po-  
stea a compilatoribus rejecta sit , quod ibi  
Ulpiano authore relatum est , non uti quid  
rejectum , sed uti admisum , conscriptum  
fuisse pro comperto habendum est . Quod vel  
ex eo constat , quod nulla ibi , aut Tre-  
batii , aut Sabini mentio facta sit .

- 37 Ego igitur sedulo ad Ulpiani verba res-  
piciendum arbitror ; querit enim is respectu  
solidi interdicti , & quantum in interdi-  
cto est , non quantum in probatione inter  
duos in solidum possidere contendentes , quis  
superior sit . Et cum proponat possessionem  
justam , & injustam , quamvis in interdicto  
ea verba legantur . Nec vi , nec precario  
alter ab altero possideris l. penul. eo sit . quia  
tamen justa est precarii possessio , in hac  
Ulpiani specie praetermittitur , in qua de  
injusta tractatur , & proponitur de posses-  
sione vi , aut clam . Et in prima quidem spe-  
cie , ut dictum est , qui vi ab adversario pos-  
sidet , quamvis si probationes inspiciamus  
dejectus tempore litis contestatae non possi-  
deat , sed dejicias ; vincit dejectus , ne-  
que vincit ex possessione , quam de praesenti  
habeat , sed vincit interdicto , quatenus ea  
cavetur adversario suam possessionem non pro-  
ficere , & quatenus alio interdicto pro pos-  
sidente habetur , qui suam potest recuperare  
possessionem , l. si quis vi infr. hoc sit . &  
quantum ad substantiam possessionis non vin-  
cit is , qui vere possidet , sed ex interdicto  
ille vincit , qui licet non possidat , pro pos-  
sidente habetur , & ita vincit interdicto ,  
non possessione , quod si vere cum adversa-  
rio possideret in solidum , quod tamen est  
impossibile , vinceret etiam possessione . Er-  
go quamvis queratur de duabus possidentibus ,  
non tamen queritur ut questio ex pos-  
sessione , sed ex interdicto diffiniatur , quod  
cum verissimum sit , agit aliud est . Ulpianus  
sensus , quam quod si duo se in solidum  
possidere concident , alter quidem justè ,  
alter vi , sed ab alio , quia iusta possessio  
quae non est ab adversario , pertinet ad inter-  
dictum l. ult. infr. hoc sit , neuter vincit ,  
neuter vincitur interdicto : quia uterque deducit  
possessionem , cui favet interdictum .  
At si nemo vincat interdicto , ex clausula il-  
la , nec vi , nec clam , vincere tamen probatione  
poterit , quod omittit Ulpianus , quia non de  
hoc , sed de altero vincendi genere tractat ,  
itaque

itaque si alter magis de possessione probaverit, puta, quia probet se posseidisse litis contestatae tempore, alius non ita, ille vincet §. quorum *Inst. de interd.*, & hic vincetur non interdicto, quoniam nullius possessionem excludit, sed firmioris possessionis interdicto admissa probatione superatur quare, quod ait *Ulpianus initio si duo possideant in solidum, nihil aliud praestat, nisi sensum hunc, possideant, id est possidere contendant*. Patet, quia primo illius speciei capite ille vincit, ut ostendi, qui non possidet, ille vincitur, qui vi ab adversario possidet. Quoniam alter ab altero vi possidet, non duo, sed unus vere possidet in solidum. Et ita eo capite verum potius est, utrumque contendere de possessione, quam possidere. Et consequenter primo capiti necessario aptatur ista interpretatione, possideant, id est possidere contendant. Sic, & secundo capiti eadem interpretatione convenit, nam dum uterque possidere contendit, & non ab adversario, pares sunt in interdicto, & ideo neuter in interdicto vincit, nam quoad illud & tu possides, & ego, id est interdictum utrumque juvat, atque comprehendit. At non inferatur re ipsa id est ipso possidendi actu pares esse. Cum *Ulpianus* etenim questionem proponat, quatenus solo interdicto finitur, de probationis disparitate nihil enunciat. Igitur quoad contentionem in interdicto, non quoad veritatem facti duo in solidum possidere dicuntur, quae contentio non infrequens esse solet §. *retinenda Inst. de interd.* ibi, & quia longe commodius est, & potius possidere, quam petere, ideo plerunque, & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Huc pertinet, quod ait *Ulpianus* in d. l. p. nult. §. *boc interdictum vers. sed si. Sed si* ait ille, inter ipsos contendatur, uter possidet, quia alterutrum magis se possidere affirmat, *sunc si res soli sit, de cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittuntur*. Remittuntur ad hoc, quia contendunt de rebus soli, nam contendentes de mobilibus ad interdictum scrupuli remittuntur. Et remittuntur, quia cum se magis possidere contendunt, jam utriusque possidere continetur interdicto, nec tamen eo vincunt, sed quo magis alter eorum se possidere probat; & ita non uterque possidet, aut vincit, sed qui se magis possidere probat. Ac ita videtur mihi *Ulpianus* ex *Ulpiano* declarandus.

**E**x iis dubitari potest num data paritate probationum, hic, qui ab alio iustè possidet, 38 succumbere debeat in dubiis, quod eo loci

affirmat *Bartolus* nunc. 4. & post *Baldus* *Joannens Fabr.*, & *Ruin.* ab eo relatos porbare videtur *Jacobus Menocbius retin. poss. rem* 3. q. 86. n. 717. Nam contra sentit *Berus* conf. 47. n. 4. lib. 3. ibi relatus, cui accedit *Aquilinus* in l. naturaliter §. nibil commune par. 1. n. 10. inf. cod. & ex l. ult. inf. hoc sic. constat adversus extraneos vitiosam possessionem prodesse solere, & in eo interdicto cum quis non ab adversario possidet, nihil refert possessio iusta, vel iuste sit l. 2. inf. uti possid. & *Ulpianus* in hac re videtur manifestissimus, inquiens: *Si vero non a me, neuter nostrum vincetur, nam & su possides, & ego*; ostendit enim controversiam omnem in eo positam esse, ut nihil conferat justitia unius, vel iustitia alterius noceat. Verum ratio naturalis suadet, eum, qui iuste possidet, vincere debere non interdicto quidem, nam eo neuter vincit, aut vincitur, sed quia possessio ordinatur suapte natura ad acquisitionem dominii, & iuste possidens magis possidet ad finem, non in eo, quod possessionis est vincit, quod solum considerat interdictum d. l. 2. sed in eo, quod est possessionis ad suum finem rectius ordinate. Et quamvis ratio hæc ex petitorio sumatur, quoniam est ratio dominii querendi, non autem quæsiti, rectè desumitur.

39 Sumitur ex accidenti quidem, sed perspè necessarium id est in jure nostro. Sic in fine testibus adhibenda, ubi dictorum rationes, & verisimilia, quæ ex re ipsa desumuntur, plenè considerantes adhuc dubitamus, etiam illorum dignitatem, & paupertatem, & alia hujus generis accidentia perpendimus l. 3. §. 1. de testibus. Non multum interest quoad summam possessionis iuste quis, an iuste possidat, sed qualecumque istud sit, cum cætera paria sunt, disparitatem constituit omnino, non interdicto comprehensam, quoniam solam possessionem considerat, sed ex causa possessionis extrinseca, nempe finali desumpta, qua dicimus illum firmius in re dubia possidere, qui rectius ad finem possessionis possidere dignoscitur. Quare cendum est ab *Aquino* in l. naturaliter §. nibil commune p. p. n. 106., qui existimat data paritate probationum nihil titulum suffragari.

Sed cum ad hunc insignem *Ulpiani* locum pervenierimus illustris, ac difficillima illa controversia prætermittenda non est, quid facere

40 Judex debeat, si ut pares in interdicto, ita in probationibus litigantes existant. Proponamus silvæ possessionem iisdem momento, & hora

hora a Titio ex parte Meridiei , & Mævio ex parte Septemtrionis apprehensam . Corporis actu tantundem glebae pressisse , possessionem per prius fuisse vacantem , pares esse tempore , pares facto possidendi , utrumque ea cogitatione fuisse , ut silvam omnem usque ad terminum possidere vellet , nihilo plus juris alterum altero habere , nihilo plus alterum altero aut animo , aut corpore egisse . Testes hanc paritatem confirmare non tollere . An dicemus utrumque silvam illam in solidum possidere ? repugnat hic textus . Vel si se ad judicium provocaverint , in quo velut mixto constat utrumque reum , & actorem esse *l. actionis verbo inf. de act.* & oblig . Quid pronunciabit Judex ? Quæstionem hanc in d. l. si duo tractat Bartulus n. 4. & 5. Salycetus in l. un. n. 22. cap. uti possid . Imola , & alii in d. cap. licet caussam , latissimè , ac etiam doctissimè Jacobus Menochius d. quæst. 86. n. 740. Et novissime Tesaurus 41 dec. 206. per totam . Eorum sententiam , qui dicebant pronunciandum esse , uti possidetis , ita possideatis , satis prædicti rejiciunt , & ego supra rejici , & quamvis neuter interdicto vincatur , an tamen alia sit diffiniendi ratio ab Ulpiano prætermissum est . Sic recte rejicit Jacobus Menochius sententiam eorum , qui contra eum , qui prius ad iudicium provocavit pronunciandum esse putant , ut etiam Tesaurus n. 12. Similiter & ea rectissime improbatur , quod Judicis arbitrio relinquendum id sit , & illa similiter , ut sorte dirimi debeat . Rejicienda ea etiam est , quæ superedendum esse suadet , nam scandalis viam parat , & si in eadem dubietate , & paritate perleveretur , quantum in ea est , semper litem indecisam dimitter , quod est absurdum . Sexta de possessione sub sequestro retinenda , quamvis quibusdam casibus necessaria futura sit , non tamen in ea est aliquid , quod difficultatem tollere valeat . Non tamen Tessauri argumentum probo , quo damnat hanc sententiam , quia verum dominum , ac justum possefforem jure suo interim privet , quia in jure paria sunt non esse ; vel non apparere , ut notat in l. quæsties ff. qui sat. cog. cæterum si nemo velit petitorum proponendo partes subire actoris , quis rogo futurus est controversiaz finis ? Vel retinenda semper sub sequestro erit , vel dimittenda . Primum est absurdum . Secundum ad eandem dubitationem judicem omnino revocat . Septimam opinionem nec libenter audio , quod Princeps adeatur sub dubia facti quæstione , quamvis eam Menochius

n. 776. probet , quodd quæstiones facti ad Judicem , non ad Principem pertinere certum sit *l. non statim. ff. ad l. flav. de Plag.* ac recte eam improbat Tessaur. n. 14. Sola 42 supereft examinanda Bartoli sententia existimantis hos de possessione contendentes ad instar conjunctorum , quasi concursu quodam partes habere debere , ac ita Judicem pronunciare oportere . Nec sententia quam multi probarunt relati à Jacobo Menochio n. 755. vix est , ut aliqua valeat ratione defendi , quoniam , vel testes deponunt de possessione in solidum , vel indefinite , vel de possessione partis . Posteriori casu versamur , extra quæstionis terminos , quia locus pro parte tam divisa , quam indivisa possideri potest *l. locus inf. hoc tit.* , & tunc pars possessa ratione possessionis , ut totum quid in solidum ad possidentem pertinet . Si vero testes deponunt hinc inde litigantes possedisse silvam in solidum , aut falsa eorum depositio est , aut falsa hujus q. conclusio . Hæc verissima est , ergo depositio falsa , & falsa quidem omnium testimoni , quatenus falsa collectio resultat omnibus partis , quatenus in rei veritate unum non duo possedisse necesse est . Si indefinite deponunt , sermo indefinitus , ut ad totius , vel partis possessionem trahetur , ita vel nos extra quæstionem trahimur , vel in relatana difficultatem incidimus , sed tamen omni conatu tentare licet , an exitum huic 43 controversiaz facere possimus : Laudo primum , quod Jacob. Menochius docet , ut bene oculatus , diligens , ac doctus Judex omne studium adhibeat , peritissimorum consilio utatur , conjecturas omnes expendat ; Nam vix fieri poterit , ut diligentem examine , & inquisitione non assequatur , quisnam verè potior sit . Cætetum præter id , quod hactenus traditum est , in specie proposita considerandum esse teor , quod cum Titius ex parte Meridiei , Mævius ex parte Septemtrionis ea cogitatione silvam ingressus sit , ut totam possideret , vix fieri potest , ut eodem momento id factum esse proponatur . Ut enim verissimum est 44 unico actu possessionem acquiri bac *l. nostra in prin. ibi* . Sed sufficit quamlibet partem ejus fundi introire glos. in l. 3. C. fin. reg. Alexander conf. 74. n. 16. lib. 4. Decius conf. 117. n. 2. Aymon. conf. 124. n. 9. ita verissimum est in dubiis illum esse præferendum , qui probat 45 de antiquiori possessione cum continuacione usque ad litis contestaz tempus , quoniam actus adversarii posterior præsumitur clande-

clandestinus Baldus in l. arboribus §. nam  
 et si ff. de usuf. Balb. in rep. l. Celsus ff. de  
 usucap. sup. q. 1. Bartoli n. 2. Jacobus Me-  
 nochius d. rem. 3. n. 563. & iterum plenissime  
 n. 725. Borgn. Cavalc. dec. 45. n. 61. par.  
 1. At in dignoscenda antiquiori possessio-  
 ne , non modo annus & mensis , sed  
 47 dies , hora , & momentum prioritatem in  
 possidendo discernunt , atque constituunt , ut  
 in prioritate instrumentorum accidere palam  
 est glos. in l. si fundus §. si duo ff. de pign.  
 glos. in l. si ex duobus §. ult. ff. de solus.  
 Baldus in l. Imperator in p. lect. n. 4. ff. de  
 stat. bom. Peregrinus de jur. fisci lib. 6. sit. 6. n.  
 35. Quare testes circa temporis qualitatem  
 diligenter legendi sunt & invicem com-  
 parandi , & si oportuerit Judicis officio  
 iterum diligentius interrogandi , cum nun-  
 quam illi ad veritatem perquirendam via  
 præcludatur . Et casus iste ad favorem anti-  
 quioris possessionis unanimi omnium consensu  
 diffinitur , ut per Jacobum Menochium d. n.  
 725. Sed ego arbitror fieri jure posse ,  
 ut pares omnino tempore sint . Attamen  
 concedo , & in proposita specie pares esse ,  
 quia forte de hora , vel momento testes  
 minime recordentur , adhuc dico consideran-  
 dum esse neutrum illorum in hac paritate  
 silvam in solidum possidere , sed tantum  
 eam partem , quam introivit , & actu  
 corporis occupavit . Tunc enim cogitatio  
 48 animi , parte corporaliter occupata , acqui-  
 rit possessionem totius , quando ipsi co-  
 gitationi nullum obijcitur impedimentum ,  
 puta , quia tota possessio vacua sit , vel  
 a possidente totius ex quavis caussa libe-  
 re tradatur juxta §. interduno Inst. de rer.  
 divisi. & ita procedit hujus legis ini-  
 tium si attentè consideretur , ac ita de-  
 bet intelligi , quod scribit Parisius cons.  
 107. n. 13. lib. 1. quod post Egidium  
 decisi. 104. Berous q. 47. n. 8. obser-  
 vasse videtur Barzi dec. 47. n. 22. Cu-  
 terum si Titius hinc , Mævius illinc in-  
 gredientes cogitet quisque eorum integrum  
 silvam possidere , alter alteri impedimen-  
 to est , ne sola animi cogitatione in-  
 tellectualem illam apprehensionem cum ef-  
 fectu sub authoritate Juris adimplere valeat ,  
 quia duo civiliter in solidum rem eandem  
 possiderent contra Labeonis , & Pauli sen-  
 tentiam. Igitur Judicis erunt partes eousque  
 Titium ex parte Meridiei , Mævium ex parte  
 Septentrionis in possessione conservare quoisque  
 non animi cogitatione , sed per actus  
 facti extrinsecos in possidendo processisse

probatur : Nam verum est utrumque pos-  
 sedisse partem silvæ separatam , non  
 ipsam silvam in solidum , qua vero parte  
 quisque contendit se civiliter possidere .  
 49 neutrum possidere verius est , eamque par-  
 tem sub sequestro retinendam juxta sen-  
 tentiam Jacobi Butrig. quam probat Igneus  
 in l. 1. §. si cum omnes n. 35. ff. ad  
 Syllan. & Jacobus Menochius retulit n.  
 742. Cessare etiam videntur hoc in casu  
 rationes superius contra eam adductæ .  
 Nam et si ignoretur , quis possideat , quis ve-  
 ro minime , quis actoris , quis rei par-  
 tes subire debeat , quod absurdum censem  
 Zuccar. in l. ult. n. 134. C. de edit. Divi  
 Adriani toll. hic tamen non est effectus  
 sententiae , sed defectus juris utriusque litigan-  
 tis , quod nemo se possidere probavit .  
 Quod addit Jacobus Menochius n. 741.  
 cervicosis scandalum hanc sententiam allaturam  
 esse , neque verosimile est . Quo enim cer-  
 vicem attollere potest is , quem compre-  
 tum est nullo modo possidere ? Quis au-  
 tem futurus sit controversiae finis , si ne-  
 mo petitorum proponat , quod ego exci-  
 tabam , negotium facere non potest . Quia  
 aliud est sub sequestro rem retinere , quam  
 duo possident , sed dubitatur uter magis  
 de possessione probet , quia jam constat  
 rem esse possessam , & necessario jus unius  
 in suspenso manet : aliud est vacuum  
 possessionem , ne armis litigatores rem in-  
 vadant , sub sequestro retinere eo nomine ,  
 quod interim a nullo possideri palam sit ,  
 50 quia poterit quandoque in fiscum defer-  
 ri , si nemo ad eam rem se jus habere  
 demonstret . Nulli enim facit Judex inju-  
 riam , si id agit in re a nullo possessa .  
 Poterunt tamen vel iidem litigatores , vel  
 tertius jura eorum intra legitima tempora  
 proponere . At si testes dicant rem in solidum  
 fuisse possessam , dico per textum nostrum  
 id impossibile fuisse eodem tempore . Qua-  
 re Judex interrogabit testes , ut descendant  
 ad specificationem actuum , & eos circum-  
 scribant cum circumstantia loci , & tem-  
 poris , quia est impossibile duos possidere  
 eundem locum in solidum pacificè , & sine  
 aliqua turbatione ; Et ideo semper con-  
 tinget actus extrinsecos in hac , vel illa  
 parte , non in tota re factos esse . Et  
 eousque unum , vel alterum possidere diffi-  
 cit , quoisque corpore possedit nulla cogi-  
 tationis habita ratione . Quod si controver-  
 sia sit de possessione fundi Corneliani , al-  
 ter probet incidisse nemora , alter coluisse  
 agrum ,

agrum, ille in nemoribus, hic in agro, in reliquo neuter in possessione conservandus est, si non probetur unius possessionis antiquior altera, & eo tempore quæ sita, quo ex legi nostræ initio sola cogitatione partem ingressus, totius fundi possessionem acquirere potuerit. Hæc mihi occurunt, quæ faciliorem controversiæ diffinitionem exhibere videantur, quæ in foro facilem usum in quæstione difficillima possint obtinere, saniora tamen judicio examinanda dimittit.

51 Quod si ea sit perplexitas, quæ cujusque possessionem in solidum per actus extrinsecos concludat, id verò accedit fere ad impossibile, vel quavis ratione ab hac sententia recedere compelleretur Judex, dicam hac spe destitutus solam mihi Bartoli sententiam placere, quæ præter eum videtur probari ex *tex. in l. si finita* §. *si ante versic. cum autem sup. de damno infect.* ibi: *Cum igitur plures mittuntur equaliter, omnes quasi in totum missi concursu partes habebunt.* Sed exigo concursum facti, non animi in universa re, ne contingat uni adjudicari partem, quam forte nullo modo possedit. Ergo Bartoli sententia tutè recipi poterit, cum nullum aliud rei diffiniendæ suppeditatur argumentum, sed ante, quod dixi, tentare necesse est. Verum ex utili circuitu redeo ad *textum*. Non obstat argumentum ex Sabini sententia sumptum, quod confirmari videtur ex *d. l. & babet* §. *inf. precar.* Nam longe facilior solutio est, quia qui precario possidet, corpore, non animo possidet, quoad id, quod est possessionis: potest quid animo detinere, possidere non ita, se ipsum ibi Pomponius explicat: *penes eum qui rogasset, quia possebat corpore.* At corpore possidere nihil magis est, quam detinere, quia non tenet animo dominandi, & ideo similis est usufructuario, qui nec vere possidet *l. acquiritur* §. *ult. sup. tit. proximo*, scripsi supra cap. I. n. 3. qui tamen plus possessionis habet, quam qui precario rogat, cum pro libito concedentis amoveri possit *l. I. precar.* & pro argumenti dissolutione id satis est, reliqua, quæ pertinent ad tertiaz partis hujus §. intellectum, ex qua desumitur argumentum, sequenti capite explicabuntur. Nunc argumentis contra Pauli rationem adductis satisficiendum est.

Ad prium de duobus usuariis in solidum eadem re utentibus juxta *l. si ut certo* §. *§ duobus* *Commad.* ex eodem textu solutio patet, quia utuntur quidem insolidum, non tamen in solidum tenent. Ait Ulpianus ibi:

53 *Usum autem Balnei quidem, vel porticus, vel campi unus cuiusque in solidum esse, neque enim minus me uti, quam alius utetur.* Duo enim possunt concordare in utendo temporibus alternis, vel res cuius est usus potest eos simul tempore admittere, ut quisque reportet, quod sibi sat est ad usum quotidianum. Et neuter rem in solidum tenet, sed ex se usum sibi necessarium in solidum percipit, & jus ipsum utendi sibi competens, ita in solidum teneat, ut alterius utendi non imminuat, qui, & ipse in solidum utatur. Nam 54 usus accipit mensuram ex necessitate utentis, non ex fundi latitudine. Sic vero ab usufructu a Justiniano distinguitur *Inst. de usu, & bab. in principio.* Minus autem juris est in usu, quam in usufructu; nam is, qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut oteribus, pomis, floribus, fæno, stramentis, & lignis ad quotidianum usum utatur, in coque fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, neque iis, per quos opera rustica fiunt, effet impedimento.

Ut autem usuarius domino, ita alteri usuario impedimentum afferre non debet, & neuter totum fundum tenet, sed uterque pro sua necessitatis mensura. Ac ita falsum est, quod *Bartolus n. 10. & Jason, & Soccinus post alios admittunt*, scribit hoc casu usuarios duos in solidum possidere rem ipsam. At quid si

55 fundus duorum usui non sufficiat, puta quia fœnum, stramenta, vel ligna unius dumtaxat necessitati satisfaciat? Secundum est, quod in usu potest esse minus necessitate, quia potest res unius usui etiam non sufficere, sed ultra necessitatem esse non solet, hoc itaque casu dividunt res, non usua, quia usus rei divisus penes unumquemque usuarium indivisus in solidum remanebit. Sed quomodo inter usuarium, & usufructuarium respectu detentionis res se habeat explicatu difficultius est, concurrere posse patet ex *l. ult. infra uti pos. ibi: Proinde, si alter usum, alter sibi fructum sueatur, & iis interdictum erit dandum.*

Verum enim verò neuter in solidum tenet;

56 Nam usufructuario ex detentione in solidum tantum subducit, quantum usuario concedendum est. Usuarius verò ita utitur, ne usufructuario sit impedimento. Sic ergo de totius fundi detentione subducitur ex jure unius, quod alteri debetur, est autem pars, quæ subducitur intellectualis, & indivisa, quæ usuario competit pro mensura

sura necessitatis , ita ut rem fructarius nullo modo teneat in solidum , sed ad eam concurrat pro parte indivisa , id quod perbelle Accursius ex sententia Ugonis in 57 d. l. ult. in vers. & is explicavit his verbis : *Quia uterque habet naturalem possessionem , tam usarius , quam fructarius , sed non in solidum , sed pro parte indivisa , & sic decernet judex in sententia .* Video rem pro Tyronum captu difficultem , sed tamen in foro , ut in gymnasii admittendam . Quare nusquam duo tenent in solidum . Secundi objecti solutio clarius est . 58 Illud sumitur ex l. quod servus & ex l. possessione quoque inf. eod. Verum est enim possessionem detentionem esse , quia illius est species , ut ex diffinitione constabit , & ob id unumquemque , qui possidet etiam detinere . Et servo tenente , dominum poscidere , ac tenere , & consequenter duos in solidum tenere . Sed ratio Pauli ex hoc minime infirmatur , nam loquitur de illa corporali detentione , quam asiniam dicunt , ut ex fine hujus §. comprobavi . At in relata specie , alter corpore , alter animo tenet . Corpus corpori impedimento esse potest , at corporalis detentio servi , non magis excludit domini detentionem , quam fera fundum circumambulans , quae & ipsa corporaliter insistens detinere videtur . Ratio obvia est , quia corporis detentio ab animi detentione specie distinguitur , ac propterea etiam n 59 mero . Ac ideo nihil prohibet secundum diversas species detentionum duos , aut plures in solidum detinere l. certe §. nam & fructarius inf. prec. ibi : nam & fructarius , & colonus , & inquilinus sunt in praedio , & tamen non possident , & si proponamus aliquo tempore omnes abesse a

fundo omnes animo detinere dicendum est , & in solidum . Quoniam haec detentiones velut specie distinctae in iis , quae sunt ad extra nullam repugnantiam faciunt , tamquam in fines diversos ac distinctos singulare dirigantur , & ideo rectissime Paulus rationem attulit ex repugnantibus ad extra , ut ad intelligendam repugnantiam , quae latenter intrinsecus , nos a notioribus , ad minus nota descendentes recta methodo perduceret . Sunt autem in proprietario , usufructuario , & colono animi affectus , & intra , & extra distincti , finemque diversum querunt . Ac possessio in dominium velut finem suum semper dirigitur . Quod si darentur species possessionis diverse , finesque diversi , concederet Paulus plures similiter in solidum possidere etiam posse .

Ad tertium argumentum sumptua ex l. si 60 finita §. si plures sup. de damn. inf. solutio colligitur ex §. si ante vers. cum autem ex eadem l. ibi dicitur :

Cum autem plures mittuntur in possessionem , aequaliter mittuntur , non pro rata damni , quod unumquemque contigerit , & merito ; Nam & cum unus mittitar in possessionem , non proportione damni mittitur , sed in totum . Cum igitur plures mittuntur , aequaliter omnes , quasi in totum missi concursu partes habebunt . Non est ergo effectus missionis , ut in solidum detineant , sed ut per partes indivisas , quales habent , qui ad eandem rem conjunctim vocantur juxta l. conjunctim ff. de l. 3. cum similibus . Sit ergo firma conclusio duos eandem rem in solidum possidere non posse , eaque recta ratione munita , quia contra naturam sit , ut tu tenere videaris , quod ego teneam .

*Tum tercia , tum sequentes hujus s. partes declarantur , & contrariorum solutione confirmantur .*

### Cap. III.

1 Sabini sententia in tex. posita expenditur .

2 Precarii natura diligenter explicatur .

3 L. Pomponius , §. si is qui inf. eod.

expenditur , & Bartoli intellectus rejicitur , n. 7.

4 Dubitatio proponitur ad precarii cognitionem .

- 3 Precario rogatus cur egest accessione rei gantis ad perficiendam usucaptionem .
- 6 L. Quod meo. §. i. infra eo. expenditur .
- 8 Animus dominandi ad possessionem se habet sub ratione finis , & sub ratione forma .
- 9 Accessiones temporum in sola equitate consistunt .
- 10 L. qui pignoris inf. eod. expenditur .
- 11 Trebatius in hoc tex. an Paulo vel Sabinus consentiat .
- 12 Bartoli error in hac re natatur .
- 13 Authoris ea de re sententia .
- 14 Relatio ad proxima fieri debet , limitatur tamen , si quod sequatur absurdum sive repugnans .
- 15 Sabinus etiam a Labeone reprehenditur .
- 16 L. duo ff. precarii expenditur , declaratur autem n. 27.
- 17 Ratio Labeonis ad tex. in dubium revocatur .
- 18 L. nemo C. eod. expenditur , & n. 21. declaratur .
- 19 Verba illa non multum interest , declaratur .
- 20 Substantia illud est proprium , ut sit contrariorum susceptibilis .
- 22 Duo juris civilis pronunciata circa possessionem .
- 23 Possessionem facti esse hoc texu deducitur .
- 24 Ratio deducendi nova , & singularis .
- 25 L. ult. inf. eod. declaratur .
- 26 Predo in sua possessione conservandus , & quare .
- 28 Vers. non enim magis bujus §. declaratur .
- 29 Statio , sessio , & possessio sunt positiones quedam , & ad aliquid .

2 **S**abinus tamen a Paulo dissentiens scribit , eum qui precario dederit , & ipsum possidere , & eum qui precario accepit . Qua parte , qui precario accipit non possidet eum affectu dominandi , etenim verum est , eum formaliter non possidere , ac propterea nec duos in solidum possidere , ut c. 2. n. 53. declaravi , & ita Sabini sententia admissa non est . Verum adversus predictam declarationem obstat evidenter quedam , quae nos ad precarii exactam cognitionem fructuose perdere possunt , si recte explicentur . Primum observandum est precarium ita posse constitui , ut possesio a concedente , in rogantem transferri videatur , adeo ut ad perficiendam usucaptionem rogatus minime possideat , neque utatur accessione rogantis , nisi rupto precario l. Pomponius §. si qui inf. hoc sit . Verba Jureconsulti sunt : si is , qui precario concessit , accessione uti velit ex persona ejus , cui concessit , an possit , queritur ? Ego puto eum , qui precario concessit , quandiu manet precarium accessione uti non posse . Si tamen accepit possessionem rupto precario , dicendum est accedere possessionem ejus temporis , quo precario possidebatur . Si rogatus transfert possessionem , ita ut ex propria persona usucapere non queat , falso dictum videtur , eum , qui accepit , non possidere . Tum vero potest quispiam ita rogare , ut liceat sibi in fundo morari l. certe §. is qui ff. precario , ibi : is

qui precario rogavit , ut in fundo moretur , non possidet , sed possesio apud eum , qui concessit remanet . Ergo si rogat de possessione , possessionem vere conlequitur , & ita , non qui dat , sed qui rogat , vere possidet , quo tamen Sabini sententiam , quam nostram oppugnat , ac ita illum §. Bartolus intelligit , ut actum ibi sit de utraque possessione transferenda , & utramque esse translatam . Et si dixero eum , qui dat , animo a possessione non discedere d. l. & habet §. i. quomodo sit , ut usucapere non possit , nisi rupto precario , accessione rogantis utatur ? Et tamen possesio solo animo retenta ad usucaptionem prodest , quia cum debitor creditori possessionem tradit , possidet tamen ad perficiendam usucaptionem l. qui pignoris inf. eod. Cur ergo obest precarii rogatio ? Et quomodo possidet is , qui rogat , si affectum dominandi non habet , quem ex Theophila requirimus in §. item placet Inst. per quas personas nob. acq. Scire oportet cum quis de possessione rogat , fieri quidem posse , ut is , qui rogatur , non corpore tantum , sed animo definat possidere , & ideo sine rogantibus accessione usucapere non potest , secus futurum est , si animo a possessione non recedat d. l. & habet §. i. sed quomodo in rogante transfert , si is , qui animo dominandi caret possessionem formalem acquirere non valet ? vel qua ratione ejus accessio rogato quandoque proderit , si vere , & formaliter non possedit ?

I i 2

Respon-

Répondeo , nec si quis formaliter de possessione roget , aliud consequitur , quam ut corpore possideat , d . l . & habet § . i . & rogatus definit animo possidere , quia ita constituit transferendo , non quia in eum transferat , sed quia transferre cogitat argum. text.

6 ist l . quod meo , § . i . infra eod . ubi tradens furioso , quem sanæ mentis existimabat , amittit possessionem , licet furioso non queratur . Fieri igitur potest , ut concedens omnem amittat , rogans non omnem acquirat ; quoniam ut ibi furor , ita hinc natura precarii huic acquisitioni resistit , quoniam precario rogans ex precarii natura numquam possideat animo dominandi , quod pro forma possessionis exigitur . Quare Bartoli intellectum ad d . § . si is qui nulla ratione probandum censeo , sed si rogatus animum dominandi retinet , quoniam pacto possessionem omnem dimittit , si ejus forma ex eo solo constare videtur ? Animus dominandi se habet ad possessionem sub ratione formæ , & etiam sub ratione finis . Dicitur eo casu sub ratione formæ , & retinetur sub ratione finis . Difficilis est explicatio , sed animi operationes solo intellectu distinguuntur . Proficit accesiorupto precario , non tamen ea , ut concessum est , quasi rogantis propria , & vera possessio fuerit , qualis ad usucacionem exigitur l . sine possessione inf. eod . Sed quia accessiones in sola æquitate consistunt , non in subtilitate juris civilis l . de accessione inf. de divers. & tempor. prescript. Cum vero admittitur precaria possessione , quamvis non prospicit roganti , ut jure accessionis prospicit concedenti ad usucapiendum , æquitas in eo vertatur , quia cum genus liberalitatis sit præcarium l . i . ff. precar. l . interdictum eo sit . si aliter diceremus , liberalitas concedenti noxia foret , & homines ab officio hujus documenti ratione revocarentur , nam quod roganti minime prodesset , id concedenti noceret , quod æquitas non patitur . At cur precarii rogatio impedit usucacionem , non autem a debitore facta creditori possessionis 10 pignoris nomine traditio? l . qui pignoris infr. Qui præcario concedit , sponte a se possessionem abdicat quandcumque voluerit recuperaturus . Qui pignus creditori tradit , primum tradit , ut sibi credatur , nec si velit pignus liberare , semper paratam pecuniam habet . Igitur hoc casu constitutum est , ut tempora continentur , & interim debitor ad usucacionem possideat . Nam & creditori interest debitorem effici dominum , ut in actione hypothecaria , non modo in Salviano in-

terdicto possit obtinere . At præcarium concedenti , quia semper revocare potest , & potuit non concedere , quia nemo cogitur ad liberalitatem exercendam , jus concedentis nullatenus fuit conservare necessarium . Hac Sabini relata Paulus Trebatii sententiam subiicit in quarta hujus § . parte , in qua illud primum queritur , an Trebatius his verbis : idem Trebatius probabat , Sabini , vel 12 Pauli sententiam probet . Bartolus , qui in eo labitur , quod credit Sabini sententiam , Pauli sententiae minime contradicere , videtur tacite sentire , quod Trebatius Sabino accedit . Sed expresse id affirmat Jacobus Cu- jac. observ. lib. 9. observ. 32 . Mihi autem secus videtur , & sensus est , quod Trebatius idem , quod Paulus probabat , cum modificazione tamen quod duo , alter justè alter injustè possidere possent , non ambo justè , vel injustè : Re ipsa probatur hac in re Trebatii sensus . Quatenus enim vult duos justè possidere non posse , eatenus improbat Sabini sententiam , secundum quam & rogans , & precario concedens duo sunt , qui justè possiderent , si possideret uterque . Justam enim esse precariam possessionem constat l . duo inf. precar. Ex quo infertur illa verba ad Pauli , non ad Sabini sententiam esse referenda , & consequenter relationem ad proxima quidem plerisque fieri debere juxta glos. in § . neque Inst. de action. sed quandoque ad remota faciendam esse urgente ratione , ne si fiat ad proxima , aliquod consequatur absurdum , aut repugnans . At repugnant haec dubio procul , negare duos justè possidere non posse , & eum , qui dat , & eum , qui precario rogat , simul in solidum possidere . Itaque Trebatius , qui illud aperte negat , nisi sibi ipsi repugnet , id concede non potest . Hinc infertur ex Labeone expresse quidem reprehendi Trebatium , sed 15 multo magis tacite Sabinum quoque fuisse reprehensum . Sed quo appareat justiorum fuisse Labeonis reprehensionem , ex quibus moveri Trebatius potuerit , paucis inquiramus . Tria pronunciat . Duos justè possidere non posse , neque duos injustè , utrumque concordat cum Pauli dicto , & ratione , nec aliam haec duo pronunciata explicationem desiderant . Tertium est duos , alterum justè alterum injustè eandem rem in solidum possidere posse , & hoc , quod Labeo 16 reprehendit , confirmari potest ex l . duo inf. precar. ubi Julianus : Duo in solidum precario babere non magis possunt , quam duo in solidum vi possidere , aut clam : Nam ne que

neque justè, neque injustè due possessioñes concurrere possunt. Sic sentire videtur adiam justam, aliam injustam posse concurrere ex reg. l. cum præzor. ff. de indic. Quidam addunt tñx. in l. si duo inf. uti possid. sed constat ita intelligi ex dictis in c. 2. n. 31. & seq. ut nihil Trebatio prodesse valeat, aut Labonis nocere. Similiter ad. text. in l. si finita q. si plures supra de dam. inf. Solutio patet ibidem n. 60. Quare contrariis parum moventibus, obtinuit sententia Labonis contra Trebatium, videlicet, nec alterum justè, alterum injustè in solidum possidere posse. Ratiō quia adstruit unam sententiam, & alteram destruit, ea est, quia ut Labo ait: in summa possessionis non multum interest, justè quis an injustè possideat, id est non tantum interest, ut duos ejusdem rei possessores posit in solidum admittere.

17 An hæc ratio subsistat ex duobus dubitari potest. Primum, quia cum justum, & injustum ita differant inter se, ut non modo diversa sint, sed opponantur ut contraria, videtur multum interesse. Confirmatur ex l. 18 nemo ambigit C. eod. ubi possessor injustus, nec possessor dici videtur, ibi: non posse cum intelligi possessorum. Tertio is videtur possidere, qui potest usucapere q. ult. inf. bac ead. l. ubi missus ex primo decreto custodiā habet, ut missus ex secundo possessionem, quia potest usucapere. At injustus possessor non usucapit. l. 1. & 2. C. de poss. long. temp. Secundo quia vel si concedamus in summa possessionis non multum interesse, hoc ipsum, quod non est multum, est tamen aliquid, quod quantum sit ignoratum, facit, ne certi simus, an rectè ratiō constet ad hujus discriminis mensuram. Sed facile prædictis occurritur; nam non multum differt, quia differentia est in quale, non in quid, & ideo si respicis justitiam, & injustitiam, nihil magis differre potest, quia nihil magis contrarium, si respicis summam possessionis non multum interest, summa vero pro substantia possessionis usurpatur, ut docui c. 1. n. 23. adducens Rose Romane dec. 1. n. 7. de restit. spol. in Antiquioribus. Eaque ratione summa possessionis substantiam significat, quia substantia, si accidentia removeantur, summa rei est, videlicet illud, quod in quovis composite potius habetur. At quid hoc est, quod

19 non multum esse Labo ait? Boni homines a malis multum differunt l. 1. ff. de just. & jur. Si bonitatem ipsam, vel nequitiam respexerimus, ceterum si substantiam hominis non multum. Explicat id Arist. in prædicamentis in ipso præ-

20 dicamento substantiaz. Proponit ibi substantiam id proprium habere, ut contrariorum sit susceptibilis, ut cum Titius ē sano æger sit, ex studio pravus, vel contra. Idem Titius est sanus, & æger, studiosus & pravus, & manet substantia eadem. Nam hæc mutatio accidentium, ut philosophorum verbis utamur, alteram reddit substantiam, sed non aliam. Quod substantia alteretur, & nihilominus eadem maneat, efficit, ut Titius sanus ab ægroto in eo, quod attingit substantiam Titii, non multum differat, quoniam Titii sani, & ægroti substantia eadem maneat. Ita planè accidit in possessione, cum quis bona fide possidens certior fit rem esse alienam, qui justè possidebat, incipit injustè possidere. Aliquid interest in summa possessionis, sed non multum, quoniam dum contraria suscipit, alteratur quidem, verum enim vero eadem possessio manet, quæ dimisit accidens justitiaz & illud injustitiaz suscepit, sed quia semper eadem possessio est, ideo in summa ipsius verum est, non multum interesse. Unum in hac Labonis ratione, adversus communem sententiam necessario diffinitur, possessionem, quamvis ex justa efficiatur injusta, manere specie, & numero unam, quæ differt ex sola susceptione contrariorum, qua differentia accidentalis, non autem substantialis inducitur. Hæc tamen comparatio justæ, & injustæ possessionis fit non respectu duorum, sed unius dumtaxat possessionis, & ab uno possessore per tacitam consequentiam ex sententia Labonis transfertur ad duos. Consequentia talis est, si is, qui justè possidet, mala fide superveniente, incipiat injustè possidere, possessionem non mutat, sed eamdem retinet non multum a se ipsa differentem, verum est justi, & injusti rationem in eodem possessore non facere possessionem aliam, sed alteratam, si id in uno eodemque possessore recipitur, ergo respectu ejusdem rei, etiam in pluribus idem admittendum est, ut ex sola justi vel injusti ratione reddatur alterata, non alia. Ergo penes plures in solidum esse nequit, quia constat unam ejusdem rei esse possessionem, contrariorum quidem susceptibilem, non autem ex hac justi, & injusti differentia a semetipsa specie, & numero distinctam. Nam justi, & injusti susceptio constituit differentiam accidentis, non substantiaz. Ad contraria responsio patet ex 21 prædictis. Quod dicitur in l. nemo C. eod. de legitima possessione accipiendum est, ac ideo dicit, non intelligi possessorem cum, qui de

de jure suo vacillet ; & dubitet , quia non est possessor legitimus , id est licet vere possessor sit , a jure tamen civili non habetur pro 22 possessore . Duo etenim pronunciantur auctoritate juris civilis cirea possessionem . Primum si quis vi de possessione dejectus sit , proinde haberi debere , ac si possideret , cum interdicto unde vi recuperandæ possessionis facultatem habeat l. si quis vi infr. eodem . Alterum , ut non videatur possessionem adeptus , qui ita nactus est , ut eam retinere non possit l. non videtur infr. eod. Neque tamen fingit jus possidere dejectum , aut non possidere dejicente , sed alteri negat civilis possessionis effectus . Neque injustus possessor eo quia non usucapiat verè , non est possessor , nam et si verum sit eum possidere , qui usucapit , non tamen sequitur eum non esse possessorem , qui non potest usucapere . Nam de jure civili injustus possessor , si non longo tempore usucapere , saltem longissime præscribere potest , ut C. de præscri. trig. vel. quadrag. an. per tot. & ita a fine dominii acquirendi remotior est , non tamen excluditur , sed ad ejus consecutionem difficilius admittitur . Quare nihil obest §. ult. bujus legis . Itaque rectè Labeonis 23 ratio constat , ex qua , ut opinor , necessariò diffinitur quæstio illa huc usque plusquam pars esset controversa , an possessio juris , vel facti , vel utrumque sit . Etenim eo ipso , quo injusta possessio , possessio est , quod hic Labeo aperte diffinit , verum est etiam impossibile esse , quod sit juris . Assumptum patet ex textu , consequentia probatur ex 24 nova ratione , sed utique verissima . Jus a justitia derivatur l. i. ff. de just. & jur. quicquid ergo injustum est , id planè quoniam a justitia derivari non potest , nec potest esse aliquid juris . Illud enim justitiae , ceterorumque virtutum maxime proprium est , ut docet Aristoteles l. i. Retbor. c. primo ut nihil mali ab iis derivari possit , nihilve obliquum , aut injustum earum ope fieri . Sic itaque per locum a repugnantibus facti possessionem esse probatur , quia repugnat id , quod est juris , injustum esse posse . At quomodo injusta possessio parit juris effectum , 25 ut in l. ult. infr. eod. cum adversus extraneos prospicit ? Respondeo est justa quoad eos non simpliciter , sed secundum quid , & ita parit effectum juris , ut justa secundum quid , non ut simpliciter injusta arg. l. si dico ff. utri possid. Et jus possidentis non ex jure possessionis nascitur , sed ex defectu juris ex parte ejus , qui agit , & magis quam justum

fit eum possidere , injustum est eum ; ab eo , cui nullum jus competit , sua possessione 26 privari . Quoniam dicimus etiam prædinem in sua possessione conservandum c. tāne litoris de rest. spol. Totum id determinari , justitia secundum quid , non simpliciter inspecta ex l. bona fides ff. depos. Hinc etiam patet possessionem non esse mixtam ex jure , & facto , ut Aretinus censuit , quia si injusta possessio , possessio est , illi nulla juris mistura accedere potest , ergo ita solius erit facti , ut impossibile sit juris esse . Præter quām quod justum , & injustum sunt qualitates , quæ non valent eam misturam efficere , ex qua tertia substantia resulset , sed de his plenius sequenti capite differendum est . 27 Non obstat Labeoni pro Trebatio text. in l. duo infr. prec. Nam ait ibi Julianus . Duo in solidum precario habere non magis possunt , quam duo in solidum vi possidere , aut clam . Qui precario possidet , iuste possidet ut plurimum l. ult. infr. prec. Unde servus , qui nisi iuste possessionem domino querere potest l. quod servus inf. eod. præcariam possessionem potest acquirere l. si servus eod tit. Comparat Julianus præcario possidentem possidenti vi aut clam , cum ille iuste , hie injuste possideat . Videtur notari posse comparatio . Ille hujus notæ evitandæ caussa subjicit : neque enim iuste , nequæ injustæ possessiones concurrere possunt , in eo enim , in quo comparatio fit , utique conveniunt . Huc respicit comparatio , ut concludat duos præcario in solidum possidere non posse . Argumentum , quod ab injusta possessione dicit , probat Labeonis sententiam , nempe possessionem injustam vere esse possessionem , & cum ab ea , quæ justa est , in eo quod est possessionis , non multum differat teste Labeone , rectè Julianus comparisonem illam facere potuit , quia quodd duo in solidum possidere non possint , id est possessionis , ut possessio est , merito non potest inde deduci , quod alter iuste , alter injuste in solidum possidere non possunt , nam contra veritatem , & contra loquentis intentionem inferre tur . Tandem ambigere non oportet , an Labeo uti Trebatium , ita Sabinum reprehendat . Nam qui id negat , quod Trebatius distinguendo tenebat , multo magis Sabini sententiam negaturus est , qui nihil aliud concludit , quam duos iuste possidere posse . Sextam nunc , atque postremam partem explicandam accipio , in qua Paulus , & Labeonis sententiam , & propriam confirmat his verbis 28 Non enim magis & cet. Est Argumentum ex

ex comparatione ab eo, qui stat, vel sedet, ad eum, qui possidet. Ut enim is, qui stat, vel sedet in loco aliquo, ita stando, aut sedendo locum illum implet, & occupat, ut alius eodem loco stare, aut sedere non valeat; simili certè modo, qui locum alium vere possidet, ita possidet, ut alius possidere non possit. Dubitari potest ne non procedat comparatio, quoniam sumatur velut a pari. At longè major repugnantia est, quod in quo loco ego sto, tu stare videaris, vel sedere, in quo loco ego sedeo, quam ut quod ego possideo, tu possidere videaris. Nam in exemplis, ex quibus comparatio sumitur, adeo corporis impedimentum naturale, ac visibile, in termino, ad quem fit comparatio, non ita. De illis nemo dubitat, in hoc *Sabinus*, & *Trebatus* contrarium opinati sunt. Sed hæc comparatio a pari quidem delumpta est, & regulare est a notioribus esse delumentam, ut ad notitiam eorum, quæ minus nota sunt nos perducere valeat. Ideo exempla

sunt magis nota, sed conclusio est æque vera. Quia, ut exempla sine distinctione, aut limitatione aliqua semper eodem modo se habent. Sic *Labeonis*, & *Pauli* conclusio sine ulla prorsus limitatione admittenda est, alioquin comparatio minus rectè posita videatur. Comprobatur veritas comparationis ex iis omnibus, quæ capitulo secundo ad munendam *Pauli* rationem adduxi, quæ hic 29 pro repetitis haberi volo. Quibus addendum est; quod ut statio, & sessio positiones quædam sunt, & ad aliquid, ut declarat *Boe. apud Aristotelem in prædicamentis, in prædicamento ad aliquid*, ita possessio quasi positio dicta est ex *Labeonis sententia I. i. sup. hoc sit.* recte ergo ab iis positionibus ad hanc duci videtur argumentum. Et quam in statione, & sessione repugnantiam oculis corporeis intuemur, ut duo eundem locum teneant in solidum, eandem in ipsa possessione intellectu iplo dispicimus, & ita veritatem comparationis assequimur. Et hæc ad tex. dixisse sufficiat.

*De nomine possessionis an a pedibus, vel a sedibus rectius duci videatur, & de argumento ab etymologia quadam differuntur; post vero origo possessionis adducitur, qua ratione de divisione iuris gentium contraria Doctorum sententiae explicantur, & conciliantur.*

#### Cap. IV.

- 1 Possessio an a pedibus, vel a sedibus dicatur.
- 2 Possessio unde dicatur secundum Grammaticos.
- 3 Questionis propositæ divisio.
- 4 Positio est terminus ad aliquid.
- 5 L. i. ff. de acq. pos. expenditur.
- 6 Alciati error in possessionis etymologia.
- 7 Argumentum ab etymologia quando valeat ex communi: Authoris sententia, n. 9.
- 8 L. si rem mobilem, de acq. poss. adversus gl. & comm. explicatur.
- 9 Tullii locus in arg. a notatione declarans.
- 10 Joannis Bolognetti de eadem re notatur error.
- 11 Galeni sententia argumentum ab etymologia infirmum, & ratio ex Quintiliano
- 12 Decii de hac re sententia qualiter defendique.

- 14 Etymologia, si vera sit, non poterit repugnare definitioni, contra Aretinum.
- 15 Possessionis origo inquiritur.
- 16 Jus gentium an duplex sit.
- 17 Archidiaconus unicum censuit.
- 18 L. i. §. bujus studi, de just. & jur. expenditur n. 29.
- 19 Dicton, hoc, demonstrativa ad oculum.
- 20 Dicton, quoque, est implicativa.
- 21 Authoris defensio pro communi, quod jus gentium sit duplex.
- 22 Causa efficiens utriusque diversa probatur.
- 23 C. jus naturale dist. i. expenditur, istrum n. 30.
- 24 C. jus gentium dist. i. declaratur.
- 25 Dicton fere est modificativa.
- 26 Capti in bello inter Christianos non efficiuntur servi capientium.

- 27 *Divisio juris ex Aristotele in naturale, & legitimum.*
- 28 *Divisio juris à Jureconsultis variè tra-  
data.*
- 29 *Diffinitio juris naturalis ab Ulpiano tra-  
dicta damnatur.*
- 30 *Paulus in l. jus pluribus, de justitia,  
& jur. in divisione juris cum Aristotele  
consentit.*
- 32 *Bartoli sententia, & communis, est pos-  
sessionem esse ex jure gentium secundario.*
- 33 *C. 2. dist. 2. pro Bartoli sententia ex-  
penditur contra n. 37.*
- 34 *Auctor cum gloss. verius opinatur posse-  
sionem esse de jure gentium primevo.*
- 35 *L. I. de acq. rer. dom. explicatur.*

**Q**uicumque concordem Pauli, & Labeonis sententiam accurate perpendit, satis com-mode, ut in præcedentibus dictum est, colli-gere potest, possessionem esse facti, non ju-ris, unicam, non duplarem, ex quibus ad veram ejus diffinitionem constituendam, & substantiam aperiendam aditus cuicunque ad-modum facilis exhibetur. Sed quia utrumque dictum multos, ut propugnatores, ita etiam oppugnatores habere constat; ea propter diligentem examine enitendum est, ut non modo aliis legibus, & rationibus confirmetur, verum & contraria removeantur. Veruntamen antequam de re ipsa queramus, vel statua-mus, quid sit, quedam circa nomen dubitatio explicanda est arg. l. pen. ff. de just. & jur. que ex hoc ipso textu consurgere magis, quam diffiniri videtur. Ambigitur apud nos-tros an possessio dicatur a pedibus, vel a sedibus, & consequenter num ve-rior sit lectio Florentina, vel vulgaris ad text. in l. I. sup. cod. vulgarem lectionem recipiunt glof. Jac. de Aret. Bart. Aret. Alex. Soccin. & novissime probat Ludovisius Mo-linos de just. & jur. tract. 2. disput. 12. vers. a nomine, ergo. At vero Franciscus Connanus, & Franciscus Duarenus, alter in l. I. alter lib. 3. cap. 8. Comment. suo-rum neutram damnat, sed utramque ait re-cipi posse. Lectionem hanc probari posse conspicio ex pluribus. Primum ex l. quod meo §. si per venditorem inf. cod. ibi quasi pedem finibus intulisse. Secundo ex hac l. 3. in princ. sup. cod. ibi: Non utique ita accipendum est, ut qui fundum pos-sidere velit, omnes glebas circumambulet, sed sufficit quamlibet partem fundi introire. Itaque cum Paulus ex Labeone possessio-nem quasi positionem dictam referat, in dicta l. prima appetet positionem ad pedes esse referendam, non ad sedes, quod actus in-trocundi, & circum ambulandi pedibus, non sedibus explicetur. Tertiò adducitur locus Denter. c. 11. & Josue c. 14. ibi: quidquid

calcabat pes tuus, tuum erat. Quarto ac-cedit Tullius in tertia Philippica, qui dixit, in libertatis possessionem pedem im-po-nere.

Contrariam tamen sententiam Eruditiores proba-re videntur, & vereor ego, ne hodie re-ceptior dicenda sit. Quandoquidem probat-eam Jason. in d. l. I. n. 14. Ripa n. 17. Beringuccius in I. nor. Joann. Bolo-gnet. n. 12. Sed praeter eos Viri humana-narum literarum doctissimi Alciatus n. 2. Ja-cobus Cujacius ad tit. C. de acq. & ret. pos. Vac. a Vacuna lib. 2. variar. declarat. c. I. n. 4. Matthæus Vessemb. in psrat. ad hunc titulum, Hugo Donel. lib. 5. comm. jur. ci-vil. c. 6. & lectionis Florentinæ authoritas adhæret, cui saltem libentius Duarenus, & Connanus subscribunt. Scio etiam in clarissima Academia Senensi Hieronymo Be-nevolento viro eruditissimo præceptorri opti-mo, ac ceteris fere omnibus ibi jus inter-pretantibus placuisse. Nuper vidi Muretum in Epistola, quam Antonio Constantino scripsit, qui post editas Pandectas Florentinas mira-tur reperiri, qui pergent superiorem lec-tionem defendere. Quibus suffragantur etiam plura. Primum l. qui agros C. de omni agro deser. l. II. ibi: ita tamen, ut se vacanti, ac destituto solo novus cultor in-sederit. Secundò c. jus gentium ibi: se-dum occupatio dist. I. Tertiò quod expendit Alciatus & ind. l. I. & in l. lege cen-soria ff. de verbis significat. Nam 2 Grammatici hujus nominis derivationem du-cunt a dictione, pos, & verbo sedeo, ita ut is possidere dicatur, qui potest sedere. Et ut dividendo nomen hoc, possesio, ab una parte, fessio manifeste deducitur, ita a nulla parte pedum positionem per separatio-nem inferri posse exploratissimum est. Et tacito Alciato ita argumentatur Vaconius ubi supra, qui vulgarem lectionem vitio impressorum adscribi oportere affirmare ve-rius non est. Quartò loco, & textus noster in-

inducitur ibi, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. Sed hinc & pro contraria parte argumentari licet ex his verbis, quam ut in stare videaris in loco, in quo ego sto. Sed ostendi supra cap. secundo tenere, stare, & sedere ad aliiinam illam detentionem pertinere ad constituantem cum possessione comparationem. Unde vel nullum argumentum sumi potest, vel pro utraque parte, quod vitiosum esse, author ad Herennium ostendit. Arbitror tandem duo esse questionis capita.

3 Alterum nominis grammaticalem derivationem queris; Alterum Pauli & Labonis sententiam in dicta l. i. Si primum queritur, Alciati, & Vaconii argumentum concludit, a verbo sedendi sessionis nomen, ex quo possessionis postea conficitur, descendere, & argumentis hanc partem propugnantibus hoc sensu locum libertissime facio, & Donellus a Grammaticis confirmationem suę sententia petit, solus Muretus in dicta Epistola opinatur, quod a verbo possum derivetur verbum possidere. Si vero de Pauli, & Labonis sententia disceptandum sit, duo primum pronuncianda esse reor. Alterum est possessionem dictam esse quasi positionem, & de hoc nulla est controversia, cum solum queratur, an a sedibus vel a pedibus; alterum quod potuit Labeo aliunde, quam ex grammatical significatione hanc allusionem deducere. Ex eo quod prima nemine contradicente conceditur, existimo pro Labonis sententia a pedibus magis, quam a sedibus positionem dictam esse. Quia statim ac possessio quasi positio assumitur, quod Donellus etiam perpendit, oportet alicujus esse positionem, & verius, & accommodatius dicitur positio pedum, quam sedium. Est enim positio ad aliquid, ut Boethius apud Aristotelem notat in lib. prædicamentorum in cap. ad aliquid, & vel statio, vel sessio, vel incubatio positio corporis est quedam.

4 At vere a positione corporis, sive stantis, sive ingredientis, sive sedentis possessio queritur; sedentis, aut stantis, ut in hoc testu, ingredientis, ut in hujus legis principio, & in l. quod nos & si per uniditores infra. ed. at non positione sedium. Et in corporis statione, sessione, vel ingressu pedum positio necessaria semper est, sedes vero stationi, & ingressui nec inferunt quidem, sessioni tantum ad bene esse, quia humi sedendo possessionem querere potest. Tum secundum ratio a Pauso subjecta id manifeste convincit. Subjicit enim ideo ita appellatam, quia naturaliter tenetur

ab eo, qui insistit. Si enim a sedibus dictam voluit, haec certè ratio cum dicto non concludit, nam insistere naturaliter non infert sedium, sed pedum positionem. Tum tertio in acquirenda possessione rerum mobilium, quas propriè posideri non est ambigendum, non sedes, sed pedes desiderantur. Nam statim ac quis in litore maris lapillos, aut gemmas invenit, pedis positione insistit, ut apprehendat, & videmus pueros de rerum mobilium possessione certantes, sape rebus ipsis pedes imponere, ac ea impositione se possessionem adeptos significare. Et rogo si illam grammaticalem derivationem parumper omittamus, quid sedes afferunt necessitatibus ad possessionem, nullam sane, quia sine sedibus, sola pedum positione, cupuslibet rei possesio queri potest. Quare, si rem ipsam spectamus, lepide mihi visus est Labeo allusionem hanc ex pedum positione confixisse. Nam cum corpore, & animo possesio acquiratur, non sedibus hac l. in prime cur desiderat Labeo fedes ponere, quod non exigimus, & omittit positionem pedum, sine qua corpore possessionem acquirere non valemus? Sed verba sequentia recte a Jacobo de Arct. & Cumano adnotata esse videntur ad idem probandum, illa videlicet, quia naturaliter tenetur ab eo, qui insistit. Nam hic actus insistendi pedibus, non manibus exhiberi videtur. Quod Socinus Senior ibi secunda lectura, injuria, ut mihi videtur, reprehendit, magis manus existimans expedire quam pedes. Manibus cum adversario certamus ipsum dejicimus, veram possessionem pedum insistentia consequimur. Infertur ex his male diffinire Donellum relato c. 6. possidere esse sedes in re aliqua ponere, vel sedes in re aliqua positas habere, cum sedum positio ad possidendum nulla sit ratione requirenda. Sic itaque cum possessio sit quasi quedam positio, & corpore, non solo animo queratur, oportet corporis positionem esse; at nulla potest esse positio, aut stantis, aut ingredientis, aut sedentis sine pedibus, ergo pedum positio eleganter appellata videtur. Et aliud haec magis, quam illa grammaticalis ad rem accedit. Quare evendum ab Alciato est in l. taberna ff. de verber. significat, qui censuit per allusionem, quod verum est, a pedibus dici, at per etymologiam a sedibus, quod neque secundum communem sententiam, neque secundum illam, quam ma-

K k . gis

gis probo, defendi potest: in eumdem er-  
orem sub *Alciati* autoritate *Donellus* labi-  
tur. Communis sententia habet argumen-  
tum ab etymologia ad nomen, quod ajunt  
etymologatum negative dumtaxat, non  
etiam affirmative valere, ut ex *Saly. Fulg.*  
*& Cum.* sententia scribit *Jason.* in l. 2. §.  
*appellata* n. 1. sup. si cert. pet. *Alciat.* in d.  
l. *Taberna*. *Mysing.* in §. *tutores* n. 9.  
*Inst.* de *sut.* At si quis dixerit, non est  
positio pedum, ergo non est possessio, non  
recte argumentatur, quia excluderet pos-  
sessionem rerum mobilium, quae verè pos-  
sessio est l. 1. sup. eod. cui possessioni ea  
positio convenire nullo modo potest. Ne-  
que ex eo, quod neglecta, & vilis sit ad  
improprietatem possessionis inferri ulla ratione  
valeat. Nam falsum est illud assumptum,  
quod ex *glos.* in l. si rem mobilem inf. eod.  
*Socinus*, & alii in l. 1. hoc tit. adno-  
taffe videntur. Facilius admittitur possessio  
mobilium, idque ex mobilitate rerum,  
non ex utilitate promanat. Si eatum custo-  
dia omittitur, vel negligitur, confessim  
possessio perditur, etiam si alius non in-  
vaserit, ut hac l. in §. *Nerva*; Sed  
tamen in d. l. si rem mobilem alterius con-  
trectatio magis, quam neglecta custodia au-  
fert possessionem, qui enim deponit, non  
neglit, sed alteri custodiendum tradit l. 1.  
*ff. depos.* At qua ratione possessio rerum  
mobilium perditur omissa custodia, decet  
etiam, ut contrectatione perdatur, quia  
statim ac is, qui depositum accepit, illud  
contrectare incipit, amittit custodiā, &  
custodis officium, & ita omissa custodia,  
hoc etiam casu possessio perditur, quia il-  
le, qui depositus, nec ex propria custodia,  
quoniam alteri rem custodiendam tradidit;  
nec ex aliena, quoniam, qui suscepit, con-  
trectando custodire desinit, possessionem re-  
tinere valet, ideoque amittit omissa custo-  
dia. Igitur & propria est rerum mobilium  
possessio, & minime vilis, aut neglecta;  
& ad eam pedum positio negative non con-  
vertitur. At ego quidem sentio argumen-  
tum ab etymologia, & negativè, & affir-  
mativè valere. Siquidem ex *Quintiliano lib.*  
8. cap. 6. *suarum Inst.* dicta est veriloquium,  
vel originatio, *Boethius* autem apud *Tullium*  
in Topicis ait esse nominis diffinitionem,  
& ideo si recte constituatur, utroque modo  
vera enunciabit, ut in donatione patet,  
qua dicta est, quod doni datio sit, & utro-  
que modo argumentum convertitur, & valet.  
Sic locus *Tullii* a notatione constitutus  
ita firmus habetur, ut non modo ad rem,  
cujus est nomen, & notatio, sed is etiam  
ad conjuncta producat. Posita enim etymo-  
logia, quod assiduus dicatur ab ære dariō,  
quasi æs dans, cum lex *Ælia Sentia*  
juberet assiduo vindicem assiduum esse [ est  
autem vindex procurator, ut *Boethius* inter-  
pretatur ] *Tullius* infert eandem jubere, locu-  
plete locupleti vindicem esse. Dicitur argumen-  
tum eo modo. Assiduus est, qui assē dat,  
qui vero assē dat, locuplex est, ergo assi-  
duus locuples est. Ergo lex, que de affi-  
duo loquitur, & de locuplete accipienda est.  
Sic itaque constituitur argumentum, ut com-  
pertum sit etiam negativè valere. Nec au-  
diendus est *Bolognetus* in d. l. 1. num.  
89. dicens, etymologiam esse veriloquium,  
sed non pleniloquium, quod hoc argumen-  
tum, ut alia non pauca, exhibeant ipsius  
commentaria, multiloquio magis, quam  
eruditio esse referta. Nam *Boethius* ita de  
notatione loquitur: *Ex notatione locus vo-  
catus*, quia nomen omnem rem notat, atque  
significat. Ergo totius rei notatio est, &  
consequenter utroque modo recte ducitur ar-  
gumentum; quoniam non secus ac diffinitio  
rei cum re diffinita, diffinitio nominis cum  
ipso nomine convertitur. Illud tamen fuit,  
ut hoc argumenti genus *Galen* testimonio in-  
firmum *Duarenus* dixerit in d. l. 1. quam-  
vis ille hujus infirmitatis caussam prætermi-  
serit, quia nimiam in constituendis notatio-  
nibus quique licentiam sibi præsumperint;  
quod *Quintilianus Varronem* redarguens, sup-  
pediat his verbis; Sed cui non post Var-  
ronem sit venia? qui agrum, quod in eo aga-  
tur aliquid &, graculos, quia gregatim vo-  
lent dictos Ciceroni persuadere voluit. Hinc  
Decius in d. §. *appellata* ex sententia *Ugonis*  
in c. *privilegia dist.* 3 recte deduxisse vide-  
tur, tunc argumentum ab etymologia va-  
lere, cum ea non se habet in plus, vel in  
minus, quam nomen ipsum, quod quam-  
vis impugnet *Socinus nepos* in d. l. 1. n.  
193. non quatenus supponit aliter ethymolo-  
gias se habere posse, probandum est, sed  
quod tunc constet verè esse etymologiam;  
cum suo nomini adæquatur, & quæ se habent in  
plus, vel in minus, non sunt dicendæ  
etymologiæ. Et ut allusio non semper cum  
diffinitione consentit, quo casu nullum ab  
ea contra rei diffinitionem recte ducitur ar-  
gumentum, ut probat *Bartolus* in d. l. 1.  
n. 4. *Felin.* in tit. de fid. instr. n. 5. ita  
si vera sit etymologia, numquam diffinitio-  
ni repugnat, quod non satis perspexit  
Arct.

14 Aret. in d. l. I. n. 3. Sed forte nimis, quām par esset, digressū sumus, utilis tamen circuitus vituperari non solet. Verum igitur est possessionem a pedibus quasi positionem di-  
stam esse per allusionem, quia neque omnis po-  
sitio pedum possessio est. Sed antequam ad rei dis-  
tinctionem descendam, pauca de possessionis origi-  
ne subjicienda sunt, quae cognita maxime conferunt  
ad ejus controversiaz resolutionem, qua quar-  
ritur, an juris, vel facti sit. Origo pos-  
sessionis, aut in jus gentium primavum, aut  
in secundarium referri solet. In primavum  
retulit glos. in d. l. I. in vers. quia natura-  
liter. Sed in jus gentium secundarium refert  
communis opinio Bartoli in l. si id quod  
n. 2. ff. de cond. indeb. Soccini in d. l.  
I. n. 30. qui de communi. testatur. Sed  
26 primum de divisione Juris gentium in pri-  
mavum, & secundarium, ut appellant, non  
modica extat controversia. Nam unicum es-  
27 se censuit Archid. in cap. omnis dist. I.  
cujus sententiam veriorem putat Aret. in d.  
l. n. 16. Soccinus nepos n. 378. Alvar.  
Vasc. Juris emphyt. quæst. 3. n. 5. & 6.  
& merum figmentum putat Joan. Garz. de  
exp. & melior. cap. 3. n. 18. & quod doctis,  
& eruditis merito displicere debeat, alios  
refert Pinell. in tit. C. de rescind. Vendit.  
part. I. c. p. n. 12. qui tamen communem di-  
stinctionem n. 13. excusat. Primum addu-  
cunt l. I. cum LL. seq. usque ad text.  
in l. ex hoc jure sup. de just. & jur. a ra-  
tione divisionis, quia in l. I. §. bujus studii,  
28 dicitur universum jus tripartite collectum,  
ex naturalibus præceptis, gentium, & civili-  
bus, quod si jus gentium duplex esset, non  
autem unicum, esset divisio, aut diminuta,  
aut falsa, tum perpendit Aretinus tex.  
in d. l. ex hoc jure: ait Hermogenianus.  
Ex hoc jure gentium introducta sunt bel-  
29 la, discreta gentes &c. Dictione hoc ad  
oculum demonstrare videtur idem plane jus  
gentium esse, de quo supradictum est arg. l. I.  
ff. de nov. oper. nunc. in quod religio  
erga Deum, ut parentibus, & patriæ pare-  
ntius & moderamen inculpatæ tutelæ re-  
data superius animadvertere licet. Secundo  
ad idem facit l. manumissiones cod. rin-  
dura ait: Manumissiones quoque juris gen-  
tium sunt, expendendo dictionem quoque,  
30 quæ implicativa est: l. serum: quoque ff.  
de procurat. l. ex maloficiis. §. bares. §. is  
quoque infr. de act. & oblig. cuius ergo  
juris sunt religio, & defensio, ejusdem est  
manumissio, & consequenter jus. unicum.  
Nam qui posterius, sive secundarium a pri-

ori discernunt, hoc nomine distinguere solent, quod religionem, defensionem in il-  
lud primarium referant, contractus, manumi-  
ssiones in secundarium. Si ergo constat ab uno  
jure hæc omnia prodiisse, falsa redditur ratio  
distinguendi, & unicum manet. Tertiò  
Soccinus nepos inducit §. & quidem naturali  
§. singulorum Inst. de rer. divis. l. I. sup.  
de acq. rer. dom. quibus locis manifestissimè  
probatur jus gentium illud, quod primavum  
dicimus, usurpari pro jure naturali, & esse  
unaum, & idem cum illo; at non video  
quomodo ab eo, quod velut secundarium  
ponunt, probetur non esse distinctum, nisi  
conjugatur §. item ea, quæ ex hostibus,  
ut infertur continuativè idem jus esse.  
31 Sed hæc non me movent, ut a commu-  
ni sententia recedendum putem, quam sub-  
tiliter potius defendere, quām oppugnare,  
nisi veritas aliud postulet, laudabilius ex-  
istimavi. Quam sententiam probavit Bar-  
tolus in d. l. si id, quod n. 2. ff. de condit.  
indeb. & ex mente Cyni præceptoris idem  
sentit in d. l. ex jure, n. 10. & in d. l.  
si id, quod, sequuntur Angelus, & Caſtr.  
sum Jason. eos referens n. 2. & de como-  
muni testatur, & in l. I. sup. cod. Soc-  
cinus senior n. 35.

Probatur evidenter per locum a cauſa  
22 efficienti. Nam aliud esse constat, quod  
naturalis ratio inter homines æquè constituit,  
aliud quod gentes ipse sibi constituerunt.  
Ex quo constat unum a natura, aliud a gen-  
tibus prodiisse, & non modo in cauſa ef-  
ficienti, sed in tempore apertam versari dif-  
ferentiam. Quod argumentum, non tamen  
ita explicatum, fecit Soccinus Senior, & eo  
tacito sibi Jason. usurpare tentavit. Veritas  
serum in arguento deductarum facile proba-  
tur. Nam primum illud agnoscit naturam,  
ut causam efficientem c. jus naturale dist.  
I. Et ne quis putet eam distinctionem pen-  
tinere ad jus illud naturale, quod, Ulpia-  
no authore, natura omnia docuit, verba  
23 canonis expendat dicentis: jus naturale  
est commune omnium nationum, & quod ubi-  
que instinctu nature, non constitutione habetur  
aliqua. Excludunt Ulpiani distinctionem il-  
la verba, commune omnium nationum, &  
quo loci Ulpianus adjecit, maris. & fæ-  
mine conjunctio, ex industria, viri &  
fæmine conjunctio subrogatum legitimus, ut  
conjunctio secernatur animalium. Secundo  
ad idem pertinet tex. in §. sed naturalia  
Inst. de jur. natur. gent. & civil. Sed  
naturalia quidem jura, quæ agud omnes

*gentes peraque obseruantur, divina quadam providentia constituta, semper firma, atque immutabilia permanent.*

Et hac ratione constituit jus quoddam solis gentibus, non ceteris animantibus a Divina providentia præscriptum, quod idem est quod jus gentium, quandoque dicitur idem ut naturale; usurpatur *d. §. & quidem, & §. singulorum, & d. l. i. sup. de acquir. rer. dom.* Dari autem jus gentium, quod diversam plane caussam efficientem agnoscat, patet ex §. *jus autem gentium Inst. de jur. natur. gent.* ibi: *Jus autem gentium omni humano generi commune est.* Nam usū exigente, & humanis necessitatibus gentes humanae jura quoddam sibi constituerunt. Sic non natura constituit gentibus, sed gentes sibi ipsis constituerunt. Secundò 24 facit *c. jus gentium dist. i.* ibi: *Hoc inde jus gentium appellatur, quia eo jure omnes fere gentes utuntur.* At jure illo primævo omnes utuntur sine ulla prorsus limitatione. Dictio fere ostendit quodam non uti arg. §. est aliud *Inst. de donat. cum glof. in vers. fere;* ergo mobile est, non, ut illud primævum, immutable. Sic videmus mobilitatem in captis ab hostiis 25 bus. Nam bello inter Principes Christianos exerto capti non efficiuntur servi, sed pretio redimuntur pignoris instar *Salycetus in l. ab hostibus C. de postil. rev. late Didacus* alios refereas in reg. peccatum part. 2. §. i. n. 6. & seq. de reg. jur. in 6. Quare ex eo etiam maxime sequitur duplex esse, quod alterum immutable sit, 26 alterum mutabile. Tertiò confirmatur ex divisione Aristotelis 5. *Ethic. c. 7.* dividentis jus omne in naturale, & legitimum, & usurpat tamquam immobile naturale jus, velut est ignis, qui apud Italos, & apud Iudeos urit, legitimum autem velut mobile, in quo legitimo jus omne positivum, tam illud gentium, quam civile recludit, & manifeste ratione mobilitatis ab illo primævo secernit. Difficultas orationis versatur in solutione contrariorum. Proinde sciendum est quæstionem hanc an jus gentium sit unicum, vel duplex, magis quam simpliciter ex quadam suppositione 27 tractari. Sunt enim hac de re principia ex placitis Jureconsultorum, & Pontificii juris planè diversa, ex quibus, & duplex esse, & unicum, & non esse necessario sequitur. Si Ulpiani, & Justiniani divisionem sequimus duplex esse necessario fatendum est. Si jus Pontificium erit unicum. Si Aristotelis, & Pauli divisionem, in jus civile confundi-

tur semper. Propositam partitionem diligenter explicabo. *Ulpianus, & Justinianus* proponentes, triplex jus esse, naturale, gentium, & civile, ad diffinientes jus naturale illud esse, quod *natura omnia animalia docuit*, vel inviti concedant necesse est, jus gentium esse duplex. Nam lex illa, quæ est recta ratio, suadens honesta, prohibens contraria, ad bruta nullo modo pertinet, quæ juris, & injusti, honesti, & inhonesti sunt expertia *l. i. ff. si quadru. paup. fec. dic.* & ita non naturalis, sed gentium erit lex. Quod cum noverint, admirerunt esse quoddam jus gentium, quod & naturale etiam diceretur *d. §. & quidem §. singulorum*, id, quod *Cajus antiquum dixit l. i. sup. tit. prox.* & ubi hoc jus gentium dicitur, consequitur duplex esse, quia aliud sit, quod gentes humanis necessitatibus ita exigentibus sibi constituere. Et quamvis subjectum utriusque juris sit unicuni, nempe gentes ipsæ, alterum tamen jus ab altero distinguitur origine, & caussis, tum efficienti, tum formalis. At verò dum in *d. l. i. §. bujus studii, & in tit. Institutionum, de just. & jur. in fin.* tripartita divisio proponitur, ea non ponitur per se, sed respectu juris civilis tripartite collecti, & utrobique evidenter appetit. Et ideo quamvis eam divisionem necessaria juris gentium subdivisio subsequatur in primarium, & secundarium, non tamen ad eam rem pertinet, quia semper verum est, sive ex priori, sive ex posteriori colligatur jus civile, ex jure gentium esse pro parte collectum, & jus gentium sibi non sub ea ratione, qua a semetipso distinguitur, sed sub ea sola, qua distinguitur a naturali, & civili jure consideratur, & verum est supposita diffinitione juris naturalis ad omnia animalia pertinentis, illud sub utraque ratione jus gentium esse, & consequenter verum est, quid a primævo, quid a secundario ducatur ex jure gentium colligi, quatenus divisum ad juris naturalis, & civilis differentiationem proponitur; neque per se consideratur, sed quatenus ex eo secundum prædictam differentiationem juris civilis collectio promanat. Et sub hac ratione consideratur, ut unicuni in l. ex hoc jure in l. manumissiones, eod. tit. seu quod probabilius est, ut indivisum usurpat. Nihil obstat §. & quidem, & §. singulorum, & l. i. sup. tit. prox., quia nihil repugnat illud, quod primævum dicimus, appellari naturale. Sic itaque adversus Aretinum, & multos communis sententia defenditur, & excusatione Pinelli, quæ

que levis admodum est, juvari eam non oportet. Et *Caroli Ruini* sententia jus gentium in duas species dividens, quam *Pinellus* nihil horum expendens, sine ullo argumento, damnat d. n. 13. poterit opportune confirmari. Coeterum si ab *Ulpianus*, & *Justiniani* sententia recedere velimus, improbantes eam juris naturalis diffinitionem, que eruditissimorum virorum animos adeo perturbavit, ut *Sylvester Aldobrandinus* in *adnot. inst.* & *Mysingerius* in scholiis de ejus defensione solliciti, eum abusivè, & populariter loquutum esse credant. *Franciscus Connarus* ne deterius perducatur lib. I. cap. 4. *Comm. jur. civil.* ad exempla ibi posita restringere conetur, *Albertus Bolognensis de lege jure & aequitate capite quinto*, & seq. aliter verba distorqueat, at *Laurentius Valla* lib. 4. eleg. & *Jacobus Cujacius* in suis annotationibus aperte reprehendunt, quibus ego subscriptendum censui lib. sing. de legib. par. I. cap. 2. ubi ad ejus errorem detegendum plura congesi, tum lib. I. difficultum plenius prosequar, statim constabit *Archidiaconi*, *Aretini*, & *Soccini nepos* sententiam juri Pontificio consonantem esse veriorem, quod jus gentium unicum sit, sed non eorum argumentis utendum est, que cum *Ulpiani* divisionem sequantur, contra eos facile retorqueri possunt. Verum alia juris naturalis principia constituenda sunt, ut illud sit, quod est commune omnium nationum, & a Divina providentia per modum cuiusdam instinctus gentibus immutabiliter præscriptum est d. cap. jus naturale, nulla tamen ratione cum brutis commune. Si hoc, ut verissimum est, fatetur esse jus naturale, quod per naturæ lumen a Deo gentibus infunditur, jus gentium non poterit nisi esse unicum, illud videlicet, quod gentes sibi constituerunt. Et in illo primo gentes causæ subjectivæ dumtaxat locum tenent, in hoc secundo locum causæ subiectivæ, & efficientis, quoniam ipse gentes sibi ipsis jus dicunt. Sic jus gentium est unicum videlicet illud mobile, quo fere omnes gentes utuntur, nam, quod immobile est, & quo gentes sine ulla dispensatione ligantur, est jus naturale.

At vero *Paulus* ut mihi videtur in I. *jus pluribus de just. & jur.* Aristoteli consentiens prætermisit jus gentium, dicens jus omne esse, yet naturale, vel civile, ut ille, vel naturale dixit, vel legitimum. Jus gentium apud eos summa ratione in ipso jure civili confunditur,

non jus naturale; quoniam dum jus civile ex naturali, & gentium jure colligitur ex naturali colligitur ita, ut jus naturale quamvis in jus civile relatum, non definit esse naturale, quoniam est immutabile d. §. sed natura lia. Jus gentium non ita, quia nisi in jus civile referretur, in ea civitate, nec jus esset quidem, quoniam potest civitas eo non uti, & tamen jus naturale deserere non potest. Sic itaque hoc non definit esse naturale, quia civitas utatur, & illud quoniam eo potest non uti, cum utatur, convenienter poterit appellari civile. Ab hac sententia *Cajus in l. omnes populi de just. & jur.* et si verbis differre videatur, re tamen minime differt, quia jus naturale appellat jus gentium, & jus gentium, quod sibi gentes constituerunt in jus civile confundit, id quod etiam fecit in l. I. sup. tit. prox. Constituendum igitur est *Ulpiani* diffinitione, ac divisione recepta, communem quoque sententiam recipiendam esse, quod jus gentium duplex sit. Inspecto jure Canonum, & vere ex sententia Archidiaconi esse unicum; hoc autem in jus civile ex *Aristotele*, & *Paulo* posse confundi, ac ita omnium controversiis ex veritate finis impositus sit. At admissa juris gentium distinctione, quarebatur ex quo jure possessio prodiret, & ut dixi, *Bartolus in d. l. si id, quod n. 2. ratus est ex jure gentium secundario*, idque communiter probant Doctores, tum in d. l. ex hoc jure, tum in l. I. sup. hoc eod. tit. ut ibi testatur *Soccinus senior* n. 30. Eam rationem afferunt, quod ex eo jure sint distincta dominia, & agris fines impositi d. l. ex hoc jure; dominium vero simul cum naturali possessione coepisse, nam eadem occupatione ejus, quod nullius erat, & possessio, & dominium acquirebantur, adeo ut utraque acquisitio eodem tempore contingat, & ordine intellectus solummodo pateat, prius acquiri possessionem, postea dominium, ut post *Jasonem*, & *Ruynum* *Soccinus nepos in Rub. n. 8. & seq.* adnotavit; quorum sententiae suffragatur text. non animadversus 33. in c. 2. dist. 8. ibi: Unde quis possidet, quod possidet? nonne jure humano? Nam jure Divino Domini est terra, & plenitudo ejus. Tum infra. Jura autem humana jura Imperatorum sunt, quis audet dicere, haec villa mea est: Sic itaque diffinire videtur meum; & tuum esse juris positivi, & consequenter posse.

seffionem arg. l. si aliquom inf. hoc sit. & ita juris gentium secundarii Rip. n. 43. in d. l. i. existimat communem omnium rerum posseffionem esse juris gentium primzvi arg. c. jus naturale dist. l. at posseffionem rerum in singulari esse juris gentium secundarii d. 34 l. ex hoc jure. Ego censeo. veriorem esse sententiam glof. in d. l. i. existimantis posseffionem esse de jure gentium primzvo, quod ea jus naturale appellat. Id quod multis 35 mihi persuadetur. Primum ex l. i. supra titulo proximo Cajus ibi: Quarundam rerum dominium nanciscimus jure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peraque servatur. Hac verba de jure gentium primzvo Cajum locutum esse demonstrant, quod secundarium mobile sit, & non absolute inter omnes servetur, sequitur ille: Quarundam jure civili, id est jure proprio civitatis nostra, & quia antiquius jus gentium cum ipso genere humano prodidit est. Hac verba excludunt jus gentium secundarium, quod ex superioribus constat esse posterius. Sequitur ille: Opus est, ut de hoc prius referendum sit. Omnia igitur animalia, qua terra, mari, caelo capiuntur, id est fera bestia, volucres capientium sunt. Hic plane loquitur de acquisitione in singulari, non in communi, quod adversus Ripe distinctionem adnotandum censeo. Secundum ex 36 c. jus naturale dist. i. ibi: Communis omnium posseffio, & omnium sua libertas acquisitio eorum, qua caelo, terra, marique capiuntur. Constat communem omnium posseffionem esse juris gentium primzvi, ut de omnium una libertate nemo dubitat, nec etiam de acquisitione eorum, qua caelo, terra, marique capiuntur dubitandum est,

an ejusdem quoque juris sit argumento & jam hoc jure ff. de vulgari, & pupillar. Tertid ex l. i. hoc sit. ibi: Dominiumque rerum ex naturali posseffione capisse, quare Paulus naturalem diceret, si juris gentium secundarii fuisset? Ea ratione non alia naturalem dicit, quia ab initio naturale fuit, antequam jus gentium secundarium introduceatur, quzedam sibi acquirere, ac ideo subjicit: Ejusque rei vestigium remanere debis, qua terra, mari, caelo capientur, nam bac pratinus eorum sunt, qui primi eorum posseffionem apprebenderine. Vestigium non aliud nisi antiquitatem exhibit, qua posseffionem naturalem dixit. Nec quidquam refragatur l. ex hoc jure, quia loquitur de dominio rerum immobilium, quarum ut posseffio erat communis, ita & dominium d. c. jus naturale; Sed tamen nihil vetat ea, qua mari, caelo, terraque capiebantur, jure private posseffionis, & dominii effecta, semper fuisse capientium. Sic etiam solutio 37 patet ad text. in c. 2. dist. 8. nam ibi loquitur magis de titulo, quam de ipsa posseffione; tituli vero preter occupationem ex jure gentium secundario prodierunt d. l. ex hoc jure. Ad posseffionem per occupationem quæsitam nullo modo pertinet. Tandem quis non videt actum illud naturaliter insistendi rei, & eam occupandi esse naturalem non ab aliquo jure introductum & ipso jure gentium secundario antiquorem? Nisi quis stultissime presumperit ante jus gentium secundarium, nihil caelo, terra, marique captura fuisse. Et tamen in ejusmodi occupationis actu quomodo dominium sit prius posseffione, contra receptam huc usque sententiam Epistole quinta Academicarum docere conatus sum.

*Argumenta; quibus probari solet posseffionem juris esse, adducuntur;*  
*& confutantur.*

### Cap. V.

- 1 Juris, & facti differentia ex Arbori;
- 2 Rerum quedam sunt, quedam intelliguntur.
- 3 Nihil eorum rerum, qua sunt, juris esse posse.

- 4 Rerum, qua intelliguntur, he juris sunt, qua juris intellectu apprebenduntur.
- 5 Omnes, quod est, dividitur in substantiam, & accidentem.
- 6 Juris illud est, quod sit, vel non sit, est.

- est in potestate juris.  
 7 Dominium prævia possessione queri solet.  
 8 Et habet sui natura principia possessiva ex Baldo.  
 9 Potest etiam sine possessione juris auctoritate transferri.  
 10 Sententia, quatenus juris, lata contra tenorem constitutionis, est ipso jure nulla.  
 11 Facti que sunt, per legem infecta reddi non queunt.  
 12 Qui non sibi possident, sed alteri, verè non possident.  
 13 Possessionem juris esse multi autumant.  
 14 Possessio ab acquisitione distinguitur ex sententia multorum, sed male, ut infra num. 29. & 50.  
 15 L. Peregre hoc sit. expenditur, & declaratur n. 22.  
 16 Possessio, & jus possessionis, non sunt idem.  
 17 L. si quis ad se fundum, C. ad l. ult. de vi publ. expenditur.  
 18 Possessor injustus pro non possessore babetur quoad eum, à quo vi possidet.  
 19 Justum, & injustum sunt ad aliud.  
 20 Princeps mandans cognosci super jure alicuius, etiam si possessio facti sit, mandat etiam de possessione cognosci, contra Aret. & alios, n. 21.  
 23 L. non idem minus. C. de lib. cav. declaratur.  
 L. pignoris ] Infra hoc tit.  
 L. cum bæredes ]  
 C. dilectio de verb. sign. Qualiter hæc Jura procedant. ibid.  
 24 L. si ea res §. ult. ff. de act. empt. declaratur.  
 25 L. nemo ambigit C. de acquir. poss. exponitur.  
 26 De quacumque re queri potest, quid sit, & qualis sit.  
 27 L. possessio quoque hoc sit. enucleatur.  
 28 Donelli argumentum ad illam l. probatur.  
 29 Acquirendi facultas ex jure est.  
 30 L. stip. ista §. si quis forte, ff. de verb. oblig. dilucidatur.  
 31 Dictonis alias implicat similia.  
 32 Argumenta ex dictionibus Authori levia, nam materie facile cedunt.  
 33 L. questio ff. de verb. signific. discutitur.  
 34 L. raptiores C. de episc. & cler. contra Jasonem explicatur.  
 35 L. qui pignoris, infra eod. examinatur præter alios, n. 36.  
 37 L. homo liber §. ult. ff. de acquir. rerum domin. restituitur adversus Bolognetum.  
 38 L. Pratoris ff. de damno infecto, declaratur.  
 39 Possidere quis potest, ut dominus, & ut non dominus.  
 40 Possessio interdum pro re ipsa usurpatur.  
 41 Possessio est ad aliquid, id est alicujus rei possessæ possessio.  
 42 Possessio an interdum sine ullo corporis, & animi ministerio possit acquiri.  
 43 Aliud est possidere, aliud in possessione esse.  
 44 Jus singulare non efficit possessionem sine possessionis substantia.  
 45 L. i. §. per servum hoc sit. declaratur.  
 46 Mureti in Epistola ad Constantimum de possessione lapsus.  
 47 L. si de eo infra eodem declaratur.  
 48 L. cum bæredes, §. ult. infra eodem expenditur, & declaratur.  
 49 Possessoris affectus in dominium, ut in finem dirigitur.  
 50 Acquirere per servum, est ex potestate juris.  
 51 L. i. §. ult. l. 2. tit. hoc, explicatur latè usque in finem.

**I**N constituenda possessionis diffinitione, primum illud queri solet, an ea juris sit vel facti. Et quamquam ego ea sententiam, ut facti esse non dubitem, quod in superioribus ex hoc sex. deduci commodè posse demonstravi, adeo tamen controversa res est, ut certo sciam, non quiescere legendum animos, nisi rem diligentius examinatum, & argumenta in contrarium optimè confutata esse noverint. Quod in gratiam Tironum præcipue, sed etiam pro forensi utilitate, quæ hinc non modica promanat,

libentissime faciam. Sed prius brevissimè ponendum est, quid juris, quid facti esse dicatur, & posthabitis aliorum explicacionibus, quas retulit Joannes Bolognetus in l. i. sup. cod. n. 115. usque ad n. 136. Proponit Tullius initio Topicorum, quod 2 rerum quædam sunt, quædam intelliguntur. Earum, quæ sunt, nihil arbitrari esse juris, sed omnia facti existimari oportere. 3 Earum rerum, quæ intelliguntur, non nisi res, quæ intellectu juris apprehenduntur, & ita ad civilem disciplinam dumtaxat pertinent.

tinent. Prima definitionis veritas patere eo argumento potest, quod omne, quod est, dividitur in substantiam, & accidens, & utrumque re ipsa est, etiamsi juris intellectu non apprehendantur. Quare ea omnia, quae ab Aristotele sub decem praedicamentis collocantur, afferro facti esse, quod omni jure circumscripto naturaliter talia forent. Præterea quædam sunt, quæ intellectu imaginamur, ponimus, & apprehendimus, ac ideo magis intelliguntur, quam sint, horum omnium ea juris sunt, quæ intellectu juris, id est juris artem in intelligendo callente, & exercente apprehenduntur. Intelligit apprehenditque rhetor partes orationis, dialecticus syllogismum, uterque intellectualia apprehendit, quæ tamen juris non sunt, sed alterius artis. Quare oportet ex juris arte esse, quod apprehenditur, ut hereditas, jus suorum heredum, jus accrescendi, & similia, quæ ad juris artem solummodo pertinent, velut ab ea posita argum. Inst. de reb. corp. & incorp. in princ.

6 Id vero mihi videtur juris esse, quod sit vel non sit in potestate juris est: Id vero facti, quod sit, vel non sit, non est ita in potestate juris. Videtur diffinitione patere ad sensum, sed & mecum sentit Isernia in const. si dubitatio, ver. nam nulla lege.

Potest variis exemplis ex jure desumptis id 7 confirmari. Dominium acquiri solet prævia possessione, l. nunquam nuda, sup. cit. prox.

8 l. traditionibus C. de part. habet enim suæ natura principia possessiva, ut verbis utar Baldi in l. cuso res n. 6. C. de probat. admittit Jason. in hoc cit. n. 8. & tamen quia 9 dominium est juris sine possessione sub auctoritate juris sepe transfertur in l. ult. C. de sacr. Eccl. in l. a Tisio ff. de furt. in l. cum heredes, hoc cit. aliisque casibus congestis per glos. in l. 3. vers. & alie ff. de Pub. 20 in rem act. Sententia hoc ipso nomine, quoniam juris est, ut sententia est, lata contra tenorem constitutionis, non est sententia l. 1. ff. quæ sent. fine app. ref. l. 1. C. quando provoc. non est necesse. At quæ facti sunt sub auctoritate juris infecta reddi non queunt l. in bello & facti ff. de cap. & post. rever. Tura vero, ut omnem 21 equivocationem tollamus, non est habenda ratio eorum, qui non sibi possident, sed alteri, quamvis naturaliter possidere videantur, ut usufructuarius l. 12. naturaliter infr. hoc cit. in eodem numero sunt colonus, inquilinus, creditor in pignore, & mil-

sus in possessionem ex primo decreto. Versantur enim in re ut aliena, etiam respectu possessionis, utque vere non possident, sic etiam usucapere non valent. De colono est sex. in l. nos salum ff. de usuc. de inquilino in l. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann. de creditore in l. pignori in fin. de usuc. l. sciendum & creditor, sup. qui satisfid. cog. de misso in possessionem bac l. in & ult. Est quædam penes istos detentio a possessione, de qua quærimus, omnino separata. Hanc verò, qua quis sibi possidet, non non alteri, juris esse, non autem facti adstruunt Joann. in l. 1. sup. eod. uterque Jacob. de Are. & de Rav. Dyn. & Bartolus eos referens ibi n. 6. Alexander n. 11. Jason. n. 32. Joann. Cros. n. 24. ad fin. Ripa n. 29. Soccinus senior n. 88. Jun. n. 182. & 233. communem affirmat Joannes Bolognetus n. 136. Didacus in reg. possessor. de reg. juris in 6. initio 2. p. n. 3. & 4. Ut autem argumentis, quæ in contrarium urgunt, aliquo modo occurrant, distinguunt,

14 ut si consideremus acquisitionem, vel retentionem possessionis, utrumque facti esse concedant, si vero possessionem ipsam, juris omnino esse contendant, Soccinus senior, & Jason ubi sup. ex omnium ferè sententia. Primum autem est multarum rerum argumentum, quæ jus possessionis ita deducunt, ut ipsam juris esse planè demonstrare videantur, quibus singulis, quamvis & in universum posset occurri, Tironum gratia singula sent explicationem accommodare constitui.

15 Adducitur l. peregre inf. hoc cit. ubi Pa- panianus. Peregrine prefecturus pecuniam in terra custodie causa considerat, cum rever- sus locum thesauri memoria non repeteret an desisset pecuniam possidere? vel si postea re- cognovisset locum, an postea confessim inciperet possidere, quæsumus est. Dixi, quoniam custo- die causa pecunia condita proponetur, jus possessionis ei, qui condidisset, non videri peremptum, nec infirmitatem memoriae damnum afferre possessionis, quam alius non in- vasit, alioquin responsuros per momenta, ser- vorum, quos non videmus, interire posse- sionem. Videtur ibi jus, possessionem si- gnificare, ea ratione, quam Soccinus sen- ior adducit, quoniam cum quæstio sit, an defiisset pecuniam possidere, ut responsio sit ad quæstionem, jus pro possessione ac- cipi convenit, non autem de uno quærat, de alio respondeat. Tum secunda ibi: nec infirmitatem memoriae dñmnum afferre posse.

*possessionis*, quam *alius non invasit*. Ubi quod prius jus dixerat, possessionem appellat, & ita non de effectu, verum de re ipsa loquitur, ut adversus *Romanum*, & alios *Socinus* expendit, & *Duarenus* consentit. Tertio præter alios confirmatur, quoniam ista possessio ab ignorantе, ubi thesaurum recondiderat, non corpore, non animo retineri videtur, & consequenter solo juris, non autem facti ministerio, ergo ut ab omni facto vacuam, juris existimari eam oportet. Et quamvis plerique, quibus accedit *Donellus lib. 5. c. 6.* dicant aliud esse possessionem, aliud jus possessionis, nisi id evidentissime probent, contrarium suadetur *ex tex. inj. de rebus corp. in princ.* Ubi *Justinianus* cum dixisset, obligationes, velut in jure confitentes, incorporales esse, idem repetens ait: *Jus ipsum obligationis incorporale est*, & *jus obligationis pro ipsa obligatione usurpat*. Sed si verum amamus, quamvis hoc non sufficienter probent, aliud *posseſſio* est, aliud *jus possessionis*, quod clare probat textus perperam pro eadem sententia adductus in *l. si quis ad se fundum C. ad l. Jul. de vi publ. ibi: Ut ei, quem constiterit expulsum, amisse possessionis jura reparentur*. Pluralis locutio convincit aliud esse possessionem, aliud jura possessionis, quæ sane non aliud significant, quam commoda, & utilitates, quæ sub autoritate juris possidenti conceduntur, de quibus in §. *commode inst. de interd.* cum qua interpretatione consentit glos. ibi exponens *possessionem cum omni damno*. Hæc interpretatio non modo certa, sed necessaria redditur, ubi possessionem facti esse probatum antea fit. *Donellus* quidem *d. c. 6.* ubi de jure possessionis mentio fit, ad juste possidentes referendum putat, qui semper, & possessionem, & jus possessionis habeant, quod cum ipsa possessione conjunctum sit, & verè dictum puto de iis, qui justè possident, sed male significatam aliud in iis, qui possident injustè. *Nam etiam si injustus possessor aduersus eum, a quo injustè possidet, pro non possitore habeatur, velut omni juris auxilio destitutus l. non videtur l. si quis vi in fin. hoc sit. tamen aduersus extraneos possessor est, & jus possessionis habet l. pen. inf. hoc sit. quo nomine prædo spoliatus restituitur c. tam literis de rest. spo.* Quare nulla possessio est, licet injusta, quæ jus non habeat aliquod, non tamen quatenus injusta; *verum quia justum, & injustum sunt*

ad aliud, quia nemo sibi justus, vel injustus, sed alteri propterea qui *Tito* in justus est, non ob id injustus *Paulo*, & *Cajo*, quare vitiosa possessio aduersus extraneos prodest, quorum respectu vitiosa, vel injusta non est *d. l. pen.* Ubicunque igitur possessio est, ibi & jus possessionis aliquod.

Hinc inferri utiliter potest etiam si possessio facti sit, mandante Principe, ut quis cognoscat super jure alicujus, posse hunc de possessione illius cognoscere, id est de jure possessionis, quia jus aliquod semper possessioni cohæret, quod male negare, quamvis tacite, videntur in *l. 1. sup. eod.*

*21 Aret. n. 14. Iason. n. 32.* dum cognitionem eo solo argumento concedunt, quod possessio juris sit, quia sive juris, sive facti sit, neganda non est. Secunda ad *Papiniani* speciem intus, non in cutē respicientes dignoscens quæſtionem illam excitari, non propter possessionem ipsam, sed propter possessionis effectus. Dum etenim hoc quærimus, an is, qui hodie thesauri locum memoria non repeteret deliſſet possidere, si cras repeteret, denuo inciperet possidere, & alius medio tempore non invasit, ad substantiam possessionis, & possidendi vim sive juris, sive facti sit, nihil pertinere potest. Quare quæſtio excitatur tota propter usucaptionis effectum, quia si medio tempore desiit possidere, interruptam esse necesse est *l. 3. l. sine possessione inf. tit. prox. fin minus*, interrupta non est.

*22 Ratio dubitandi si attente quæratur, ex eo solo desumitur, quod possessio facti sit, & ignorantis locum thesauri nullum videtur factum, ex quo possellio constare possit, ut in contrarium tertio loco consideravi. Ratio decidendi sumitur ab utilitate, quoniam si ignorancia rei, causa esset amittendæ possessionis, cogentur domini per momenta etiam species, & causas peculiorum inquirere, ut in §. *quæsumitum continuative Papinianus ostendit*, & velut absurdum jure singulari remissum esse docet. Sed videtur, quod adstruebana dicto tertio argumento, hæc possellio ab omni facto vacua. Non ita, quia, si non certa animi applicatio in retinendo, veluti locum memoria non repetentis, certissima in retinendo possessionem rerum suarum, ubiquecumque locorum sitas esse claruerit. Hæc animi cogitatio tota facti est, & legi, propter civiles effectus, sufficit, vel istud, quo possessionem conservare præsumentem,*

L 1 con-

contra id, quod intendit, amississe dicendum non est. Sed non sola ratione dubitandi, verum & alio argumento facti esse *Papinianus* consentit, dum subjicit definitionis exceptionem illam, quam alius non invasit; nam vel eo solo, quo concedit alio invadente amissam, & invadenti queritam, concedit facti esse. Ea enim, quae juris sunt, iusta cuiuslibet invasione acquiri posse, jus civile non patitur. Sic neminem dominium, actionem, obligationem, aut jus aliquod alterius invasisse legimus. Invasione itaque ostendit, possessionem, quae invasione queritur, facti esse. Quare scite admodum *Papinianus*, cum novisset questionem esse, de possessione, propter ipsius possessionis effectum, videlicet usucaptionem, decisionem ad jus retulit, non ad rem ipsam, dicens: *jus possessionis non videri peremptum*, & ista diversio a causis ad effectus non est inusitata, ut docui in l. 1. n. 16. ff. de legibus. Sic in c. *jus gentium*, dist. 1. dicitur, *jus gentium est sedium occupatio*, sic in d. l. 1. lex coercitio dicitur, uterque locus causas per effectus exhibet. Constat ergo aliud possessionem esse, aliud jus possessionis, & illam facti esse ex ipsamet *Papiniani* sententia, non autem facto vacuam. Sic omnia contraria ruere. Hac plane ratione occurendum est l. non ideo 23 minus C. de lib. causa ibi: *inconcussum jus possessionis obtinebis*, significat *jus juris effectum possessioni coharentem*, non possessionem ipsam, sic planè accipi debet res. in l. *pignoris*, in l. *cum beroedes* inf. hoc tit. Nam argumenta similia simili etiam solutione tolluntur. Sic & text. in c. *dilectio*, de verb. signif. quem adduit *Didacus in reg. possessor*, initio 2. par. n. 3. in fin. Nam ibi jus a possessione, veluti effectus a sua causa, manifeste distinguitur. Sic non modo non obstat, sed superiorem interpretationem confirmat text. in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Julian. de vi publ. cum, ut superius admonui, jura possessionis, non jus enunciet, & plurali nomine jura a possessione distinguat.

Secundo tamen loco, speciale solutionem exposcit textus, qui pro eadem sententia 24 adduci consuevit in l. si ea res & ult. ff. de act. empt. ubi duobus eandem rem ementibus diffinit Hermogenes: *Is ex nobis tuendus est, qui prior jus ejus apprehendit, hoc est, cui primum tradita est*. Apprehensio, & traditio ad

possessionem rei referuntur, & significant id, quod facti est, quia tradere, & apprehendere facti est l. *stipulationes non dividuntur inf. de verbis obligat*. & tamen id, quod apprehenditur, dicitur esse jus. Duo hic pro solutione adnotanda, & conjungenda sunt. Primum textum assumere emptionem bona fide ejusdem rei a duabus contractam, quo casu re tradita, si non dominium, transfertur usucapiendi conditio, ut notat in l. ex empto cod. tit. cum itaque hic disceptetur de possessione justo titulo, & bona fide suffulta, jam de possessione sub ea ratione, vel qualitate queritur, quae juris sit, & qua parte jus prælationis parit, & queritio magis in ipsum jus prælationis, quam in ipsam possessionem dirigitur, quod ea verba indicant *is ex nobis tuendus est*, quae jus possessionis consequens, non possessionem ipsam respiciunt; quare cum de possessione queratur propter id, quod est juris, merito jus magis, quam possessionem Hermogenes in apprehensione considerat.

Secundo animadvertendum est modum illum loquendi *jus rei apprehendere*, improprium admodum esse, & ut sic dixerim, non formaliter, sed finaliter, vel consecutivè dicitur ad rem apprehensam. Nam emptor apprehendens magis cogitat de dominio, quam de possessione, magisque rem acquirere, quam possessionem intendit. Cum itaque modus dicendi sit inusitatus & figuram retineat, non proprietatem, argumentum validum adstruere non valet, nam jus ipsum, quo jus est, est etiam incorporale, & apprehensionis expers omnimodo.

25 Tertiò objicitur l. *nemo ambigit* C. cod. qui locus non tam huic sententiae facit, quam medianam quandam *Duarenii*, & *Vaconii* juvat existimantium possessionem esse duplicem, alteram, quae facti sit, alteram, quae juris. Verba sunt: *Nemo ambigit possessionis duplarem esse rationem, aliam, quae jure consistit, aliam, quae corpore*. Quod si respectu corporis argumento est illam in substantia facti esse, ita consequitur, aliam speciem esse juris, arg. l. jam hoc jure sup. de vulg. & pupill. Tum sequentia verba, ad idem expenduntur, *super jure possessionis vacillet, ac dubitet*. Primo quia vacillantem, et si corpore rem teneat, possidere negant, secundò, quia jus possessionis appellat. Sed hoc secundum

dum fatis in superioribus confutavi. Multas totius argumenti solutiones afferunt Doctores, quas congerit *Bologn.* n. 137. in d. l. i. Quarum alia falsa, alia imperfecta. His ego posthabitis affero verissimam, quae ut argumenta dissolvit, sic textura facili explicatione declarat. De quacumque re,  
 26. queri potest, & quid sit, & qualis sit. Sed & de his omnibus, quae in decem prædicamentis habentur. In l. nemo non queritur quid sit, sed qualis, & sub occasione qualitatis, illa distinctione præponitur, & ea verba evidentissime probant, *Utramque autem ita demum esse legitimam, questionem non esse simpliciter de possessione, sed de possessione legitima, & ita ut talis est, non ut simpliciter possessio, & ideo dum negat vacillantem possidere, negat ea possessione possidere, quae legitima sit; nam, & is, qui verè possidet, etiam si lite contestata super jure possessionis vacillet, ac dubitet, ea conditione defenditur, ut in dubio pro eo, veluti possessore, judicandum sit, §. commode Institut. de interd. & ita jus possessionis, non possessionem significat, sed eam qualitatem, quae possessionem legitimam facit. Tum vero, dum ait, *possessionis dupl. em esse rationem*, querit de ratione possessionis in jure consistente est, ut iusta sit, ut amplius legitima credatur, debet esse sine controversia, & ita plus ea lex tribuit possessioni legitimæ, quam justæ, cuius ratio ex jure constet. At quomodo non est idem id, quod jure consistit, & quod est legitimum. Legitimum significat jus indubitatum. Quod in jure consistit, sèpè controvertitur. Sic possessio super jure possessionis vacillat, ac dubitat. Sed quædam solutio *Donelli lib. 5. c. 6.* quæ ab absurdo deducitur, huc transferri etiam poterit, qua ille sequenti occurrit argumento.  
 27. Quartò inducitur l. possessio quoque inf. hoc tit. ubi *Papinianus: possessio quoque per servum cuius ususfructus meus est, ex re mea, vel ex operis servi acquiritur mibi: cum & naturaliter a fructuario teneatur, & plurimum ex jure possessio mutuetur.* Et si quis afferat hoc ipsum, quod mutatur, ad eam accedere jam ex se consistentem, ita ut rationem obtineat accidentis, non substantiam ipsius ingrediatur, responderi poterit rex. in fin. referre ad substantiam, non ad accidens, cum statim in alia specie diffiniat, qui in*

aliena potestate sunt, tenere quidem rem peculiarem posse, habere, & possidere nequaquam, reddit hanc rationem, quia possessio non tantum corporis, sed etiam juris est. *Donellus* ut hanc interpretationem a falso consequenti refellat, ait, si quo possessio juris, est, jus est, ita etiam, quo corporis est, corpus erit: hoc est manifeste falsum: ergo; & illud. Nam *Azo*, & ceteri, qui facti esse contendunt, dicunt detentionem esse rei quidem corporalis, at corpus esse non dicunt, & neminem adhuc id dixisse compumperimus. Sed ut non modo argumentum dissolvatur, sed etiam rex explicetur, admonendus lector est, eo ipso, quo ibi agitur de possessione per servum acquirenda, de iusta possessione tractari, non de iusta, quoniam per servos dominis ignorantibus non corporalis, sed iusta possessio acquiri potest. Ita *Jabolenus* in l. quod servus inf. eod. ibi: *Quoniam is, qui in sua potestate est, ignorantis tibi, non corporalem possessionem, sed justam potest acquirere, sicut id, quod ex peculio ad eum pervenerit, possidet.* Nam et si possessio facti sit, quod per servum nobis acquiratur totum juris est, quoniam id sola juris auctoritate fit. Mutuatur ergo a jure, ut possit per servum acquiri, non ut ipsa jus sit. Et qua ratione corporis est, sèpè etiam juris esse diffinitur. Non ita corporis est, ut corpus sit, sed ut corporalis, id est, quæ solo corporis instrumento nitatur citra omne juris auxilium, ut possessio iusta, quo nomine in d. l. quod servus corporalis possessio justæ possessioni opponitur. Corpus autem ad acquirendam possessionem concurrit, ut instrumentum, ut hac l. in princ. ibi: *Et adipiscinus possessionem corpore, & anima.* Hoc nomine possessio corporis est; eodem, quæ per servum acquiritur etiam juris, quia si removeas, per servos nostros auctoritate juris nos acquirere posse, nec possessionem acquiremus.

29. Acquirendi facultas ex jure est, quod non satis nostri animadvertis. Nemo incapax acquirendi sibi acquirit, nec etiam possessiōnem, ut servus l. i. §. per servum hoc tit. Igitur ut possessio est, facti est, ut in acquisitionem veniens, & plurimum a jure mutuatur, & non tantum corporis, sed juris est. Quare etiam consequitur hic quæri de possessione ut iusta, & per servum acquirenda, non ut simpliciter possessio est. Quinto afferunt ad ejusdem sententiae confirmationem l. stipulatio ista §. si quis forte

forte *inf. de verb. obligat.* ibi : *Si quis foro  
non de proprietate, sed de possessione nu-  
dam controversiam fecerit, vel de usufructu,  
vel de usu, vel de quo alio jure ejus,*  
*quod distractum est, palam est committi si-  
pulatiohem.* Dicunt dictiōnēm alio im-  
 plicare similia *l. si fugitivi ubi non. C. de  
seru. fug.* sed quae præcedunt juris sunt,  
 ut usus, usufructus, ergo & possessio,  
 quæ postea ut similis præcedentium subjicitur.  
*Levia hæc argumenta ex dictiōnibus de-*  
 31 *sūmpta semper censui, nam rebus facile  
cédunt, & ab his sæpe trahuntur, nec of-  
ficiū suum retinent, si non id patientur,*  
*Bartolus in Auth. ut defunct. seu fun. eo-  
sum in prim. n. 2. Angelus in Auth. qui  
semel C. quom., & quan. jud.* Sed cum  
 controversiā stipulator ibi super possessione  
 patiatur, numquād verò possesso sit ina-  
 nis, & sine juris effectu, statim ea juris  
 controversia esse incipit, quis eorum jus  
 possidendi habet, nec dubium litem, quæ  
 de possessione excitatur, esse semper de jure  
 possidendi, neque enim possesso est ab hoc  
 jure sejuncta, quamvis ipsa jus non sit,  
 ut ad leg. nemo, & alibi supra satis de-  
 monstrasse videor. Sexto loco deterius errant,  
 32 *qui Modestinum in l. queſtio inf. de verb.  
significat.* pro hac ſententia adducunt, di-  
 centem possessionem uſum eſſe, uſum autem  
 juris, ut uſumfructum. Dixerat ille prius :  
*Poffeffio ab agro juris proprietate diſtat.*  
*Quidquid enim apprehendimus, cuius proprie-  
tas ad nos non pertinet, aut nec potest per-  
tinere hoc poffeffionem appellamus.* Sic rei  
 apprehensionem, & conſequenter factam, pos-  
 sessionem eſſe indicat, mox ſequitur : *Pof-  
fessio ergo, uſus, ager, proprieſtas loci eſt,  
prædiuim utriusque ſupraſcriptæ generale nomen  
eſt.* Uſus non eſt hic ſpecies ſervitutis,  
 ſed ſpecies facti, a juris proprietate diſtingui-  
 eti. Et ſi poffeffio eſt, quidquid apprehe-  
 dimus, hæc apprehensio ejus, cuius proprietas  
 ad nos non pertinet, nec pertinere potest,  
 intellectu fit factum intelligente, non jus.  
 Apprehendit intellectus facultatem iuſſiſtendi  
 rei, ut ſuꝝ, non dominii jure, hæc po-  
 feffio eſt, & facti, quod ejus poſita diſtri-  
 butione clarius apparebit. Septimò *Jayon  
in l. si is qui pro emptore, infra de uſuc. n.*  
 33 *89.* adducit legem raptoreſ, *vers. fin  
autem Diaconissa C. de Epif. & cler.* verba  
 ſunt : *Ecclesia verò omnem proprietatem,*  
*& plenam poffeffionem earundem rerum noſtro  
habeat beneficio.* Supra docui juris eſſe,  
 ea, quæ ſint, vel non ſint a juris potestate  
 pendent. At hīc ſola juris potestate fit,  
 34 *qui pro emptore, infra de uſuc. n.*  
 35 *Octavò facit ad ident l. qui pignoris infr.  
ed. cuius verba referre placet : Qui pigno-  
ris cauſa fundum tradit creditori, intelli-  
gitur poſſidere. Sed eſi precario eadem ro-  
gaverit, aquæ per diutinam poffeffionem ca-  
piet. Nam cum creditoris poffeffio non impe-  
diat uſuaptionem, longe minus precarii roga-  
tio impedimento eſſe debet, cum plus juris in  
poffeffione habeat ; qui precario roga-  
verit, quam qui omnino non poſſidet. Vulgaris in-  
ductio ſumpta ex illis verbiſ : Cum plus ju-  
ris in poffeffione habeat, ſublata eſt ſuperius  
in primi argumenti diſſolutione. Non vulga-*  
 36 *rem afferam, & ſubmovebo. De debito-  
re, qui pignus creditori tradit duo pronun-  
ciantur, alterum in initio, quod intelligi-  
tur poſſidere, & hoc eſt ad effectum ulu-  
tapiendi, ut paulo poſt declarat ; alterum in  
fine, quod debitor omnino non poſſidet.  
 At ſi non poſſidet, quomodo uſucaſiat ſine  
poſſeffione ? obſtat l. 3. l. ſine poſſeffione inf.  
de uſucaſ. Idcirco, quod pertinet ad  
uſuaptionem ait, non poſſidere quidem, ſed  
intelligi poſſidere, quod pertinet ad verita-  
tem omnino non poſſidere. Ex iis con-  
ſequitur, ne duos eadem poſſeffionis  
specie in ſolidum poſſidere dicamus de-  
bitorem, & creditorem, poſſeffionem  
debitoris totam juris eſſe, & quæ ad  
uſuaptionem requiriuntur, totam ex juris  
potestate pendere, qui maximus eſt poſ-  
ſeffionis*

fectionis effectus. Sed aliter se res habet, creditor pignus debitoris tenet quidem ut rem alienam, nec magis possidet, quam ususfructarius, quod & hujus capitinis initio in secundo præludio tetigi. At quomodo constant hæc duo, debitorem intelligi possidere, & omnino non possidere? Possessio creditoris est quædam naturalis alienæ rei detentio, ut coloni, ut fructuarii, quo nomine nec vere possessio est, de qua disputamus, an juris, vel facti sit. Itaque non impedit debitoris usucaptionem, & si impediret, sibi ipsi creditor damnum inferret, cum ipsius intersit debitorem fieri dominum, ut non modo in interdicto *Salviano*, sed etiam in actione hypothecaria valeat obtainere, ut docui c. 3. n. 10. Dubitabatur an precarii rogatio facta a debitore creditori impedimento esset usucaptioni? Dubitandi ratio erat, quia precario rogans, verè, & formaliter non possidet, ut sup. d. cap. 3. n. 5. docui, & probatur ex l. & habeb. §. 1. inf. de precar. nam precario rogans, ex natura precarii, numquam possidet, quia non detinet animo dominandi, quod formam possessionis constituit, & qui hoc non possidet animo, usucapere nequit. Sic videbatur deterioris conditionis debitor precario rogans a creditore rem pignori traditam, quam si penes eundem manere pateretur. At contra est summa ratione, generali regula, ut inducta ad augmentum non valeant diminutionem operari l. nulla supra de leg. l. legata inutiliter sup. de legat. i. l. si cui eod. sit. Rogat debitor, ut plus juris habeat, non ut minus, stultum sane esset rogare, ut amitteret usucapiendi conditionem, quia nec creditor, cuius interest usucapi, sub hac forma precarium concederet. Rogat ergo, ut debitor possessionem, quam animo retinet, & qua usucaptionem perficit, amplius corpore detinere valeat. Sic respondeat Jurisconsultus plus juris habere debitorum precario rogantem, quam debitorem, qui rem creditori pignori traditam omnino non possidet, id est corporaliter non detinet. Plus enim est animo possidere ad usucaptionem, & corpore etiam possidere, quam animo solo possidere, & usucapere, corpore autem omnino non possidere, ac is mihi videtur ejus legis sensus: ut possessio creditoris, quæ rogata debitori conceditur, & vere detentio est, ea sit de qua

ante precarium verum sit dicere, debito rem omnino non possidere. Qui contendunt verbum intelligitur hic ad fictiōnem trahere, & debitoris fictam possessionem, qua usucapit, esse, nimis aberrant. Nam lex non singit circa possessionem, l. denique sup. ex quibus caus. major, & ficta possessio merum est commentum. Nond *Detus* n. 41. *Bolognetus* n. 146. 37 præter rem inducunt l. homo liber. §. alt. sup. tit. prox. inductio mendosa lectio ne nititur in iis verbis: Excepto eo, quod jus est, ut liber homo possidendo usucapere possit, legitur enim vis est, quam quam ex positis in responsione ad primum argumentum facillime dissolveretur. Deci- 38 mò facit l. preteris sup. de damno inf. cuius verba sunt: Prætoris officium est, ut missus in possessionem, etiam eam per longi temporis spatum in suum dominium capere possit. Aequirimus enim per usucaptionem id, quod est juris, non autem id, quod est facti l. 3. inf. de usuc. si ergo possessionem acquirimus ergo juris. Sed leve est argumentum. Possidemus, ut usucapiamus, & prius quam usucapere inchoemus, necesse est, ut possessionem acquisiverimus d. l. 3. & l. sine possessione eod. sit. ut ergo nihil tam falsum est, quam per usucaptionem possessionem acquirere, ita nihil tale potest ex ea lege adduci. Aut ergo cum Accursio eam intelligimus possessionem, & possessorem in suum dominium capere nihil aliud est, quam jure quæsiti per captionem dominii possidere. Potest enim 39 quis possideret ut dominus, & etiam ut non dominus, l. prima. §. hujus inf. ut pos. quinimo possessio de non domino magis accipi solet l. questio inf. de verb. significat. erit ergo possessionem in suum dominium capere, rem jure dominii, non jure possessoris possidere. Aut verè quod *Bolognetus* tentat n. 149. exponimus eam scilicet rem, & planior sensus, nec uno loco possessionem pro re 40 positam legimus leg. 2. C. de prob. l. interdum inf. de verb. significat. Vel 41 quia possessio sit ad aliquid, & consequenter alicujus rei possessæ possessio, potest planissimus fieri sensus, explicando quod latet, ut missus in possessionem rei, nam rei alicujus possessio est, etiam eam scilicet rem, in cujus possessionem missus est, per longum temporis spatum in suum dominium capere possit.

Prater

Præter hæc sunt alia argumenta non vulgaria.  
 Undecimè etenim proponitur possessionem vel  
 ad juris fore censendam, quod interdum  
 42. nullo corporis, aut enim ministerio  
 concurrente alicui queratur, nam per  
 servum, & filiumfamilias etiam ignorantes  
 nos acquirere possessionem, concedit,  
*Paulus sup. in l. i. §. item acquirimus.*  
 Nec dicamus possidere quidem servum, aut  
 filiumfamilias, possessionem verò existentem  
 penes eos, nostram esse, quoniam aliud  
 43 est possidere, aliud alieno nomine pos-  
 sidere, cum is possideat cuius nomine  
 possidetur, *l. quod meo inf. ead.* Tum  
 verò si dicat quis, hanc possessionem con-  
 surgere ex peculiari causa, & ideo jure  
 singulari, non jure comuni fore cen-  
 sendam *l. peregrè §. quaestum inf. ead.*  
 nihil id obesse poterit, quia neque jus  
 44 singulare efficeret, ut esset possessio  
 sine possessionis substantia. Sed hæc quo-  
 que possessio facti est, ut omnis alia,  
 & jus singulare in alio dispensat. Adeo  
 verum est corporis, & animi instrumen-  
 ta concurre, ut dicat *Paulus in §. bac*  
*qua de servis, ead. l. i. Hec, qua de*  
*servis diximus, ita se habent, si & ipse*  
*velint nobis acquirere possessionem, nam si*  
*servum tuum possidere jubeas, & is eo ani-*  
*mo intret possessionem, ut nolis tibi, sed*  
*potius Tito acquirere, non est tibi acqui-*  
*sita possessio.* Corpore igitur, & animo  
 alieno acquiritur. At ubi scientiam  
 domini desiderare solemus, non deside-  
 ramus in peculiari causa, & in hoc  
 dispensatio est, ne cogantur domini per  
 momenta species & causas peculiorum in-  
 quirere *d. §. quaestum.* Sed et si non  
 sit scientia certa, & determinata, qua-  
 lis exigitur, *l. ea qua sup. tit. prox.*  
*& bac l. §. saltus;* est tamen volun-  
 tas domini remota, cui effectus iste  
 possessionis tribuatur, quod indicant verba  
*d. §. item acquirimus ibi: Quia no-*  
*stra voluntate intelliguntur possidere, quod*  
*eis peculum habere permisimus.* Sic ergo  
 quoad id, quod est possessionis, ser-  
 vatur regula *l. quemadmodum hoc sit.* quo-  
 ad id, quod est acquisitionis jus singu-  
 lare inducitur, ut illa domini volun-  
 tas remota sufficiat. Quamquam si com-  
 munem sententiam sequi velimus, apud  
 me maximè dubiam, excepta usuca-  
 pionis causa, per servum domino igno-  
 ranti possessio acquiri potest *Gl. & Bar.*

solus in d. §. item acquirimus, quorū  
 sententiam communem affirmat Aquilinus  
 in *l. si is qui pro emptare n. 90. inf.*  
*de usuc,* sed multos habet contradicto-  
 45. res, & jam de veritate opportunius for-  
 te disputari poterit. Duodecimè facit  
*tex. in l. i. §. per servum sup. ead.*  
 ubi cavetur, non modo, ne servo in  
 fuga positō ejus possessionem amittamus,  
 verū per eum acquirimus, usucapimus,  
 & tamen si factum inspicimus, non pos-  
 sumus videri eum possidere, qui in fuga  
 sit; tum verò servus fugitus eo ipso vide-  
 tur domini possessionem excludere, vel in-  
 tervertere, si facti esset, quod se ipso  
 animo, & corpore, & quantum in eo  
 est pro libero tenet: fugit enim, ut se in  
 libertatem recipiat, ita ut quantum ad id,  
 quod facti est a domino non teneatur.  
 Hic locus tanti momenti est apud Muretum  
 46. in Epistola ad *Aitonum Constantinum*,  
 ut hanc mere civilem possessionem esse fa-  
 teatur. Sed vir ille eloquentiae magis,  
 quam juris prudentiae gloria clarissimus eo  
 loci ordinem inquisitionis invertens, querit  
 primum quotplex possessio sit, & concedit  
 duplice esse naturalem, & civilem, po-  
 stea querens quid sit, affirmat facti esse,  
 quod si civilem dari concedat a naturali  
 specie distinctam, de ea verum esse non  
 potest, quod facti sit, ut sibi ipsi, vel  
 brevissima epistola repugnare videatur. Ut  
 enim facti est, ita consequitur esse unicam,  
 ut duplex proponitur, ita alteram juris esse  
 conceditur. Sed jam solvatur argumentum.  
 Possessor servum in fuga positum animo  
 possidet, nisi propositum habeat derelinqui-  
 di, & ita facti ministerio tenet. Nec ser-  
 vus possessionem intervertere potest, quia  
 neque id licet ei, qui nec sibi, nec al-  
 teri possessionem acquirere potest, quam  
 domino, quod probat *Apbris. in l. se*  
 47. *de eo inf. ead.* Ait enim: *Si de*  
*eo, quem cum possiderem pignori tibi dedi,*  
*servus tuus te deliciat, adhuc te possi-*  
*dere ait, quoniam nibilominus per ipsum*  
*servum possessionem retineas. Causa vero in*  
*l. rem, qua nobis inf. ead. producit Apbris-*  
*ciani argumentum his verbis. Et bac ratio*  
*est, quare videamus fugitivum possidere, quod*  
*bic, quemadmodum aliarum rerum possessio-*  
*nem intervertere non potest, ita nec fu-*  
*gitivum quidem potest.* Servus itaque non  
 potest quicquam acquirere sibi leg. servitutens  
*inf. de reg. jur.* ideo nec possessionem,  
 quomodo ergo potest possessor invitus amic-  
 tere

tero, quod hic omni conatu acquirere non potest. Invasio ejus, qui possit acquirere possessionem vel justè, vel injustè in causa est ut, qui prius possidebat, amittat l. clam §. qui ad nundinas, & bac l. in §. si quis nuncies & l. peregrè inf. eod. ibi: quam alius non invasit, & ratio sumitur ex hoc tex. quia dico in solidum eandem possessionem retinere, nulla ratione queunt invasor, & dejectus, ac cum invasor non acquirit possessionem, nihil prohibet etiam dejectum illam retinere d. l. si de eo. Facto igitur conservatur possessio servi fugitiivi, id est, animo possessoris eam possidere volentis, cui fuga nullum facit impedimentum, quoniam sicuti non potest vi, multo minus fuga poterit domini possessionem interverttere. Non ergo civilis possessio est, sed eadem numero, quæ erat ante fugam arreptam, neque enim post fugam alia possessio esse incipit, quod Muretus falsò Constantimum docere præsumpsit. Tertium præter decimum assertur sumptum ex diffinitione facti, quod sit, vel non sit, non pendet ex voluntate juris, ergo ad factum nihil pertinet libertatis favor, ut cumque suffultus a lege, non etiam malæ fidei ratio, & tamen liberum hominem usque adeo possidere non possumus ut *Jabolen.*  
 48 in l. cum heredes §. ult. inf. eod. dixerit Si vinxeris liberum hominem, cum te possidere non puto. Tum verò per servum mala fide possesum, quamvis rem nobis volentibus apprehendat, ac teneat, non tamen possidemus l. i. §. sed & per eum sup. eod. ibi: Quod si mala fide eum possideamus, non puto acquiri nobis possessionem per eum. Sed nihil hæc urgunt; quod pertinet ad liberum hominem, is in commercio non est, & passive domini, & possessionis expers, lex verò, quamvis de possessione, ut possesio est, deliberare non valeat l. denique sup. ex quibus caus. major. de acquisitione ipsius justissime decernit, quia capacitas acquirendi tota est a lege, & hanc tollit in subjecto liberi hominis decernens unumquemque inhabitem ad acquirendam possessionem, & dominium ipsius. Tum verò possesio quamvis fa-

49 eti fit, intentione, & affectu possidentis in dominium, ut in finem, dirigitur, ut inf. ex diffinitione, & ex Theopbilo liquebit, atque hoc nomine a naturali detentione distinguitur. Ex hoc iafertur detencionem liberi hominis etiam vinculis ob-

tentam non esse possessionem, quoniam cessat affectus dominandi, quo, veluti forma possesio a detentione distinguitur, quia respectu liberi hominis, vel non est talis affectus, vel prorius inutilis, quod par est l. quoties supra qui satisf. cog. De servo mala fide possesio, ut nobis non posit acquirere possessionem, non est vis in ipsa possessione, quod juris, vel facti sit, prout nec in ipso libero homine vincito, sed in eo, quod cum acquirere per servum sit ex potestate legis hunc effectum dominicæ potestati tribuentis §. item vobis Jn/jt. per quas personas nob. acq. l. placet. sup. de acq. hered. sic ex ejusdem legis permissione est, ut acquiramus per servum bona fide possesum; non patitur lex ultra procedere facultatem acquirendi per servum: nam ut per eum acquiramus, & quoique acquiramus, ex lege est, etiam si possessio facti sit.

51 Quartò vehementer urget text. in l. i. §. ult. juncta l. 2. hoc tit. & diffinitione eorum quæ juris sunt Paulus ibi: municipes per se nihil possidere possunt, quia universi consentire non possunt, Ulpianus in l. 2. Sed hoc jure utimur, ut & possidere, & usucapere municipes possint, idque eis & per servum, & per liberam personam acquiratur. Videtur itaque, an municipes possideant, totum ex juris potestate pendere, ergo ipsa possesio juris erit; at non ita se habet. Municipes numquam ita coguntur omnes, ut omnes vere consentiant, fictus, & interpretativus possidendi affectus non sufficit ad possessionem, hoc est, quod Paulus eleganter iis verbis insinuat, quia universi consentire non possunt. Regula l. quia maior ff. ad munic. & de incol. inducit consensum interpretativum non verum, qui non sufficit ad possessionem, quæ facti est, & facto vero constat, non ficto, aut imaginatio. Sed tamen utilitatis causa, ut in peculio introductum est, ut ignorantes usucapiamus, & ita non nostro, sed nostrorum lervorum affectu l. peregrin. q. questum inf. eod. ita Ulpianus ait introductum, ut non modo per servum pecularem, ut Nerva putabat in d. §. ult. Municipes possidere possint, sed per quemcumque servum, & per liberam personam acquirere. Quod quidam putabant, nec ipsos servos possidere, rejectum est ea ratione, quia ut scientia non est necessaria in peculiari causa d. l. justè §. ult. ita neque necessarius consensus, nec enim

enim consentit ignorans *l. nec ignoras Cod. de donis*. Hoc etiam jus singulare est, non in eo, quod possessionis substantiam attingat, quoniam & hic rei corporalis detentio est affectu domini, & sic tota substantia possessionis adest, & totum possidendi factum, sed in eo, ut municipibus, citra id, quod omnes consentiant, acquiratur. Ipsa acquirendi facultas, quæ juris est, ut sèpè dixi, ea est, non autem possessionis essentia, quæ hoc, vel illo modo ad nutum legis flectit se, nunc jure communi, nunc singulari innixa. Hinc adnotare fas *Pauli* sententiam usu rejectam fuisse, neque *gl.*

subauditionem in verbo non possunt, id est facile esse probandum, quicquid *Cum. Are. & Alex.* dixerint, nam ut *Ulpianus* absolute concedit possidere, quod propriè accipi debet ut *gl. Bartol. Caso. & Alex.* probant, ita *Paulus* absolute negabunt. Possident verò alieno corpore, & animo etiam, ut opinor, sine manu dato, ut post *Aret. Ripam, & Soccini num Juniorem affirmat Honded. conf. 17. n. 77. lib. 1.* idque inauuat ita verba, per liberam personam, intellige tamen de ipso universitatis corpore, ut speciale jus minus, quam fieri possit extendatur.

### *Alia de possessione sententias evertuntur, & eam facti esse probatur.*

#### Cap. VI.

- 1 Aretini sententia mixtam possessionem affirmantis adducitur, & reprobatur num. 6. & 7.
- 2 Bartolus triplicem possessionem adstruens contrarietatis, & erroris notatur.
- 3 Distinctio, seu divisio debet esse bimembbris, vel reducibilis ad bimembrem.
- 4 Duarem sententia, tum Vaconii possessionem aliud facti, aliud juris, adducitur, & reprobatur n. 24.
- 5 Ludovici Molinæ de just. & jur. sententia reprobatur.
- 6 Soccini adversus Aretinum rationes confunduntur.
- 7 Causa peculiaris est accidentis ad possessionem, neque ejus substantiam mutat.
- 8 Possesso cum facti sit, quomodo ex causa peculiari postliminio contineatur diligens perquisitio, & nova declaratio.
- 9 Duo sunt postliminii capita fingens, & suspendens.
- 10 Usucapio in peculiari causa procedit secundum fictionem ex Bartolo, sed contra num. 14. & seq.
- 11 Usucapiat quis, vel ne, juris est.
- 12 Fiction in iis, que facti, non que juris sint locum habet, ex vera, & communis sententia.
- 13 In iis, que juris sunt, nulla fingenda necessitas.
- 14 Glos. in l. justo §. ult. ff. de usucap.
- 15 L. justo §. ult. expenditur num. 20. & 21.
- 16 L. pen. de capt. & postl. rever. explicatur.
- 17 Verbum intelligitur, relatum ad ea, quæ juris sunt, veritatem importat.
- 18 Peculii natura, diligenter explicatur.
- 19 Hereditas gerit vicem defuncti.
- 20 Castrensis error volentis usucaptionem in l. captam ff. de usuc. procedere sine possessione.
- 21 Possessionem facti esse ab Autore probatur, & novis, & communibus argumentis usque in finem cap.
- 22 Possessio nuda, ut solum possessio est, uti consideratio.
- 23 L. 2. ff. uti possid. expenditur.
- 24 Juris nihil an sit, quod sit injustum, dubitatur, & explicatur.
- 25 L. si quis cum alter ff. de verb. oblig. expeditur.
- 26 Possessio injusta, ut injusta possessio est.
- 27 Voluntas coacta, voluntas est.
- 28 Sententia injusta transit in judicatum; sub justi ratione, & ita juris, nam &

- ut injusti facti est num. 35. & sup. num. 31.
- 34 Quae juris sunt injusti adjunctum non admittunt.
- 36 Juris esse, stare duplicit potest.
- 37 In iis, que juris sunt, nunc veritas opinioni, nunc opinio veritati cedit.
- 38 Genus speciebus se totum communicat.
- 39 Possessio si unica sit, facti est.
- 40 Possessio, quo positio, facti est.
- 41 Aliud est possidere, aliud in possessione esse.
- 42 Possessio, ut vacua dicitur, facti est.
- 43 L. i. §. adipiscimur hoc tit. explicatur.
- 44 Soccini Senioris, & aliorum error in explicanda l. i. §. adipiscimur hoc titulo.
- 45 Pupillus suam conditionem meliorem facere, non tamen deteriorem potest.
- 46 L. possessionem inf. hoc tit. declaratur.
- 47 Possessionem amittere, & animo seu voluntatem amittere diversa.
- 48 Spoliatus facto suo, restituendus non est.
- 49 L. i. §. si vir hoc tit. dilucidatur.
- 50 Statutum probibens mulierem contrahere sine certa solemnitate, non impedit tradere, seu transferre possessionem.
- 51 L. denique ff. ex quibus caus. major. explicantur.

**S**unt tamen quidam ita verecundi, seu potius meticulosi, ut cum inter extremas sententias, quibus tota possessio, vel juris, vel facti esse contenditur, subsistant, cogitent, longe tutius esse eas conjungendo, affirmare possessionem ex jure, & facto mixtam esse ut *Aretin.* in l. i. n. 13. & seq. sup. cod. Sed neque *Bartolum* ipsum sibi satis constare video, is enim in l. i. n. 13. pro emptore n. 11. inf. de usuc. possessionem aliam affirmavit habere plurimum facti, & modicum juris, aliam verò multum juris, & parum facti, aliam multum facti, & multum juris. Magnaque admiratione teneor, quod ibi eam distinctionem, veluti magistralē cæteri sequuntur *Jason.* & *Crot.* n. 2. *Aquil.* n. 90. *Canonista vid. glof. Card.* & *Abb.* in c. cum nostris de concess. præben. & communiter approbatam testatur *Didacus eam sequutus in reg. possessor. par. 2. §. 1. n. 6.* Quæ si vera sit, statim falsa est sententia superior *Joann. Bartoli*, & communis aſſeverans possessionem juris esse. Hac enim distinctione posita, statim sequitur eam speciem possessionis, quæ parum juris, & multum habet facti, juris non esse, & eam, quæ multum habet facti, & multum juris, non esse dicendam magis juris, quam facti, vel econtra. Tum verò si una ab altera possessione, specie distinguitur, non modo prava distinctione, quia nec bimembris est, nec ita reduci potest, ut in duas species divisione constet, quod exigunt dyalectici, sed nec ad unum idemque genus ejusmodi species reduci poterunt, si altera sub genere facti, altera sub juris genere, altera sub mixto ex facto, & jure constituenda sit, ac ita

tres erunt possessionis species sub tripli gencere reponendæ. Sed forte poterit inferius hæc distinctione aliqua ratione defendi.

4 Quarta adeſt *Duarenii* sententia, cum quo in effectu, licet ipſius mentionem nullam faciat sentit *Vaconius lib. 2. cap. 1. decl. jur civil.* qui quo se faciliter educat ex perplexitate, quam argumenta in utramque partem faciunt, quæ & juris, & facti esse demonstrant, tentat dicere possessionem duplēcē esse, alteram juris, eamque civilem, alteram facti, eamque naturalem.

5 Novissimè *Lud. Mol. de just. & jur. tract. 2. disput.* 12. tunc duplēcem possessionem esse concedit, cum civilis est apud unum, naturalis apud alterum, ut censem communiter scribentes in specie l. clam. §. qui ad nundinas inf. cod. Sed ut falsus est communis intellectus, & falsum assumptum, ut sup. cap. 1. ad bujus §. intellectum n. 13. & seq. latè deduxi, ita sane, quæ eo nuntiuntur, eadem facilitate ruunt. Redeo ad *Aretini* sententiam, quam ille tum lege, tum ratione probare contendit. Inducit l. 6 possessio quoque inf. cod. in iis verbis, quia possessio non tantum corporis, sed & juris est. Sed hæc induc̄tio tollit ex iis, quæ ad ejus legis explicationem scripsi in cap. præcedens; ad quarti argumenti dissolutionem. Ratio *Aretini* est ejusmodi. Si possessio ut *Bartolus* censet absolute juris esset, postliminio contineretur, quod tamen est falsum l. denique sup. ex quibus caus. major. l. cum heredes §. i. inf. cod. ergo consequitur absolute juris non esse, quoniam ea quæ juris sunt postliminio continentur §. si ab hostibus Inst. quibus mod. jus patr. pot. solu.

M m

Ref.

8 Responder *Soccinus senior in d. l. i.* & sequitur *Datus num. 44.* quod si vere facti mixtura causa esset, ne postliminio contineretur, non deberet etiam contineri possessio ex peculiari causa, quoniam in substantia, si possessio ex juris, & facti mixtura constaret, altera ab altera non differret. At possessio ex causa peculiari postliminio continentur *l. si is, qui pro emptore inf. de usucap.* sed melius inducitur *l. in bello, §. facti inf. de captivis, & postl. rever.* cum in *d. l. si is qui, verè non tractetur de peculiari causa, ut ibi docui.* Causa verò peculiaris est accidens quoddam, quod non mutat speciem possessionis. Quare ipsum contineri, vel non contineri postliminio ex *Soccini* sententia nihil confert ad detegendam possessionis substantiam. Labitur *Soccinus* in pluribus. Primum quia non solvit argumentum, sed adducit argumentum contra argumentum *Aretini*, aut potius inconveniens quoddam. Secundò non probat inconveniens. Primum vim argumenti videamus, post vero detegendus erit *Soccini* lapsus. In argumento *Aretinus* concedit, seu potius assumit possessionem pro parte juris esse, & probat esse pro parte facti. Ego vero concedo argumentum, quod probat facti esse, & nego assumptum, quo juris esse supponit, nam istud assumit *Aretinus*, non autem probat. Videamus an factum, quod prohibet possessionem contineri postliminio, totam, vel partem ejus constitutam, ego totam constituere non dubito.

At longe difficilius videtur, quomodo si tota facti sit, quæsita ex causa peculiari postliminio continetur, quod *Soccinas*, ac ceteri ignorasse videntur, & difficilem habet, sed necessariam explicationem. Duo sunt postliminii capita, alterum, quod procedit secundum fictionem, & hoc respicit factum, fingit enim reversum medio tempore, quo vere fuit apud hostes, semper in civitate fuisse, ut in *§. si ab hostibus Inst. quibus modis jus patr. pot. solv. Justinianus, & Theophilus* docent. Alterum est, quo reverso omnia jura restituuntur verè, & non per viam fictionis, quod *Bartolus*, & alii communiter admittunt in *d. l. si is, qui pro emptore. Mysing. in d. §. si ab hostibus, & probatur in l. postliminium, in l. postliminii, in l. cum due inf. de capt. & postl. rever.* Qua admissa distinctione quærit *Bartolus in d. l. si is, qui pro empt.* an usucatio in causa peculiari procedat secundum caput fictionis, vel secundum illud

veritatis, & *Hugolini, & Jacobi de Arena* sententiam sequutus credit procedere secundum fictionem, quod mihi non tam falsum, quam impossibile videtur. Consequeretur enim in peculiari causa dominio existente apud hostes in suspenso stare usucationem, & si suspendi posset, etiam servis non existentibus in possessione non interrumperetur, quod est contra *d. l. in Bello §. facti, ibi remanentibus iisdem personis in possessione.* Et iis non remanentibus *Bartolus* idem fatetur inter*13 rumpi.* Tum verò, si usucapiat quis vel ne, totum est juris *l. bona fidei sup. de acquir. rer. dom.* At *Bartolus* ibi: adversus *Andream de Zaphiro* differit fictionem versari circa factum, non circa jus, & *Bartolo* consentiunt ceteri, in iis enim, quæ sunt *juris, non habet lex necessitatem aliquam fingeendi, sed potest absolute disponere, argumento l. ult. C. de Sacros. Eccles. cum similibus,* jam non fingit usu capite, sed in usucapiendi jure ex veritate, non ex fictione procedit. Quare mihi vera semper visa est *sen-*  
*15 tentia glof. in l. justo, §. ult. in versic. inchoari inf. de usucap.* quando in superiori sententia nec sibi ipsi, nec positis a se principiis *Bartolus* constare videatur, quod usucatio procedat secundum veritatem.  
*16* 17 Probatur primo ex *d. §. ult.* dum *Papianus* ait: *Nec impedimento domini captivitatem esse, cuius scientia non esset in civitate necessaria.* Nam si suspensio & fictio locum haberent, fateri cogeremur captivitatem impedimento esse, illudque suspensionis, & fictionis remedio reparandum.  
*18* Secundò facit *l. pen. inf. de capt. & postl. rever.* ibi: *Imd si quid servus eius peculii nomine, dum in eo statu esses, possederit, id eo quoque tempore usucapere poteris, quoniam ea res otium inscientes usucapere sollemus.* Hic etiam *Paulus* verbis utitur veritatem, non fictionem significantibus. Et si quereras quomodo verba acquisitionis dirigat in eum, qui captus est, & in tempus captivitatis, quo existens apud hostes non possidet, nec acquirit, cum ab alio possideatur *l. cum heredes §. i. inf. eod.*, respondeo eam quæstionem excitari eo reverso, ut verba superiora ostendunt: *Si postliminio redisti, qibil, dum in hostium potestate fuisti, usucapere potuisti &c.* Sic itaque totum hoc diffinitur eo reverso, & ab effectu. Confirmat id per argumentum a simili, quod est ab hereditate ad peculium dicens: *Ex eodem modo etiam bare-*

- hereditas, nondum adita augeri per servum hereditarium solet. Utque hic est effectus auctiæ hæreditatis adeuntis commmodo cedens, ita ille effectus aucti peculii, qui reversi commodo cedit. Est in ea re quædam suspensio, non usucaptionis, sed cui acquiratur res usucapta, ut *Jul.* docet in *l. bona* §. que peculiari eo sit. que peculiari nomine, ait ille, servi captivorum possident in suspensio sunt, nam si domini postliminio redierint, eorum facta intelliguntur, si ibi decesserint, per legem Corneliam ad bædes eorum pertinebunt. Non ergo in suspensio est, an acquirant peculio, sed an peculio quæsita reversi, vel hæredum ipsius commodo cedant. Verbum intelligitur, quod *Bartolus*, & alii observant in d. l. si is, qui pro emp. & in d. §. que peculiari, ad persuadendam fictionem, retorquetur contra eos, nam relatum ad usucaptionem, vel ad id, quod est juris non potest nisi veritatem referre, *Baldus* in cap. *bonæ de appell.* in fin. *Jason*. in d. l. si is quin. 93. quod eorum argumento convincitur, quia in iis, quæ juris sunt, concedunt fictionem minime locum obtinere.
- 20 Sed explicandum est qua, nam ratione in causa peculiari, domino existente apud hostes, vere procedat usucapio. Nam etsi *Papinianus*, & *Paulus* ea utantur, quod ejus scientia non esset in civitate necessaria, & quod eas res etiam inscientes usucapere sollemus, non tamen omnem difficultatem eximunt. Quando enim dominus est in civitate, etsi ignorans sit, est tamen capax acquisitionis, cum captus est apud hostes, esto scientiam non requiri, quia nec fuisset in civitate necessaria, at non modo ignorans est ob captivitatem, sed acquirendi incapax. Ignorantiae occurrimus, incapacitati non ita.
- 21 Quare ad naturam peculii sedulo respicendum esse reor. *Peculium*, ut perbelle *Marianus* docet in *l. peculium sup. de peculio*, crescit, decrescit, & moritur, & ideo eleganter *Papyrus Fronto* dicebat peculium boni simile esse. Et qui servo peculium concedit, novum, ac separatum patrimonium constituere videtur *l. 4. de pecul.* & dominus agit, & convenitur ratione peculii *l. quam* §. in *peculio eod. sit.* Hæc ideo recenta sunt, ne si aliter dicieremus, videlicet censentes unum, idemque patrimonium, cogentur domini per momenta, specios, & causas peculiorum inquirere *l. peregrè* §. quæsumum inf. eod. Crescit ergo peculium usucapione, decrescit, si adverius ipsum usucapiatur, gerit ergo vicem personæ; sic ser-
- vus peculiari acquirit peculio, velut homini, ut servus hæreditarius ad utilitatem hæreditatis cæptam perficit usucaptionem *l. ca-*
- 22 *ptam*, *inf. sit. prox.* nam ea gerit vicem personæ videlicet defuncti, & ita est, cui servus posideat, & usucapiat *l. hæreditas in multis sup. sit.* Adeo ut perperam *Castr.*
- 23 in *l. numquam* §. *vacuum* & in *d. l. ca-* peam tradiderit usucaptionem sine possessione in ea specie procedere. Ut enim in causa peculiari procedit servis remanentibus in possessione *d. l. in bello* §. facti, ita hæreditati non nisi ex possessione servorum perficitur usucapio, & in *d. §. vacuum*, vacuum tempus dicitur ab apprehensione hæredis, non a possessione servorum. Nam argumenta ex servis hæreditarii, & eorum facto procedere probat *d. l. pen. in fin. de capt. & post. rever.* Ex iis constat *Soccinum* minus recte adversus *Aretinum* contendisse, non esse constituendam differentiam inter possessionem ex peculiari caussa, & ex caussa non peculiari, nam etsi unaquæque possessio, aut meri facti, aut etiam mixta dicenda foret, quod postliminio contineatur, substantiam possessionis non mutat, sed ex accidenti provenit quod totum extra substantiam possessionis esse dignoscitur, nam cum is, qui ab hostibus possidetur, possidere non queat *d. l. cum bæredes* §. *i. protinus ei & possessio*, quia facti interrupitur, & usucapio veluti possessioni inhærens. In peculiari servo, quia servus, adhuc peculio posidet, nec possessio, nec usucapio interrupitur, utcumque possessio facti sit.
- 24 De *Duarenii* sententia paucis est agendum, nihil enim tum ille, tum *Vaconius* magis contrarium *Paulo* asserere potuerunt, qui ponens non multum referre ad summam possessionis justa, an injusta sit, hoc ipso negat duplē esse, aut justi qualitatem speciem separatam constituere. Sed utrumque rei, & contrariorum difficultate viatum else, non est ambigendum.
- 25 Convenit tandem, ut veram sententiam exponam, atque confirmem, qua assero possessionem facti, non juris esse. Qua in re, us celerius veritatem ob oculos ponam argumentis communibus, quæ maximam difficultatem patiuntur, ultimum locum facere cogor, & singularia quædam prius deducere, quæ ad id, quod querimus, certiora, & magis accommodata videntur.
- Primum itaque aptissimum rei demonstrandæ argumentum illud mihi videtur, si possessio nem ita sumamus, vel contemplemur, ut

M m 2 pos.

posseſſio eſt, id est in qua non ſint acciden-  
tia quædam, quæ non facile dignoſcimur,  
an accidenția ſint, vel ſubſtantiam poſſeſſionis  
26 ingrediantur. Conemur igitur nudam poſſeſſionem abſtrahere, in qua nihil aliud cerne-  
re fas eſt, niſi hoc unum, quod poſſeſſio eſt, & ita quod cernimus, ipſa poſſeſſio, & tota poſſeſſio eſt, & nihil magis. Hæc certè facti eſt, ergo poſſeſſio, quo poſſeſſio eſt, ita tota facti, ut homo, quo homo eſt, animal rationale eſt. Probatur antecedens, nam conſequenția ita patet, ut probatione non indigeat aliqua, ex Theopb.  
in §. ſequens Inst. de interd. ille ibi que-  
rit. *Quis autem pro poſſeſſore poſſidet?* Dixerat enim interdictum quorum bono-  
rum competere contra poſſidentem pro hære-  
de, & pro poſſeſſore, & reſpondebat ad que-  
ſionem: *Pra poſſeſſore poſſidere dicitur, qui vi rapuit, aut abſtulit, nec ullam poſſeſſio-  
nis juſtam habet cauſam, quique ſi rogetur, unde poſſideat, dicturus ſit quoniam poſſidet,* & interrogationem in reſponſionem verſurus. Qua parte qui poſſidet pro poſſeſſore, vi-  
rapuit, aut abſtulit, nec ullam juſtam habet poſſidenti cauſam, nec etiam ejus poſſeſſio-  
ni quicquam ineſt, ex quo dubitare poſſi-  
mus, an juſis ſit. Qua verò parte dicere po-  
teſt poſſideo, quia poſſideo, nihil illi de-  
eſt, quod ad poſſeſſionis ſubſtantiam con-  
plendam pertineat, quia & tota poſſeſſio eſt, & nihil ultra & tamen tota facti. Itaque juſ, quod circa poſſeſſionem conſideramus, ejus ſubſtantiam non ingreditur, ſed juſtam poſſidenti cauſam extra conſtituit eidem poſſeſſioni per-  
modum accidentis adhaerens. Id ipsum  
27 & Paulus probat in l. 2. inf. uti poſſi-  
dicens: *Juſta enim, an iuſta adverſus caſteros poſſeſſio ſit in hoc interdicto nibil re-  
fert, qualicumque, enim poſſeſſor, hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus juſis habet, quam ille, qui non poſſidet.* Sic conſirmat eſſe poſſeſſorem, qui nihil aliud in poſſeſſione habet, quam quod poſſeſſor ſit. Hoc autem non in jure, ſed in facto conſiftit, quia ea-  
tenus poſſidet, quatenus vi rapuit, aut abſtulit, vel alio ſimiſ modo, non jure qui-  
dem, ſed per injuriā nactus eſt poſſeſſionem, ut Theopb. docuit. In hac itaque ſpecie totam poſſeſſionem intuemur, & nudam, ut nullum ſit errandi periculum in ejus ſubſtantia ſpeculanda, & hanc fa-  
eti, non juſis eſſe conſtat; niſi ex ju-  
re ſit vi rapere, vel auferre, quod ne-  
mo, ut opinor, dixerit.

Secundum argumentum ſumitur ex hoc ipſo textu, & ex præcedenti ſimul, quatenus poſſeſſionem iuſtam vere poſſeſſionem eſſe ſupponunt, repugnat enim juri, quid iuſtum eſt, cum a iuſtitia derivetur l. i. sup. de juſt. & jur. ut sup. c. 3. n. 23. latius explicavi ad hujus §. intellectum. Sed quia quædam diſcultates occurruunt, quæ ad hoc argumentum, non ad textum perteſt, hoc, non illo loco, de iis diſterendum censui. Dubitatur vehementer ne 28 noq verum ſit, quod adſtruo nihil eſt juſis, quod ſit iuſtum. Primum ex l. juſ pluribus sup. de juſt. & jur. nam qui dicit ſententiam iuſtam, juſ dicit. Se-  
cundo, quia obligatio, quæ eſt juſis vi-  
culum Inst. de oblig. in princ. multis in casib⁹, ut iuſta reſcinditur, ut con-  
tracta per metum sup. de eo, quod met.  
cau. geſt. vel poſita doli mali & met. excepi. Dolus incidentis in contractibus bonæ fidei, non eos nullas reddit, aut obligationem gignere prohibet, ut not. in gloſ. l. & ele-  
ganteſ ff. de dolo, quam ibi DD. conmu-  
niter ſequuntur. Ad idem facit text.  
29 in l. ſi quis cum aliter inf. de verb. obligeat. ibi: Erit quidem ſubtilitate juſis obſtrictus, ſed doli exceptione uti poſſet. Sed & h̄c locus obiectionis hujus rem-  
vendæ rationem non inolegantem ſuppeditat. Sunt multa, quæ ex ſubtili jure in re-  
gulas deducēto derivantur, ſub quo etiam interdum pernicioſe errari dixit Celsus in l. ſi ſervum §. ſequitur inf. de verb. oblig. Sed idem Celsus censet hoc juſ non eſt, quod diſſinat eſſe artem boni, & æqui-  
30 d. l. i. sup. de juſt. & jur. Poſſeſſio iuſta poſſeſſio eſt ſub aspectu iuſti. Sen-  
tentia non ſub hoc aspectu juſ dicitur, ſed habita relatione ad id, quod Praetor fa-  
cere debet d. l. juſ pluribus. Sic juſis re-  
medium eſt appellatio, quamvis inde ſe-  
quatur, ut ſententia in pejus quandoque reformentur l. i. inf. de appell. Itaque multa ſunt iuſta in ſingulari, quæ in communi iuſta eſt apparent, & inde fit, ut neutrū absolute ſint. Obligationem metu  
contractam mero jure conſistere facit, quia  
32 voluntas coacta voluntas eſt l. ſi mulier §. pen. ff. de ea quod met. cauſ. reſcindi autem æquum Praetori viſum eſt, allegato,  
33 & probato metu. Sententia iuſta etiam in iudicatum tranſit, ſub intuitu publici boni, ut lites finiantur argumento l. i. inf. de uſuc. l. ult. ff. pro ſuo. Quare eluet in iis ſemper quædam iuſti ſpecies, quo no-  
mine

34 mine numquam legimus dominium injustum, vel obligationem injustam, vel hereditatem, vel usumfructum, vel actionem, vel quidpiam aliud, quod juris sit, ut possessionem. Legimus injustum testamentum, sed illud in tantum non est juris, ut etiam sit nullum, ac proinde non testamentum *l. i. & 2. sup. de injus. rup. & irr. test.*

35 Sententia dicitur injusta, & iniqua, non prout juris, sed prout facti, ut judicis sensum in ea re significans. Juris autoritatem non obtinet, nisi sub specie justi.

Tum secunda potest esse ratio hujus difficultatis removendae, quod aliquod esse 36 juris duobus modis, quantum ad hanc rem pertinet, accipi potest. Vel ut dicamus esse juris civilis scripti Romanorum, & ad jus illud scriptum eam appellationem referentes, vel absolute juris esse, ut absolute dicimus justitiam jus suum cuique tribuere *l. justitia sup. de just. & jur.* Priori significatione, quamvis jure scripto nihil injustum comprehendendi deberet, accedit nec raro quidem, ut multa sanciantur injusta, sic lex Fusia Caninia abrogata, ut invida, sic stipulationes Pegasi ut capiose, sic actionum formulæ, sic in heredibus pronunciandis verborum angustiae, ut *Inst. de l. Fusia Canin. & de fid. bared. §. sed quia, & C. de forma subl. sum de bared. inst. l. quoniam indignum.* Hac acceptancee nihil est juris scripti, quod eodem jure scripto non habeatur ut justum, quamvis vere possit esse injustum, & in

37 his veritas cedit opinioni. Posteriori igitur acceptance secundum veritatem dicimus nihil esse juris, quod sit injustum, quia jus usurpamus, ut vere, & absolute justum. Priori nihil esse juris, quod conditores non crediderint, ita se habere justum esse. Ideoque & justum est obligationem metu contractam ipso jure nullam non esse, & probato metu rescindi debere. Sic justum est sententiam contra jus litigatoris latami esse sententiam, contra tenorem constitutionis esse nullam *l. 2. C. quando prov. non est necss. l. 2. inf. Que sententie fin. app. resc.* quare quo nomine possessio injusta possesso est, ad summam ejus nihil refert justa, vel injusta sit, constat juris non esse, sed facti, quoniam ad id, quod juris est, maxime refert, quod justum id sit *c. erit dist. l. d. l. i. de just. & jur.*

Tertio eandem sententiam plurimum juvat

*Theopoli* authoritas diffiniens possessionem esse corporalis rei detentionem, ita ille *Inst. de inserv. tum in §. item per acceptationem Inst. quibus modis toll. obl. semper* detentionem esse dixit, & ita diffinit, ut facti, non ut juris, nemo enim est, qui dubitet detentionem facti esse, quod si hoc de genere fatetur, de qualibet ejus specie fateamur necesse est, quia 38 genus se totum singulis speciebus communicat, & de iis praedicatur. *Porph. in cap. de gen.* Quartò ex ejus questionis diffinitione, qua unicam esse ostendam, 39 evincitur facti esse; nam injustam possessionem, & possessionem esse, & facti esse negari non potest, unde consequitur, quod jus inherens possessioni, eamque justam faciens, inheret per modum accidentis, & species non auget, & intrinsecam possidendi formam non mutat.

Quinto non leve argumentum sumitur ex 40 *l. i. sup. cod.* quatenus possesso quasi positio dicitur. Quia sive insistentis, sive sedentis positio sit, ea positio facti est, sive a pedibus, sive a sedibus deducatur. Quo fit, ut quamcumque electionem sequamur, hoc ipso, quod indubie possesso quasi positio dicitur, ut ipsa positio facti est, ita possessionem facti esse consequitur.

Sexto induco *l. ea*, que sup. cit. prox. ibi: *Quod naturaliter acquirimus sicuti est possessio, per quemlibet, volenteribus nabis possidere, acquirimus.* Si possesso juris esset, non posset modus acquirendi possessionem nisi juris esse, ut in iis, quæ civiliter acquirimus, nam acquirimus per stipulationem, quæ quamvis facti sit, ut cæteri contractus *l. consilio ff. de curat. furiosi*, & patet ex diffinitione in *l. 5. §. stipul. inf. de verb. obligat.* inventa tamen est de jure civili *§. de constit. Inst. de action.* Septimo observare licet, quædam sic dici de possessione, quæ de his, quæ juris sunt, minime dicuntur, ut plane de ea, veluti, quæ facti sit, dicti consequatur omnimodo. Duo præter id, quod in secundo argumento deduxi sunt hæc; Alterum, quod recipimus hanc differentiam, aliud 41 esse possidere, longe aliud in possessione esse *l. si quis ante infra hoc tit.* & ex hac lege adnotavit *Capy. dec. 55. n. 6.* At nullibi legimus, quem esse in domino, in actione, in usufructu, vel quavis alia re, quæ juris sit. Si possessio juris

juris esset, ineptissime diceremus, quem in possessione esse. At hic dicendi modus, sumitur comparatione eorum, quae facti sunt. Dicimus enim passim esse in domo, in agro, in fundo. Qui est in possessione, occupat ipsam possessionis substantiam, possessio tamen occupata non est; sum enim in ea possessione, ut alterius; alterum, ut possit etiam vacua dicatur, quae a nullo occupatur *l. si me in vacuam inf. cod. l. ult. C. unde vi.*

Nemo tamen dixerit vacuum dominium, vacuam actionem, vacuum usumfructum, vel quid aliud, quod juris sit. Octavo adducitur, uti in uno duo vulgata arguenda jungamus, ad quae jam devenio, pupillum hac ratione posse acquirere possessionem, & amittere, quia facti sit. Prima probatur *43 ex l. prima §. adipiscimur hoc tit. ibi: Offilius quidem, & Nerva filius, etiam sine tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum ajunt, eam enim rem facti esse, que sententia recipi potest, si ejus etatis sit, ut intellectum capiat. Soccinus Se-*  
*44 nior & alii male id, quod facti esse lex ait, de aquisitione, & ita de possessionis initio, magis quam de ipsa possessione dici tradunt, moti verbis illis possidere incipere. Possessio enim non ejus est conditionis, ut per partes acquiratur, quare initium possidendi est integra possessio, ut hac *l. in princ.* & qui apprehendit partem, totam apprehendit, ut post Jacob. de Beluiso ibi, Cum Alexan. & Imola adnotarunt, probat Surdus dec. 295. n. 18. & est verissimum, nisi quid repugnet, ut dixi capite 2. n. 42. quinimo adeo labuntur, ut veritatem subvertant, non detegant. Acquisitio tota juris est, res acquisita facti, videlicet possessio, quod tetigi cap. prox. n. 29. & 50. Quare vel Soccinus considerat ipsam acquisitionem ut apprehensionem, & ea facti, & sub hac ratione diffinitur a Didaco in reg. possessor. Initio 2. p. n. 1. ut acquisitio sit apprehensio quædam, non tamen ita, ut ad apprehensionem non consequatur tota possessio, ut bac *l. in princip.* vel considerat acquisitionem, id est acquirendi facultatem, & ea est meri juris, patet in servo, qui sibi acquirere possessionem non potest, ut vidimus in servo in fuga positio *l. i. §. per servum sup. cod.* dixi cap. prox. n. 45. Ipsa acquirendi facultas ex jure est, nam & illud totum in acquirendo, conservando, vel minuendo consistit *l. ult. ff. de leg.* Patet in ipsa usucapione, in qua licet possidere*

sit facti, ipsa tamen acquirendi, vel usucapiendi facultas ex jure est *l. 3. ff. de usuc. l. un. C. de usuc. transf.* & pupillus quidem, ut acquirere, ita etiam amittere possessionem potest; non tamen eadem est ratio amittendi, & acquirendi, sed diversa, non quidem ex natura possessionis, quoniam hoc respectu ratio esset eadem *l. quemadmodum inf. cod.* verum ex parte pupilli, is enim suam conditionem non ita facile deteriorem facere potest, ut meliorem; nam obligatus sepe alios sibi, non se aliis, & contractus claudicare permittitur *§. i. Inst. de auctb. tut. l. i. C. de auctb. pref.* Id quod in possessione probat *Martianus in l. pupillus, sup. tit. prox.* sed quod ait ibi: *Alienare verò nullam rem potest, nisi praesente tutori auctore, ac ne possessionem quidem, que est naturalis; pugnare videtur, & cum eo, quod dicimus facti esse, & cum Ulpiano,* *45 in l. possessionem infr. hoc tit.* qui ait: *Possessionem pupillum sine tutoris auctoritate amittere posse constat, non ut animo, sed ut corpore definit possidere, quod enim facti est, potest amittere.* Hactenus contradicit, & secundum hujus argumenti caput confirmat, sed statim conciliandi rationem suggerit: *Alia causa est, si forte animo possessionem velit amittere, hoc enim non potest.* Sunt duo *46 in l. possessionem infr. hoc tit.* qui ait: *Possessionem pupillum sine tutoris auctoritate amittere posse constat, non ut animo, sed ut corpore definit possidere, quod enim facti est, potest amittere.* Hactenus contradicit, & secundum hujus argumenti caput confirmat, sed statim conciliandi rationem suggerit: *Alia causa est, si forte animo possessionem velit amittere, hoc enim non potest.* Sunt duo *47 diversa quidem amittere possessionem, velle amittere possessionem, potest amittere, non tamen id potest sua voluntate. Rem utili exemplo explicabimus. Facto suo spoliatus,* *48 restituendus non est Soccinus in l. rem quæ nobis n. 4. hoc tit. per vim spoliatus restituitur c. in literis & toto tit. de rest. spol.* Si pupillus volens animo suo posset amittere possessionem, non restitueretur, & careret remedio spolia. Amittit ergo possessionem sed invitus, volens non amittit. Amittit invitus, quia hoc modo cum possessio facti sit, non potest non amittere. Imo, ut nemo invitus amittit dominium rei suæ, sed volens §. per traditionem *Inst. de rer. divis. l. id, quod nostrum inf. de reg. jur.* si possessio juris esset, solum volentes omnes amitteremus, cum tamen sepe per vim amittamus, ut tot. tit. C. unde vi. Quamobrem & hinc rectè deduci videtur, possessionem facti esse. Quod facti est, pupillus amittere potest, hoc argumento apud *Ulpianum* potest possessionem amittere, ergo possessio facti. Hinc igitur ex conditione pupilli duplex argumentum, & in acquirenda, & in amittenda possessione convincit eam facti esse. Hæc tamen argumentatio tota de pupillo accipienda est

est, qui intellectum capiat, alioquin nec possideret, ut d. l. i. § ad ipsicimur in princ. sed tutor ejus nomine.  
 Non idem probatur ex hac l. i. in §. se 49 vir ait Paulus: Si vir uxori cedat possessionem causam donationis, plerique putant possidere eam. Quoniam res facti infirmari jure civili non posset, & quid attinet dicere non possidere mulierem, cum maritus ubi noluit possidere, protinus amiserit possessionem. Scio quidem hunc locum & in contrarium adduci posse, tum quia possessio cedi videatur, ut quid juris, quod cessio eorum, quae juris sunt, non quae facti fieri videatur, ut ex aliquorum animadversione adnotavit Bolognetus in l. i. n. 151. Tum secundum ex juris diffinitione, quam tradidi sup. C. prox. n. 6. quod illud juris sit, quod sit, vel non sit, est in potestate juris, verba illa, quid attinet dicere non possidere mulierem, videtur inferre possessionem juris esse, cum jus possit etiam post traditam a viro mulieri possessionem, dicere eam non possidere. Sed tamen hic tex. non argumentis insinuat, verum exprise ait possidere mulierem, hanc rem facti esse, & jure civili infirmari non posse. Hoc est, quod plerique putant, & Paulus probat. Et cum facti diffinitione coheret, quia possideat quis, vel ne, cum facti sit, non est in potestate juris. Argumenta superiora facile tolluntur. Concedo cessationem ad jurium translationem referri regulariter, quo nomine dici solet, tantum operari cessionem in rebus incorporalibus, quantum traditio in rebus corporalibus, ut notat in l. ult. C. quem Fisc. vel priv. Bar. & alii in l. non quocumque §. qui Cajum ff. de leg. i. Sed hic verbum cedendi trahitur ad rem cessam, non res ad verbum, neque ob id quod cedatur, definit facti esse, immo ut quid facti ceditur, & facta cedi posse nihil est, quod repugnet. Secundum argumentum procedit secundum opinionem quorundam, non autem secundum id, quod plerique putant, quibus satisfacit ex dato, & non concesso dicens, quod hoc dicere nihil viro prodebet, quoniam ubi noluit possidere, protinus amiserit possessionem. At ut non posset lex impedire viro amissionem, ita nec mulieris acquisitionem. Tum vero si id jus dicere posset, non tamen aliter diceret, quam per regulam l. non videtur inf. hoc sit. ut non videatur possessionem adeptus, qui ita na-

Etus est, ut eam retinere non posit. Ita vero dicere mulierem non esse adeptam possessionem, est dicere vere adeptam esse, secundum quid non ita, quia promptum est viro remedium ad illam recuperandam, ut retinere non posit. Coeterum ita verum est ex causa possessionem transferri, ut stante 50 statuto ne mulier sine confanguineorum consensu contrahere, aut se obligare valeat, poterit tamen cedere, & amittere possessionem, quia facti, ita plane Angelo frustra dissentiente diffiniunt in d. §. si vir Rom. n. 2. Alex. n. 4. Aret. & addentes ad Rom. hanc sententiam communem dicunt Imola, & idem Aret. in l. is cui ff. de verb. oblig. Ruin. qui etiam communem dicit conf. 37. n. 11. lib. 1. Honded. alias ptures adducens conf. 20. n. 40. lib. 1. Facit, quod scribit Baldus in l. 2. in fin. ff. de jurisd. omn. jud. videlicet statutum vetans alienationem in forensem, non vetare alienationem possessionis, quia statuti verba sonant in jus non in factum; ac ita fatetur possessionem facti esse. Quod vero dicimus ex contractu nullo possessionem acquiri, caute intelligendum est vigore actualis, & realis traditionis, ut textus indicat, non tamen idem eset recipiendum vigore constituti, vel precarii. Ubi enim contractus est nullus, nullius etiam roboris est constituti clausula, argumento l. ejus ff. si cert. pet. ira Castr. Alex. Soccinus, & Jason. in d. §. si vir. Tiraquellus de jure const. poss. par. 3. lib. 7. n. 14. Honded. d. conf. 20. n. 39.  
 51 Decimò adducitur l. denique sup. ex quibus caus. major. ubi Papinianus: Denique si empator prius quam per usum sibi acquireret, ab hostibus captus sit, placet interruptam possessionem postliminio non restituiri, quia haec sine possessione non constitit, possessio autem plurimum facti habet, causa vero facti non continentur postliminio. Sed occurri subtiliter posset observando Papinianum non dicere possessionem facti esse, sed habere plurimum facti.. Aliud vero est quid sit possessio, aliud quid habeat. Primum ad substantiam, secundum ad accidentem ipsius possessionis pertinere videtur. Atqui non est in verbis capiendus Papinianus, quod plurimum dixit, ad id respexit, ex quo postlimio constat. Velut si quis dixerit, homo plurimum rationis habet. In possessione, quae ad usum rationis prodest, semper est aliquid juris. At si substantia possessionis juris esset, continetur postliminio, & accidentia, quae facti essent, separarentur, aut negligerentur. Non alia ratio-

ratione possimino non continetur , nisi  
hac sola , quod facti sit in sui essentia ; &  
hoc probat ille textus , si rem ipsam intuemur,  
potius quam verba capiamus . Nimirum si ju-  
ris esset inspecta essentia contineretur post-  
liminio . Mitto multarum legum argumenta ,  
quæ vel parum urgent , vel quod in utram-  
que partem facile trahantur vicia , ut docet  
author ad *Herennium* , existimari queunt . Ex  
iis autem abunde , ac etiam perspicue , quod

contendo , probatum esse arbitror , possessionem  
facti esse . Quam sententiam praeter *Azonem* ,  
cui inscribitur , sequuti sunt Rom . Petr . de Bez-  
o Alciatus in d . l . 1 . tum O' Ruynus n . 3 .  
Parisius conf . 96 . n . 3 . lib . 4 . Don . lib . 5 .  
c . 6 . nec non sentit Baldus in l . 2 . in fin . ff .  
de jurisd . omn . jud . & veram esse subjecta pos-  
sessionis diffinitione clarius apparebit .

### Quid possessio sit , ut quid facti considerata .

### Cap. VII.

- 1 Possessio quid sit , diffinitio Joannis adducitur , & reprobatur .
- 2 Detentores omnes habent jus detinendi .
- 3 Ususfructus non est jus detinendi , & tamen illud , ut antecedens , requirit .
- 4 Azonis diffinitio adducitur , & rejicitur .
- 5 Verbum habere latè patet , & ad quocumque jus referri potest .
- 6 Jacobi de Ravenna diffinitio ponitur , & evertitur .
- 7 Jacobi de Arena diffinitio damnatur .
- 8 Dictiones alternativa , vel disjunctiva , à diffinitionibus rejicienda , & ibi de ratione .
- 9 Genus speciebus , & individuis se totum com-  
municat .
- 10 L . 3 . ff . de usucap . declaratur .
- 11 Usucapio alluvioni similis .
- 12 L . 3 . § . bonorum ff . de bon . poss . declara-  
tur .
- 13 Pacti diffinitio ab Ulpiano tradita in con-  
troversiam revocatur .
- 14 Bartoli ad possessionem diffinitio expendi-  
tur .
- 15 Superfluitatis vicio notatur .
- 16 Genus diffinitur , & non reperitur .
- 17 Qua sunt per accidens , non habentur in con-  
sideratione .
- 18 Detentio est meri facti ,
- 19 Diffinitio alteri , quam diffinitio convenire non  
debet , quomodo accipendum .
- 20 Azo diffiniens possessionem prout facti est ,  
reprobatur .
- 21 Donelli diffinitio examinatur , & refel-  
litur .
- 22 Theophili sententia de possessione tribus  
in locis dispersa colligitur .
- 23 Possessio est corporalis rei detentio cum af-  
fectu domini ex Theophilo .
- 24 Locus religiosus , liber homo teneri , non  
possideri queunt .
- 25 Animus facti est .
- 26 Prescriptio velut concernens peccatum , re-  
gitur jure canonum .
- 27 Mala fides etiam ultrà mille annos per-  
petuo præscriptioni obstat .
- 28 Injustus possessor verè possidet .
- 29 Injustus possessor habet dominandi affec-  
tum .
- 30 Hunc dominandi affectum , qui deponit ,  
possidere definit .
- 31 Possessionis factum corporale ex parte ma-  
teria , incorporale ex parte forme .
- 32 L . 1 . § . adipiscimur , inf . eod . de-  
claratur .
- 33 Possessio incorporalis dicenda est ex par-  
te forme .
- 34 Facta alia incorporalia adducuntur , ra-  
tum habere , & amplius non agere .
- 35 Incorporalia quare non possideantur .
- 36 L . ceptam ff . de usucap . expenditur ,  
& adversus Castrensem declaratur .
- 37 Possidere alieno corpore , & animo pos-  
sumus .
- 38 Possessio si juris esset secundum com-  
munem sententiam , quomodo diffinienda .

Con-

**C**onstituto possessionis genere constat eas omnes diffinitiones peccare, quæ possessionem, ut quid juris diffiniunt, quamvis etiam alio nomine reliquidæ sint, si juris possessio esset. Quædam enim sunt, quæ de ea dicuntur, sive juris, sive facti sit, quæ in quacumque diffinitione ponenda sunt, & omissa diffinitionem offendunt; Quædam vero sunt, quæ sive juris, sive facti sit, essentiam possessionis non ingrediuntur, & ideo perperam in ejus diffinitione ponuntur. Quare oportunum esse reor, ut singulas diffinitiones brevibus discutiam, ut earum detectis erratis, veram facilius adstruere possem.

- 1 Prima est diffinitio Joannis, quæ talis est: *Possessio est jus quoddam rem detinendi sibi*, probat *Socinus senior in l. i. sup. hoc tit. n. 29*. Hæc diffinitio circumscripto vitio generis, probari nequit, quicquid *Socinus eam defendere conetur*. Nam omnes sere detentores, quamvis non possideant, ut cap. 5. n. 12. ad omnem hanc æquivocationem vitandam docui, jus tamen habent detinendi sibi maximè usufructuarius *l. naturaliter hoc tit. Neque vero adstruo usumfructum esse jus detinendi*, quia jus utendi fruendi est, *Inst. de usufruct. in princ.* Sed dico per modum necessarii antecedentis in hoc jure fruendi concludi. Ad hoc enim ordinatur patientia illa, qua dari videtur usufructus legatario, cum per hæredem in fundum inducitur, & patitur eum hæres uti frui *l. 3. §. damus sup. de usufru.* & quamvis usufructuarius alteri possideat, non sibi, unde nec usucapit *l. acquiritur §. ult. sup. hoc tit. prof.* Sibi tamen detinet, & jus detinendi pro usufructu tuendo sine dubitatione habet. Præterea hæc diffinitio formam rei diffinitæ prætermisit, quod maximum est vitium in diffiniendi ratione, ut ex vera adducta diffinitione apparebit evidentissimè.
- 2 Secunda est diffinitio Azonis, ut *jus sit quoddam, quo quis rem corporalem verè, vel interpretative sibi habet*. Impugnat Bartolus in *l. i. sup. cod. qui has, & sequentes refert, & examinat*, quia verbum illud *babere*, non ad possessionem solam, si juris esse proponatur, sed ad proprietatem, ad usumfructum, ad omne jus in re corporali nobis competens referri potest, totam diffinitionem assumendo *l. sfp. ista babere licet, §. si quis forte inf. de verb. obligat.* ut consequatur minime cum re diffinita converti, contra *l. i. §. i. ff. de dolo.*

6 Tertia est *Jacobi de Ravenna* (prosequor eas, primum quæ diffiniuntur prout juris qua) dicit, quod *possessio est jus quæsum ex corporali rei apprehensione, corpore, & animo, & juris adminiculo concurrente*. Hæc vel co nomine damnanda, quod sumpta a causa efficienti possessionis substantiam non explicat, quam inquirimus.

7 Quarta *Jacobi de Arena*. Ait ille: *possessio est jus insistendi rei proveniens ex vera, vel interpretativa apprehensione cum effectu possidendi rei non prohibite possideri, vacans, vel a possessore tradita animo possessionis transferenda*. Bartolus in *d. l. i. superfluitatis redarguit summa ratione, cum quo consentio*. Adjicio unum propter hanc, & superiorem *Azonis divisionem*, a nostris, quos viderim, in diffinitionibus examinandis

8 haec tenus non observatum, dictiones alternativas, vel disjunctivas omnino ab ipsis diffinitionibus rejiciendas esse, quod eas deturpent, ac vitiosas reddant omnimodo. Nam cum genus aliquod diffinitur, transgrediviuntur terminos diffinitionis, & non generis differentias afferunt, sed specierum, de quibus genus, & diffinitio prædicantur; veluti si quis ita animal diffiniat, ut sit substantia animata sensibilis rationalis, vel irrationalis. Assignat his verbis differentias specierum, quas non diffinit, non autem diffiniti generis. Ita plane accideret in diffinitione possessionis, nam si duo sunt modi apprehendendi verè, vel interpretativè, aut differunt differentia specifica, aut accidentalis. Si specifica, habeo quod contendo, diffinitionem assignare differentias specierum, quas non diffinit; si differentiam ponunt accidentalem, perperam diffinitionem ingrediuntur, & sine ulla necessitate, dum substantiam inquirimus, non accidentia. Sed amplius efficiunt hæc dictiones, ut diffinitio cum omni diffinito converti non queat.

Nam pono possessionem *Sempronii* per veram apprehensionem obtentam ex una, & possessionem *Caii* per fictam apprehensionem obtentam ex alia. Ut diffinitio hominis, qua dicimus esse animal rationale, tota convenit *Cajo, Titio, Mævio, & omnibus hominibus* ut singulis, ita diffinitio possessionis, & possessioni *Sempronii*, & possessioni *Caii* tota convenire debet ea ratione, quia genus & speciebus, & individuis omnibus se totum communicat. At non ita est, quia verbum *vera* facit, ne conveniat possessioni *Caii*, quæ ex ficta apprehensione constat, verbum *ficta* facit, ne

N n  
con-

conveniat possessioni Sempronii, quoniam ex vera, non ex ficta apprehensione constat. Sic itaque ejusmodi dictiones & diffinitionibus procul esse debent. Nec moveatur quis. 10 piam ex l. 3. infr. de usuc. ibi : *Usucapio est acquisitionis, vel adjectio dominii*. Vulgaris enim, & mendosa lectio est. In pandectis Florentinis legitur : *Usucapio est adjectio domini*, & merito quia adiicit ut incrementum latens alluvionis instar §. præterea *Inst. de rerum divis.* Duarenus, & Cujacius ex *Ulpiani* legunt *adjectio*, at ego lectio- 11 nem Florentinam sequor. Sed neque vulga- ris lectio id convinceret, quia accipit illa duo, ut synonyma, & ejusdem, non diversæ 12 significationis, sic in l. 3. §. bonorum sup. de bon. poss. ibi : *Patrimonii sive rei, pro una eademque re usurpantur illa duo ad maiorem expressionem*, juxta primam glossæ expositionem, quæ probanda est. Moveat nos magis, quod si cunctas Jureconsultorum diffinitiones perquiramus, hoc vitio carere dignoscemus, sic enim testamentum legumlatores bonorum possessionem, obligatio- 13 nem, actionem, servitudes diffinierunt, ut simpliciter quid res esset, non alterna- tive, aut disjunctive nobis exponerent. Solus Ulpianus in l. 1. ff. de pactis sic dif- finit pactionem, ut hoc criminis notari queat, dum ait : *Est pactio duorum, pluriunt in idem placitum, & consensus*; lego libentius & conventio, ut lib. 1. dif- ficultum explicaturus sum. Quia pactum quod est duorum, non est plurium, & quod plurium est, in sensu Ulpiani non est duorum, quamvis rectius dixisset : *Pactio est plurium in idem placitum, & conventio*; Sed de hac re latius dicto Libro tetigisse sufficiat, ne quis hoc exemplo, velut clypeo, se tutum esse putaret; leges enim ut leges servandæ sunt, non impugnandæ, ut vero diffinitiones leges non sunt, & Dialecticorum regulis subjiciuntur, & notari valent, ac ideo sèpissimè in dubium revocan- 14 tur; Sic multas diffinitiones ruere necesse est, quas multi hujus observationis ignari tradidisse videntur. Redeo jam ad possesso- nis diffinitiones. Quinta est Bartoli. Ille ita : *Possessio est jus insistendi rei non prohibita possideri*. Communi calculo rece- ptam hanc affirmat Curt. jun. consilio 90. n. 4. de quo vehementer dubito. Soccinus il- 15 la verba *non prohibita possideri* superflua censet, & jure quidem, non tamen ea ratione, quod videantur diffinire possessionem in actu, non in potentia. Nam etsi id verum sit, & probetur ex Baldo in tit. E. qui admittit n. 4. dicente, quod genus dif- finitur, & non reperitur, Bartolus tamen non descendit his verbis ad actum, neque ad hanc, vel illam rem, & sunt hæc verba negativa, quæ removent res possideri prohibitas, non autem ponunt, quæ possideantur. Validior est secunda Soccini ratio, quod al- cujus rei prohibitam esse possessionem est per accidens, quod cohæret ipsi rei, quare cum res qualibet corporalis suapte natura capax sit possessionis, debuit inspicere, quod est per 16 se, non quod est per accidens, cujus ratio haberi non solet l. cum fundus ff. de com. & demon. Sic plane in diffinitione testame- 17 ti non adjeçit Modestinus illa verba de eo, de quo quis disponere non prohibetur, hoc enim de habilitate semper videtur intelligi. Tertio addam ipse, si possessio diffinitur prout juris, omnino superfluere, quia ad- versantur ad invicem jus esse insistendi, & jus prohibere possessionem, quia jure prohibente, jus non esset insistendi, quare in eo, quod jus esset, id ipsum contineretur. Si au- tem hæc verba removeantur, non multum interest inter Joannis, & Bartoli diffinitionem. Utrique obiicit Soccinus ex sententia Angelii in d. l. 1. n. 4. quod conveniat alteri quād diffinitio. Primum detentio, secundo usufructui. Primum non probo, sed secundum. Quod pertinet ad primum, et si verum sit, detentio ab ipsa possessio- ne differre bac l. §. genera vers. quod autem, & probat Theophilus clare in §. item per ac- ceptationem Instiut. quibus modis toll. obl. non tamen verum est ei competere diffinitio- 18 nera possessionis, quia detentio meri sa- chti est, & si quid juris consideretur in ea in l. si finite, §. si quis motu, sup. de damn. inf. in l. non est mirum ff. de pign. act. in l. 1. C. de præt. pign. ita ut verum sit detentorem habere jus in re, hoc tamen jus, ut rectè sentit Aretin. a Soccino non sane intellectus, non est detentio, sed accidens, aut effectus detentio cohærens, quod ejus essentiam non ingreditur, sed est prorsus extrinsecum. Aliter respondet ibi Alexander n. 18. cujus responsionem recte Soccinus improbat. Bartolus autem Areti- nus, & Soccinus de superiori solutione re ipsa convenire videntur, alias Soccini solu- tiones aperte reiiciendas puto. Verum enim verò si possessionem, prout juris est, diffinire malumus, statim corruit solutio, & revi- viscit argumentum. Secundum firmius ur- get, quod competit usufructui, non tamen prout

prout formaliter est ususfructus , quod supra tetigi , & tradit *Alexand. d. n. 18.* sed prout habens jus utendi fruendi , in necessarium antecedens habere debet jus quoddam insistendi rei . Quod non convenient hæc verba formaliter usufructui , & cum verba diffinitionis sint non nisi formaliter ad aperiendam rei substantiam accipi debeant , ex *Aretino* , & *Alexandro* nodum non solvit , nam illud

**19** pronunciatum , diffinitionem alteri quam diffinito convenire non debere , non ita accipitur , ut ei ut diffinito convenire non debat , sed nullo modo ; alioquin multæ diffinitiones hoc nomine defenserentur dicendo , non competit alteri ut diffinito , & ita verba diffinitionis redderentur æquivalentia , quæ a diffinitione rejiciuntur . Igitur habet usufructuarius jus quoddam insistendi rei ex patientia proprietarii *d. l. 3. §. damus sup. de usu.* quod constat non esse possessionem . Constituamus ergo secundum veritatem , quid possessio sit . prout facti est , nam facillimum erit mutato genere eam diffinire ut juris .

**20** *Azo* , qui huic sententiaz , quamvis dubius inharrere visus est , ita diffinit , ut sit corporalis rei detentio corporis , & animi , juris adminiculo concurrente . At superflua sunt illa verba juris adminiculo concurrente quoniam explicant accidentis , non substantiam possessionis . Tuna corporis mentio abundant , quia solo animo retineri potest hoc *l. §. in amittenda l. lices cod. cod.*

**21** *Donellus lib. 5. cap. 6. Commen.* suorum diffinit hoc modo , possessio est corporalis rei detentio , que in commercio sit , cum affectu domini aliis possessoribus vacua .

Exigit in persona possessoris duo , detinere , & affectum domini , in re possessa tria , rem esse corporalem , in commercio , & possessoribus vacua . Si diffinire voluit , pluribus usus est , quam oporteret , esse in commercio ad diffinitionem non magis pertinet , quam non esse possideri prohibitam , & ideo hoc , ut illud eadem ratione rejicio . Vacuum frustra exprimit , hoc ipso enim , quo unus possidet , verum est alios omnes non possidere , ex regula textus hujus . Si describere voluit , & ob id *Tironum* gratia , latius vagari non resisto .

Tandem ut subjiciam , quod sentio , ita mihi *Theophilus* , quod querimus , attulisse videatur , ut ipsius diffinitioni sine ulla controversia acquiescendum putem . Ille non

**22** uno loco id , quod querimus , indicasse usus est . Primum in §. item placet *Inst. per*

quas personas nobis aeq. docens usufructuarii non possidere , ita ait : Sed neque is , qui usumfructum habet usucapere unquam potest , primum quia non possidet , porrè sine possessione usucapio non procedit . Est autem possidere animo dominantis decinere , si verè tantum habet jus utendi fruendi . Secundo in §. item per acceptationem *Inst. quib. mod. coll. obl.* explicans illa verba Aquilianæ stipulationis , & quicquid tu meum habes , tenes , possedes , ait : Est autem differentia inter tenere , & possidere , eaque talis . Teneare enī est naturaliter decinere , possidere vero est animo domini decinere : Tertio *Inst. de interd. in princ. possessionem a quasi possessione distinguens* ait : Et possessio quia dem est corporalis rei detentio quasi verè possessio est incorporalis rei usus . Ex tribus iis locis videtur mihi facile percipi possessionem sic plane diffiniendam esse , ut sit corporalis rei detentio cum affectu domini . Sic enim ex conjunctione locorum integra colligitur diffinitio . Detentio genus est ad usufructuarii , coloni , aliorumque detentiones pertinens . Verba illa rei corporalis , excludunt quasi possessionem rerum incorporalium , quia quæ corporalia sunt dum taxat possideri possunt , ut hac *l. 3. in princ.* Illa cum affectu domini distinguunt alias detentions , & ita restringunt genus ad eam detentionis speciem , quæ vere possessio est . Hoc nomine ille docuit in *d. §. item placet* , usumfructuarium non possidere , hoc ipso , dicam ego , intelligimus , quomodo possessio domini a servi detentione distinguatur , vel ab ea ipsa , quam asiniam dicunt , quo fit , ut si quis dormienti aliquid in manu ponat , non tamen possideat , quamvis corpore rem contingat ! . *l. 1. §. adipiscimur supra hoc tit.* quia nemo istorum possidet ; his adjiciamus colonum , vel eum , qui rem depositam , commodatam , vel pignori accepit , vel precario rogavit , non possidere , quia nemo tenet ut suam affectu domini , sed ut alienam , quod est haud possidere . Tandem adstruo his verbis formam possessionis contineri . Hinc plane fit , ut locum religiosum , liberumque hominem retinere possimus , possidere non possimus ! . qui universos §. 1. *infra cod.* quoniam cum forma possessionis consistat in affectu dominandi , res quæ in commercio non est , & consequenter in dominio alii eius esse non potest , redditur & possessionis expers . Quia non alium dominandi affectum respectu hujus rei poterit habere detentor , quam volandi , videlicet

finaneri , qui nullius momenti habeatur ex reg. leg. quoties ff. qui satisd. vog. Non tamen hic dominandi affectus est quid juris , sed quid facti , ut nuda possibilis tamen , non frustratoria , & inanis animi co-  
25 gitatio , & ut animus est facti l. bona fidei supra de acq. rer. dom. d. l. i. §. adipiscimur hoc tit. bac l. in §. saltus , ita ejusdem animi affectus facti est . Non est ergo in potestate juris ; quia neque pateretur injustum possessorem hunc affectum habere ; & hoc nomine possessorem esse . At quisquam dubitare poterit , ne non hic affectus inanis sit , saltem apud nos Christianos ; qui peccati vitandi caussa in ma-  
26 teria præscriptionis utimur jure Canonum cap. ult. de prescript. Joannes Andr. in reg. possessor de reg. jur. in 6. alios ad- ducens Rolandus a Val. conf. 6. n. 42. lib.  
27 3. quo mala fides perpetuo etiam ultra mille annos præscriptioni obstare creditur Jason. conf. 24. lib. 3. Decian. resp. 73. n. 55. lib. 2. Rim. jun. conf. 589. n. 34. Bot. confilio 34. n. 27. Ceterum pos-  
28 fidet injustus possessor , ut sèpè dictum est , & secundum hanc diffinitionem possidet . Defectus non proponitur in re possessa , quoniam in commercio est , non in pos- sessore , quia non est , ut servus acqui- rendi incapax , sed acquirere potest . Impedimentum proveniens ex mala fide ex- trinsecum est , & accidentale , quod & re- moveri potest . Unde difficilis est ade-  
29 ptio dominii , non tamen impossibilis , quo fit , ut Canones etiam prædonem in sua possessione tueantur , nec spoliari per- mittant can. tum literis de ref. spol. Ut vero , cum huc pervenerim , rem hanc pla- nam faciam , dico dominandi affectum esse in ipso injusto possessore , & hunc affectum nullo modo in potestate juris esse , quia hic cum dominii capax sit , rem ut suam tenet , non alienam , cui- cumque petitori controversiam facturus , quæ facere possit ; Nihil vero prohi- bet ex parte rei , ne possideri possit , nec ex parte ipsius , ut non possidere possit ut suam . In hoc enim consistit domini affectus erga rem ; quare sufficit , & rem affici ita posse , quia in com- mercio sit , & ipsum ita erga eam affectum esse ; quod in re sacra , in loco religioso , in libero homine non ita se habet , resistit enim res , quæ hunc affectum pati nequit , & jus dis- ponit de re , exigens à commercio ,

non de affectu . At rem injuste pos- sessam potest facere suam emendo , vel in solidum accipiendo , vel aliis modis , quare potest etiam possidere affectu do- mini , etiam si proter malam fidem do- minium usueapere non valeat . Quare cum possessio formam agnoscat ex nudo deti- nentis affectu nil mirum , si sive justa , sive injusta sit , possessio sit , quoniam sua forma constat , ut possessor rem te- neat affectu domini , quia nulli restituere cogitat . Hinc perbelle deducitur 30 quod si injustus possessor mutato con- filio hunc deponeret affectum , & rem priori possessori dimittere constituere , & statim desineret possidere , cum solo ami- amo possit desinere possidere , ut bac l. in §. in amittenda . Sed creditur id sub conditione constituere , ut non prius velit desinere possidere , quam veteri possessori restituat , quod facit , ut ad illum usque terminum pro possessore habeatur , & vere possideat l. si me in vacuam inf. eod. Ex his constare potest , quale sit posses-  
31 nis factum , est enim factum corporale ex parte materiæ , factum incorporale ex parte formæ . Factum corporale imple- tur manibus , pedibus , aspectu , l. i. hoc tit. leg. quod meo §. si venditorem infra hoc tit. factum intellectuale solo affectu dominandi . Sic materiam hanc , & formam possessionis exhibet l. i. §.  
32 adipiscimur sup. eod. in illis verbis fu- riōsus , & pupillus sine tutoris authorita- te non possunt incipere possidere , quia affectionem tenendi non habent , licet maxime suo corpore rem contingant . Illa enim rei corporalis detentio , si hoc dominandi affectu non informetur , est genus , & materia possessionis , possessio tamen non est . Nec moveat quod tenendi , non dominandi affectionem Paulus explicit , quoniam non alius est Pauli sensus quam quod illam tenendi affectionem non ha- bent , quæ in possessione desideratur , est autem detinere affectu domini , ut ab aliis detentoribus possessor distinguatur . Hinc inferatur possessionem incorporalem  
33 esse dicendam facta denominatione a for- ma , ut fieri debere notat Alciat. in l. mulieris §. i. in vers. forma inf. de verb. significat . Sunt & alia facta incorpo-  
34 lia , & invisibilia , ut amplius non agere , & rem ratam habere l. 4. §. Cato inf. de verb. obligat . quæ intrinseca animi operatione consistunt . Ad idem facit prin.

pris. bujas legis ibi: dummodo ea mente, & cogitatione sit l. licet C. eod. Hinc etiam delumi poterit, quamobrem 35 rerum incorporealium propriè possesio non sit, ut ex Theophilo paulo supra adnotavi, & habetur in l. si servus §. incorporeas sup. tit. prox. quoniam quatenus possesio ex parte materiae factum corporeale est, non potest corpus in iis, quæ incorporialia sunt aliquid agere, & ita incorporialia non habent materiam aptam ad recipiendam possessionis formam, itmo omnem corporis positionem effugient, in acquirenda possessione necessariam. Sed ut constanter hanc diffinitionem retineamus, quædam objecta removere necesse est. Qua parte pro forma Theophilus exigit dominantis affectum, objici potest dari possessionem, quæ omnino hoc affectu careat.

36 Quod primum probari videtur ex l. capram inf. de usuc. nam quatenus hereditas jacens cæptam perficit usucationem, eatenus possidet, ut adversus Castrensem cap. prox. n. 23. probavi, & tamen hereditas nullum potest habere verum affectum dominandi, imo nec affectum quicquam. Quod si quis occurrat, eam gerere vicem personæ, id est defuncti, ac propterea fingi eundem affectum habere, quem defunctus habebat, replicari poterit, id sive lege dici, & gratis negari posse, ut ponitur. Fictio enim fingit unum, cætera consequuntur ut vera §. si ab hostibus Inst. quibus mod. jus patr. pot. solv. non ergo fingit plura. Sed amplius, si id admiserim, statim verba diffinitionis reddentur æquivoca, si de affectu vero, & de affectu ficto dicantur. Eadem plane difficultas incidit si domino existente apud

hostes, servum ex causa peculiari propinquatus possidere, & usucapere juxta l. justo §. ult. inf. de usuc. l. in bello, §. facti inf. de capt. & postl. rev. Nam affectus domini apud hostes existentis, ut servi, inanis, & frustratorius habetur, & peculium quamvis homini simile l. peculium ff. de pecul. affectum dominandi 37 habere nequit. Respondeo in iis speciebus nos alieno corpore, & animo possidere, ut hac l. in §. Saltus, & ideo affectum dominandi sumimus ex animo eorum, per quos possidemus. Id suggerit mihi Paulus in l. 2. §. procuratorem, vers. si servus, & vers. quod si peculiari inf. pro empt. ubi affectum servi maxime respicit, & mentem servi quærendam admonet. Ad idem Paulus in l. l: §. item acquirimus, vers. ceterum ille, per quem volumus possidere, talis esse debet, ut habeat intellectum possidendi. Itaque hereditas, & peculium hac in re affectu utuntur alieno, & vero, non autem ficto. Et quia servus non sibi, sed hereditati, vel peculio possidet, factum possidendi, quod per servum impletur, videlicet corpore, & animo ipsius d. §. saltus, dicitur esse peculii, & hereditatis. Idem plane si quid dubitetur, respondendum est in possessione municipum, de qua dixi supra cap. 5. n. 51. Quare quocumque vertas, indubie constat, possessionem eandem esse, videlicet rei corporalis detentionem, cum affectu dominandi. Si 38 tamen communi sententiae quicquam deferendum sit, mutato genere sic diffiniri poterit. Ut sit jus corporalis rei detinendæ, cum domini, seu dominantis affectu.

Possessionem unicam esse, non autem alteram civilem, alteram naturalem, tum vero possessionem, & possessionem civilem idem esse.

## Cap. VIII.

1 Possessio duplex, naturalis, & civilis ex communi, sed contra quod unica n. 14. usque in finem, maximè a n. 35.

2 L. clam, §. qui ad nundinas hoc tit. inducitur.

3 L. naturaliter hoc tit. inducitur.

4 L. quemadmodum, inf. hoc tit. inducitur.

5 L. i. §. dejicitur ff. de vi, & vi arm. inducitur, sed contra inf. n. 32.

6 L. 3. §. ult. ff. ad exhib. inducitur, sed con-

- contra inf. num. 31.*
- 7 L. Or. babet §. 1. ff. Precario inducitur, sed contra inf. n. 23.
- 8 L. nemo ambigit C. de acq. poss.
- 9 Possessionem nunc parere præscriptionem, nunc non ostendit esse duplēm, sed contra.
- 10 L. si id, quod §. ult. inf. hoc tit. inducitur, sed contra n. 21. ubi declaratur.
- 11 L. 3. §. Nerva inf. hoc tit.
- 12 L. 2. §. quod vulgo inf. pro herede inducitur, sed contra n. 20.
- 13 Bartoli de possessione sententia, quod triplex sit, communiter damnata.
- 15 Possessionis nomen varie usurpatum, nunc possessio simpliciter, nunc cum variis adjunctis, naturalis, corporalis, Or. civilis dicta.
- 16 Possessionis nomen sine adjuncto veram possessionem significare.
- 17 Possessionem predonis vere possessionem esse. Ibidem de intellectu l. si ex stipulazione hoc tit.
- 18 Naturalis possessio, pro vera possessione non ponitur in legibus, sed quasi possessio non sit.
- 19 Gomezii error in acceptione naturalis possessionis.
- 20 Corporalis possessio sic dicta, ut vere possessio non sit.
- 22 L. quod servus hoc tit. declaratur.
- 24 Civilis possessio ex communi dicta, quasi approbata a jure, sed contra.
- 25 Civilis possessionis mentio ubi sit duq. observanda.
- 27 Civilis possessionis si mentio non fiat ad differentiam naturalis, non civilis, sed possesso absolute nuncupatur.
- 28 L. non solum §. quod vulgo ff. de usuc. diligenter explicatur.
- 29 Possessor quilibet mala fidei, etiam prædicto civiliter possidere dicitur contra plerosque.
- 30 Civilis possessionis mentio in jure semper comprehendit etiam injustum possessore.
- 33 Colonus, qui non babet interdictum unde vi, si dominum ejiciat, dejectus illud consequitur.
- 34 L. si eum qui ff. ac donat. inter. vir. Or. uxor. declaratur.
- 35 Possessionem unicam esse nova ratione praebatur.
- 36 L. 3. §. genera, hoc tit. enucleatur.
- 37 Bartoli, Soccini, Or. Ripa error ad sex. in l. 3. §. genera hoc tit.
- 38 Genus pro specie, speciem apud nos tres pro individuo poni, Or. quatenus verum.
- 39 Bona, Or. mala fides sunt quid facti.
- 40 Generis varia acceptio.
- 41 Donatio causa mortis, nam est propria donatione.
- 42 Ex §. ex contrario possessionem unicanse esse.
- 44 Civilis possessio ex communi est, quam solo animo retinemus, sed contra num. 45. Or. seq.
- 51 Jacobi Butrigarii, Or. Molinæ de possessione sententia rejicitur.
- 52 Joannis Palladorii Hispani sententia partim probatur, partim rejicitur.
- 53 Argumenta initio relata, quæ probant possessionem duplēm, facillimè, ac brevissimè refelluntur.

**U**ltima supereft controversia pro vera possessionis substantia dignoscenda, an unica, vel duplex sit. In qua non est dubitandum communem esse sententiam, quod duplex sit, altera naturalis, altera civilis, quia Joanni adscribitur, quem sequuntur Dyn. in reg. sine possessione, de reg. jur. tum supra in l. 1. hoc tit. Alber. Angelus Cast. Inst. Rom. Alex. n. 10. Jas. n. 55. Vincent. n. 53. Or. in l. lineat C. codem Baldus n. 6. Salycatus n. 13. quos omnes refert Gomez. in l. 45. Taur. n. 19. & undecim doctorum argumentis in unum congestis confirmat, & sequitur.

2 Primum sumit ex l. clam §. qui ad nundinas inf. cod. intelligens ingressum possidere naturaliter, absentem verò civiliter, & ex regulari hujus §. quæ negat duos eadem possesso-

- nis specie in solidum possidere posse, diversas esse possessionis species concludit.
- 3 Secundo inducit l. naturaliter inf. cod. dicens usufructuarium possidere naturaliter, propriarium verò civiliter, ad idem facit l. possessio quoque inf. cod l. cuiuscumque §. si fundus sup. de usuf.
- 4 Tertio ex l. quemadmodum inf. hoc sit. ibi: Quemadmodum nulla possessio acquiri nisi animo, Or. corpore potest. Ut enim Soccinus n. 8. post Alexandrum in d. l. perpendit, illa dictio universalis negativa includit pluralitatem, ut sic dixerim, possessionum.
- 5 Quartò facit l. 1. §. dejicitur infra de vi, Or. vi arm. ubi dicitur. Dejicitur is, qui possidet, sive naturaliter, sive civiliter possideat, nam Or. naturalis possessio ad hoc inter-

- interdictum pertinet. Denique, & si maritus uxori donavit, eaque dojecta sit, poteris interdictio uti, non tamen si colonus sit. Interdictum competit possessori, non mero detentori, quo nomine colonus excluditur, & tamen competit, sive civiliter, sive naturaliter possideat, ergo duplex videtur vera possessio civilis, & naturalis.
- 6 Quinto facit l. 3. §. ult. sup. de exhib. ibi: *Sciendum est adversus possessorem hac actione agendum non solum eum, qui civiliter, sed & eum qui naturaliter incumbat possessioni.* Sic eamdem distinctionem confirmare videtur.
- 7 Sexto facit sex. in l. & habet §. 1. vers. placet inf. de precar. ubi Pomp. placet autem penes verumque esse eum hominem, qui precario datus esset, penes eum qui rogasset, quia possideres corpore, penes dominum, quia non discesseris animo a possessione. Sic cum duas possideant eandem rem, consequitur ex regula hujus §. ut in primo arguamento dixi duas esse species possessionum.
- 8 Septimo inducit l. nemo ambigit C. cod. quatenus ait possessionis duplum esse rationem, aliam, quae jure, aliam corpore, &c. inferens ex hoc, quod hic tex. clare probat, quod duplex est possessio.
- 9 Octavo sic argumentatur. Civilis possessio ea est, quae præscriptionem parit l. acquiritur §. ult. sup. sit. prox. nam usucapit bona fidei possessor, ut ibi; hic autem est, qui civiliter possidet: malæ fidei possessor non usucapit, quem dicimus possidere naturaliter. Si eadem possessio foret, pareret semper eundem præscriptionis effectum; non parit, ergo non est una.
- 10 Nonò affert l. si id, quod §. ult. inf. eod. ubi Pomp. *Quod autem solo animo possidemus quaritur utrum ne eousque possideamus, donec alius corpore ingressus sit, an vero, quod quasi magis probatur, usque eo possideamus, donec revertentes nos aliquis repellat, aut nos ita animo desinamus possidere, quod suspicemur repelliri nos posse ab eo, qui ingressus sit possessionem,* & videtur esse utilius. Eadem plane inductio, & idem argumentum quod primum sumptum est ex d. l. clam §. qui ad nundinas.
- 11 Decimo facit §. Nerva filius inf. bac l. 3. *Nerva Filius res mobiles, excepto homine, quatenus sub custodia nostra sint, bactenus possideri, id est quatenus, si velimus naturalem possessionem nancisci possimus.* Si possidet civiliter cum potestate nanciscendi naturalem, ergo civilis distincta est a naturali, & cum illi naturalis fola defit, jam non potest alia, quam civilis adesse, & hunc textum ad id expendunt Bartolus, Angelus, Imola, Castr. Rom. & Arc. qui melius hic, quam alio quovis loco sententiam hanc probari affirmat. Undecimo tamen apertius probari 12 Gomez. arbitratur in l. 2. §. quod vulgo, infra. pro bered. qui tex. in id compositus videtur. Iul. ibi: *Quod vulgo responderet, causam possessionis neminem sibi mutare posse, sic accipendum est, ut possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur.* Sic itaque duplum adstruit possessionem civilem, & naturalem, & ad id not. Albericus, & Angelus, & Baldus in d. l. licet C. cod.
- Hæc sunt quæ receptam juvant sententiam.
- 13 Illam Bartoli, quod imo possessio fit triplex, naturalis, civilis, & corporalis, ut per eum in d. l. 1. n. 7. nullum mihi negotium facere potest, tum quia communiter reprobatur, ut ibi testis est Rip. n. 28. in fin. & Gom. in d. loco; tum quia ubi superiorum sententiam confutabo, satis constabit, & illam Bartoli confitere non posse.
- His igitur nihil, aut parum urgentibus, Azanis sententiam semper veriore censui, quod
- 14 imo possessio esset unica quæ etiam Placentino placuit, ut refert Accursius in d. l. 1. & probarunt Jacobus de Puteo, & Petrus de Bezusio ut observat Jason ibi n. 54. eandem, & ibi n. 43. usque in finem Soccinus examinat, & probat, sequuntur etiam Ruynus n. 11. & Ripa n. 27. & 29. Sed ne in aliquod æquivoçum, ut aliis saepe accidere video, incidamus, oportet cum huc pervenerim, latius, ac etiam planius possessionem ipsam distinguere, ut leges, quæ verè de possessione non loquuntur, non ita per errarem accipientur, ac si de possessione
- 15 loquerentur. Possessionis nomen varie usurpatum, Primum cum simpliciter possessio dicitur, secundo cum naturalis, tertio cum corporalis, quarto cum civilis. Videndum est, quid nudum nomen possessionis præferat, & quid cum hoc, vel illo adjuncto. Possessio verè possessio est, quod inscriptio tituli probat de acquirenda, vel amittenda possessione, neque enim adjicitur naturali, corporali, civili. Cum vero adjicitur nomen naturalis, vel corporalis, haec nota possessioni detrahimus, ita ut nos de vera possessione minime loqui declaremus, cum vero possessionem civilem dicimus, veram possessionem ponimus, eique non detrahimus, ut

ut in superioribus notis, sed addimus differentia notam, qua vera possesio a non vera possessione distinguatur, nihil tamen amplius dicius, quam veram, & absolutam possessionem. Nunc probandum est, quod pono.  
 Primum in assumpto est, cum possesio-  
<sup>16</sup> nem simpliciter sine aliquo adjuncto dici-  
 mus, veram possessionem significari. Id  
 probat primum, ut admonui inscriptio tituli  
 Pandectarum, & Codicis de acquirenda pos-  
 sessione. Secundū l. 1. §. item acquirimus  
 sup. cod. ibi: *Igitur ex causa peculiari &*  
*infans, & furiosus acquirunt possessionem,*  
*& usucapiunt, effectus usucaptionis monstrat*  
*veram possessionem, quae tamen sine ullo*  
*adjuncto possesio dicitur.* Tertiū in hac l. 3.  
 in princ. ibi, & adipiscimur possessionem cor-  
 pore, & animo, & paulo infra, dum ea  
 mente, & cogitatione hac sit, ut totum fundum  
 usque ad terminum velit possidere. Uter-  
 que locus ad veram possessionem pertinet, ut  
 affectus, & instrumenta demonstrant. Quar-  
 tū in §. si quis nunciet inf. bac l. Si quis  
 nunciet domum a latronibus occupatam, &  
 dominus timore conterritus noluerit accedere,  
 amississe eum possessionem placet. Cum eundem  
 dominum constituat, & possesse ante oc-  
 cupationem, non nisi vera possesio est, quam  
 amittit cum sibi, non alteri possideret.  
 Quintū hac eadem l. in §. ult. ibi non pos-  
 sessionem, sed custodiam rerum, & ob-  
 servationem concedit. Possessionis nomen de  
 vera possessione accipi non est dubium, ex  
 ejusdem §. contexu. Sextū de possessione  
 prædonis, quod verè possesio sit, & simili-  
 citer talis dicatur, patet in l. si ex stipulatio-  
 ne inf. eod. Si ex stipulatione, ait Paulus,  
 tibi Sticum debeam, & non tradam eum, tu  
 autem natus fueris possessionem, prædo es.  
 Aequi si vendidero, nec tradidero rem, si non  
 voluntate mea natus sis possessionem non pro-  
 emptore possides, sed prædo es. Non di-  
 cit hic natus fueris possessionem corporalem,  
 vel naturalem, sed simpliciter possessionem. Sed  
 ne pluribus morer, totum titulum observare li-  
 cet, cum in eo fit mentio de possessione sim-  
 pliciter, sine ullo adjuncto, veram posses-  
 sionem significari, quod, ut evidenter probatur,  
 ita neminem puto inficiaturum. Secunda con-  
 clusio est, cum in legibus fit mentio possessionis  
 cum adjuncto naturali, vel corporali, veram pos-  
 sessionem minime significari. Hæc conclusio habet  
 duas partes, ut duo sunt ad juncta, quibus posses-  
 sionem nunc naturalem, nunc corporalem dicimus.  
<sup>18</sup> Videamus de singulis. Cum in legibus dicitur

aliquis naturaliter possidens, hic perinde habetur, ac si non possideat, & detentor est; patet hoc, quoniam hi omnes, qui dicuntur naturaliter posside-  
 re, dicuntur etiam non possidere. Naturaliter possidere dicunt leges usumfructuarium, l.  
 naturaliter hoc sit. Eundem non possidere, l.  
 acquiritur §. ult. sup. sit. prox. Colonus  
 eum, apud quem res est deposita, vel  
 commodata, naturaliter possidere, ait  
 Julianus in l. 2. §. quod vulgo, inf. pro-  
 bærede, l. videamus, l. 2. §. si posses-  
 sionem, & ibi glos. sup. de usur. eodem ve-  
 rè non possidere affirmat Ulpianus in l. certè,  
 §. is qui inf. de usuc. idem Ulpianus hos  
 homines complectens in l. officium, vers. deni-  
 que ibi: quoniam bi omnes non possident ff.  
 de rei vendicat. Quare glos. in l. communi  
 dividendo §. neque, negat hos etiam na-  
 turaliter possidere, cum naturalis possesio ac-  
 cipitur, ut in divisione Joannis, quia hæc per-  
 sonæ, non sibi, sed aliis possident.  
<sup>19</sup> Quo nomine erravit Gomez qui hanc  
 naturalis possessionis speciem attulit, quam  
 clare ex legibus constaret possessionem non  
 esse. Idque de hac naturali possessione,  
 quod verè possesio non esset, diligenter  
 observat vir eruditus Joan. Pallador. lib.  
 1. Rer. Quotid. cap. 9. n. 10. Quamvis ejus  
 illatio, de qua infra dicendum erit, pro-  
 banda nullo modo sit. Interdum pos-  
 sesio naturalis consideratur, quasi veræ  
 possessionis materia, ut in bac l. 3. §.  
 Neratius: Neratius, & Proculus solo animo  
 non posse nos acquirere possessionem ajunt.  
 Hæc verba de possessione absoluta pronun-  
 ciantur, ut patet, sequitur, nisi antecedat  
 naturalis possesio. Hæc pertinent ad il-  
 lam apprehensionem, quæ corpore fit,  
 quæ per se possesio non est, quoniam  
 forma possessionis caret. Ad idem per-  
 tinent verba tex. in §. Nerva, hac ipsa  
 lege ibi: *Quatenus si velimus naturalem pos-*  
*sessionem nancisci possimus, corporalem ipsam*  
*apprehensionem significant.* Sic ergo na-  
 turalis possesio numquam pro vera, &  
 absoluta possessione usurpat: ac ita in-  
 telligi debet tex. in l. pupillus sup. sit.  
 prox. ibi: ac ne possessionem quidem, quæ est  
 naturalis, de possessione absoluta, quæ e-  
 tiam civilis dicitur, nihil dubii erat,  
 quoniam pupillus non potest animo eam amittere  
 l. possessionem inf. hoc sit. & sine ani-  
 mo non amittitur bac l. 3. §. in amitten-  
 da, quid ergo si pupillus fructuarius  
 fit

fit , vel precario rogaverit , vel rent comodatam acceperit , ita ut naturaliter possideat , nec quidem , Mart. ait , eam possessionem , quæ est naturalis , amittere potest , id est sua sponte , sua voluntate . Nam aliud est si facto dejiciatur . Sic ergo nomen naturalis possessionis ubique dicit impropietatem .

20 De secundo adjuncto , cum corporalis dicitur possessio ; idem appareat , Bartol. d. n. 8. & seq. corporalem possessionem accipit pro ea , quam Joannes , & communis sententia naturalem appellat , propter actum naturalem .

21 De hac adducit tex. in l. si id quod , §. ult. inf. eod. ubi Pomponius : Quod autem solo animo possidemus , queritur utrumne et usque possideamus , donec alius corpore ingressus sit , ut positor sit illius corporalis possessio , an vero , quod quasi magis probatur , usque et possideamus , donec revertentes nos aliquis repellat , aut nos ita animo desinamus possidere , quod suspicemur repelliri nos posse ab eo . qui ingressus sit possessionem , & videtur utilius esse . Hic plane est idem casus , qui habetur in l. clam §. qui ad nundinas hoc sit . Quare eadem explicatio pro repetita haberi debet , quam posui supra cap. i. n. 19 qua ex Connano dixi , clandestinum possessorem non esse possessorum , nec tum possidere quidem , qui clam possidet . Id quod evidentius probat hic locus , dum eam possessionem corporalem appellat , & magno quidem juris ministerio . Quia is , qui clam possidet , timet controversiam veri possessoris , & suspicatur se posse repelliri . Itaque non possidet animo , quoniam animus meticulous non valet ad possidendum , & vulgo dicimus meticulous non habere animum . Quare cum corpore non animo possideat , quis non videt hanc vere possessionem non esse , cum eam corpore , & animo consequi necesse sit bac l. in princ. Merito corporalis dicta , quia clam ingressus , non animo sed corpore possideat . Hoc sensu accipi corporalem possessionem , quo ve-

re possessio non est , probat l. quod servus inf. eod. Jabolenus ibi : Quod servus tuus ignorantie te vi possidet , id tu non possides , quoniam is , qui in tua potestate est , ignorantia tibi , non corporalem possessionem , sed justam potest acquirere . Hic servus non potest animo , & corpore domino possessionem acquirere , ut in causa peculiari , ut in bac l. in §. saltus , quoniam ea & juxta possessio est , id est sine

vi , & jure singulari nititur & peregrinum hoc sit . Cum vero per servum dominum acquiri potest , tunc dominus animo suo , & corpore servi possidet d. §. saltus ibi : Cœterum animo nostro corpore etiam alieno possidemus , sicut diximus per Colonum , & servum . Quare quod servus vi possidet , corpore quidem possidet , domino ignorantie non querit corporalem possessionem . Si ergo domino non queritur , cuius est illa corporalis possessio ? Si servi dicimus esse , statim consequitur veram non esse possessionem , quoniam ab alio possidetur , l. cum bæredes §. i. inf. eod. l. stipulatio ista §. bac quoque , inf. de verb. obligat . cum nullius animo constet haec possessio , ideo corporalis appellatur , non animo servi , quoniam valet ad acquirendam dominio possessionem solum in peculiari causa , non in alia d. §. saltus , d. §. questum , l. justo , §. ult. inf. de usucap . Non animo domini , quoniam ignorantis nullus consensus l. nec ignoras C. de donat . l. i. & 2. ff. de judic . consequitur ita uno , ut altero loco citra dubitationem , possessionem dici corporalem , quoniam non animi , sed corporis instrumento retineatur , primo ca- fu , quia animus meticulous non est aptus ad possidendum . Secundo , quia animus servi ad id non valet , & domini ignorantis nullus est animus , vel consensus . Ad idem 23 facit l. & habet §. i. inf. de prec . quatenus ibi precario rogans dicitur corpore possidere , qui cum possideat rem ut alienam citra domini affectum , animo sibi non possidet , sed ei , quem rogavit , corpore sibi possidet , quod possidere non est , dixi sup. c. 2. n. 52 . Quare corporalis possessio , vel hoc solo nomine possessio dicenda non est , quod animo non retineatur , sed solo corporis instrumento nitatur . Itaque verum est , neque naturalem , neque corporalem possessionem constituere possessionis speciem , quoniam vere neutra possessio est . Recte tamen intuenti differt naturalis a corporali , quia corporaliter possidens minus possidet , quoniam qui naturaliter , quoniam naturaliter possidens possidet alteri , si non sibi l. naturaliter , in fin. eod. at corporaliter possidens nec sibi , nec alteri possidet : non sibi , quia haec possessio non est , non alteri , quoniam non potest , ut in servo , vel non vult , ut in d. l. si id quod §. ult. Atque hoc modo admissa duplicitate possessionis facile esset etiam defendere Bartoli sententiam : Nam admissa communi opinione , quod possidet

O o sio

sio sit duplex, & ita quod naturalis sit species possessionis per se, consequitur esse etiam duplum, quoniam haec corporalis distinguuntur formaliter ab ipsa naturali. Quare vera esset sententia Bartoli haec tenus reprobata, quod vera differentia inter naturalem, & corporalem possessionem, ab omnibus, & forte ab ipso Bartolo ignorata sit. Ceterum nostra sententia est, neque naturalem, neque corporalem esse verè speciem possessionis, eodemque nomine & communem sententiam, & hanc Bartoli falsam esse; unam tamen ab altera nomine, quo supra, differre.

Superest ut de civili possessione dicamus.

*Bartolus, Soccinus, & omnes civilem*  
 24 *possessionem dictam opinantur justam, quam jus civile approbat. Quod si ita se habet, facile est deducere approbationem hanc non facere novam speciem possessionis, tum quia approbare, vel reprobare per se accidentia quidem sunt, quæ versantur circa possessionem in esse deductam, quod Soccinus latissime prosequitur, & in argumentum pro hac opinione deducit. Sed ego huic declarationi minime subscribo. Animadverto enim in legibus, cum incidit men-*

25 *tio civilis possessionis, duo observari oportere, primum, quod semper distinguitur ab ea naturali, quam paulo supra vere possessionem non esse probatum est, alterum significari possessionem absolutam. Utrumque deducitur ex LL.*

26 *prædictis. Primus, & apertior est locus in l. 2. §. quod vulgo, infr. pro bærede. Ait Julianus: Quod vulgo respondeatur causam possessionis neminem sibi mutare posse, sic accipiendum est, ut possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur. Similis in l. 1. §. dejicitur infr. de vi, & vi arm. Dejicitur is, qui possidet, sive naturaliter, sive civiliter possideat. Ad idem l. 3. §. ult. sup. ad exhiben. ibi: Sciendum est adversus possessorem bac actione agendum non solum cum, qui civiliter, sed etiam, qui naturaliter incumbat possessioni. Sic itaque civilis possessio non simpliciter appellatur, sed ad differentiam ejus possessionis naturalis, quæ verè possessio non est. Secundum est, civilem hanc pos-*

27 *sessionem, si removeas naturalis mentionem, non amplius civilem, sed absolute possessionem appellari, probat l. non*

28 *solum §. quod vulgo eff. de usuc. Ubi*

apud eundem Julianum scorno est de eadem juris regula, de qua in d. l. 2. §. quod vulgo inf. pro bærede, & sub eadem libro quadragesimo quarto digestorum utramque sententiam expressit. Ait igitur: quod vulgo respondeatur ipsum sibi causam possessionis mutare posse, ratione verum est, quocies quis sciret se bona fide non possidere, & lucrificandi causa inciperet possidere. Idque per bac probari posse. Si quis emerit fundum, sciens ab eo, cuius non erat, possidebit pro possessore; Sed si eundem a domino emerit, incipiet pro emptore possidere, nec videbitur sibi ipse causam possessionis mutasse.

Ratio patet ex superioribus, quia non facit id lucri faciendi causa. Sequitur: Idemque juris erit, etiam si a non domino emerit, cum existimat eum dominum esse; idem bic si a domino bæres institutus fuerit, vel bonorum ejus possessionem acceperit, incipiet fundum pro bærede possidere, hoc amplius, si justam causam habuerit existimandi se bæredem, vel bonorum possessorem domino extitisse, fundum pro bærede possidebit, nec causam possessionis sibi mutare videbitur.

Haec tenus locutus est Julianus de iis, qui verè possident, & civiliter, non de his, qui naturaliter. Sequitur:

Cum bæc recipiantur in ejus persona, qui possessionem habet, quanto magis in colona recipienda sunt, qui nec vivo, nec mortuo domino ullam possessionem habet.

Nescio, quo pacto clarius exprimere potuerit nihil aliud esse civiliter possidere, quam absolute, simpliciterque possidere; naturaliter autem possidere, nihil magis quam vere non possidere. Id certe si uterque locus jungatur, consequitur evidentissime.

29 Ait consequtur, quod *Bartolus in l. T. n. 8. attigisse visus est, & post eum Ripa n. 30. etiam mala fide possidentem, imo prædonem ipsum civiliter possidere, quod si ita est, ut mox probabo, patet etiam, nullum haec tenus intellexisse, quid civilis possessio esset ex iis, qui interpretantur possessionem approbatam a jure civili, ut justam, & bona fide, nam intelligere oportet approbatam pro vera possessione, id est quam jus civile agnoscit, ut veram possessionem, sive iusta, sive iniusta sit. Hoc autem conjunctis duobus superioribus §§. adhuc Julianus apertissime. Nam in l. 2. §. pro bærede, ponit regulam, neminem videlicet posse si-*

ba

bi mutare caussam possessionis, & eam pertinere tam ad civilem, quam ad naturalem possessionem in l. non solum §. quod vulgo, ait de eadem &c. Toties verum est, quoties, qui sciret se bona fide non possidere & lucrificandi caussa inciperet possidere. Ergo consequitur regula ex prima assertione habere locum in civili possessione, ex secunda non habere locum in possessore bonæ fidei, sed malæ, qui lucrificandi caussa id mutare præsumeret. Quare consequitur regulam pertinere quidem ad civilem possessionem, & civilem possessorem, sed malæ, non bonæ fidei. Igitur & bonæ fidei, & malæ fidei possessor civiliter possidet, id est in re civili possidere diffinitur. Imo in d. §. quod vulgo, ponit exemplum in eo, qui pro possesso posidet. Qui vero pro possesso possidet, prædo est, si Theophilus credimus in §. sequens Inst. de interd. comprehendit enim hæc appellatio quemcumque possessorem injustum, & ita prædonem quoque. Hic ergo etiam civiliter possidet. Si secus dicamus, videlicet eum civiliter possidere, qui justè possidet, non alium, & injustum possessorem pro civiliter possidente habendum non esse, statim sequitur falsam esse Juliani sententiam in d. l. 2. §. 1. regulam de non mutanda sibi caussa possessionis ad civilem possessionem pertinere; quoniam non pertinet ad eos, qui bona fide possident. Quid ergo hoc adjunctum præstet, liquere jam potest, videlicet possessionem dici civilem, quia jus civile eam diffiniat, esse possessionem agnoscat pro tali, quare vel possessionem simpliciter appellat, ut fere in toto hoc sit. vel cum civilem dicit, dicit ad differentiam naturalis, & ut adjunctum naturalis ad hoc ponitur, ut demonstret veram possessionem non esse, ita adjunctum civilis, ut demonstret veram possessionem esse nihil magis. Genus ergo possessionis detentio est, species sunt detinere rem ut suam, & affectu domini, & detinere ut alienam, & sine domini affectu. Prior detentio, quæ habet effectum domini, ut toties ex Theophilus deduxi possedit. Sequens non ita. At quia, & coloni, & usufructuarii possessionis verbo sæpe abutebantur, quinimo & prætor ipse, ut in l. 1. ff. de vi, & vi arm. in L. ult. ff. uti poss.

Ideò, ut vera possesio a non vera distinguatur, vera civilis dicta est, quia jus civile hanc possessionem appellat, non vera naturalis, quia jus civile eam non appellat simpliciter possessionem, sed addita abusus, & impro prietas nota. Ut hæc evidentius content, addo ubicumque fit mentio de ci vili possessione ita fieri, ut sine ullo discrimine justus, & injustus possessor comprehendantur, quoniam ex jure civili, quantum ad substantiam possessionis, uterque possidet. Præter l. 2. §. 1. inf. pro bænde, & hujus distinctionis mentio fit aliis in locis.

31 Primum in d. l. 3. §. ult. Ad exhibendum. Ait enim: Sciendum est adversus posses fore bac actione agendum non solum eum, qui civiliter, sed eum qui naturaliter incumbat possessioni. Ut vero demonstret quem intelligat naturaliter incumbere sequitur: Denique creditorem, qui pignori rem accepit ad exhibendum teneri placet. Tum Pomponius sequitur in l. 4. Nam & cum eo, apud quom deposita, vel cui comodata, vel locata res sit agi, potest. Hi omnes sunt, qui naturaliter tenent, non possident l. officio vers. denique supra de rei vend. & paulo ante latius probavi. Cum res ita se habeat pro civiliter incumbente possessioni, convenit haberi hoc in loco, non modo bonæ fidei possessorem, sed etiam malæ fidei, qui vere possessor sit, non naturalis detentor, quoniam par ratio facit, ut uterque ea actione teneatur, & malæ fidei possessor, nisi hoc nomine comprehendatur, omittetur eo loci, quem tamen propter malam fidem firmius teneri ratio postulat. Quare etiam ibi civilis possessor sic dicitur, ut prædo etiam significetur. Tum vero adnotandum est civilem possesorem in hac exhibendi materia non posse intelligi, qui solo animo possessionem retineat, altero possidente naturaliter, justa sensum communem l. clam §. qui ad nundinas inf. hoc sit. quia hic non haberet exhibendi facultatem, nisi recuperata naturali possessione, & ideo pro civili possesso intelligit quemcumque ita vere possidentem, qui rei exhibenda facultatem habeat, sive juste, sive injuste possidat. Secundò eandem distinctionem facit text. in d. l. 1. §. de jicitur, inf. de vi, & vi arm. De jicitur is, qui possidet, sive civiliter, sive naturaliter possidat. Nam & naturalis possesio ad hoc interdictum pertinet.

O o 2 Quæ.

Quenam sit naturalis possessio hactenus explicatum est, & vis illa verborum Nam & naturalis dubitandi rationem tacitam habet, quia naturalis possessio non est possessio. Sequitur: Denique et si maritus uxori donavit, eaque dejecta sit, poterit interdicto usi; Non tamen si colonus sit. Est quædam in his verbis obscuritas, nam insinuare videntur uxorem, cui vir donavit, & tradidit naturalem, non civilem habere possessionem, quia colono comparari videatur, quod male adversus Bartolum Ripa in d. l. n. 22. adnotavit. Quod confirmari videtur ex l. si cum, qui sup. de donat. inter vir. & uxor. ibi quia licet illa jure civili possidere non intelligatur, certè tamen vendor nihil habet, quod tradat. Hinc communiter adnotarunt in l. i. §. si vir sup. hoc sit. naturalem transferri, non civilem. Sed errant in iis omnibus locis appellando naturalem, quod Jureconsulti de industria videntur omisisse, qui pro naturali possessione eam intelligunt, quæ vere possessio non sit. Ad tex. in §. dejicitur, animadvertisendum est, Jurisconsultum promittere illud interdictum, & civiliter, & naturaliter possidenti competere. Dubitari poterat, & de civili, & de naturali possessione in quibusdam casibus ob separatas rationes. Neque colonum uxori comparat. De civili dubitari poterat, an hoc interdictum reddendum esset solum bona fide possidenti, an etiam mala fide, & lege resistente. Ut in civili possessione intelligemus bonæ, vel malæ fidei, justæ, vel injustæ possessionis rationem habendam non esse, ponit uxoris exemplum. Dubitari de uxore poterat, quia cum Lege resistente possideres d. §. si vir. & tot. tit. ff. de donat. inter vir., & l. quod uxor inf. hoc sit. vim legi quodammodo videretur inferre. Contrarium deciditur, quoniam civiliter possidet, id est jus civile diffinit veram ejus possessionem, ut prædonis, vel alterius cuiuslibet malæ fidei possessoris. Etiam circa naturalem possessionem dubitari poterat, ideo, ut pronunciatum de civili, & naturali possessione, utriusque possessionis adducto exemplo, declararet, sequitur: Non tamen si colonus sit. Quo dicendi modo vult colonum solum excludere, quia colono dejecto, interdictum domino redditur, non colono, l. ult. eod. tit. & alios naturaliter possidentes admittere. Nam fructuario, & usuario redditur interdictum d. l. 3. §. 33 pertinet autem. Quinimo colono, quod notatu dignum est, ex improbitate sua competrere quandoque poterit. Quid si domi-

num non admiserit, sed vi dejecterit, ipseque postea ab alio dejectus sit, adversus hunc dejectorem colono interdictum competit l. colonus l. cum fundum eod. tit. an propter naturalem possessionem, quam habebat, antequam dominum dejeclset? minime, quia non colono, sed domino redderetur d. l. ult. Sed quia ubi dominum deject, statim desiit naturaliter possidere, quod erat non possidere, & absolutè, ac simpliciter possidere cœpit, quod est civiliter possidere, eo videlicet modo, quo jure civili quis possidere non autem naturaliter tenere diffinitur. Quod dicitur in l. si 34 eum qui ff. de donat. inter vir., & uxor. ne jure civili uxor possidere intelligatur, non eo pertinet, ut solum jure naturali possideat. Nam & jus naturale resistit, jubens, ut patriz, & ita patriis legibus obtemperemus, l. veluti ff. de just. & jur. Possidet mulier pro possesso, l. quod uxor, inf. hoc sit. quod nihil aliud est, quam integrum substantiam possessionis habere. Sed quia regula juris civilis statuit: Ne videatur possessionem adeptus, qui ita nactus est, ut retinere non posse l. non videtur inf. hoc sit. Hoc nihil aliud est dicere, quam viro volente quandocumque recuperare possessionem, eam jure civili minime defendi; sic alia regula cavetur, si quis vi dejectus sit, perinde haberi debere, ac si possideret, l. si quis vi, infra hoc sit. quoniam interdicto de vi recuperandas possessionis habet facultatem. Hæ regulæ non pertinent ad possessionis formam, sive substantiam, sed ad exitum, quoniam prompta sunt remedia juris ad eam possessionem revocandam. Quæstio nostra ad formam & essentiam possessionis pertinet. Hinc apparet possessionem, quamvis origine sua naturalis sit, ut ab illa impropria naturali distingatur, & jura civilia, quando de vera possessione loquuntur intelligantur appellari civilem. Hinc post Bartolum, Alexandrum, & Jasonem in l. stipulatio ista §. hoc quoque ff. de verborum obligat. & Rom. in §. precedenti bujus l. n. 4. recte consuluit Laderch. cons. 64. n. 6. quoties statutum, vel proclama facit simpliciter mentionem de possessione, de civili accipiedum esse. Id omne, quod 35 per modum præludii deductum est, facile hoc modo convertitur in argumentum. Naturalis seu corporalis possessio, possessio non est; At possessio absoluta, quæ verè possessio est, & civilis possessio eadem est, quia non alia ratione civilis dicitur, quam ut a naturali distinguantur, quæ verè possessio non est: ergo

ergo unica, non autem duplex. Secundo eadem sententia probari videtur ex §. 36 genera, bac l. 3. Ait Paulus genera possessorum esse sunt quae causa acquirendi ejus, quod nostrum non sit; velut pro emprese, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxa dedito, pro sua. Si ut in his, quae terra marique, vel ex bestiis capimus, vel quae opsi, ut in rerum natura essent, fecimus, & in summa magis est unum genus possidendi species infinite. Hactenus constat non dividi possessionem in naturalem, & civilem, & divisio non sumitur ex eo, quod respicit essentiam possessionis, sed ex causa acquirendi, quae extra possessionis formam, vel 37 substantiam considerantur. Cavendum tamen est in l. 1. a Bartolo, Soscino, & Ripa n. 28. qui possessionem pro dote pro herede accipiunt, tamquam individua, 38 eo argumento, quod apud nostros genus pro specie, species pro individuo ponantur, ut de genere dixit Bartulus in l. legato generaliter §. 1. ff. de legatis primo, & est glos. in l. 2. §. 1. ff. si cert. pot. not. in l. ult. §. ult. ff. de fund. instr. vel instr. leg. Nam, quae prius genera dixit Paulus, mox species appellat. At species ita expressa, ut ei nomen generis convenire posit, numquam pro individuo est accipienda. Sequitur textus *Vel etiame posset dividendi possessionis genus in duas species ex possidente, aut bona fide, aut non bona fide.* Hac etiam divisio non est sumpta ex differentia specifica, quod optime 39. Soccinus animadvertisit, nam bona vel mala fides ex animo pendent, & scientiam, vel ignorantiam rei alienaz, non factum possidendi respiciunt, & tam bona, quam mala fides facti est l. bona fidei sup. de acquirendo verum dominio, unde non potest effici possesio, quae juris sit. Tum bona, vel mala fide possidere nihil aliud præstat, quam justè, vel injustè possidere: hoc autem quantum ad summam possessionis parum refert, ut in hoc textu. Si enim differentiam specificam induceret, non parum, sed multum referre Paulus dixisset. Quare cum hic Paulus divisionem possessionis, qua potest diligentia, requirat, nec assignet communem illam, quod alia sit naturalis, alia civilis, consequitur eam non esse divisionem verae possessionis, sed rationem distinguendi veram possessionem ab illa abusiva, & impropraria possessione. Nec moveatur quispiam, quod hic unum genus, & duas species dicens, videatur sentire alteram ab al-

40 tera specie differre. Genus enim, & species, non semper usurpantur in significacione dialectica. Ut enim dicimus genus aliquod hominum, ut apud Virgilium. Quod genus hoc hominum, quae re sententia verit. Quod observat Bellonus in §. qua ratione Inst. de pupilli. subst. ad intellectum l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupillar. & probat ex l. Tbaies ff. de fidicommis. lib. Tum Justinianus de donat. 41 in prin. duo proponit donationum genera mortis caussa, & non mortis caussa, cum tamen apud omnes constet mortis caussa donationem non esse propriæ donationis speciem, & sic sumit divisionem ex accidenti; quare debemus inspicere, quod in re est, non autem quod in aspectu verborum l. 3. C. de lib. præt. l. 1. ff. de reg. Cat. Non est ergo vera divisio in civilem, & naturalem, alioquin vel a Paulo ignorata, vel cum virtio in propria sede prætermissa, vel non alia, quam justè & injusti, bonæ, vel male fidei ratione consistens; ergo vel talis divisio non est, vel est ab accidenti, non a forma specifica. Hæc inferunt unicam, non duplarem esse. Tertio induco textum hunc, in quo, aut Paulus 42 deficit omnino, aut non sunt duæ possessionis species, ita ut duo in solidum vere ob id eandem rem possidere possint, quia uterque verè possideat, sed diversa specie possidendi. Cum enim accuratè admodum explicare conetur, quomodo verum sit duos in solidum possidere non posse, si verum esset, quod nostri contendunt, duplarem esse possessionem naturalem, & civilem, & quod eandem rem alter naturaliter, alter civiliter possidere possunt, perperam Paulus in Sabini, Trebatii, & Labeonis sententiam examinandum diligenter, hanc prætermisisset. At verè non alia ratione omisit, quam quia naturalis possesio apud Jurisconsultos vere possesio non esset. Tuna si hic textus, ut ad 43 notavi, probat possessionem facti esse, consequitur etiam esse unicam, quia ut facti est, nemo est, qui dividat in naturalem, & civilem. Hanc divisionem faciunt, qui contendunt juris esse, non facti. Tandem si conjungatur hic text. cum §. genera, plusquam vero simile fit veram possessionem, si specificè divideretur in naturalem, & civilem a Paulo, vel altero factem loco, si non utroque hujus divisionis mentionem cum fuisset facturum. Alia plura ex hoc text. desumuntur argumenta, quae restulæ supra c. i. n. 25. quæ hic pro repetitis haberi volo.

Quar.

44 Quartò, quia nostri civilem dicunt, quam animo retinemus, ut in l. licet C. eod. in d. l. clam §. qui ad nundinas in l. si id quod §. ult. ostenditur hac ratione verè non dividi possessionem, & sive corpore, et animo, sive solo animo retinetur, eadem esse possessionem insinuant plura. Primum d. l. licet ibi: *Licet possessio nudo animo acquiri non possit, tamen solo animo retineri potest. Acquisitio, & retentio de eadē possessione dicuntur.*

47 Secundò in l. i. §. sive autem in fin. inf. de vi, & vi arm. ibi: *Ademisti enim ei possessionem, quam anima retinebat, et si non corpore. Sic animus, & corpus de una, eademque possessione dicuntur.* Ter-

48 tio ad idem facit l. qui bona §. primo inf. eod. ubi dicitur: *quod scriptum est apud veteres, neminem sibi caussam possessionis posse mutare, credibile est de eo cogitatum, qui & animo, & corpore possessioni incumbens hoc solum statuit, ut alia ex caussa id possideret.* Et sic eandem numero vult esse possessionem, quæ animo, & corpore retinetur. Quartò ad idem per-

49 tinet l. qui universas §. quod per colo-

50 num inf. eod. ibi: *Retinere animo possessionem possumus, adipisci non possumus;* Nam de eadem possessione dicuntur. Apparet ergo non mutari possessionis speciem, quia quis corpore de possessione recedat, solo que animo retinere incipiat, & ideo perperam Joannem, & alios, qui eum sequuntur hinc deducere divisionem in civilem, & naturalem possessionem. Quintò suadetur haec opinio, quia cum iura loquantur de acquirenda, vel retinenda, vel amittenda possessione, ita plane loquuntur, ut insinuent possessionem unam esse, non duplē l. i. §. item acquirimus l. 3. §. in amittenda l. clam §. qui ad nundinas l. si id quod §. ult. inf. eod. Plus quam verosimile est, si duplex esset verè & formaliter distincta, hujus distinctionis aliquam traditam esse rationem, cum appareat numquam ita distingui, ut vera possessio ab alia similiter vera possessione secernatur, consequitur ubique possessionem absolute appellari, ut unam. Hinc constat damnandam esse sententiam Jacobi Butriga-

51 rii in l. licet C. eod. existimantis, quod quando possessio est penes unum corpore, & animo, vel animo etiam solo retinentem, unica sit possessio in substantia, sed quando est penes duos,

sint duas possessiones distinctæ, quam se- qui videtur Molina de just. & jur. tract. 2. disp. 12. Nam communiter reprobari testatur Gomez. in d. l. 45. Tauri n. 19. in fin. Et falso nititur assumpto, quod vere ejusdem rei vera possessio penes duos in so- lidum esse non queat, nam cum proba- verim, & facti esse, & unicam, statim consequitur ex regula hujus §. penes duos reperiri non posse. Præter quam quod, si duplex esset, ut contendunt, specie for- maliter distincta, non esset facile conce- dendum naturalem unitam cum civili in unam speciem converti. Non enim natura patitur, ut ejusdem generis species ita confun- dantur, & per hanc confusionem in aliam spe- ciem transeant. Nec jus etiam patitur, quod naturam imitatur §. minorem natu Inst. de 52 adopt. Hinc etiam constat Joannem Palla- dorium d. lib. 1. Rerum quotid. c. 9. n. 10. quatenus sentit in jure civili naturalem posse- sionem pro non possessione usurpari, recte qui- dem sentire, nam qui naturaliter possidere di- cuntur. in l. communi §. neque ff. com. divid. in l. videamus §. si possessionem ff. de usur. in l. 2. §. quod vulgo inf. pro herede in l. naturaliter hoc sit. iidem dicuntur non possi- dere l. certe inf. Precar. l. officium sup. de rei vend. l. non solum §. quod vulgo inf. de usuca. l. Celsus §. Julianus juncta l. 3. §. ult. ff. ad exhib. l. acquiritur in fin. sup. sit. prox. Sed quatenus sentire videtur hanc, quam civilem dicimus, civilem dici qua- si juris, & quasi justam, id est ap- probatam a jure civili admittendum non est, quoniam & sui origine est natu- ralis, & ante jus civile possessio erat, & quamvis injusta sit, non eo minus civilis est, quia non alia ratione civilis dicitur, quam quod ex omnibus de- tentionibus hanc solam jus civile posses- sionem appellat, de qua cum per se loquitur non autem ad differentiam alia- rum detentionum, non aliter, quam simpliciter possessionem appellat, & sine ullo adjuncto. His ita diffinitis satis etiam soluta videri possunt argumenta pro communi sententia superius adducta. Sed illis etiam singulariter satisfacere facile erit. Non obstat primum argumentum ex l. clam §. qui ad nundinas, inf. eod. quia communis ad illum §. intellectus nititur hac distinctione possessionis, quam non probo, & ideo ille §. debet de- clarari præter communem, ut declaravi c. l. n. 19. & hoc ipso c. n. 21. Ad secun-

secundum sumptum ex l. naturalior inf. eod. facilior solutio patet, quia illa naturalis possessio usufructarii vere non est possessio, ut sup. n. 18. demonstratum est. Ad tertium sumptum ex l. quemadmodum inf. eod. respondetur cum Soccina, quod ea verba *nulla possessio* obtinent locum in pluribus differentibus in accidenti, non in forma juxta sex. in §. genera bac l. id est nulla sine iusta, siue iusta sit, non tamen sequitur species esse plures. Ad quartum d. l. T. §. dejicitur inf. de vi, & vi arm. respondeo, declarando sex. ut sup. n. 32. sum us n. 13. dicendo naturalem possessionem vere possessionem non esse. Ad quintum d. l. 3. §. ult. ad exhib. eadem solutio accommodari debet, & intelligi, ut n. 31. Ad sextum ex l. & habet. §. 1. infra de precario, respondeo quod is, qui rogavit, eo quia corpore non animo possidet, vere non possidet, & declaravi n. 23. Ad septimum ex l. nemo ambigit C. eodem respondeo, quod illa verba *duplicem esse rationem* non denotant speciem, sed qualitatem, & considerationem, & non est questio ibi, quid sit possessio, sed qualis, ut sup. c. 5. n. 26. latissime declaravi. Tum addo, quod illa verba indicant unam esse possessionem, de qua duplex ratio considerandi praedicatur, ut si quis dicat de quacumque re, hujus rei duplex est ratio, unam rem esse ostendit, nec rem distinguit, sed rationem circa rem. Ad octavum, quod quedam possessio producat usucaptionis effectum, quedam non Soccinus in d. l. 1. respondet, & recte, quod parere, vel non parere hunc effectum, illicine pendet an iusta, vel iusta sit, quod non constituit speciem possessionis diversam, ut in hoc textu & ideo falsa consequentia, quoniam effectus ab accidenti, ut a forma produci possunt, & consequenter effectus varii, ita varia accidentia, ut varias formas, ut caussas agnoscere possunt, quare non probat hoc esse, quod contingit

abesse, l. non hoc C. unde leg. cum sim. Hoc nomine errat Bartolus in d. l. 1. n. 7. Qui putavit diversos effectus ostendere species esse diversas. Nonum argumentum est idem cum primo sumpto ex l. clam §. qui ad nundinas bac sit. eadem species in l. si id quod §. ult. inf. eod. eadem igitur solvendi ratio; tunc declarandus est ille §. ult. ut sup. n. 21. nam quatenus loquuntur de corporali possessione, ibi probavi eam vere possessionem non esse. Decimum similiter non obstat, quia etiam si naturalis possessio presupponat civilem, ab ea distinguitur, ut non vera species possessionis, ut in solutione ad quartum argumentum. Undecimum ex l. 2. §. quod vulgo, infr. pro. bærede simili ratione tollitur quatenus ibi distinguit naturalem a civili possessione, quoniam claram est naturalem ad eos referri, qui vere non possident, & explicandus est ille locus, ut sup. n. 26. Ex his satis liquere arbitror possessionem facti non juris esse, unicam, non duplcam, & civilem possessionem nihil plus continere, quam possessionem absolutam, illa tamen nota distingui a non vera possessione. Non tamen putet quae communies, receptaque traditiones exerciti, sed hac disputatione temperari, ac perfici. Concedo enim considerari possessionem, ut civilem, ut naturalem, ut corporalem, sed moneo solum civilem esse veram possessionem, non tamen naturalis, & civilis effectibus carent, de his enim consentio cum nostris non invitus. Sic ratione accidentium, quae circa possessionem contingunt, atque versantur, aliam plus juris, aliam plus facti, aliam utriusque adæquatam communionem retinere, non repugno. Adstruo solum has omnes esse differentias accidentium, non formæ, & propter varios effectus, quos pariunt notatu dignos, veram substantiam exhibere contenerem, quae jam dilucide patere videtur.

*Deo bono, & gloria.*

F I N I S

AD

300  
AD CATONEM  
DE DIVIDUIS  
ET INDIVIDUIS  
*TRAECOGNITIONUM LIBELLUS*  
ALFONSO BRANCACCIO  
PATRITIO NEAPOLITANO J. C.



*I*XISTI sèpius, & alios dicentes au-  
disti, præludiis, quæ Neapoli ad sen-  
tentium Catonis de Dividuis, & In-  
dividuis aperiendam scripsi, ejusdem  
materiæ difficultatem, quæ maxima  
est, maxima etiam ex parte explanari, atque re-  
moveri. Dum hæc velut ab amicis desiderata in lu-  
cem prodeunt, Tuo nomine ea præcipue ratione de-  
corare constitui, quod inter discipulos quos floren-  
tissima Neapolitana Academia undecim annorum spa-  
tio mihi erudiendos obtulit, aut alium, quem magis  
dilexerim, aut à quo me magis diligenterim, præter  
te habui neminem. Tuæ nobilitatis, tuorumque Pa-  
rentum argumenta, quamvis præclara certè sint, huic  
uno, quod à mutua bencvolentia, tuorumque morum  
suavitate ducitur, cedere compelluntur. Eo igitur  
libellum hunc excipe animo, quo tibi dicatur. Id mihi  
satis. Vale. Dat. Senis Kal. Augusti Anno 1604.

*Ad*

# Ad Catonem de dividuis, & individuis Præcognitionum libellus.

- 1 Stipulationum prima divisio, quod quedam in dando, quedam in faciendo consistunt.
- 2 Non factum est factum negativum, & ideo venit appellatione facti.
- 3 Jasonis error dicentis, stipulationem, per se non fieri, continere factum affirmativum.
- 4 Stipulationum secunda divisio, quedam partium præstationem recipiunt, quedam non, male subdivisio a Zasio nuncupata.
- 5 Dividui, & individui nomen unde.
- 6 Dividuum, & individuum quid.
- 7 Partes aliae dirisæ, aliae indivisæ explicantur subiectis exemplis.
- 8 Individui exempla.
- 9 Servitutes quare individua.
- 10 Baldi bac de re opinio reprobata.
- 11 Dividui, & individui divisio ex aliorum sententia.
- 12 De eadem re sententia authoris, ut individuum omne sit vel per se tale, vel per accidens.



*Sulus lib. 12. ad Sabinum duas magistrales stipulationum divisiones proponit, alteram facilem, alteram difficultissimam. Facilis ea est, quod stipulatio quedam in dando, quedam*

*in faciendo consistat. Nam hæc detumitur a rebus ipsis, quæ in stipulatum quotidie deducuntur, & absoluta est, si tamen intelligamus facti appellatione etiam non factum contineri.*

- 2 Non factum autem Bartolus in l. naturalis 3. oppos. ff. de prescrip. verb. appellat factum negativum, quod in hac materia etiam usurpat Egu. Baro. Aserit autem Bartolus, quem sequitur Ruy. hic n. 3. in l. lec. factum generice sumptum dividi in factum affirmativum, & negativum, quod idem est ac si dividatur in factum, & non factum, quod probat per l. 59. in facto ff. de cond. & demon. Ubi conditio, ne fiat, dicitur in facto consistere. Ad idem facit l. 189. facere ff. de verbos. significat. l. 164. qui non facit ff. de regul. jur. l. 4. in fraudem ff. que in fraud. credit. & in l. 2. ff. item, & si in facto sup. eod. ubi clausula illa, per te non fieri, factum dicitur continere, quamquam in exemplo stipulationis, per te non fieri, dissentiat Jason. n. 4. 3 dicens in effectu continere factum affirmativum; ut liceat ire, sed fallitur, quia non

hoc promittitur, sed non fieri aliquid. Subiectum ergo stipulationis, sive materia, unde hæc divisio desumitur, tota in facto, vel datione consistit. Hanc divisionem similiter intuemur in ipsa verborum obligatione, quæ stipulationis est effectus, quia obligatio omnis, tum etiam actio, qua in periodam agimus, hoc unum intendit, videlicet adversarium obligatum esse nobis aliquid dare, vel facere, q. i. Inst. de act. & ita actio & obligatio ex toto tamquam effectus suæ causæ respondent.

- 4 Altera divisio, quæ ad nostram materiam pertinet, & cui Catonis diffinitio velut conjunctissima ab eodem Paulo subiecta est, ex rebus, quæ in stipulatum deducuntur, similiter desumitur, & est ejusmodi, quod rerum omnium, quæ in stipulationem venire queunt, quedam partium præstationem recipiunt, quedam vero non. Quatenus dicit, & barum omnium, ostendit hanc esse per se divisionem, non autem subdivisionem, ut male Zasius censuit. Per modum subdivisionis tertium caput subnequitur ibi.

Quædam partis quidem dationem natura sui recipiunt, sed nisi tota dentur, stipulationi satis non fit, veluti cum hominem generaliter &c. Huic enim membro per modum subdivisionis illud opponitur, quod quedam & dationem per partes sui natura recipient, & per ejusmodi dationem stipulationi satisfiant. Ex hac divisione, & subdivisione tota dividui, & individui tractatio promania,

P p

nat,

nat , quæ quoniam difficillima est , & etiam speciosissima , non illotis manibus , sed aliqua præstatione facta exemplo *Caii in l. 1. ff. de orig. jur. exponenda* est .

Itaque dicendum prius arbitror , unde fluxerit dividui , & individui nomen , quoniam ex præcepto *Ulpiani in l. 1. ff. de just.* & *jur. quæstio nominis rei quæstionem præcedere* debet . Secundò quid utrumque sit . Tertiò quotplex . Hæc præludiorum loco satis de nominis origine *Eug. Baro in tractatu de dividuis, & individuis c. 5.* ita sentit , ut dividuum dicatur , quasi in duitatem divisum ar. *l. 242. malum §. viduam ff. de verbor. significat.* ubi dicitur : *Viduam non solus eam , que aliquando nupta fuisset , sed eam quoque mulierem , que virum non habuisset appellari ait Labeo , quia vidua sic dicta est , quasi vecors , vesanus , qui sine corde , aut sanitate esset , similiter viduam esse dictam sine duitate .* Et quamquam eam viduæ notationem *Alciatus ibi reprehendat* , quantum ad rem nostram pertinet , cum *Barone* consentit , duitatem separationem quandam significare ex antiquissimo verbo *iduare* , quod separare significat , unde & verbum dividere , effluxisse creditur , ex quo proxime dividuum , & individuum deducuntur . Quare dividuum idem , quod separabile esse videtur , inspecta nominis origine . Sed 6 quæramus rei diffinitionem . Dividuum esse detur , quod sui natura partium præstationem recipit . Hæc diffinition sumitur ex verbis *Pauli in d. l. 2. §. 1. sup. eod. ibi.* Quædam partis quidem dationem natura sui recipiunt . Contra individuum erit , quod sui natura divisionem non admittit , ut eodem *Paulo* placet . Ut verò harum diffinitionum verum assequamur intellectum , & ratione , & exemplis illustrandæ sunt . Ratio , ex qua veritas diffinitionum maxime patet , ex eo deducitur , quod omne dividuum , si actu dividatur , ut est potentia divisibile , in alias partes dividatur necesse est . Sic individuum , quatenus dividi non potest , divisionem in quascumque partes negat . Partes 7 autem , quæ positæ , vel negatae individuum , vel dividuum constituant , sunt in duplice differentia ; Aliæ enim appellantur partes divisæ , aliæ partes indivisæ . Probat *Papinianus in l. 5. ff. de usuf. inquiens: Usufructus & ab initio pro parte indivisa , vel divisa constitui , & legitimo tempore similiter amitti , eademque ratione per legem Falcidiam minui potest .* Pars divisa ea est , quæ cor-

poraliter sic divisa est , ut non tantum intellectu , sed oculis percipi possit . Pars indivisa per contrarium ea est , quæ non oculis cernitur , sed intellectu percipitur . Quod perbelle probat *Ulpianus in l. 5. ff. de stip. serv.* ait ille : *Servus communis sio omnium est , non quasi singulorum totus , sed pro partibus utique indivisis , ut intellectu magis partes babeant , quam corpore .* Et sic pars divisa corporalis est in usufructu , ut si ita dividatur prædium fruendum inter *Titum* , & *Mævium* , ut *Titius* fruatur parte inferiori , *Mævius* superiori . Nam utraque pars cerni potest , & altera ab altera oculis corporeis secerni , & non est idem corpus . Sed si ejusdem fundi ususfructus legatus duobus sit , partes indivisas habent , quia quilibet eorum in qualibet parte habet partem , sic sanè ab initio indivisæ sunt partes hæreditariæ *l. 2. C. de hered. act.* Quo stante dum diffinit dividuum esse , quod sui natura partium præstationem recipit , intelligo sive divisæ , sive indivisæ partes præstari queant . Cum dico individuum , quod sui natura divisionem non admittit , intelligo non admittere , nec in partes divisas , nec in partes indivisæ .

Quod patet esse ad mentem *Pauli* , dum ait hominem sui natura divisionem admittere , quia non admittit divisionem in partes divisas , quoniam hæc divisio corrumperet formam & subjectum , secundum *Baldum in l. se plures n. 16. C. de cond. inser.* quare sequitur dividi in partes indivisas , & intellectuales *d. l. 5. ff. de usuf. & l. 5. ff. de stip. serv.*

Ergo sufficit aliquid dividi in partes indivisas , ut sui natura , & ita proprie dicatur , dividuum . Cui consequens est , illud sui natura individuum esse , quod in neutras partes dividi possit . Quod *Paulus* ait *sui natura* , ad naturam legalem referendum est in utraque diffinitione . Ratio est , quia *Stichus* , & *Pampphilus* , qui naturaliter sunt individua quædam , nempe de quibus prædicantur species specialissimæ , in materia nostra divisionem admittunt *d. l. 2. §. 1. & l. 5. ff. de stip. serv.* Quid ergo consideratur dividuum , vel individuum inspecta natura legali , quæ quidem determinatur ab usu ? Ut quæ sic dividi possint , ut divisa alicui usui futura sint , dividua appellantur , individua vero , quorum nullus in partes usus esse potest . Ratio ex eo desumitur , quia jus nostrum totum consistit in acquirendo , minuendo , vel conservando *l. ult. ff. de legibus*

**bus.** *Stichus* ideo dividuu est , quia potest acquiri , amitti , & retineri pro parte licet indivisa . Sed jam proponamus exempla , quibus hæc omnia apertiora reddantur . Dividuum in partes divisas verificatur in omnibus pondere , numero , & mensura consistentibus . Quia eorum omnium eadem ratio est ; & ideo *Pautus* proponit exemplum , veluti cum decem dari stipulamur . Quare si promissor , vel stipulator duos relinquat hæredes , quisque eorum , aut ager , aut convenietur in quaque . Igitur quantitas omnis , seu potius res omnis in quantitate consistens dividua est , & pondere , numero , aut mensura dividi potest .

**Corpus** etiam hoc argumento dividi potest , puta fundus , ager , fiet enim divisio per jura & mensuras pro more cujusque regionis . Sed hæc divisio fit intuitu quantitatis , quoties corpus consideratur ut quantum , secus si consideretur , ut species . Speciem intelligo eam , quam dialectici individuum appellant , juxta not . per *Bar.* in l. ult . §. ult . ff. de fund. inf . Qua ratione dixit *Ulpianus* in l. quæsumus §. si quis eodem ff. de fund. instr . Si non appetet cui agro pater familiæ instrumentum destinasset , si in plurimis utebatur , nullius instrumento cedere . Neque enim , is inquit , pro parte dividimus instrumentum . Consideratum enim instrumentum , ut species , non potest partes habere divisas , quia corrumperetur . Quem locum notat ibi *Albericus* contra judices ignaros , qui secundum sententiam glof. in l. *Nesennius* ff. de nego. gest . rem pro medio dividunt , qua de re scripti in lib. singulari ad l. non puta ff. de jure fisc .

Et hic locus pertinet ad divisionem in partes divisas . Exemplum dividui in partes indivisas est *Stichus* , ut d. l. 2. §. l. & l. 5. ff. de stip. serv .

8 Exempla individui tam in d. §. 1. tum in hoc ipso §. *Cato* , tum in l. *Stipulationes* non dividuntur infra eodem ponuntur servitutes prædiorum . Et servitutes propriè , & absolute individuae sunt , quoniam neque in partes divisas , neque in partes indivisas dividi possunt . Neque vero per partes acquiri , aut imponi possunt l. 13. fundus ff. de serv. rust. præd. nec etiam per partes amitti , quod adeo verum est , ut per usum partis rei tota servitus retineatur l. una est . vix 18. ff. de serv. rust. præd. ibi :

Et magis est , ut aut tota amittatur , aut tota retineatur , ideoque si nullo modo usus , ta-

men tota amittitur , si vel uno tota servatur .

9 Et quidem si queramus , quamobrem servitutes sint absolute individuae , credo eam posse afferri rationem , quod nullus sit earum usus per partes arg. l. usus pars ff. de usu , & habit. ibi :

*Usus pars legari non potest , nam frui quidem pro parte possumus , uti autem pro parte non possumus . Differentia rationem infra investigabimus .*

Interim illud satis perspicue probat hic tex-  
tus , quoniam usus harum servitutum divi-  
di per partes non potest , eas censeri indivi-  
duas , & *Bartolus* quidem in d. l. usus , ait  
servitutem usus esse essentialiter individuam ,  
qua in re cum *Baldo* contentit in d. l. si  
plures n. 12. C. de cond. inser . dum diffinit  
individuum illud esse , cuius essentia impar-  
tibilis sit , & ibi circumscribens individui-  
tatem servitutum ait , hanc individuitatem  
sui natura talem esse , ut per partes ad nul-  
lum finem tendat , vel proficiat . Et recte  
10 hucusque , ut mihi videtur , *Baldus* , sed  
cum ponit exemplum itineris , dicens , si  
dividatur iter , remanet ejus locus adeo ar-  
etus , ut ad nullum sit usum : si dividatur  
via , quæ latior est , corrumpetur species  
viae , & transibit in formam itineris l. si  
tam angusti ff. de servit . ubi notat *Bartolus* ,  
tamquam speciale quoddam in materia servi-  
tutum , quod si non valet , quod ago , ut  
ago , valet , ut valere potest , contra regulam  
l. ult. C. de codicill. & l. 1. ff. eod . Hoc apud  
me non divisionem , sed restrictionem signifi-  
cat , ut verbum angusti in ea lege insinuat .  
Et hæc restrictio , sive angustia respicit prin-  
cipaliter locum , secundario jus servitutis ibi :  
*Si tam angusti loci &c.*

Quare locus magis restringitur , quam divida-  
tur . Verum est igitur , nec intellectu qui-  
dem comprehendendi quomodo servitus divida-  
tur , quia si divideretur , intellectu dividere-  
tur in partes indivisas , & in portiones  
hæreditarias arg. d. l. 5. ff. de stip. serv.  
quod est contra l. 2. §. ex his sup. eod .  
Servitutes sunt jus eundi , agendi , & simi-  
litum . Jus significat legitimam quandam fa-  
cultatem . Lex vero , quæ naturam imita-  
tur §. minorem natu Inst. de adopt. nihil  
facit frustra , sicut nec natura , ut per Aristotelem 7. de Cœlo . Hinc circuitus inutiles  
refelluntur l. dominus testamento ff. de cond.  
indeb . Hæc autem facultas divisa frustra esset ,  
nam si per fundum Cornelianum ad fundum  
Tusculanum jus eundi sit mihi constitutum ,

si medio itinere factō amplius non sit facultas eundi, frustra facultas erit, quia non possum ire pro parte, aut agere, aut etiam jumentum ducere. Hinc factum est, ut hæc servitutum jura individua constituta sint, quoniam alias nullus eorum foret usus: Et ita sentio.

**I**I Circa divisionem dividui, & individui, varii varia dixerunt; *Bartolus* triplex individuum constituit hic n. 1. nempe contractū, obligatione, solutione *Rip.* n. 3. & 4. quædam ait naturaliter, quædam legaliter, quædam mixtim esse individua. *Socinus junior* n. 2. ait omnem divisionem fieri in partes, aut multiplicativas, sive quotitativas, aut legales, aut discretas. Sed hoc non est constituere species dividui, sed partes, quæ, ut diximus non aliæ sunt, quæ aut divisæ, aut indivisiæ. *Gasp. Gab.* in tract. divid. p. 3. n. 52. colligit divisionem generis in species divisione partium hoc modo. Ut dividuum duplex sit, aliud in partes divisas, aliud in partes indivisas. Individuum similiter aliud, quod in partes divisas, aliud quod in partes indivisas dividi non possit. Et ita dividuum in partes divisas multo magis in partes indivisas dividuum erit. Individuum in partes indivisas, multo magis in partes divisas erit individuum.

Hæc divisio licet aures demulceat & mihi quandoque placuerit, nunc probari aliquo pacto non potest. Primum quia quod in partes divisas dividuum non est, si tamen in partes indivisas dividi possit, ut *Stichus* dicitur sui natura divisionem recipere d. l. 2. §. 1. sup. eod. Quare non debet individuum appellari, quod lex sui natura dividuum appellat, & ita hæc divisio facit individuum illud, quod lex absolute vocat dividuum. Et cum apud legem, ut aliquid dicatur dividuum, satis sit, si in partes indivisas dividi possit, hoc utique in ipsa divisione non debet mutare speciem, & considerari tamquam species individui, quia est contra legis diffinitionem. Secundò est imperfecta, quia aliquod est dividuum in partes, non modo indivisas, sed etiam divisas, quod tamen ex accidenti dividi non potest, nec in has, nec in illas partes, & nullatenus sub hac divisione comprehenditur. Quod si quis dicat, hoc censendum est dividuum inspecta natura, non accidenti: replicabo legem in hac specie habere rationem accidentis, non naturæ ut subjecta divisione modo manifestum erit.

Ego igitur, quidquid cæteri adstruant, vel ad-

miscent rem magis implicantes, quam explicitantes, sic utrumque dividendum censeo: Ut dividuum duplex sit, aut in partes divisas, aut in partes indivisas. Et ita dividuum in partes indivisas, licet in partes divisas dividi non possit, facit speciem dividui, non individui, ut male *Gabal.* constituebat, & hæc prima divisione rectè probatur ex d. l. 5. ff. de usufr. l. 5. ff. de stip. serv. l. 2. §. 1. sup. eod. & facilis est, & plana, & a nemine improbata. Sed quia nostri rerum novarum solliciti sunt, puras Jurisconsultorum traditiones, quæ verissimæ sunt, ac certissimæ, negligunt, & omittunt, & extraneas simul, ac falsas, seu saltem obscuras, & impropias afferunt.

Individuum vero duplex est, aut per se, & propriè tale, aut per accidens. Per se, & proprie tale est, quod sui natura partium præstationem non recipit, nec in partes divisas, nec in partes indivisas dividi potest, cujusmodi sunt jura servitutum l. stipulationes non dividuntur, infra eodem ibi: *Stipulationes non dividuntur earum rerum, quæ divisionem non recipiunt, veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, ceterarumque servitutum.* Et quod talis sit earum natura, quod divisionem non admittat, apertius probat *Paulus sup.* in l. 2. §. 1. ibi. *Quædam non recipiunt, ut in iis, quæ natura divisionem non admittunt, veluti cum viam, iter, actum stipulamus.*

Individuum per accidens illud est, quod cum sui natura dividuum sit, ex accidenti dividi non debet, nec in partes divisas, nec in partes indivisas. Exempla sunt in hac l. 4. §. ult. & in l. 5. §. ult. infra hoc tit. dicitur in l. Si is, qui duplam stipulatus est, deceperit pluribus bæredibus relatis, unusquisque, ob evictiōnem sue partis, proportione sua habebit actionem. Idemque est in stipulatione quoque fructuaria, & damni infecti, & ex operis novi nunciatione. Restitui tamen opus ex operis novi nunciatione pro parte non potest. Hec utilitatis causa ex parte stipulatorum recepta sunt. Operis restitutio non dicitur per se dividua, sed prohibetur divisio utilitatis causa, & ita per accidens. Quare autem operis restitutio sit per se dividua, & per accidens individua, dicemus circa primam oppositionē *Bartoli.* Dicitur in l. 5. §. ult. Si fortens promiseris, & si ea soluta non esset, pœnam, etiam si unus ex bæredibus tuis portionem suam ex forte solveris, nihilominus pœna committitur, donec portio

*portio cōb. et cōd. solvatur*. Ecce quantitas, quæ per se est absolute dividua in partes etiam divisas, non tantum in partes indivisib[us], respectu poenæ committendæ consideratur, ut individua, & ita quoad quid, & per accidens sortitur naturam individui, ut faciat promissam poenam in solidum committi, non pro hereditaria portione, quod etiam non rei, sed stipulatoris intuitu, sit, ut textus ait ibi: *Nec enim aliud in his stipulationibus sine injuria stipulatoris constitui potest*. Quare recte Baldus in d. l. si plures n. 12. notat, aliud esse individuum, quod sui natura tale est, aliud quia lex dividi prohibet, quod est per accidens individuum, quia si lex non prohiberet, dividuum foret.

Placeat interim hos terminos retinere tanquam puros, & menti Juriconsultorum ac-

comodatos, nam quæstionum progressus postulabit, nos eos siccè repetere, & ex eorum suppositione varias difficultates removere. Tandem in universa hac materia statuendum est pro regula omnem obligationem, & stipulationem dividuam esse censendam, nisi probetur individua, quod probat hic *Gabal. par. 2. n. 200.* & patet ex *l. 2. C. de bāred. atq. obligatio* enim sui natura dividua est, alioquin non divideretur inter heredes. Tum verò in dubio propter facilitatem implendi, & vendi humanius est interpretari dividuam, quam individuam, ut probat *textus in l. pen. vers. sed hoc humanius ff. de cond. & demonstr.* Quare dicenti aliquam obligationem esse individuam, incumbit onus probandi. Quæ ad materiam pertinent in libris difficilium, suis locis explicabuntur. Hæc præludiorum loco satis.

F I N I S




MO.

306  
**M O D E S T I N I**  
**LIBER SINGULARIS**  
**D E P R A E S C R I P T I O N I B U S**

*Non puto delinquere eum , qui in dubiis questionibus contra Fiscum facile responderit .*



**P R A E F A T I O**




Oc Modestini fragmentum lib. singulari de prescriptionibus ab eo conscriptum , sub titulo autem de jure fisci à Triboniano relatum ejusdem fisci privilegiis ita planè adversari videtur , ut cum in bac usque tempora , de bac ipsa Modestini regula cum fisci privilegiis concilianda , Interpretes omnes ferè solliciti fuerint , non tamen adbuc convenisse constat : sed crescente librorum copia , ut in ceteris questionibus fieri videmus , semper scribentium discordia crevit .

Ed

Ed tandem res deducta est ; quia de jure consuluntur ; ut plurimum abnuant pro fisco respondere , illeque ingenuis Jurisconsulti præstantiam , atque religionem se magis redolere putet , qui fisco numquam scribendo facere consuevit , & non in re dubia dumtaxat , auctore Modestino , contra fiscum sentire , ac respondere præsumat ; verum etiam in re certa , & clara quacumque suggesta controversia jura ejusdem fisco involvere , & obumbrare contendat . Judices vero , maxime criminales , fiscum quasi sacrum censentes , & ipsi magis , quam deceat , audientes facti , non tam jus dicere , quam dentibus , nervisque omnibus fisco patrocinari , ipsius ararium augere , & severitatis gloriam affectare ita hoc seculo soliti sunt , ut eo se juri dicundo aptiores existimant , quo saeviores , & immaniores appareant , ceu inclemetiae , & crudelitatis notam , veram justitiae laudem esse putent . Et quidem omnes vituperandi sunt , quoniam sunt omnes injusti , omnes à medio , in quo Justitia posita est , recedunt . Illud autem in hac extremorum damnanda solertia mirari solitus sum , legem hanc , quam hoc libro singulari explanandam suscepis , ita per omnium ora versari , passimque in foro ab omnibus allegari , quotidiano tamen usu non satis bucusque fuisse dilucidatam , & illius vim , & potestatem . quæ per utilissimas consequentias poterat innoscere , non fuisse patefactam , ut cum à plenarie lecta sit , quod de Pauli responso in l. lecta ff. si certum petatur circumferri solet , & præciosissimis intellectam fuisse comperatum sit . Nec quisquam putet me biusque mei laboris extollendi gratia id afferere , vel mihi ipsi aliquid in hac re tribuere , facile enim fieri potest , ut me ipsum fallens , minime fuerim consecutus , quod optavi ; aut si quid consecutus fuero , quid bonis viris arbitrandum relinquo , illic quidem non tam bucusque difficultate reconditum , quam nescio quavis causa neglectum esse conspicio . Et libentissime concedo , si tamen aliis attento animo Modestini verba , mentemque considerasset , tum bac , tum plura & fructuosa fuisse promulgaturum . Interim , quod primus alios excitaverit , mihi sat . erit , dum tamen omnes intelligent , quod solam in re tam negligenter tractata veritatem inquirens , nihil magis babuerim , quam omnium in hac lege alleganda incuriam , atque facilitatem ab erroribus , in quibus saepissime labuntur , omni pietatis studio revocare , quo regulæ istius alioquin justissimæ , ac summa utilitate refertæ tum abusus , tum contemptus evitarentur . Quod si aliquid laude dignum consecutus fuero , id rotum Deo Opt. Max tum Deiparae Virgini referendum erit , quibus quidem non fiscum propugnantibus , aut expugnantibus mihi placendum fuisse constitui . In bujus autem legis explanatione sequens ordo positus erit . In prima parte variis ejusdem legis intellectus in medium afferentur , tum ille ,

ille, qui verissimus videtur, adductus, ab omnibus objectis defendatur. In secunda illationes, & consequentia, quæ à germano bujus legis intellectu derivantur, tractari poterunt, quæ tractatio omnes ampliationes, exceptionesque, comprehendet. Quibus absolutis, in tertia parte questiones aliquot huic regulæ proximas, atque conjunctas subjiciantur, atque diffinisam usui forensi accommodatas. In omnibus vero id mihi præcipuum erit, ut rationibus, & argumentis, non sola scribentium adnumeratione, & autoritate veritas ipsa pandatur, quandiu tamen anceps fuerit, tandiu etiam receptis traditionibus libentissime subscribam, quod ubi manifeste erroris non convincantur, illis inbærere tutius, & honestius esse non dubitem.



PARS

# PARS PRIMA PLERIQUE HUJUS LEGIS


*Intellectus sub incide revocantur, &  
confutantur.*

## Cap. I.

- 1 Quænam sit verior, & communis hujus l.  
lectio.
- 2 Quare difficilis ejus explicatio sit.
- 3 Cumani declaratio ad hanc l. adducitur &  
reprobatur usque ad n. 9.
- 4 Jason contrarietatis notatur.
- 5 Fiscus agens ad pœnam semper posterior est  
babendus.
- 6 Gabr. Saray in add. ad Math. error dete-  
gitur.
- 7 Lex debet facere ad titulam.
- 8 Pœna ut odiosæ babentur.
- 9 Et in iis non admittitur extensio.
- 10 Soccini senior. intellectus ad hanc l. relatus  
confutatur usque ad n. 14.
- 11 Inter rationem dubitandi, & decidendi di-  
versitas, non repugnantia debet adesse.
- 12 Regulæ in rebus dubiis frustræ positaæ non  
sunt.
- 13 Minus quam fieri possit arbitrio judicis re-  
linqui debet.
- 14 Soccini nepot. sententia super hujus l. intel-  
lectu reprobat.
- 15 Jacobi Menochii similiter damnatur er-  
ror.
- 16 In causis dubiis amico gratificari non  
licet.
- 17 Reus in conflictu præsumptionum debet ab-  
solvi.
- 18 Si judex una eademque sententia con-  
demnet, & absolvat, potior est absoluto con-  
demnatione.
- 19 Etiam si testes actoris aliquantulum digniores  
sint, attamen rei testes preferendi sunt.
- 20 Idem si esset excessus in numero.
- 21 Declarantur prædictæ conclusiones, ut vere  
sint, si modicus sit excessus.
- 22 Modicus excessus quis dicatur.
- 23 Probatio, & excessus probationis debent  
versari circa idem.
- 24 Cur modicus excessus reo non noceat.
- 25 In judiciis mixtis modici excessus ratio debet  
haberi.
- 26 Decii, & Didaci intellectus reprehendun-  
tur.
- 27 Fiscus in dubio non præsumitur privilegia-  
tus.
- 28 Prærogativa stricti juris sunt.
- 29 Ecclesia ubi non expresse sit privilegiata,  
utitur jure communi.
- 30 Similiter, & dos.
- 31 Prærogatiatus quilibet in dubio jure commu-  
ni censendus est.
- 32 Creditor ex cauſa dotis cogitur ex majore  
parte creditorum ad concurrendum in conceden-  
da dilatione quinquennali debitori.
- 33 Ruini intellectus subnectitur, & repro-  
batur.
- 34 Marci Antonii Peregrini intellectus adduci-  
tur, & reprobatur usque ad n. 39.
- 35 Que dicantur cauſe pares.
- 36 Aequale, & simile sunt ad aliud.
- 37 Paritas cauſe dupliciter contingere potest.
- 38 Publicum instrumentum præscriptur scripture  
private.
- 39 In prælatione temporis attenditur prioritas  
horæ, & momenti.
- 40 Sola paritas sine dubitatione non operatur ef-  
fectum.
- 41 Quorundam aliorum intellectus parvi momen-  
ti addiscuntur, & confutantur.

Q q

Q r.



- Uemadmodum circa lectionem nulla dubitatio versatur ; Sed ita se habet, ut præmisi , eademque leto , quæ vera est , teste *Alberico* , qui eam quoque probat ,
- 3** quamvis a *Menochio de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 72. in principio* , quasi diversam a communi sequatur , aliter adducatur , etiam communis est , & pandectis Florent. quoque consentiens , quamve etiam probat *Ant. Aug. lib. 1. emend. jur. civ. c. 3.* ab eodem Menochio relatus ; Sic non videtur adhuc exploratus verus istorum verborum sensus , neque huc usque scribentes de eo inter se convenient . Tota autem , tum dubitatio nis , tum discordia origo dimanasse videtur
- 2** ex rescripto *Divi Alexand. sub l. i. Cod. de jur. fisci lib. 10. ex quo Bartolus ibi n. 4.* *& Baldus in l. si debitor C. de priv. leg. fisci* , adnotarunt , si duo producantur instrumenta eadem die confecta , alterum pro fisco , alterum pro quopiam privato , neque aliter de tempore constet , illud pro fisco prius celebratum præsumi . Quod si ita habet , quomodo constare potest , quod hic *Modestinus* affirmat , & plerique colligunt , in dubio pronunciandum esse contra fiscum ? consequens enim esse videtur , ut orta dubitatione respectu temporis , instrumentum fisci posterius pronuncietur , quemadmodum hic *Dyn. Rayn. Bar. & Albericus* expressim adnotarunt . Quare factum est , ut quotquot solutiones hujus antinomiz removendæ cau sa in medium adductæ sint , tot plane utriusque legis intellectus afferantur .
- 3** Et *Cumanus* quidem in l. i. n. 11. ff. soluto matrim. ait *Modestini* regulam procedere in usurpationibus propter delicta , vel indig nitatem , & ita in poenalibus , & eum sequitur ibi *Jason. n. 37. Ripa n. 4. Joann. Bolognetti n. 17. Aret. in §. ult. n. 4. inst. quibus modis test. infir. Felyn. in c. pastoralis, n. 6. vers. sed cave de rescript. Hippo. in rub. de prob. n. 392. Baldus Nove de dot. par. 9. privil. i. n. 3. in effectu probat *Didacus var. resol. lib. i. cap. 16. n. 1.* licet ut infra dicemus aliter legem nostram intelligat , *Neviz. in sua Sylva nupt. lib. 6. n. 47. idem Jason. conf. 39. n. 3. vol. I. Natta conf. 42. Franc. Becc. conf.**
- 52. n. 124. Ever. in loco a fisco ad Eccl. n. 20. quanquam Jason , ut infra notabimus , sibi in hac resolutione contradicens , satius est , ut pro neutro habeatur .**
- 4** Sed *Modestinus* ipse tam apertè *Cumani declarationem* subvertit , ut nulla queat ratione sustineri . Primum ex titulo singulare de præscriptionibus , sub quo ab eo regula ejusmodi tradita est , ex quo convincitur eum in materia indifferenti fuisse locutum , non autem in materia poenali , ut patrum ad id respicientes *Cumanus* , & affectæ censuerunt , nam ut suo loco tractabimus , & pro fisco , & contra fiscum præscriptio locum habere potest . Secundo idem *Modestinus* in l. in summa hoc ipso titu. inquiens : *in summa sciendum est omnium fiscalium paenarum petitionem creditoribus postponi* , ostendit cum in materia poenali versamur , absolu tum esse , & citra controversiam , ut fiscus posterior habeatur , quod separatam a præsenti regula rationem habet , ut paulo infra declarabo . Sed hic subesse aliquam dubitandi rationem ex modo loquendi *Modestinus* insinuat , quæ non solerter investigata , materiam præbuit errandi . Sic graviter erravit
- 5** *Gabr. Saray. in dd. ad Math. not. 71. n. 4. qui l. banc cum d. l. in summa conjungendam esse per viam epilogi censuit hoc modo* , ut in dubiis quæstionibus , videlicet poenalibus retento illius legis themate , pronunciandum foret contra fiscum . Nam *Modestinus* quod ait in d. l. in summa sub tit. de pœn. quod attinet ad poenias , scripsit : At inter titulum de poenis , & titulum de præscriptionibus nihil commune est , quod hunc transitum , & hanc conjunctionem fieri patiatur . Quoniam tata est librorum , & materiarum diversitas , ut hanc continuationem fieri prohibeat .
- 7** Regulare est sic leges intelligendas , ut faciant ad titulum , vulgaris est textus passim ab omnibus adductus in l. *Imperator ff. de in diem add. ex quo per argumentum ab effectis rebus , ut opinor , vix illud colligi potest , cum tamen apertissime probetur ex §. quibus in prima constit. C. Ergo quod sub tit. de præscript. responsum est , ad materiam poenalem transferendum non est . Tertiò , ut ad *Cumani restrictionem* revertar , videtur etiam a *Tribonianus* compilatoris intentione recedere , cui sub hoc titulo jura fisci non tantum ex poenali cauſa prodeuntia , sed quod magis est ex cauſa etiam onerosa descen-*

descendentia tractare placuit in l. si fiscus, in l. si is qui, in l. si procurator in l. cum qui hoc ipso titulo. Quod argumento est Modestini regulam ad omnem caussam fiscalem pertinere. Quartò, vel si hanc Modestini regulam delere, & ab omnium mente relegare placeat, non eo minus in materia poenali contra fiscum pronunciandum erit : 8 Nam ipsa materia per se odiosa est c. in pœnis de reg. jur. in b. c. statutum de electione in b. not. in autb. quas actiones, C. de Sacr. Eccles. quo fit ut semper interpretatione pœnæ restringantur, non autem exasperentur, l. si præses, l. interpretatione 9 ff. de pœnis cum simil. & ut in materia poenali regulariter prohibetur extensio, Jason. in l. cum quidam n. 14. ff. de liber. & postbum. latè Camill. Gall. de verb. signif. lib. 7. cap. 11. n. 1. & seq. ubi de communi. Quare nihil novi afferret Modestinus si in materia poenali intelligeretur. Quinto ex rationibus decidendi, quas paulo infra subjiciam, constabit Cumani restrictionem omni ex parte corruere. Secundo loco Soc. 10 cinus senior in d. l. 1. n. 8. ff. solut. matrim. existimat falsam esse collectionem ex hac lege, quod in dubio pronunciandum sit contra fiscum, sed dumtaxat definiri, quod judex non delinquat, & eam putat fuisse dubitandi rationem, quod cum in dubio pronunciandum sit pro fisco propter ejus privilegia, judex, qui contra faceret, delinquere videretur, sive per imprudentiam id faceret, ut Inst. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur in prin. sive dolo malo, ut ibi : per gl. & est tit. Cod. de pœn. jud. qui mal. judic. Quo argumento contrarium probaret ex dubitandi ratione, ex qua plurimum adjuvatur sententia Joann. Andree in c. in nostra de testibus, & ejusdem in add. ad Specul. tit. de testibus §. postquam, ubi censet fiscum esse favorabilem, quam sequitur Joannes Bolognettus in d. l. 1. n. 16. qui sicuti hunc Soccini intellectum recte rejiciendum esse putavit, sic falso sub n. 19. verbalem potius, quam realem afferuit. Magni. siquidem momenti est, si in re dubia pro fisco pronunciandum sit, non delinquere eum, qui contra pronunciat. Verum hæc Soccini consideratio Soccino nepoti minimè satisfacit; ut apud eum in d. l. prima n. 27. sic eam improbat Alciatus de presum. reg. 3. præsump. 41. n. 3. Ruinus in d. l. 1. n. 4. & addentes ad Matthes. d. not. 71. & admodum urget Ruini ratio, quia

si in dubio pro fisco esset pronunciandum, judex contra pronuncians culpa carere non posset, ac ita ex diametro pugnaret ratio dubitandi cum decidendi ratione, quod evitandum est, ut not. in l. I. C. de inaf. 11 restam. & in l. ubi repugnantia ff. de reg. jur. Accedat preter Ruinum, quod ex hac suppositione prævæ nimis consequitur ducerentur, ut ab earum destructione subvertatur antecedens arg. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquilam. Sic etenim cum pro dotibus in ambiguo respondendum sit l. in ambiguis ff. de reg. jur. Judex contra judicans non delinqueret, cum tamen & dotis caussa privilegiata sit. Idem plane in libertatibus, matrimonio, & testamento, quarum rerum caussas in dubio constat favorabiles esse, c. ult. ubi not. omnes, ext. de sen. & re jud. Et quod æque absorum est ad omnes dubiarum questionum regulas subvertendas, quæ personas privilegiatas non attingunt, facilius produceretur. In dubio reus est absolvendus l. favorabiliore ff. de regulis juris. In dubio pro possesso pronunciandum, 12 §. commoda, Inst. de interditis. Frustra in rebus dubiis regulæ traditæ forent, si judex ab iis recedens minime delinqueret. Nam summi legum vertices dignoscentes, minus quam fieri possit, arbitrio iudicentium fore committendum, vix enim est, ut non ament, vel oderint, ut prudenter docuit Arist. lib. 1. retb. c. 1. saepe sua etiam, ut is ait, utilitas connexa est, ut non satis queant veritatem perspicere: sed propria voluntas, vel dolor iudicia eorum obumbret, sapienter admodum in rebus quoque dubiis certas regulas statuerunt, quibus quasi certo jure in ea rerum ambiguitate judges obstringerent, & quo minimam potestatem iudicibus relinquenter, 13 quia, si fieri posset, nihil eorum arbitrio relinquendum foret, ut post Arist. ex nostris monuit Baldus in l. non possunt, ubi etiam notavi ff. de legibus, idem conf. 427. lib. 5. Aymon. de antiqu. temp. par. 1. sett. Quid in lib. officialis n. 35. Jacobus Menocbius de arbitr. jud. in proemio. His conse- 14 quens est etiam errasse Soccinum nepotem d. n. 27. & 29. qui censuit rem hanc arbitriam esse, & ob eam rationem minime iudicem delinquere, quia possit in re dubia fisco, vel privato gratificari, & ideis 15 Jacobus Menocbius d. presumpt. 72. n. 17. qui eum sequitur, deterius errat, affirmans absolute in causis dubiis in arbitrio iudicis esse, pro reo, vel pro actore pronunciare.

Quia in re, & veritati, & sibi ipsi manifestissimè contradicit. Veritati quidem quantum haec traditio repugnet, ex d. l. favorabiliores ff. de regul. jur. liquere commode 16 potest, & ex Thesauro decis Pedem, 29. n. 3. qui in eos graviter invehit, qui in causis dubiis licere amico gratificari censuerunt, & in tertia hujus libri parte nos quoque latius hac de re dicturi sumus. Sibi autem ipsi, utpote qui lib. 2. presumpt. 90. n. 5. 17 afferit, reum ob conflictum presumptionum fore absolvendum ex sententia Baldi in rub. de contr. invest. n. 7. quem ibi Afflict. sequitur col. 13. ver. quartus casus Decianus conf. 558. n. 8. Cæphal. conf. 4. n. 32. idemq. n. 6. subnectit, si judex una eadem 18 que sententia condemnet, & absolvat, potiorem condemnatione futuram absolutionem, quod probant Baldus in l. cum magistratus, n. 4. C. quando provoc. non est necesse. & alii ab eo relati. Tum n. 2. quod contrarietatem auget ex sententia Abb. in c. ad nostram de probat. affirmat etiam si testes actoris rei testes aliquantulum dignitate antecellant, adhuc tamen pro reo judicandum est, quod ante tradidit Glos. in cap. Clerici, 21. dist. & sequitur Felin. in cap. ex literis n. 5. de probat. Ruyn. conf. 152. 20 n. 14. lib. 5. Quinimo si testes actoris excederent aliquantulum in numero, idem probavit Abb. in d. c. ex literis, col. 2. & ibi Felyn. eum sequitur d. n. 5. adhæret Curtius conf. 165. in fin. quos retulit Gabr. de test. conclus. 4. n. 45. 21 Has tum de excessu dignitatis, vel numeri conclusiones, ad rei favorem, ad modicum excessum restringendas esse ex veritate docuit Ruyn. d. conf. 152. n. 26. qui egregie declarat, quisnam dicatur modicus excessus, 22 ut sit præsertim in una qualitate non in pluribus, inferens, quod si testes actoris excedant numero, & dignitate, præferendi erunt, quia excessus non erit modicus. Secundò 23 considerandum est, quod probatio, & excessus versentur circa idem non circa diversa, veluti in remedio l. 2. C. de rescindend. vend. circa rei valorem, secus si circa diversa, utpote si actor intentionem suam per decem testes probasset, reus vero usus exceptione præscriptionis, vel compensationis, suam probasset per duos tantum, qui sufficere solent, l. ubi numerus ff. de testibus, hic magni excessus ratio haberi non debet, quoniam rei probatio, actoris probationi non 24 contradicit, & cum, non ostante modico excessu, in suo casu rei probatio prævaler,

non simpliciter præfertur, ut minor, & impar, sed non attenditur probatio actoris tanquam a rei probatione confusa, & obscurata, nam licet minor sit, enervat tamen probationem actoris, & sufficientem esse non patitur, velut ipsi ex diametro contradicens, arg. est glos. in cap. juvenis de spons. ita intelligens c. inter dilectos in fin. de fid. instr. 25 Sed in judiciis mixtis in quibus uterque reus, & actor est l. actionis verbo ff. de act. & oblig. quamvis a nemine tactum in specie viderim, illius etiam modici excessus ratio, ut ipse opinor, habenda erit: quod notandum erit maxime propter interdictum retainendæ, ac tacite mecum sentire videtur Fel. in c. in nostra n. 2. de test. sed in specie, ne præter rem admiscuisse videamus in part. 2. cap. I. n. 28. meminisse juvabit, quia in fisco reo locum non habere apparebit. Interim ex utili circuitu ad quæstionem nostram redeamus, si præmissæ conclusiones ad rei favorem, tum veræ sunt, tum etiam usu comprobatae, quomodo in re dubia liberum erit Judici pro actore, vel pro reo ex gratificatione pronunciare? Et ut ad Modestinum revertamur, non est in proposito negligendum, quod is quandam etiam facilitatem in iudicente supponit ibi, facile responderit; poterat enim judex in ea dubitate subsistere, alios consulere, maturius cogitare, facile tamen respondit, non putat Modestinus eum delinquere, & si res sui arbitrii foret, nihilominus arbitrium ita facile culpa carere non posset, si par esset in hoc cum ceteris conditio fisci. Tum verò ex intellectu posito quedam absurdæ, & inaudita consequentia duceretur, ut etiam non delinquit Judex facile pro fisco respondens, ac ita non arbitrium dumtaxat, sed arbitrii quedam immatura facilitas in controversiis fiscalibus iudicenti concedetur, ut re nihil, aut parum perpensa, in quam vellet partem inclinaret. Si haec sit Modestini sententia, jam viam desidiaz pandit, jam Judicem, non jus, sed arbitrium dicere finit, jam leges ipsæ periclitantur, quia judices poterunt eas, vel per conniventiam, vel quadam ex facilitate clanculum subvertere. 26 Quarto loco Didacus d. c. 16. n. 2. et si Cumani distinctionem retainendam fore censeat, aliter, tamen legem nostram intellexisse, videtur, fisci privilegia plusquam oportuerit reformidans. Credit enim eam fuisse Jure-consulti mentem, ut in dubio quoties ambiguum fuerit, habeat ne fiscus in aliqua controversia

controversia privilegium , potentiusve jus , quam privatus , adversus fiscum pronuntiemus , eum pari jure tum privatum censes . Quod ante eum existimavit Decius in l. ambiguis ff. de reg. jur. & in cap. ex literis n. 29. de probat. & in rub. ext. de jud. in 2. lett. numero 63. retulit Ripa in d. l. i. n. 4. licet non figat pedes ; expressum adhæret in l. si debitor n. 7. ff. 27 de pign. Sed etiamsi verissimum sit fiscum in dubio non præsumi privilegiatum juxta text. in l. justas , C. de jur. fisci , lib. 10. l. in facto §. ult. ff. de cond. & demonst. glof. in l. item veniunt §. ait senatus ff. de pot. bæred. in l. de contratu , C. de resc. vend. Mart. laud. de fisc. quæst. 14. id tamen non tantum ex lege nostra videtur inferri , quæ ex subiecta materia privilegio- 28 rum , quæ quoniam stricti juris sunt , & odiosa censentur cap. sane de privil. not. Car. in c. sua §. 1. in Clem. de decim. Rimini. Sen. conf. 169. n. 4. lib. 2. & probari videtur ex Cle. 1. de cens. in dubio præsumi non debet . Neque jus hoc in fisco dumtaxat recipitur , sed etiam Ecclesia 29 cum tamen sit in pluribus privilegiata , in casibus tamen non expressis utitur jure communi , Baldus in l. & in legatis n. 3. C. ad leg. 30 fal. In dote etiam idem existimandum est , quanquam privilegiata in multis reperiatur , quicquid in contrarium scripsiter Jacob. Men. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 14. n. 2. & ve- rior est sententia Croti in repet. l. si constante , n. 84. ff. soluto matrimonio , & Ron- cheg. in l. reos §. cum in tabulis n. 22. ff. de duob. reis , qui generaliter diffiniunt pri- 31 vilegiatum in dubio jure communi fore censendum . Sed in Dote hoc idem , quod in Ecclesia , & fisco expresse decidit per illust. D. meus de Francibis decif. 219. & 32 seq. determinans creditorem ex caussa dotis ex majori parte creditorum cogi posse ad concurrendum in concedenda de- bitori dilatione quinquennali juxta terminos l. ult. C. qui bon. ced. pos. Ac ita plane sentit Decius in l. ex testamento n. 5. & 6. Cod. unde liber. , latè Tiraquellus de retractu lign. §. 1. glof. 14. n. 92. & seq. & Baldus conf. 7. lib. 3. censuit ubi dos non sit expresse privilegiata , eam remanere sub regulis juris communis , con- firmat Saccinus junior conf. 12. n. 4. lib. 3. & adhæret D. de Francibis ubi sup. conferunt quæ tradit idem Didacus Covara ruvias variar. resol. lib. 3. c. 12. n. 3. qui decidit l. 2. C. de pign. habere locum etiam

in primo creditore ex caussa dotis , ut prius ad rem specialiter hypothecatam age- re debeat ex Romano conf. 187. n. 2. Aymon. conf. 77. n. 16. & præsupponunt Corn. conf. 246. n. 2. lib. 1. Soccinus conf. 198. n. 2. & 3. lib. 2. Sic etiam ex communi docet , nec in eo esse privilegiatam , ut omittere possit excusione , de qua in Auth. hoc si debitor Cod. de pign. & hypoth. quod & Jas. & Fanensis , & alii ab eo relati concedunt , & verum arbitror , ne æquitas in legibus scripta a non scripto privilegio supereretur , contra not. in l. placuit C. de judic. Quare declaratio Decii , & Didaci , ad legem nostram nihil nobis suppeditat in caussa fisci , aut novum , aut egregium , sed tale quid , quod in quacumque caussa privilegiata , etiam , quæ fiscum favore antecelleret , servandum foret , ob id velut infructuo- sa dimittenda est . Sic tamquam magnam 33 subauditionem continens rejici debet intelle- Etus Ruyn. in d. l. i. n. 10. existimantis , legem hanc procedere in iis casibus , in quibus , si fiscus esset privatus , suc- cumbere deberet , ita ut jure privati suc- cumbat ; nam ex ratione decidendi , quam subjiciemus , constabit eum succumbere debe- re , ex eo quia fiscus est , non ex eo , quia privatus , vel privati jure cense- tur . 34 Sexto loco Marcus Antonius Peregrinus vir certè summa eruditione prædictus , & in jure fisci explicando omnium accuratissimus lib. 6. tit. 6. de jur. fisc. n. 22. novum attulit in- tellectum , is enim inter caussam parem , & caussam dubiam differentiam constituit , & ait in caussa dubia legem istam obtinere , non in caussa pari . Parem caussam dicit cum duo producuntur instrumenta eodem die confesta; dubiam dicit caussam respectu pro- bationum , ubi non claræ , non certæ sint , sed conjecturales , allegat l. admonendi , cum ibi notatis ff. de jureiur. Item ubi verba sunt ambiguæ , & fiscus vellet tra- here ad suum intellectum , reus ad suum , reo namque favendum foret , l. si quis intentione ff. de judic. in l. ambiguo , in pari caussa inquit fiscum esse præferendum l. inter pares ff. de re jud. c. ult. ext. eodem; in caussa dubia non ita , ut hac lege , quæ interpretatio quamquam nova , & peregrina videatur , vereor tamen ne di- ligenter examinata veritati non respondeat . 35 Primum itaque , ut propositam differen- tiā inter caussam parem , & dubiam ex-

expendamus , par caussa , licet hoc ab ipso *Peregrino* prætermissum mirer , non alia dici videtur , quām caussa similis , ut probat *tex. cum glof. in l. si servum §. sequitur ff. de verb. oblig.* ibi , nam cum queritur de damno , & par utriusque caussa est , quare non potentior sit , qui tenet , quam qui prosequitur ; parem ibi *Accursius* similem interpretatur , & merito , nam parilitas , videtur æqualitas quādam , æquale , & simile  
 36 sunt ad aliud , quia non sibi æquale , vel simile dicitur , & æquale suo æquali in ea paritate simile est , sicut simile suo simili in ratione similitudinis est æquale . Sic *Accursius* unico verbo utramque vim expressit , & quatenus ex *Paulo* deducitur , cum uterque tractat de damno , par est utriusque caussa , & cum uterque tractat de lucro similiter *l. quoties utriusque ff. de reg. jur.* Potest autem paritas caussæ dupliciter con-  
 37 tingere , vel ut eadem dubia sit , vel etiam ut dubitatione careat , minime dubia erit , si cum uterque tractat de damno , alter publico instrumento , alter privata scriptura nitatur , quid rogo paritas caussæ poterit ? Certè nihil , quia instrumentum  
 38 preferri constat *l. scripturas C. qui pot. in pig. bab.* Vel fac ambos afferre publicum instrumentum , alterum tamen esse prius  
 39 altero , etiam prioritas horę posterius excludit *glof. in l. si fundus §. si duo, ff. de pig. gl. in l. si ex pluribus §. ult. ff. de solut.* Baldus in *l. Imperat. in 1. lett. n. 4. ff. de stat. bomin.* Quinimo , & momentum attenditur , ut idem *Peregrinus* fatetur , *d. lib. 6. tit. 6. n. 35.* & in hac paritate , quæ dubitatione caret , fiscus nullum poterit prætendere privilegium , quia communi jure , tum vincere , tum vinci poterit , prout prior , vel posterior erit . Et ideo de hac paritate , & falsum , & inane *Peregrini* pronunciatum redderetur . Si verò caussa non tantum par sit , sed etiam dubia , tunc ratio decidendi magis ab eo , quod dubia , quām ab eo , quod par est desumitur , neque diversum jus statui potest in caussa pari , ab eo , quod in caussa dubia statueretur , quoniam paritas cum dubitatione conjungitur . Quinimo , nisi sub autoritate Jureconsultorum fallimur , in hoc etiam parilitas , & dubietas convenient , ut quantum in iis est , caussis decidendis afferant impedimentum , *l. duo sunt Titii ff. de testam. Tutel. l. si ita ff. de rebus dub.* Quia quemadmo-

dum accedit in bello , ut victoria ab imparitate proficiscatur , sic in judiciali discriminē alter vīctor , alter ob quandam imparitatem vīctus existit , paritas enim utrumque vincere , aut vinci prohibet , nihil ergo in dubitatione , vel paritate positum est , quod proficiat ad decidendum , sed cum paritas ad imparitatem redigitur , tum absolutio , tum condemnatio sequitur ; & prætermis meritis caussarum ob paritatem , quæ nos dubitare cogit , aliunde querimus , an propter aliquod extrinsecum res diffiniri valeat , veluti , quis possideat , quis petitoris partes sustineat , ut *in d. §. sequitur* , quis reus , quis actor sit etiam circumscripto possessionis commodo , *l. 2. ff. nequis cum, qui in jus voc. l. verum §. ult. ff. de min.* quid ergo paritas dubitatione magis valeat , cum ipsi conjuncta est , non satis percipio . Hujus quidem distinctionis hic sensus est , ut cum fiscus , & privatus æque de damno trahant , vel uterque caussam lucrativam prætendit , fiscus potior haberi debeat , cur diversum statuendum sit in caussa dubia , ego rationem diversitatis non intelligo . Nam quod faceret privilegium in caussa pari , idem quoque efficeret in caussa dubia , ut accedit in dote , *l. in ambiguis, ff. de reg. jur.* quia sola 40 paritas , sine dubitatione non operatur prælationem . Tum ex sequentibus facile dignosci poterit ex ratione decidendi , legem nostram ad caussam parem , & caussam dubiam æque pertinere , & utramque caussam *Modestinum* sua sententia comprehendere .  
 41 Non ignoro quosdam existimasse legem hanc ad quæstiones reorum torquendorum caussa habendas restringere , ut in *tit. de questionibus* hic quæstionis nomen usurpantes : Alios quosdam cum ambiguitas non in facto sed in jure sit . Alios alia dixisse , quorum meminit *Alciatus in d. l. 5. n. 5.* quorum adeo patent lapsus , ut nullum supersit expugnandi negotium . Quid plane ineptius , quam quæstiones dubias ad tormenta referre ? quis vero est , qui divinari ausit , *Modestinum* magis de juris , quam de facti quæstionibus fuisse locutum ? Rectè sicutur hunc intellectum *Bulg. O. Crotius reprobans in d. l. 1. ille n. 8. bic n. 16.* Quidam sunt , qui Judaica interpretatione ad consulentes , non ad judices hanc legem referunt , propter verbum responderit , quorum *cap. 3. n. 32. & seq.* satis corripitur error . Novissime ad manus pervenire *Jacobi Cujacii* viri eruditissimi paratula , in quibus ad titulum , *C. de caducis tollendis* , ad caduca præsertim coercenda refponsum

ponsum hoc retulisse videtur. Potuit quidem ad caduca referre ; quia latissime patet , non tam restringere , quia Modestus titulus huic

restrictioni apertissimè refragatur , cum de prescriptionibus inscribatur .

*Verus istius legis intellectus adducitur ; & comprobatur :*

### Cap. II.

- 1 Optimo regimini conveniens est in dubiis questionibus fiscum succumbere .
- 2 Res fiscales ut proprie , & private Principis habentur .
- 3 Lex secundum communem utilitatem , & ferenda & interpretanda semper est , quod pluribus comprobatur .
- 4 Principis interest cives locupletes esse .
- 5 Tum , ut publicum commodum proprio sui ipsius anteponat .
- 6 Fiscus ditissimus ostendit male se habere temp.
- 7 Eadem ratio est legis condenda , vel condita interpretanda .
- 8 Fiscus habet in se qualitates odiosas , & quales , n. seq.
- 9 Non reputatur fidejussor idoneus .
- 10 Excusantur , qui per cautiones indirectas a difficii debito jus suum consequi conantur .
- 11 Effectus in fisco considerantur .

- 12 Lyeni comparatur :
- 13 Fisci nomen unde , & quid ostendit odio sum .
- 14 Fiscus personarum appellatione continetur ; sed abusive , & impropte , n. 16.
- 15 Idem procurator Cæsarialis , & fisci .
- 17 Princeps duo bonorum genera possidet , & que .
- 18 Fiscus , Regia Camera , & ærarium synonia sunt .
- 19 Homo dignissimus inter creaturas .
- 20 Lex suo congruo tit. collocari debet .
- 21 Communis opinio , quæ nova ratione convincatur erroris , amplectenda non est .
- 22 Sacrum Consilium Neapolitanum sapienter admodum rationes , & argumenta perpendit , magis quam ad numerum respiciat .
- 23 Oratio indefinita æquipollit universaliter .
- 24 Intellectus ab auctore approbatus , ut verior , etiam receptior ostenditur .

**M**hi quidem semper ea sententia placuit , ut lex ista generaliter esset intelligenda , videlicet , ubi nulla alia ratio questionis inter fiscum , & privatum definienda suppeditetur , tunc contra fiscum respondendum , ac judicandum sit , quod quidem facile erit persuadere , si ea decidendi ratio afferatur , quæ sic accipiendam esse concludat . Primum si queramus rationem ex parte Principis , ac ita legislatoris , ea optimo regimini bellissime consentit : Nam , ut scribit Plinius in Paneg. Trajano dicto , non nisi sub Principe malo erit bona causa fisci , ejusdemque Trajani præcipua gloria fuit , ut semper vinceretur fiscus . Et hanc rationem , quæ ex eo desumitur , quod optimum Principem decet , ex no-

stris probant Alciatus , de presumpt. reg. 3. presumpt. 41. n. 3. Emanuel a Costa in l. qui duos §. cum in bello , in ver. patrem prius mortuum , n. 14. ff. de reb. dubiis , considerat Didacus var. resolut. lib. I. cap. 16. in prim. Sed ne quis hæc ad ornatum , & laudem potius , quam ad rem referat ipsam , diligentius consideranda sunt . Quapropter sciendum est res fiscales quasi proprias , & privatas ipsius Principis , non quasi publicas centeri l. 2. §. hoc interdictum , ff. ne quid in loco publico , dum Jureconsultus eo loci negat interdictum ad ea loca pertinere , quæ in fisci patrimonio sunt . Et ibi notat Angelus res fiscales privatas censeri . Quo stante ad publicam utilitatem pertinere , ut in dubio pronuncietur contra fiscum , non tan-

Tantum ea quia argumentum est Principem esse bonum, & hoc ipsum quæ si propriæ bonitatis testimonium Princeps quilibet optare tenetur, sed semo hoc effectu, ex ipsa causa hunc in modum demonstratur. Nam lex omnis ita ferri debet, aut lata interpretari, ut pro communi utilitate posita videatur. c. erit dist. 4. Ac potissimum illud est proprium juris civilis, ut civitati utile sit, l. jus pluribus, ff. de just. & jur. & sane præstantiora jureconsultorum responsa ad utilitatem persæpe referuntur l. 3. ff. de const. pec. ibi: quam sententiam non invitus probarim; habet enim utilitatem, l. si remunerandi §. ult. ff. mandati ibi: quæ sententia utilitati rerum consentanea est l. servum ff. rem pupil. sal. f. ibi: propter utilitatem receptum est, ad idem pertinet ex l. nam ut ait Pedius, & l. jus singulare ff. de legibus; debet autem utilitas esse communis, & non ad solum Principem, sed ad omnes cives pertinere, quod probatur in d. l. erit, & apud Tull. 2. de leg. dicentem: constat profecto ad salutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque omnium quietam ac beatam conditas esse leges. Eas igitur Principes condere debent, non sibi ipsis proficuas, sed populo universo salutares. Qua maiore posita, minor clare patet. Quis enim ambigit inter hæc duo, quid cibibus omnibus magis expedit, an quod in omni causa dubia pronuncietur contra fiscum, vel contra cives etiam consideratos ut singulos? Interest cuiuslibet Principis cives locupletes habere, §. cogitatio, Auth. ut jud. sine quo suff. fiant. intersit etiam necesse est, cum de privato Principis commodo cum privatis subditis contendat, ut in dubio se vinci patiatur, id enim valet ad benevolentiam populi sibi conciliandam, ad eundem debita caritate protegendum, ne saeva fisci prærogativa opprimatur: hinc fit ut adversus eximentem debitorem a judicio minus consequatur fiscus, quam privatus, quod post glo. in l. quoties C. de exatt. trib. lib. 10. probat Soccinus senior in l. 1. §. in eum ff. ne quis eum, qui in jus voc. Nam quod fisco vincenti est incrementum latens, vieto persæpe notabile damnum affert, & potest fisci favor multos ad inopiam perducere, quæ res plus in communi affert incommodi, quam fiscus ampliatus possit utilitatis afferre, quod non minus piè, quam juste in l. unica §. ult. C. de caducis toll. Justinianus his verbis

insinuat: Tantum etenim nobis supereft clementia, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum ad caducorum vendicationem vocari nec illi pepercimus, nec augustum privilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prædest, hoc private nostræ utilitati præferendum esse censemus, nostrum proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes. Utique quod facimus argumentum Justinianus hoc loco & suppeditat, & confirmat. Sed hec cum optimis Jureconsultis mihi conferenda sunt justitiam amantibus, ac Deum timeantibus, non ut ad aures eorum perveniant, qui se tunc prudentiores putant, cum augendi ærarii, & pecuniarum extorquendarum novas in dies causas querunt, quos non satis dico improbos nisi etiam scelestissimos appellem. Non enim sunt ubera civium sic emungenda, ut fisci venter impleatur nam certum est fiscum ditissimum argumento esse, male se habere rempublicam, ut graviter post Plinium in adducto panegyrico pluribus comprobat Pet. Greg. Tolos. in Syntag. jur. un. lib. 31. cap. 31. n. 14. ex iis constat hanc Modestini sententiam ad Principis gloriam, & populi salutem augendam ex fine legum generaliter esse accipiendam. Nam quæ ratio in lege condenda desideratur, eadem plane in lege condita interpretanda retineri debet l. nam ut ait Pedius ff. de legibus l. fin. Cos. cod. Quare quod cibibus omnibus est commodissimum, ut in causa dubia pronuncietur contra fiscum, idem quoque non potest non esse justissimum, quia justitia cum utilitate convertitur d. l. jus pluribus, l. in novis ff. de const. Princ. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquiliana cums sim. Secundo loco hoc idem ex parte fisci manifestissime comprobatur. Nam cum fiscum dicimus cum privato contendere, privatam præsupponimus personam indifferente, quam lex nec speciali favore, neque odio prosequitur. Fiscum vero privato comparatum in eo ponimus, in quo non sit aperte privilegiatus, quia tunc non esset casus dubius, & hoc casu ratione personæ privato magis, quam fisco favendum esse, dupli ratione probatur. Prima eorum est quoniam fiscus habet in se qualitates odiosas, ut tradit Baldus in cap. 1. n. 10. de allad. in usibus feud. consentit Peregrinus quo supra lib. 1. cap. 1. n. 38. Idem Greg. Tolos. d. lib. 31. n. 14. Tum cum dives semper præsumatur, adeo ut non te-

teneatur cavere d. l. i. §. si ad fiscum, & ibi glos. ff. ut leg. nom. cau. l. 3. §. idem sciendum ff. si cui plus quam per l. Falc. l. 2. ff. de jur. dot. quia tamen est difficilis ad conveniendum, non reputatur fidejussor idoneus, Baldus in l. scientia C. de fidejus. Afflictus decis. 88. At quid injustius, quam eum, qui dives sit, immo ditissimus sicut mare magnum, ut ait Fulgosius conf. 20. n. 5. summa cum facilitate, & sine strepitu, & figura judicij credita exigere, in debitis verò solvendis difficultatem semper injicere? Quo nomine exculsantur ii, qui ut credita eorum alioquin justissima, fisci difficultate superati, consequi possiat, aliquando indirectis cautionibus utuntur, argumento eorum, quæz not. in l. ea est natura cavillationis ff. de regul. jur. dum communiter tradunt mediis injustis jus suum redimere permisum esse. Si ad effe-  
ctum respiciamus in eum canones invehunt, quod id tollat fiscus, quod non capit Christus, & quasi poenale quipiam, quia decessit devotione Dei, indicatio fisci accessisse putetur, c. majores 16. quæst. 7. Si ad simili-  
tudines, lyeni comparatur, qui humores melanconicos ex hepate per vas venosum ad se attrahit, quorum partem tenuissimam in sui alimentum convertit, reliquam per proprium quendam meatum in ventriculum eructat, Didacus, & Gregorius Tolos. in locis supra citatis. Quid, si ad vocis derivationem respicere velimus, fiscos Jurisconsulti dixerunt, quibus olivæ præmebantur l. sed & addes, §. illud vel fiscus, ff. locati, eaque comparatione, quod privatorum marsupia premat, fiscus dictus est, quasi saccus quidam, ut adnotavit glos. in proem. constitutus regni in fin. Greg. Tolos. d. c. 31. n. 2. Ex his, quis est, qui non intelligat, fiscum retinere qualitates quasdam, quibus inspectis in quæstione dubia ei minus sit, quam privato favendum? Secunda ratio ex hac ipla comparatione desumitur. Nam etsi fiscus personarum appellatione contineri creditur, ut per glos. quam notat Baldus in l. eos §. super C. de usuris, & probari videtur per suppositionem quandam in cap. I. de nov. for. fid. in usib. feud. tradit Are. conf. 83. n. 4. qui personam individuam censuit; tamen constat esse personam fictam, & imaginariam l. si quis in tantam, ibi apud fiscum, vel homines C. un. vi Fel. per eum text. in cap. eam te n. 15. vcr. tertia declaratio de rescript. post Rom. in l. 2. n. 15. ff. de verb. obl. adeo ut ratio

omnis sic exigere videatur, ut homo fictus cedat homini vero, cum veritas fictioni præferenda sit, l. filio, & ibi glos. & Bartolus ff. de lib. Quod si quis à falso consequenti rationem hanc redarguat, quia universitates, collegia, ecclesiae cum privato contendingo hoc argumento succumberent, quia has etiam fictas personas esse liqueat ex Baldo in sit. C. ad Trebell. idem Baldus in cap. I. §. conventiculas n. 2. de pac. jur. fir. Rom. conf. 400. n. 6. & 7. Felinus in cap. eam te n. 14. & 15. de rescript. Et si ex representatione defendantur, quia simul cogant, & repræsentent personas favore dignas, fiscus etiam Principem repræsentare videatur, cum idem procurator Cæsar, qui fisci esse videatur l. si procurator. Cæsar hoc tit. quamquam Jason. post Bartolum in l. I. n. 3. ff. de off. procurat. Cæsar. alterum ab altero distinguat, si quis inquam ita arguat, latens differentiaz ratio pandenda est, quæ in eo versatur, quod neque collegium, neque universitas, neque Ecclesia singulos repræsentat, ut singulos, sed omnes in unum corpus collectos, ac ita non hujus, vel illius, sed unius corporis ex omnibus collectivè resultantis, repræsentatio est maxime favorabilis, quo plures personas, easque veras comprehendit, & repræsentat, omnisque ratio poposcit pluribus personis, magis quam uni esse favendum in causa dubia. At fiscus, vel si personarum appellatione contineatur, hoc tamen abusivè, & impropriè fit, quia non Principis personam repræsentat, sed ejus, ut fictus minister habetur ad cogendas in ærario pecunias, & easdem erogandas assumptus, neque fiscus, ut Cæsar habetur, sed ab ipso distinguitur l. I. C. de quadri. prescrip. ibi: nec iis a fisco nostro controversiam converzandam. Quod ut apertius pateat, sciendum est in Principe duo bonorum genera considerari, alterum eorum, quæ ut privatus possidet nulla exhibita ratione dignitatis, quæ proprie non fiscalia, sed patrimonialia dicuntur. Quorum administrationem ad procuratorem Cæsar pertinere, & Bartolus, & Jason. qui supra rati sunt. Tum Corn. in sit. de off. Procurat. Cæsar. satis clarè testatus est ad hanc privati patrimonii curam pertinere. Alterum est genus bonorum, quæ ei cum dignitate accedunt, ac unita coronæ esse videntur, cujusmodi sunt jura fiscalia, quæ ex vestigalibus compendia deducuntur, & alia quædam, quæ recensentur in titulo, quæ sint reg. in usib. seu. unde fiscus tamquam publica pecunia, idest ex publico.

R r pro.

prodiens , vel tamquam publicum æram  
rium , ut proprium tamen , ac privatum  
ipsius Principis , ut Principis habetur . Quod  
idem Corasius not. in l. nec quicquam ff.  
de off. proconf. & leg. latius idem Grego-  
rius Tolosanus d. lib. 31. cap. 31. n. 3. Jaco-  
bus Cujacius in paratitlis ad hunc ipsum si-  
zulam in fin. & ita patet fiscum inter res  
Principis computari , & propriè quidem appella-  
tione rerum , improprie autem personarum  
appellatione , & abusivè significari . Quod  
18 probat glos. in proem. const. bujus reg. in fin.  
concludens fiscum , regiam cameram , æram  
esse quasi synonyma . At si nihil dubitamus  
personas rebus digniores esse §. ult. Inst. de  
jur. natur. gent. & civil. Quinimo hominem  
19 dignissimum inter cætera animantia haberi  
l. justissime ff. de edil. edi. nec etiam du-  
bitare debemus , sive fiscum tamquam rem ,  
sive patrimonium censeamus , sive personam  
fictam reputemus , cum non erit aper-  
tè privilegiatus , cum privato contem-  
dentem , in dubiis quæstionibus oportere  
succumbere .

Tertia ratio ex ipsius Modestini sententia de-  
promittit , quatenus sub lib. fin. de præscript.  
ita respondit . Si enim uti decet sub congruo  
20 titulo hanc regulam ab eo pronunciata  
esse præsumamus arg. l. un. §. quibus Cod.  
de nov. cod. fac. consequitur , ut ostendimus  
cap. præced. n. 4. & seq. falsam esse Cumani  
distinctionem , hanc legem ad materiam pœ-  
nalem restringentis , & si nobis , in materia  
præscriptionis quæstionem configere velimus ,  
constabit fisco , & de damno evitando , &  
de lucro captando ; cauſsam habere posse ,  
quoniam materia præscriptionum se habet  
ad utrumque , ut & adversum fiscum cæte-  
ri præscribant , & fiscus adversum coeteros  
l. in omnibus ff. de diver. & temp. præscript.  
l. i. C. de quadr. præscript. Cum itaque  
Modestinus in materia indifferenti loquatur ,  
consequitur eum hujus sententiæ fuisse , ut  
regulam generalem ediceret in quacunque  
materia , in dubio contra fiscum esse pro-  
nunciandum . Sic itaque generaliter accipi  
debet arg. l. i. §. generaliter ff. de leg.  
præst. & cum hanc rationem , quemadmo-  
dum urget , & opportunam responsionem  
non admittit , qui diversam sententiam se-  
quuti sunt , non consideraverint , palam est eo-  
rum sententiam , quamvis communis foret ,  
21 velut erroneam derelinquendam esse , & hunc  
ex iis casibus fore , in quibus communem  
opinionem sequi non debemus , ut commu-  
niter concludunt Dott. in cap. i. de const. ubi

Felinus n. 54. ver. Hæc limitantur primo per  
text. in l. i. §. sed neque Cod. de vet.  
jur. enucle. tradit Decius conf. 366. n. 7.  
pulchre Dom. de Franchis decis. 30. n. 2.  
ubi per eum textum notat rationes non nu-  
merum Doctorum ponderari oportere , &  
22 ita observat hoc Sacr. conf. quod ejus  
majestate dignissimum censeo , cum alio-  
quin nostrorum temporum deploranda miseria  
ad id pervenerit , ut in numeratione libro-  
rum , non in argumentorum examine  
tota novissimorum industria versari videa-  
tur .

Quartò huc quoque pertinet , quod is inde-  
23 finite locutus est , quare oratio æquipol-  
let universali , l. si pluribus ubi Bartolus no-  
tat. ff. de leg. 2. sic itaque universali-  
ter accipi debet , maximè cum ex præ-  
cedentibus innotescat , hanc acceptionem fa-  
vorabilem esse , & optimo Principe di-  
gnissimam . Confirmatur etiam ex eo , quod  
dubii nomen elegit , quod generale est ad  
ambiguum , obscurum , & incertum , ut hæc  
omnia mira eruditione & elegantia secernens  
probat Angel. de Matth. de via , &  
ratione juris cap. 3. n. 7. & seq. ubi à cor-  
rupta juris disciplina ad veram civilis scien-  
tiæ methodum maxima cum utilitate  
docentes , & addiscentes revocasse vide-  
tur .

Tandem ne videamur aliquid vel novum , vel  
obsoletum pronunciasse , hanc nostram  
24 interpretationem ad ejusmodi legem ex an-  
tiquioribus probarunt Dyn. Rayn. Bartolus ,  
& Albericus bic , Joannes de platea in l. I.  
C. de jure fisci libro 10. secuti vero sunt  
Math. not. 71. per totum , Alexander in l. i.  
n. 2. ff. solut. matrim. & ibi Claud. Aqu.  
Pomar. bic in additione ad Bartolum , Felinus  
sibi tamen contrarius in cap. ult. not. 6. de  
re jud. Alciatus de præscript. reg. 3. præ-  
sumpt. 41. n. 3. Idem lib. 8. parerg. cap. 6.  
& in d. l. i. n. 6. in fin. ubi de com-  
muni , Jason. etiam sibi parum constans in §.  
si quis agens n. 70. Inst. de actio. Eman.  
Acoſta in d. l. qui duos §. cum in bel-  
lo versi. patrem prius n. 14. ff. de reb.  
dubiis , & præter hos addo Andream de  
Iernia hujus regni jure consultorum vere  
principem in const. violentias , idem in  
const. ut successionibus in versi. filii fratrum ,  
qui generaliter legem hanc utrobique visus  
est intellexisse . Et quamquam quibusdam  
videatur receptior Cumani sententia , si ta-  
men rem diligenter examinabunt , antiquo-  
rum utpote Dyn. Bartol. , Rayn. Albericus ,  
&

& Ifernæ authoritate pensata , tum vero quod communiter in omni causa fiscalis , soleat allegari , ut per Angelum in §. ult. n. 4. Inst. quibus modis testam. inst. confabat , non tantum hanc sententiam esse verissimam , de quo nemo , qui superscriptas rationes accurate legerit , dubitare poterit , sed etiam esse receptissimam & in præxi aperta fronte recipiendam . Sic ejus allegationem generaliter usurpant Fulgosi

conf. 70. n. 4. Socinus conf. 275. n. 20. in fin. lib. 2. Decius in l. si is qui n. 29. C. qui testamenta fac. poss. Coepba. 438. n. 82. & consilio 605. numero 6. lib. 4. Menoch. conf. 451. numero 40. Joannes Bott. conf. 39. in fin. Sed quia haec tenus difficilis contrariorum solutio non patiebatur hunc intellectum omnibus facile persuaderi , ad ea removenda libentissime descendō .

*Regule Modestini generalis acceptio ab omnibus oppugnationibus defenditur :*

### Cap. III.

- 1 Discutitur , l. 1. C. de jure fisci , lib. 10.
- 2 Alexandri sententia ad ejus oppositionem removendam reprobatur .
- 3 Alciati solutio adducitur .
- 4 Fisco à quo die competat privilegium racite hypothecæ , aut à die suscepæ administratioñis , vel commissæ fraudis latè differitur usque ad n. 7.
- 5 D. Octavius Purus Mag. & D. Pompeius Cantarinus olim in Rota Florentina auctoris collegæ .
- 6 Glof. plures afferens sententias , ultimam ap. probare censetur .
- 7 Glofator Accursius omnium doctissimus .
- 8 Declaratur d. l. 1. C. de jure fisci ex auctoris sententia .
- 9 Unusquisque tenetur probare , quod est fundatum suæ intentionis .
- 10 Praesumptio relevat ab onere probandi .
- 11 Agens negotioria habet intentionem fundatam a jure .
- 12 Unaqueque res praesumitur libera , non autem affecta servitute .
- 13 Prætendens caussam onerosam , praesertur prætendenti lucrativam .
- 14 Donandi animus non praesumitur , & potius praesumitur error , quam donatio , n. 15. etiam inter coniunctos 16. & fundans se in donatione dicitur fundare se in re non verosimili n. 17.
- 18 A communiter accidentibus faciles sumus ad donandum in fraudem fisci .
- 19 In dubio temporis praesumi pro fisco non est verum absolute .
- 20 Fiscus neque in lucris , neque in damnis fraudandus est .
- 21 Socinus conf. 67. n. 3. & 8. lib. 3. reprobatur .
- 22 Discutitur l. si is qui hoc tit.
- 23 Intellectus Accursii ad l. auferitur , §. fiscus hoc titulo approbatur .
- 24 In bonis quæstis ante hypothecam fisci , ea supervenientis non praesertur anteriori privata .
- 25 Dispositio d. l. si is qui procedit etiam in hypotheca dotali .
- 26 Item in ea quæ Ecclesia competit .
- 27 Qualitas sine subiecto esse non potest .
- 28 Lex in actu annullando validius operatur , quam homo .
- 29 Jus speciale potentius est jure communi .
- 30 Inter duos privilegiatos ille praesertur , qui magis est privilegiatus .
- 31 Intellectus Sal. ad d. l. si is qui , reprobatur .
- 31 Conciliatur dicta lex si is qui , cum l. ult. C. qui pot. in pig. babeantur .
- 33 Discutitur lex prima , C. pœn. fisc. cred. præser. lib. 10.
- 34 Rei appellatione jura continentur .
- 35 Rub. habens orationem perfectam nigrum declarat .
- 36 Creditor agens intendit semper sibi aliquid dari , vel fieri .
- 37 Rem suam condicere permisum est odio suorum .
- 38 An Modestinus restringi debet ad respondentes

- 320 dentes de jure , non ad jus dicentes .  
 39 Modestini responsa pro lege servata .  
 40 Reip. interest delicta non remanere impunita .  
 41 Leges cur inventae sint .  
 42 Occasio delinquendi danda non est .  
 43 Juramentum de maleficio non denunciando , non est obligatorium .  
 44 Filia spuria etiam dotanda , & quare .  
 45 Inter fiscum , & privatum , quæstio duplificiter contingere potest .  
 46 Accusatio qualibet in quos articulos dividatur .  
 47 In qualibet inquisitione ante omnia de corpore delicti constare debet .  
 48 Probatio dubia in civilibus non relevat , & multo minus in criminalibus .  
 49 Nemo presumitur delinqens in dubio .  
 50 Dolus regulariter non presumitur .  
 51 Culpa etiam non presumitur , sed probari debet .  
 52 Etiam si levissima sit .  
 53 Probatio illa semper prævalet , cui affilicit presumpcio juris .  
 54 Testibus probantibus defensionem plus creditur , quam probantibus delictum .  
 55 Reus ex dubia probatione sublevatur .  
 56 Presumptio debet fieri pro minori delicto , cum dubitatur de minori , vel majori .  
 57 Culpa levior regulariter secundum natum levissima censetur .  
 58 Declaratur l. absentem ff. de pœnis , ejusque ratio adducitur .  
 59 Legis proprium magis est cives bonos ef-
- ficere , quam coercere malos .  
 60 Pœna cur legibus inventæ .  
 61 Cum constat de delicto , & delinquentे , duo in quæstione vertuntur & quæ .  
 62 Aufugiens à triremibus an pœna mortis puniendus sit , usque ad n. 74 .  
 63 Arbitrium judicis an extendatur ad pœnam mortis , n. 73 .  
 64 In pœnis etiam lata interpretatio fieri debet nè delicta remaneant impunita .  
 65 Damnati in metallum aufugientes pœna mortis puniuntur .  
 66 Edictum D. Adriani declaratur .  
 67 Lex est etiam , quod continetur sententia legis , quia sub lege comprehenditur , & non per extensionem , sed comprehensivè determinatur n. 68 .  
 69 Constitutio pœnalis non videtur extendi ad casus , qui veniunt ex mente constitutionis .  
 70 Ratio ubi eadem est , non sufficit diversificare casus .  
 71 L. si de interpretatione ff. de pœnis declaratur .  
 72 Sententia legis manifesta tribuit Judici potestatem procedendi de similibus ad similia , etiam imponenda pœnam mortis naturalis n. 73 . & 74 .  
 75 Injurians non relevatur dicendo se non fecisse animo injuriandi .  
 76 Statutum puniens loquentem cum bannito , comprehendit etiam mittentem epistolam .  
 77 Fiscus non debet esse deterioris conditionis , quam privatus .

**Q**uoniam igitur intellectus , quem probamus , varias difficultates hucusque pati visus est , singulas juxta laudabilem Bartoli morem removere conabimur , ut per contraria transeundo , via ferro pandatur . Objicitur primo l. i. C. de jur. fisc. lib. 10. cuius verba sunt : Si prius quam fisci rationibus pater vester obligaretur , perfectam prædiorum donationem fecisse fuerit probatum , quod citra fraudem creditorum gestum est , non rescinditur . Ex qua colligi videtur , quod si duo producantur instrumenta eadem die confecta , alterum pro fisco , alterum pro privato , illud fisci præsumatur anterius , sic sanè colligunt Bartolus ibi n. 4. Baldus in l. si debitor C. de privil. fisc. Tum vero , quod mirabilius est , etiam in possessoris præjudicium fiscum hoc privilegio gaudere cen-

suit Soccinus consil. 67. n. 3. & 8. lib. 3. quod vereor plurimum , nè veritati contradicat , pro iis tamen facit , primus intellectus Accursii inibi dum ait speciale eis in fisco . Quoniam cum fiscus ibi hypothecaria agat , utique probare deberet rem in bonis debitoris fuisse , l. & quæ nondum q. quod dicitur ff. de Pign. l. ult. C. quæ res pign. oblig. pos. Soccinus consil. 112. n. 22. volum. 4.  
 2 Prima solutio est Alexandri in l. i. n. 2. ff. solut. matrim. existimantis legem hanc veluti habentem plures , & ambiguos intellectus in aliquam partem allegari non posse juxta doctrinam Bartoli in l. in ambiguis ff. de reb. dub. Sed ubi difficiles emergunt antinomiae frequentius , quam deceat , hic solvendi modus usurpatur , qui nec convenire queat ,

quicat, ubi inter varios intellectus, aut  
terior, aut receptor appareat.

- Alciatus* autem reg. 3. *præsumpt.* 41. admis-  
3 so etiam cuiusquam intellectu, solvit hoc  
modo, ut *Modestini* regula non procedat,  
cum dubitatio inter fiscum, & privatum est  
circa prioritatem temporis propter dictam  
legem primam, quasi quæstio temporis alio-  
quin dubia propter fisci privilegium, ex d.  
l. 1. semper clara pro fisco censenda sit.  
Et quantum ad vim argumenti pertinet, hæc  
solutio probari potest: Stant enim ista duo,  
ut cum de tempore dubitatur, præsumatur  
pro fisco, in cæteris tamen in dubio  
adversus fiscum pronuntiandum sit. Non  
tamen videtur verius illius legis intellectus.  
Itaque mihi lex illa nullum fisci privile-  
gium, sed meram juris communis dispositio-  
nem continere videtur; pro cuius rei intro-  
ductione utilem questionem exponere necesse  
est, quæ mihi in alma Rota Florentina de-  
genti in facto accidit. Dubitatum est cum  
4 fiscus habeat tacitæ hypothecæ privilegium  
*l. 2. C. in quibus caus. tac. hypot. cont.* an  
adversus suos administratores eam sortiretur a  
die suscepiti officii, vel a die commissæ frau-  
dis; & visum est prima fronte, ne non pri-  
us haberet, quæm scelus admissum foret per  
rex. in l. si quis post bac §. sed in iis C.  
de bo. prescript. ibi: *antequam crimen oria-  
tur*, ac ita *Azo*, & *Jaco*. de *Rau*. eam le-  
gem interpretantur. Et quamquam in hoc  
sensu hæc verba satis præcisa visa fuerint,  
5 attamen *Domino Octavio Puro*, *Magonio*, &  
*Domino Pompeo Cantarino* in causis ultima-  
rum appellationum diffiniendis collegis meis  
amantissimis, & juris peritissimis, mecum  
velut ejus caussæ relatore, super eo negocio  
deliberantibus, contrarium visum est: non eo  
quidem argumento, quod *Petrus Cynus*, *Sa-  
lycerus*, & *Angelus* id ipsum inibi satis aper-  
te definiunt, & *Accursius* ultimo loco hanc  
sententiam referens, superiorem confutasse,  
& nostram elegisse credatur, ex iis, quæ de  
6 sententiis glossatoris scribit *Jason*. post alios  
in l. 1. n. 91. C. de jur. *Emphy.* maxime  
cum suam ultimo loco subjicit, ut accurate  
perpendit *D. de Francia* dec. 22. n. 3. &  
n. 10. neque adeo facile a verbis legis aper-  
tis recedendum erat, aut eorumdem cavil-  
losa interpretatio admittenda; Sed nos ma-  
xime movit *Textus* in l. cum oportet §. ult.  
C. de bon. quæ lib. ibi: *Sed cum tacitas  
hypothecas tamen veteres leges in quibusdam  
certis casibus introduixerint, quæm nos in ma-  
ternis, cæterisque, quas servare necesse est.*

Hactenus constat, hæc verba etiam tacitam  
hypothecam, quæm fiscus habet ex d. l. 2.  
comprehendere, & dubitabatur ex quo tem-  
pore hypothecas competere oportet, utrum  
ne ab initio, an ex eo tempore, ex quo  
male aliquid gestum est, & ita dubitatio  
erat de quacumque tacita hypotheca adversus  
rerum alienarum administratores competente,  
ut fisco competens quoque comprehensa sit,  
tum ex verbis, quæ generalia sunt arg. l.  
1. §. generaliter ff. de leg. præst. tum ex ra-  
tione, quæ ad omnes administratores  
pertinet.

Sequitur *Justinianus*: *Compendiosa narratione in-  
terpretamur initium gerendæ, vel deferendæ ad-  
ministrationis esse spectandum, & non tem-  
pus, ex quo male aliquid gestum fuit.* Sic  
igitur a *Justiniano* constitutum est, quacum-  
que tacitam hypothecam, ratione administra-  
tionis à lege introductam, à die suscep-  
tæ administrationis contractam intelligi. Non  
obstante d. l. si quis post bac in §. sed in  
iis, nàm fatemur secundum *Azonem* illam  
obligare a die commissæ fraudis, licet *Salic.*  
perperam verba illius legis, quæ in hoc cla-  
ra sunt, in aliud sensum torqueat.

- 7 Quod *Accursius* omnium in legibus interpre-  
tandis verè doctissimus intellexit, dum con-  
trariam *Azoni* sententiam sequens, non ea  
nititur lege, sed relatam *Justiniani* consti-  
tutionem ad eam probandam adducit; quæ  
cum ad veteres altercationes supprimendas in-  
vulgus emissâ fuerit, ut verbis utar *Teophil.*  
in §. *libertinorum Insti.* de liber. Aut con-  
stitutioni *Arcadii*, & *Honorii* initium fiscalis  
hypothecæ producendo addit, aut derogat,  
tamquam posterior si in aliquo contrariari  
videatur, ut tacitæ præsentit *Accursius* ser-  
vanda est, argumento l. sed & posteriores ff.  
de legib. Cumque hæc interpretatio in effectu  
cum communi opinione, in veritate cum  
*Justiniano*, in modo interpretandi cum glo-  
fatore consentiret, me referente, secundum  
eam judicatum fuit. Ex prænarrata con-  
clusione, quæ tamquam scitu digna præter-  
mittenda non fuit, infertur ad intellectum d.  
l. 1. C. de jur. fisc. quod cum lex illa ante  
relatam *Justiniani* constitutionem edita fue-  
rit, dubitabatur, patre rerum fiscalium ad-  
ministrationem suscipiente, à quo die orta foret  
8 hypotheca. Et quidem, si ante diem ad-  
ministrationis delatae juxta recentem *Justi-  
niani* constitutionem ortam proponeremus,  
nihil dubitandum esset, an ante donata, pen-  
dente administratione, in fraudem donata fo-  
rent, quoniam donata essent cum suo  
one.

onere , & cum sua caussa , & jure hypothecæ fiscalis affecta l. distractis , & l. debitorum cum simil. C. de Pign. & hypo. & inane esset prætextu fraudis præsumptæ alienationem rescindere , quæ non obesset . Sed quia ante Justiniani constitutionem verius fuit , ut deduxi , oriri hypothecam a die commissæ fraudis , donatio facta inter susceptæ administrationis , & commissæ fraudis tempora , suspecta existimatur ex not. in l. post contratum ff. de donat. ubi Bartolus n. 2. ita hanc legem intelligit , & comprobatur isthac expositio ex l. si aliquis ff. de mort. caus. don. & l. in fraudem hoc sit. nostro . Cum autem suspicio fraudis , qua fiscus nullam dicit donationem , purgetur ex tempore , recte textus ille desiderat probationem ab eo , qui se fundat in tempore , sensusque est donationem factam post susceptam administrationem fraudolentam præsumi , antea factam non ita : nullum tamen in ea re est

9 fisci privilegium , quia regulare est unumquemque probare debere , quod est fundamentum suæ intentionis , ut tradunt Bartolus , Imola , & omnes in l. illa ff. de verb. obligat. Tum speciatim id ipsum incumbere ei , qui se fundat in tempore , probatur in l. cum actum ff. de neg. gest. & hoc est perpetuum in quacumque materia Alexander conf. 16. n. 2. vol. 5. Soccinus conf. 42. n. 9. Decius conf. 623. in fin. Cacher. decis. 117. n. 6. ac ita plane sentiunt Salycetus in l. si debitor in fin. Cod. de privil. fis. Joannes de Platea in d. l. i. nullum prorsus fisci privilegium contineri . Et in fisco idem quoque probat Neguz. de pign. in secundo membro 5. par. n. 43. minus recte alio sensu adductus a Jacob. Menochio d. præsump. 72. lib. 2. n. 7. vers. ceterum . Et licet contradicat Alexander in d. l. i. n. 2. ff. solut. mat. dicens , quod fiscus tamquam actor , non autem reus onere probandi gravandus erat l. qui accusare , C. de eden. Attamen considerandum est , sive dicamus ante Justiniani constitutionem , hypothecam à die susceptæ administrationis fuisse incohatham , ut Salycetus , & allii existimarunt , sive donationem in fraudem factam præsumi , verum est fiscum habere fundatam intentionem , sive in veritate , sive in præsumptione : nam 10 præsumptio relevat ab onere probandi , cap. ult. de præsumpi. & hinc fit , ut agens 11 negatoria non teneatur probare , ut not. in §. aequa si quis agat Inst. de act. quia sat sibi est præsumptio illa , qua unaquaque res præsumptio 12 matur libera , sive allodialis , non autem af-

fecta servitute , l. altius C. de seru. quæ de re latius per Alciatum de præsumpt. reg. 2. præsumpt. i. & per doctores in d. §. aequa si quis . Quinimo fiscus dum probat ad judicium provocans , patrem ex administratione debere , & bona susceptæ administrationis tempore per eum possessa fuisse , satis pro utili Salviani interd. obtinendo præstisile videtur ex no. per Bartolom in l. i. n. 3. ff. de sal. inter. & in l. 2. C. eo latissime per Jason. Menoc. in Reme. Adip. Tertio n. 15. & n. 160. Reus excipit prius sibi fuisse donatum , ergo prioritas temporis deducitur excipiendo , & ita ab excipiente probari debet , non propter fisci privilegium , sed quia in sua exceptione actor est , l. 2. ff. de excep. & ita hic textus & privilegio , & difficultate carere videtur , & tamen fisco hæc interpretatio profutura est , ut in 2. parte explicabimus . Ac ita arbitror esse sentiendum .

Si quis vero aut sequatur Alciati solutionem , aut putet relatæ legi omnino aliquid specialitatis inesse , hanc non ex privilegio fisci , sed ex ratione subjectæ materiæ , & justius , & commodius desumere poterit . Etenim cum adversarius fisci jus ex donationis titulo pretendat , duriorem caussam , & generaliter , & specialiter profiteri videtur , generaliter , quia tractat de lucro captando prætendens caussam ex titulo lucrative , fiscus vero tractat de damno vitando , prætendens caussam ex titulo oneroso , unde fisco magis favendum foret ex tritissima regula , l. juris ignorantia ff. de reg. jur. l. Proculus ff. de

13 damn. infec. l. ult. C. de Codicil. cautum est enim tum iis , tum aliis juribus , eum , qui tractat de damage , prætendenti caussam lucrative esse præferendum , quod & in filio locum habet , non obstat Modestini regula , ut in secunda parte dicimus . Tum vero specialiter nitebatur fisci adversarius donationis ti-

14 tulo . Cum verò donandi animus non præsumatur , l. cum de indebito ff. de prob. &

15 potius præsumatur error , quam donatio , l. 4. §. ult. ff. si quis caussa gl. in l. generaliter in ver. tamquam , & ibi Baldus n. 5. C. de non n. pecun. Alexander conf. 13. n. 2. lib. Decius conf. 644. n. 5. adeo ut

16 nec etiam inter conjunctos animus donandi præsumatur , Aymon. conf. 86. n. 2. & qui se

17 fundat super donatione , rei non verosimili innititur capit. super hoc de renunc. ab eo liquidiores probationes merito desiderantur , argumento l. non est verosimile ff. de eo quod met. caussa , Abb. per eum textum in c. quia vere

verosimile de præsump. *Baldus* in *l. transactio-*  
*nem C. de transact.* ubi *Alexander n. 1. Decius*  
<sup>18</sup> *conf. 176. n. 1.* Fac nos a communiter acci-  
 denti faciles esse ad donandum in fraudem  
 fisci , merito fit , ut desideretur probatio  
 prioritatis in donatione , non privilegio fi-  
 sci , sed vitio materiae , quæ suspicione mi-  
 nime caret. Qua ratione defendi potest ,  
 quod inquit *Alciatus* , legem illam ad alios  
 casus non esse producendam , quod ante tra-  
 dit *Alexander* in *add. ad Bartolum* in *d. l.*  
<sup>1.</sup> & ne autoritate deficere videamur , hoc  
 plane casu materiam subjectam considerat  
*Angelus* in *l. si debitor Cod. de privil. fisc.*  
 ut *d. l. 1.* procedat dumtaxat in donatione ,  
 non in aliis contractibus , *Sal. in l. 2. n. 3.*  
*C. end.* probat quoque *Castrensis* in *l. matrem*  
<sup>n. 3. C. de prob. Bulg. in l. 1. n. 6. ff. sol.  
*mat.* Tum generaliter *gl. Odofr. bīc de Pon.*  
*Jacob. Rebus. d. l. 1.* intelligunt cum fiscus  
 agit de caussa onerosa , privatus vero de  
 caussa lucrativa , tum sequuntur *Salycetus* in  
*d. l. si debitor Ro. sing. 158.* & ex conge-  
 stis per *Didacum d. cap. 16. lib. 1. var.*  
*resolut. n. 3.* & per *Menochium d. præsum-*  
*pt. 72. n. 7.* constat hunc esse receptiorem  
<sup>19</sup> intellectum . Sic itaque quod *Baldus* ge-  
 neraliter tradit in *l. 1. n. 7. Cod. de bāred.*  
 vel *act. vend.* Tum *Lucan. de privil. fisc.*  
<sup>n. 82.</sup> quod in dubio temporis præsumitur  
 pro fisco , temperandum est justa *d. l. 1.* ter-  
 minos , ut procedat dumtaxat ad excluden-  
 dam donationem , quod *Angelus* , *Alexan-*  
*der* , *Alciatus* haud dubie probant , & verius  
 est , & vero legis nostræ intellectui non  
 contradicit , quod in judiciis libentius erit  
 observandum , quia inibi fiscus cauſam præ-  
 tendit onerosam .</sup>

Quod si idem fiscus de lucro tractaret , non  
 eo minus mihi suspecta donatio videretur ,  
<sup>20</sup> quia neque in lucris , neque in damnis fi-  
 scus fraudari debet , ex iis compertum esse  
<sup>21</sup> poterit , falsam omnino esse *Soccini* senten-  
 tiā *d. conf. 67. n. 3. & 8. lib. 3.* & nul-  
 lo pacto ejus intellectum in foro admittendū , nam , & falsissime est privilegium  
 personæ commodo possessionis anteferri , ut  
 in secunda parte diligenter explicabimus .

<sup>22</sup> Objicitur secundo , *l. si is qui hoc ipso*  
*titulo* , ubi *Ulpianus* respondit : *si is , qui*  
*mihi obligaverat , que habet , habiturusque*  
*esset , cum fisco contraxerit , sciendum est in*  
*se postea quæsita fiscum potiorem esse debere*  
*Papinianum respondisse , prævenit enim cauſa*  
*pignoris fiscus ; ex quo liquere videtur*

non tantum in pari jure fiscum esse potio-  
 rem , quod est contra *Modestini* regulam ,  
 verum & in postea quæsitis anteriorem hy-  
 pothecam habentibus eundem præferri . Sed  
 certe , quamvis *Salycetus* in *l. ult. ff. qui*  
*pot. in pign. bab.* putaverit fiscum prius con-  
 traxisse , & legem de indubitabili esse volue-  
 rit , hoc est indubitatum fisci privilegium .  
 Quare cum agimus de jure hypothecæ , non  
 versamur in dubio , an ista legalis fisci po-  
 tio sit conventionali . Qua ratione *Accur-*  
<sup>23</sup> *sius recte intelligit l. auſtetur , §. fiscus*  
*in fin. hoc titulo* , ut locum sibi vendicet  
 in contractibus , non in pœnis , quod no-  
 tandum est , propter statuta , quæ ubique vi-  
 gent super confiscatione bonorum . Nam si  
 contumax forte condemnetur in mille , &  
 post condemnationem bona quæsierit , in po-  
 stea quæsitis fiscus anteriorem hypothecam  
 prætentibus præferri non debet , nisi hy-  
 potheca statutaria , quæ pro pœnis obli-  
 gat bona delinquentis , nominati ad fu-  
<sup>24</sup> *tura* , & postea querenda trahatur . Cœterum  
 in quæsitis antequam fisco obligaretur , ex  
 quo jam anteriori hypotheca afficiuntur , an-  
 tequam fisco obligentur , non est ut fiscus  
 preferatur , sed privatus potior habetur , *glos.*  
*in l. si fundum C. qui pot. in pign. bab.* est  
*text. ubi Bartolus not. in l. ult. §. ult. ff.*  
*qui pot. in pign. bab. gl. in d. l. si is qui*  
*Ripa in l. privil. n. 7. ff. de privil. credit.*  
 At quantum attinet ad postea quæsita , quod  
 in *d. l. si is qui* diffinitur , arbitror ego ,  
 non esse tam fisci privilegium , quam cujus-  
 libet etiam alterius ex privilegio tacitam  
<sup>25</sup> hypothecam habentis . Primum quia idem  
 jus recipitur in hypotheca dotali , ut per  
*Baldum post Jacob. Butrig. in l. affiduis n.*  
<sup>26</sup> *6. C. qui pot. in pign. bab.* Idem in Ec-  
 clesia ut per *glos. in cap. ex literis de pign.*  
 & utramque conclusionem probat *Ripa* in  
*d. l. privilegia n. 20. & 21.* Secundo ex  
 ratione dictæ *l. si is qui* id mihi persuade-  
 ri videtur , quam non aliam esse censeo ,  
 nisi hanc unam , quod eti inspecko tem-  
 pore conventionis privatus anterior sit , nulla  
 tamen adhuc est hypotheca respectu bonorum  
 postea querendorum , quia neque res aliena  
<sup>27</sup> *pign. dat.* neque cum qualitas sit , sive jus  
 in corpore , seu accidens quoddam , potest si-  
 ne subjecto consistere , ut *not. in §. 1.* &  
 per *Angelum ibi: Institut. de usuf.* Quare quo  
 tempore bona queruntur , & jus fisci , ut jus  
 privati natum est , & in esse productum ,  
 quod

quod possit illa bona afficere. In quo concursu quis non videt hypothecam legalem, & privilegiatam, eodem tempore cum conventionali, & non privilegiata concurrere?

- 28 Atqui certum est validius operari legem, quam hominem in actu annullando, *text. est quem non Bartolus in l. si libertas ff. de jur. patron.* Idem Bartolus in *l. si insulam in act. oppos. ff. de verb. obligat.* Ripa in *repe. l. si unquam n. 98.* C. de *revo- can. donat.* cur non poterit eadem lex etiam firmius, ac validius operari in actu inducendo. Tum verò conventio valet ex lege, & legis auxilio operatur, *l. cum lex ff. de fidejus. l. 20.* ¶ *Prætor ait ff. de pac.* At lex inducens hypothecam valet ex se, ac ideo decet legem primum locum facere sibi ipsi, postea conventioni, cum in eum incidit concursus; & quamvis contrarium sentire videatur *Neguz. p. 5. memb. 2. n.*
39. in ea tamen specie posterior non erat 29 privilegiatus. Et sane cum concurrunt privilegium, & jus commune, verum est jus speciale jure communi potentius esse, argumento *l. in toto ff. de regu. jur.* sentit *Corne. conf. 66. n. 3. lib. 1.* & accurate docet *Alciatus de præsump. regu. 3. pre- sumpt. 36.* & quæ ratio facit, ut inter duos privilegiatos, ille preferatur, qui magis est privilegiatus, *d. l. privileg. & ibi glo. & l. quod quis eod. sit.* eadem exigit multo magis privilegiatum, in quo privilegiatus est, preferri dumtaxat utenti jure 31 communi. Hoc est quod *Ulpianus insinuat iis verbis: prævenit enim caussa pignoris fis- cus privilegio, & speciali jure, non tempore, aut contractu, quia si prævenis- set contractu, & tempore, ut Salycetus supra relatus existimabat, & vana esset distinctio bonorum postea, vel ante quæ- sitorum, quia fiscus in omnibus potior esset, & lex de indubitibili, cum tamen quasi in causa valde dubia Ulpianus Papiniani authoritate usus esse videatur.* Hęc adeo vera sunt, ut si privatus tacitam hypothecam anteriorem haberet, tacite ipsius fisci posteriori præferendus esset, quia utraque esset à lege, atque hoc sensu *Scro- 32 vola, in leg. fin. ff. qui pot. in pign. bab. Ulpiano, & Papiniano in d. l. si is qui ex veritate conciliatur, ut per Salycetum post glo. in d. l. fin. Neguz. dicta p. 5. memb. 2. n. 42. versicu. adde tamen: Quare Soccinius senoir in l. 1. n. 17. ff. soluto matrimo- nio recte censuit contra dotem non ha- bere locum d. l. si is qui.*

- 33 Objicitur tertio, *l. 1. C. poen. fisc. cred. præf.* ubi rescritbit Antoninus rem suam per sequentibus poenæ exactio postponitur: sicut itaque in sortis quantitate fisci prosequitio potior est. ita in triplo, quod poenæ nomine dictum est, propria forma servanda est, quo rescripto lex nostra adeo restringi videtur, ut in causa poenali dumtaxat locum sibi vendicet, quod confirmari potest ex *l. in summa, l. quod placuit l. statius §. ult. hoc tit. tan- tum, & ex hac l. 1. Aret. in §. ult. n. 4. in Inst. quibus mod. testam. infirm.* afferit bene probari Cumani restrictionem, quam nos supra, *c. 1. n. 3. & seq.* confutavimus. Verum aliter se res habet; Nam exactio poenæ non in dubio tantum, sed in omni statu causę posterior est. Quare cum fiscus poenam, privatus rem suam prosequitur, quæstio dubia eo nomine non potest incidere, & tamen *Modestini* regula in questionibus dubiis est observanda; plurimum sane distat an fiscus succumbat ratione materiae, puta quia tractat de lu- cro, adversarius vero de damno, quo- rum ratio in oppositis habetur, vel vin- catur ob statum causę dubium, quę dubita- tio in quacumque materia poterit accide- re, non tantum in lucrativa, vel poena- li. Sed obstat adhuc quatenus vult in sortis quantitate fisci prosequitionem potio- rem esse, ex quo videtur inferri in du- bio super sorte judicandum esse pro fisco, sed hoc accidit propter hypothecam, quam habet a lege, *l. 2. C. in quibus causis tac. hypo. cont.* & ita *Baldus ibi:* Adhuc tamen dubitari potest propter illa verba *rem suam prosequentibus*, quæ ad causam dominii re- ferri videntur, quomodo rei vindicatio eis competens, cum fisci hypotheca concurrere queat, cum res aliena regulariter pignori dari non possit, *l. 1. & 2. C. si res alie. pig. data sit*, sed cum rei verbum generale sit *l. 1. ff. si cert. pet.* & omnia jura rei 34 appellatione continantur *Inst. de reb. corp. per totum nihil magis, quam jus suum prosequentes illa verba significant, quia ad questionis habilitatem restringenda sunt l. ut gradatim ff. de mun. & hon.* nam omni dubi- tatione caret, rei vindicatione unumquemque a fisco rem suam auferre posse. Quare de creditoribus personali, vel hypothecaria cum fisco contendentibus, lex illa accipi debet, argum. *l. in summa infra hoc titulo, quod 35 ab ipso titulo confirmatur, qui cum habeat orationem perfectam, ad nigri dilucidatio- nem indubie poterit allegari, ut no. per glo.*

*C.* Baldus ibi in l. i. C. no lice. tertio prov. Romanus cons. 16. n. 4. *C.* ibi add. Castr. Alexander, Decius, *C.* alii com. munitor, in l. i. ff. si cert. per. probat autem tit. de creditorum, non autem dominorum prælatione tractari. Regulariter autem dominus jure creditoris agere non potest, quia concludit creditor dari, aut fieri oportere, & quod nostrum est, nobis dari non potest. *Sic itaque Inst. de odio furum dumtaxat speciali jure domino etiam rem suam condicere permisum est*, l. ult. ff. usfr. quemad. cov. l. in se furtiva ff. de cond. furt. quare res sua pro jure suo in ea lege generaliter usurpatur; neque prolequutio illa modo aliquo pertinet ad dominii cauissam. Quartò obstat intellectui tradito, quod Modestinus non ad judices, sed ad eos, qui de jure respondent, se retulisse videtur, ut verbum responderit insinuat, distat autem judicandi manus a respondendi munere, l. nam us ait, ibi, vel interpretatione, vel certa jurisdictione supplere, ff. de legibus, *C.* ibidem n. 14. adnotavi. Quare subinserri posset eos dumtaxat excusari, qui facile contra fiscum respondent, non tamen ad judices producendum foret, ac ita intellexit Crat. in d. l. i. n. 18. ff. solut. mat. Cæterum non sunt Modestini tempora cum hisce nostris ob corruptam juris disciplinam comparanda, quando tantum possit auri fames, ut cauiss quantumvis injunctæ pecunia suos patronos inventiant. Pauci admodum sunt, qui mercedi potius, quam veritati respondendo non incumbant. Modestini temporibus ex responsis maxime ad judicium consolationem emanatis, jus proveniebat, & Modestinus, ex iis erat, a quorum responsis judicibus recedere non licet. *responsa prudentum Inst. de jur. natur. gent. C. civ. & ex Cod. Theodosiano sub titulo de responsis prudentum, cuique potest fieri manifestissimum ibi Papiniani, Caii, Ulpiani, atque Modestini scripta universa firmamus*, quare legis autoritate etiam iudicentes ligare non est ambiguum. Tum vero, quod Tribonianus, & aseclæ regulam hanc in jus civile enucleatam referre voluerint, argumento est, & de jure respondentibus, & jus dicentibus promiscue fore servandam, quia in hunc locum relata lex est. *igitur in proem. Inst. l. 2. C. de vet. jur. enuclean.* Sic consilium, quod Anno omnes jurispe- riti dederunt, ut cum Cajo ageret jus ei ponere in loco aliquid positum habere, ut

servituti nihil faciendi satisfaceret, relatum in Pandectis in l. si quando, §. i. ff. si ser. vend. pro lege custoditur, & in l. nam ut ait, quamquam distinguatur jurisdictio ab interpretatione, quo tamen ad juris effectum, sub eadem regula determinatur, sic sane contorqueri posset l. in ambiguis ff. de reg. jur. quod ibi Paulus favore dotium respondendi, non judicandi verbo usus fuerit, quod esset contra omnium sententiam, & contra textum in c. ult. de sententia, & re judicata. Quinto objici potest tritissima regula, quod reipublicæ intereat delicta non remanere impunita, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquilam l. per omnes, C. de defens. civi. l. si operis, C. de poenit. ibi cam non remitti parnam facile publice intersit, ne ad maleficia temere quisquam profiliat, & exigit sepe criminum atrocitas, ut ad severitatem poenarum judicando procedatur l. respiciendum ff. de poen. cumque in id inventæ sint leges, ut aliquid tuta sit inter improbos innocentia, eorumque, formidato supplicio, refrenetur audacia cap. facta dist. 4. si haec ita se habent, vix est ut Modestini regulam retinere possimus, quia dum generaliter in omnibus, specialiter in poenalibus, in dubio contra fiscum judicamus, non faciamus animum delinquentibus, & ita quadam facilitate te ad delinquendum invitamus contr. l. si unus, §. illud, ff. de pac. l. convenire, ff. de pac. dat. quod tanti momenti est, ut si quis promittat cum juramento, se non denunciaturum maleficium, juramentum non obliget, ne via pateat iniquitatibus, sic censuit Baldus in cap. i. §. item sacramenta n. 20. de pac. jur. firm. in usibus feud. cuius sententiam velut notandum recenset Jason in d. §. illud n. 2. & filiz spurix, eui alias de rigore juris civilis forte non deberetur doc, debetur tamen, ne cogatur meretricari, & ut removatur occasio delinquendi, ut per D. de Franc. decis. 283. n. 25. & in omnibus ipsis legum conditoribus præcipuum esse videtur removere occasionem delinquendi. Contra vero, si non faciles fuerimus etiam in poenalibus ad pronunciandum contra fisca, neque faciles erunt homines ad delinquendum, quos fisci sœva prærogativa refrenabit. Cæterum res se aliter habet, quam, ut publicæ utilitati haec regula in aliquo contradicit, quod quia haec tenus prætermisum video ad fori utilitatem latius explicandum arbitror. De jure fisci quæstio cum

- 45 cum privato duplicitate contingere potest, ut vel in eo reponatur, quod fiscus is est, qui controversiam facit, quasi aliud servandum foret privatis duobus invicem contentibus, vel in alio, ut si fiscus etiam non esset, idem tamen servandum foret. Regula Modestini questionem dubiam diffinit contra fiscum ex eo, quod fiscus est, non ex alio, ut ex rationibus decidendi satius innocuit, quae ab ipso filio, & consequentibus eum omnes derivantur. Cum vero accusati absolutio ex alio pendere videbitur, quam quod fiscus contra eum sit, propere nimis ad hanc regulam recurretur. Itaque constituta per fisci Procuratorem aliquius, puta Titii, accusatione, ipsa constitutio causa in hos articulos dividi poterit;
- 46 an Titius deliquerit; quantum deliquerit, an puniendus sit, & qua poena, & in nullistorum articulorum jus fisci per se deducitur, ut ideo verissimum sit, Cumani restrictionem ad hunc textum, ex eo etiam capite erroris manifeste convinci. Primum enim, si dubium sit an deliquerit; Præter-
- 47 mitto enim hic notissimam conclusionem, que præcedere semper debet, ut legitimate constet de corpore delicti l. i. §. occisorum vero item illud ff. ad Syl. l. si quando, & ibi Baldus n. 2. C. unde vi, & ex Recentioribus tradunt Boffius tit. de delictis n. 1. Carus in §. fin. q. 4. in princ. affirmo, quod etiam circumscripta Modestini regula, reus absolvendus est, quia quicumque fuerit accusator, sive Procurator fisci, sive alius, sive poena fisco, sive parti applicanda sit, sive pecunaria, sive corporis afflictiva legibus sancita, non dicitur actor dilucide probasse quod debuit, & cum probatio du-
- 48 bia non relevet in civilibus, c. in praesencia de probationibus l. neque natales Cod. eod. l. non hoc C. unde leg. Afflict. decis. 14. n. 7. Aymon conf. 262. n. 3. utique longe minus sufficiet in criminalibus, l. ultima C. de probat. Secundum in hac dubitatione reo assistit præsumptio juris, qua nemo
- 49 delinquisse præsumitur, l. merito, ff. pro soc. l. item apud Labeonem, §. si commanem, ff. de injur. l. omnimodo, C. de inof. test. cum simil. quod adeo verum est,
- 50 ut non tantum regulariter non præsumatur dolus, l. quoties, §. qui dolo ff. de prob. l. dolum, ubi Baldus, Salycetus & Alexander C. de dolo. cap. 2. & ibi glo. de renunt.
- 51 in 6. sed nec etiam culpa, & ideo ab eo, qui eam objicit probari debet glos. in l. si quis ex argentariis §. ult. ff. de eden.
- glos. in l. si creditor, & ibi Bartolus C. de pign. act. idem Bartolus conf. 193. incipit commune Lucignani, n. 3. Alexander conf. 47. n. 7. lib. 1. Socinus conf. 149. n. 2. lib. 2. ubi de culpa levi, & de levissima, 52 ne ista quoque præsumatur in dante operam rei licet: probatur in c. dilectus, cap. ex literis, cap. tua nos de bono. per quae jura tradit Baldus conf. 222. vasis actis lib. 5. Sequitur Aymon conf. 319. n. 17. & in 53 dubio illa probatio præferri debet, cui assistit præsumptio juris: Sic in conflictu testium probantium furorem, vel sanitatem arguunt Corn. conf. 219. n. 3. vol. 1. Dec. conf. 448. n. 10. & seq. quod generaliter probant Inn. & Abb. in cap. auditis de prescrip. Baldus in l. ob carnem §. ult. ff. de testibus Antb. conf. 189. num. 7. Idem conf. 253. n. 3.
- 54 Hinc est, ut plus credatur testibus probantibus defensionem, per quam delictum excluditur, quam contrarium deponentibus Jason in l. ut vna n. 4. ff. de jus. & jur. Alexander conf. 86. in fin. lib. 1. Decius conf. 459. n. 8. & quamquam prædicti loquantur in probanda corporis, non alterius generis defensione, id tamen verum est, in quacumque exceptione opposita, ad excludendam delicti præsumptionem, ut ex dubbia probatione reus sublevetur, & actor succumbere cogatur, ita post Bartolum, & alios concludit Jason in l. non solum §. sciendum n. 7. ff. de nov. oper. nunc. Felin. in cap. in praesencia, n. 13. de probat. ubi hanc in criminalibus veritatem esse affirmat: late alios referens tradit Aymon conf. 2. n. 20. Tertio stante hac dubitatione reus absolvendus erit ex reg. l. favorabiliore. ff. de reg. jur. quae maximè obtinet in fine causas Jason in l. exigendi n. 11. C. de procur. Vides igitur candide lector in hac prima dubitatione absolvendi rationem non ex eodem pendere, quod in dubio contra fiscum pronunciandum sit, quia idem jus est contra quemlibet accusatorem, aliunde, quam ex hac regula deductum. Iisdem plane argumentis, cum dubitabitur, an reus torqueri debeat, defendi etiam poterit, non esse locum torturæ, ut ostendit Grammat. decis. 28. n. 25. & seq. Secundus etiam articulus ex proportione quadam sub primi diffinitione continetur. Qua enim ratione si fieri possit, totum delictum excludimus, eadem plane majorem, quam fieri possit, ejusdem partem attenuamus, sive per argumentum de toto ad partem, ex l. qua de tota, ff. de

Ne rei vend. sive quia delicta fusciant magis, & minus, cum duo mala se offerant, quod minus est, commissum esse presumere debemus argumento c. duo mala diff. 23. cap. quod David. 22. quest. 4. ac ita argumentatur Aret. cons. 80. n. 6. Hinc  
 57 Salyc. in l. quod nerva n. 15. ff. depos. dubitans an culpa levior sub regula levis, aut levissimae collocari deberet, ut delictum in dubio semper minueretur, non autem augeretur interpretatione, constituit sub determinatione levissimae fore reponendam. Et in predictam utriusque articuli resolutionem, quod illi non perpendunt, qui gloriam severitatis affectant, publice utilitatis ratio maximè consentit. Quoniam, qui civica facinorosum declarat, condemnataque illum inter malos reputans, numerum bonorum in perniciem civitatis diminuit, quod in dubio facere non debet, quia non tam unicocet, quam universis, qua ratione prudenter admodum rescriptit Trajanus, in l. absentem ff. de penit. Satis esse impunitum relinqui facinus nocens, quodam. innocentem damnari. Vides hic utrumque malum, & injustum esse, & longe deterius est innocentem damnari. Cujus sententiae ratio est, quia, qui damnat innocentem, magis adversatur legi, quam qui nocentem  
 58 impunitum relinquit. Magis proprium legis est cives bonos efficere, quam malos coercere, cum eo ipso coercent, ut bonos efficiat, l. i. ff. de just. & jur. unde necesse est hoc magis velle, quam illud ex regula, propter quod unumquodque tale, & illud magis Aut. multo magis C. de Sacr. Eccles. & illud quidem magis expedit, quo desideratum effectum cirius assequimur, l. i. ff. de usucap. at cum bonum tamquam malum damnat, jam ille, qui jus dicit, legem ipsam eo privat effectu, quem consequuta est, adimit legi aliquid certum. Cum nocentem absolvit plerumque transacti periculi metus hominem avertit a malo, neque tam aperta, tam nocens injustitia est, quæ & benignitatis, & indulgentiae velamento proficiam admonitionem continere poterit. Et si a legislatore quæsieris, cur  
 60 poenas invenerit, responsurus est, ut terreat magis, quam puniat, quia si sola poena formido poterit homines a malo revocare, nihil fibi carius futurum erit, quam non punire, carissimum verò, si id virtutis amore facere assuecant. Quod satis Ulpianus insinuat in d. l. i. ff. de just. & jur. Quare in tertio articulo, cum de deli-

cto constiterit, contraria locum vendicant, in quo queritur an scelus admissum impunitum relinquendi debeat. Cum etenim constat 61 de delicto, & de delinquente scinditur disputatio, totaque versatur aut in evitanda poena, aut in minuenda. In evitanda iudex numquam propitiis auribus audiet argumenta, quibus delinquens remaneat impunitus, quod raultis exemplis confirmari potest. Primum afferri potest pulcherrima species. Condemnatus perpetuo ad Triremes 62 aufugit, cum poena triremium sit proxima morti, & successerit in locum damnationis in metallum, ut per Capycium decis. 153. n. 3. ea enim non est amplius in usu, ut docet Imola in l. 2. n. 2. ff. de pub. jud. Queritur, an poena mortis puniri debeat, & videbatur quod non. Primum, quia hæc poena cum non fuerit in usu temporibus iureconsultorum, sed introducta ex consuetudine iudicantium, non est reperire legem, quæ specialiter puniat aufugientem a triremibus. Quare arbitrium judicis ad poenam mortis, lege prorsus deficiente, procedere non debet, ut censuit Afflictus dec. 216. n. 6. afferens glos. in §. in summa Inst. de injur. esse communiter reprobata, quatenus volunt arbitrium judicis ad poenam capitis extendi, cui in idem subscriptit Clarus in §. fin. quest. 83. vers. sed quero. Tum secundum considerandum est judices alioquin peritos consueuisse in eorum sententia aufugientibus hanc mortis naturalis poenam comminari, quasi ejus sententiae fuerint, ut citra comminationem predictam poenam mortis ex transgressione subire non compellantur, & scio hanc sententiam viris gravissimis, veluti benigniorem placuisse, quibus etiam placuit omni tempore magis ad clementiam, quam ad severitatem in poenis irrogandis, quod laudabile est, declinare. Sed etiam non ignoro eosdem doctissimos habuisse contradictores, cum quibus si post tantos patres liceat opinionem nostram, ne dixerim judicium subjicere, ego sentiendum 64 arbitror. Nam ex hoc capite, ne delicta remaneant impunita, etiam in materia penalii lata debet fieri interpretatio rex. est in l. 3. §. utrum ubi Bartolus, & Balodus nos. ff. ad Syll. in l. cætera. §. hoc Senat. cons. ff. de l. i. Bartolus pulebre in l. 2. §. exercitum, n. 3. ff. de iis, qui non inf. Tum vero in eo manifesta est juris communis sententia, ut aufugientes graviori poena puniantur, & ea succedat, quæ 65 est morti proxima. Quare transgressio damnatorum

natorum in metallum pœna mortis punitur  
*l. capitalium*, §. in exilibus ff. de pœnis,  
 ibi: qui in metallum damnati id adniserant  
 summo suppicio afficerentur, & ad idem est  
 tex. cum glof. in vers. capit. in *l. relegatio*,  
 eod. sit. & quidem edictum *Divo Adriani*  
 66 ita loquitur, ut qui ad tempus relegatus  
 sit, si redeat, in insulam relegetur,  
 qui relegatus in insulam excesserit, de-  
 portetur, qui deportatus evaserit, capite  
 puniatur, & ita ad formam ipsius edicti  
 decisum est in sacro istius regni consilio, ut  
 per *Dominum de Francibis* decis. 140. usque  
 ad n. 7. Quod edictum duo determinat,  
 alterum ex verbis expressis, alterum senten-  
 tia, verbis id, quod legitur, sententia vero  
 implicitè determinat pœnarum transgressores,  
 majori pœna puniendos, *Fulgosius* cons. 44.  
 n. 1. & ea quidem, quæ pœnae transgressæ  
 proxima est, & si pœna sit proxima mor-  
 ti, mortem ipsam succedere. Atqui  
 67 non minus ex lege est quod verbis conti-  
 netur, quæm quod sententia *l. scire leges* ff.  
 de *legibus l. nominis*, & rei §. verbum ex  
*legibus ff. de verb. significat*. & quod sen-  
 tentia legis continetur, dicitur comprehendi  
 68 sub lege & non per extensionem determi-  
 nari, *l. si postularerit* §. sed si negaverit  
 ff. ad legem *Juliam de adulter.* lege  
 bis solis ibi: satis etiam tacitè cau-  
 sum putamus, *C. de revocand. donat.* &  
 casus expressi videntur per modum exempti,  
 non restrictive, ut declarat *Baldus* in re-  
 petitione leg. de quibus n. 35. ff. de legib.  
 ubi ex nota in cap. si postquam de elect. in 6.  
 69 determinat non extendi constitutionem pœ-  
 nalem, quando extensio fit ad mentem ejus-  
 dem constitutionis, & plures casus compre-  
 hensi sub eadem ratione videntur, ut spe-  
 cies sub suo genere *Castr. cons.* 44. in  
 fin. lib. 1. Plura ad idem congerit *Aymon*  
 cons. 183. n. 3. ubi illud ad rem maxime  
 pertinet, quod sumit ab *Olordo* cons. 268.  
 col. 2. quod ubi eadem est ratio, id quod  
 verba legis omittunt, non omittet religio  
 judicantis, per *l. questum scio ff. de testi-*  
 70 *bus* neque sufficit diversificare casum, dum  
 eadem in omnibus ratio viget glof. in *l.* sed  
 & si lege, §. item si rem in vers. babeant  
 ff. de petit. hered. Idem *Aymon* cons. 190. n.  
 2. quia ubi prorsus est eadem ratio, ibi  
 non dicitur esse similitudo, sed identitas.  
*Baldus* in *l. data opera*, n. 11. *C. de iis*,  
 qui accu. pos. Tum vero, nisi ita dicamus  
 in illud incidimus absurdum, quod fuga,  
 sive transgressio remanet impunita, quod est

contra publicam utilitatem *d. l. its vulne-*  
 ratus, ff. ad *l. Aquil.* & jam via patet  
 omnibus, quantum in interpretatione juris  
 est, nisi iudicentes comminatione praeca-  
 veant, ut quilibet a triremibus impunè  
 possit aufugere, quod apprehensus solum in  
 pristinam redeat cauism, pro cuius defen-  
 sione, non rectè ut opinor *Dominus de*  
*Francibis* d. decis. 140. inducit *l. interpre-*  
 71 *tatione*, ff. de pœn. quoniam alia inspectio  
 est pœnae minuendæ, alia ut delictum fugæ  
 sine pœna remaneat, nam si inter pœnam  
 triremium, & pœnam mortis datur quid  
 minus, & intermedium, dummodo fuga im-  
 punita non sit, consentiam pœnam mortis  
 interpretatione fugiendam. Major itaque  
 pœna, ut minus puniatur evitari potest,  
 quia punitur licet minus, non ut ex toto  
 facinus impunitum relinquatur; neque ob-  
 stat, quod pœna triremium fuerit jureconsultis  
 incognita, quia cognitum fuit, atque de-  
 cisum apud eos quamcumque transgressionem  
 graviori pœna fore puniendam, & ea, quæ  
 pœnae transgressæ proxima sit, & cum sen-  
 72 tentia legis in aliquo casu manifesta est,  
 is qui jurisdictioni præst, de similibus ad si-  
 milia procedere debet, *l. non possunt* ff. de  
 73 *legibus*. Quod dicitur arbitrium *Judicis* ad  
 pœnam capitalem minime producendum, tunc  
 recipi poterit, cum, vel ex verbis legis  
 constat de latitudine arbitrii, & modo in  
 pœnis adhibendo, ut declarat *Felinus* in *c.*  
*inquisitionis* n. 10. vers. & ad *jura ext. de*  
*accus.* in contrarium pravè a *Claro* ubi supra  
 citatus. Ex quo infertur, ut si declarat  
 statutum, delictum puniri in centum, vel  
 arbitrio *Judicis*, non poterit pœnam mortis  
 arbitrari, sic justissimam reor. *Afficti* sen-  
 tentiam in suo casu, ne contingat judicem  
 pro delicto attentato graviorem pœnam ex  
 arbitrio imponere, quæm pro eodem delicto  
 consummato a jure communi imponatur; alio-  
 quin si non sit aliqua moderandi ratio, ju-  
 dex de similibus ad similia procedendo pote-  
 rit pœnam mortis arbitrari, ut aperte con-  
 firmando sententiam glof. in *d. §. in sunama*,  
 declarat *Aymon* cons. 220. n. 14. minus re-  
 ste a *Claro* contra citatus: contra quem  
 non est ambigendum verissimam esse senten-  
 tiam glossæ, & etiam communiter approba-  
 tam, ut testatur *Decius* in *c. ex literis* n.  
 54. de consti. ubi sub n. 60. aperte probat,  
 quod si in simili delicto de jure communi  
 reperiatur imposta pœna mortis, poterit  
 74 *Judex* ex arbitrio ad similia procedendo  
 eamdem pœnam imponere, quod neque .  
 Clarus,

Clarus, nec aliquis poterit inficiari, & diligenter a Roberto Marant, in sua *tertia disputatione* hanc esse magis communem opinionem, & velut regulam observandam ostenditur n. 14. & seq. ideo cum in simili specie damnationis in metallum, & deportationis respectivè de jure communi ejusmodi poenam impositam legamus, concedemus in simili poenæ transgressione imponi potuisse, ac etiam debuisse, ne transgressionis crimen remaneat impunitum. Quod Judices ea comminatione comprehendere soliti sint, sententiam nostram plane confirmat, quia argumento est, diffinitum apud eos esse, eam justissimè deberi, alioquin iniqua esset eorum comminatio, neque quod omiserint, publicæ utilitati sic contradicere debet, quod delictum remaneat impunitum; Quare, vel comminatio justam poenam comminatur, & citra comminationem patrato scelere debet imponi, vel injusta & executioni mandanda non esset. Quare qui secus arbitrati sunt magis quam minus punivisse, facinus impunitum reliquise videntur, quod nemo dixerit in arbitrio judicis esse. Sic probandum est, quod in materia injuriarum consuluit *Parisius conf. 78. n. 21.* & *cons. 149. num. 23. 75 lib. 4.* ne admittatur exceptio illa, qua injurians dicit, se aliquid fecisse non animo injuriandi, quod jam in potestate excipientis foret, ut delictum injuria remaneret impunitum. Ab eodem fonte derivatur, quod communiter tradunt *Rom. Aret. Jason* & alii relati per *Ripam in l. I. n. 58. ff. de verb. obligat.* & *Ru-*  
*76. inus n. 1.* quod statutum puniens loquentem cum bannito, comprehendit etiam,

mittentem epistolam, ne alioquin lege per epistolam delusa delictum scribentis remaneat impunitum. Et sane qua interpretatione querimus, ut delictum poena careat, quæcumque ea sit, vel legem particularem, vel regulam juris universalem eludit, quia regula t. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. ad omnia prorsus delicta pertinet. Quare ob hanc utilitatem, & licita extensio est, quod *Ripa*, & *Ruynus*, & alii concedunt, & potius poena mortis imponenda, si alia convenire non queat, quam facinus impunitum dimittendum, ac ita sententia glof. in d. §. in summa, & in superiori, & quacumque simili specie in dubio poterit obtinere.

Postremò prætermittendum non est, quod plerisque negotium fecisse videtur, quomodo hæc duo stare possint, fiscum tot tantisque nominibus esse privilegium, contra verò in dubiis questionibus contra eum fore judicandum, nam lex ista generaliter accepta

77. 77. tionis, quam privatum, quod quibusdam persuaderi non potest veluti *Ruin. in d. l. I. n. 10. Didac. d. cap. 16. n. 2. pro quibus facit lex prima C. de conduct. & procur. pred. lib. II. apertius exprimit l. quod placuit hoc sit. qua cavetur fiscum, ubi non est privilegiatus, non amittere jura privatorum. Sed considerandum est fiscum, quia per administratores regeretur, ut pote qui sibi ipsi praesse non posset, non quia favorabilis esset multa promeruisse privilegia, multaque ed. respicere, ut minus quam fieri possit fraudetur, non ut amplietur etiam, quod quam verum sit ex sequentibus exploratum fuerit.*



# PARS SECUNDA

## EX REGULA MODESTINI

*Eiusque ratione plura adversus Fiscum inferuntur.*

### Cap. I.

- 3 L. inter pares ff. de re jud. &c. cap. ult. art. cod. non habent locum in fisco, &c. de ratio ne usque ad n. 12.
- 4 In favorabilibus sit extensio ex identitate rationis.
- 5 Exempla non restringunt regulam, sed eam dumtaxat declarant.
- 6 Didacus ab autore notatur, &c. laudatur.
- 7 Instrumentum dotis instrumento fisci presumitur anterius.
- 8 Privilegiati ubi duo contendunt magis privilegiatus praesertur.
- 9 L. 2. Cod. de privileg. fisci declaratur.
- 10 L. satis notum Cod. in quibus caus. taci. bvpot. contr. casum specialem continet.
- 11 Dos, &c. fiscus non ambulant pari passu.
- 12 Privatus habens tacitam hypothecam anterierem fisco praesertur habenti posteriori.
- 13 Mulier autem praesertur ratione dotis etiam anteriorem tacitam habentibus.
- 14 Expenditur rex. in l. assiduis Cod. qui pot. in pign. habean.
- 15 Soccini sententia fiscum possessore potiorem habentis reprobatur.
- 16 Possessionis plura commoda.
- 17 Dispositio l. inter pares, &c. ult. de re jud. est exorbitans.
- 18 Praedo in sua possessione manutenendus est.
- 19 Merita caussarum privilegio personae anteferruntur.
- 20 Fiscus, &c. privatus si ambo caussam onero- sum pretendant, privatus potior debet haberi;
- 21 Idem si ambo de lucro tractabunt.
- 22 Locus Jacobi Menochii emendatur.
- 23 Fiscus in bonis delinquentis ante sententiam non habet hypotecam.
- 24 Matheilani sententia ad hanc legem comprehen- batur.
- 25 Fisco actori favendum non est.
- 26 An ubi reus erit, privato agente potior sit, negative concluditur.
- 27 L. favorabiliores ff. de reg. jur. quando locum habeat, vel non.
- 28 Ecclesia, dos, &c. causse ejusmodi fisco favorabiliores habentur.
- 29 Debitor fisci condemnatus non appellat.
- 30 L. ult. ff. de appell. recip. declaratur.
- 31 Fiscus in restitutione in integrum jure mino- ris uritur.
- 32 Ratio ob quam fiscus restituatur.
- 33 In lucris tamen non restituitur.
- 34 In materia restitutionis minores magis, quam fiscus privilegiati habentur.
- 35 Restitutio ex clausula generali non conceditur lucri causa.
- 36 Ex pacto licet non agatur, agitur tamen damni evitandi causa.
- 37 Fiscus adversus minorem, nec etiam in damnis restitui debet.
- 38 Nema presumitur cedere contra seipsum.
- 39 Accursii error fiscum pupillo favorabilioren- se sentientis.
- 40 Favor à privilegio quomodo distingua- tur.
- 41 Differentiae aliquae inter contractum fisci, &c. civitatis, sive Reipublicæ referuntur.
- 42 Inter privilegiatos equiparatio facile fieri non debet;
- 43 Fiscus.

- 43 *Fiscus in dubio privilegiatus non est.*  
 44 *Andr. de Isern. refugium misericordum appellat dicere, hoc est speciale in fisco.*  
 45 *Intellexus l. si quis posthac Cod. de bon. prescript. adducitur.*  
 46 *L. si procurator Cæsaris hoc sit. an contineat fisci privilegium.*  
 47 *Mandatum Procuratoris Cæsaris est ad utilia gerenda.*  
 48 *Mandatum cum libera ab homine latius patet, quādā à lege.*  
 49 *Ratio quare mandatum à lege minime contineat, facit ut d. l. si procurator Ca-*
- faris obtineat in omni procuratore habente licetram à lege.*  
 50 *Accursum error in l. 2. ff. de admin. rer. ad Circuit. perin. ne fiscus ad id, quod interest, teneatur, detegitur.*  
 51 *Procurator fisci vendendo res pretiosas, duplam promittens, fiscum obligat.*  
 52 *Item si promittat ea, que sunt consuetudinis.*  
 53 *Et ideo, si de consuetudine in omni contractu venditionis promitteretur duplum, validè promitteret.*  
 54 *Consuetudo est altera natura.*



### FFINITUM

hactenus est generaliter, prout jacet, accipiendam esse Modestini regulam, quodd in quacumque quæstione dubia pronunciandum esset contra fiscum. Quod si ita

se habet, ut ex hoc usque dictis exploratis simum esse credo, plura quidem notatu digna consequuntur.

1 Primum infertur ad veram interpretationem l. inter pares ff. de re jud. c. ult. ext. cod. Et quod attinet ad l. inter pares, nulla est ratio, cur constitutum favore libertatis producatur ad fiscum. Sed quoniam decisio tex. in cap. ult. generaliter edicit inter contrarias sententias valere latam in causa favorabili, post verò per modum exempli subjicit Summus Pontifex, puta matrimonio, libertate, dote, seu testamento, rectè communiter traditum est, ad causas similiter favorabiles, licet non expressas, produci. Tum quia in favorabilibus fit extensio ex identitate rationis ex theoria Bartoli in l. si constante n. 44. ff. solut. mat. & gl. in l. illud Cod. de Sacrofian. Eccl. quod perpendit Fely. ibi num.

2 6. Tum quia exempla non restringunt regulam, sed eam dumtaxat declarant l. damni §. Sabinis, ff. de damn. inf. quod assert Alexander in d. l. inter pares n. 3. Quamobrem etsi rectè dictas sanctiones ad viduas, ad pupillas, ad Ecclesiam producant, non tamen rectè producunt ad fiscum, & hoc nomine dam-

nandi sunt Joannes Andr. & Ant. de Butr. in c. in nostra de testib. tum Specul. & ibidem ad eum Joannes Andr. in titulo de testibus §. postquam vers. quid si. Et Fely. quidem, si verus sit Bartoli intellectus ad hanc legem, prout satis abundè probavi, nihil dubitat, quin falsa predictorum traditio sit, & expresse Bartolo adhærens, eos damnat Alexander in d. l. inter pares, n. 4. & hoc idem sentire videtur Bulg. in l. 1. ff. sol. matr. n. 10. & ibi Crotus n. 23. dum negant l. in ambiguis in fisco locum habere. Et falsitas contrarie sententie aperte detegitur, quia nulla favorabilium personarum hoc onere prægravatur, ut in dubio contra eam pronunciandum sit, nihilque tam contrarium huic legi esse potest, quād ut extensio dictarum legum operetur in dubio pro fisco fore pronunciandum, aut sententiam pro eo latam valere. Deterius errat Didacus lib. 1. cap. 16. n. 4. Var. resol. qui communem, non tantum veram contrariam sententiam asseverat, & cum alioquin in deducendis consequentiis ab uno principio derivantibus, videatur argumentator insignis, nescio quomodo ea in re viro tantæ eruditiois, acciderit ex falso principio, in tam maximos errores labi. Sed in ea tractatione, ut fisco faveret, inscriptio capituli ejus intentionis fuisse ostendit. At plus veritati tribuendum esse censco. Quare vel si Cumani, quam is sequitur, restrictio foret admittenda, non tamen consequitur d. cap. ult. ad fiscum extendi oportere; quia falsum est fiscum, etsi in pluribus sit privilegiatus, in omnibus pari

pari passu ambulare, cum libertate, dote, Ecclesia, ceterisque favorabilibus personis. Et sane in dote receptum est, si dotale instrumentum cum fisci instrumento contendat, prius celebratum presumi, quod pro dote est, sic tradit Baldus in l. dotis Cod. de jur. dot. conjungens optima ratione text. in l. in ambiguis ff. de reg. jur. cum l. nostra sequitur Nicol. de Neap. in l. i. ff. sol. matr. & licet Alexander subdubiter, tamen hoc idem probavit Soccinus ibi n. 15. qui ea utitur ratione, quod cum duo privilegiati contendunt, is praferri debet, quem constat magis esse privilegium, ut Cynus docuit, & alii sequuntur in Autb. quas actiones Cod. de Sacros. Eccles. & probatur in l. verum, §. ult. & l. seq. ff. de minor. eandem rationem, & sententiam sequitur, & communem dicit Soccinus junior cons. 10. n. 26. lib. 3. & in d. l. i. n. 39. & n. 260. tuiorem affirmat Bulgar. n. 10. Qui ea ratione utitur, quæ nostræ questioni videntur accomodatissima, quod in dote statutum sit in dubiis pro ea respondendum fore, l. in ambiguis ff. de reg. jur. cum tamen in fisco jus hoc non modo non sit statutum, sed totum contrarium; quod argumentum etiam expendunt Cratus in d. l. i. n. 23. Neguz. de pign. 4. memb. 2. par. n. 109. ubi & magis communem affirmat, & probat Alciatus tum in d. l. i. n. 22. ubi, & Ripa n. 10. tum in reg. 3. præsump. 41. n. 2. vers. sed mibi magis placet; veriorem, & tenendam esse fatetur idem Covar. ubi supra, n. 6. & 7. Bass. tit. de fisco, n. 77. ubi magis communem dicit. Et novissime in hac sententia post accuratam disputationem residet Jacobus Menochius lib. 2. de præsump. præsump. 72. a n. 78. usque in fin. ubi hanc sententiam communem esse similiter testatur. Veriorem putat Peregrinus lib. 6. tit. 6. n. 33. de jur. fisci. Quam probandam esse non dubito, quicquid in contrarium habita- verit Salyc. in l. 2. Cod. de privil. fisci & pari passu ambulare voluerit Baldus nov. de date part. q. privil. fin. n. 3. & 4. & Vinc. Hercul. in d. l. i. n. 7. ff. solut. matr. ibidem Ruyn. n. 11. adducunt Didacum, & Menoch. ejusdem sententia Tiraquell. de jure primogenit. quest. 17. n. 15. qui hac de re nihil dixisse videtur. Neque vero sententia, quam sequimur quicquam ob- stat l. 2. Cod. de privil. fisci: rescribit enim eo loci Antoninus: Quamvis ex caussa dotis vir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si prius quæna res ejus tibi obligarentur cum

fisco contraxit, jus fisci caussam suam pre- venit. Verba autem hæc si solerter expen- dantur, insinuant aliquid magis in jure dotis esse, quam in jure fisci, dum fiscum prius contraxisse, & caussam dotis prævenisse ite- rato proponunt, quia non sit honestum si cum tempore anteriorem cum dote succum- bere. Ceterum & quædam conclusio latet in iis verbis, Quamvis ex caussa dotis, id est quamvis ex caussa nitaris magis privilegiata, quam fiscus sit, ob eam tamen fiscus privi- legium suum non amittit, quod prius tem- pore radices egerit, ac ita non eam, quam adstruunt, æquiparationem probat, sed aliquid plus privilegii doti, quam fisco competere probat a speciali l. 3. Cod. de prim. lib. 12 & dotis caussam publicam, fisci vero privatam censeri demonstrat. Non obstat etiam text. in l. satis notum Cod. in quibus causis pig. vel hypoth. tac. contr. quia non fisci favore nititur, sed annonæ militaris privilegio ut Alciatus, Didacus ubi supra Cujacius in l. 3. Cod. de Cobortalibus, lib. 12. & Jacobus Menochius d. præsump. 72. in fin. ex veritate declarant, vel quocum- que modo primipilum interpretetur, id in- ter omnes constat, ut hæc sit specialis præ- rogativa caussæ primipilaris, ut patet ex Dyn. in reg. qui prior. alios refert Capycius decis. 129. n. 13. His consequens est cau- sam dotis & caussam fisci non ambulare pa- ri passu, quod fatetur Baldus in d. l. do- tis Cod. de jure dotum, & hanc æquipara- tionem omnes supra citati tacite negant, tum vero expresse Soccinus nepos in d. l. i. n. 260. & argumenta omnia quibus concludunt caussam dotis fisco potiorem esse, & magis privilegiatam, hanc æquiparationem subver- tunt. Quibus, & illud additur, quod pluri- que non tacuero, quod privatus habens tacitam hypothecam anteriorem cum fisco contendens vincere poterit, sic intelligen- tes l. si pignus ff. qui pot. in pig. bab. quamvis de speciali, & expressa magis, quam legali, & tacita hypotheca Ulpianus eo loci sentire videatur, sed melius hæc assertio, quæ tum vera, & communis est, probari poterit, & ex l. un. Cod. rem alien. ger. & probasse videntur Dyn. in reg. qui prior, Cynus in l. si fundum Cod. qui lib. 7. Negus. in 2. memb. 5. par. n. 42. Didacus, qui & communem fatetur d. cap. 16. n. 3. pot. in pig. bab. Bartolus in l. si is quis hoc tit. Alexander c. 32. n. 3. Capycius decis. 129. n. 13. Peregrinus d. lib. 6. n. 16. & conferunt, quæ diximus supra par. I. cap.

*cap. 3. n. 22.* & seq. ad intellectum l. si is qui hoc ipso titulo. Contra mulier anterioribus etiam tacitam habentibus, in causa dotis præferetur, l. assiduis, & ibi glo. 12 C. qui pot. in pign. babeat. Cujus quidem legis, si verus sensus amplectendus foret, ea sententia esset, ut mulier creditoribus omnibus anterioribus, sive tacitam, sive expressam prætententibus potior esset. Quod Martinus censuit, pro quo maxime faciunt ultima verba legis ibi: *Quam legem ex presensi tempore locum babere sancimus, & non retrosum referimus, quæ satis ostendunt eam legem ex toto corrigere privilegium temporis, & ad earum legum, quas Accursius obesse putat, derogationem emanasse.* Præterquam quod mihi nunquam persuaderi poterit, quod præferatur tacitæ, quæ a lege semper, & quodam cum privilegio inducitur, non autem expressæ, quæ oritur ex conventione; cum videamus tacitam hypothecam in fisco, in Ecclesia, in cæterisque personis privilegiatis, ipsa conventionali efficaciorem esse, quia non est tacita respectu legis, sed expressio suis causibus a lege introducta, ut & validiorem esse honestius sit. Sed sequentes haec tenus communem Accursii, & Bulgari sententiam faciemur necesse est, derogatum esse l. 2. Cod. de privi. fisc. ut mulier fisco velut tacitam habenti præferatur, etiam si fiscus anterior sit. Alioquin si dicamus præferri tacitæ, non tamen fisci, quero ego exempla istius tacitæ quæ futura sint, dicemus ne præferri tacitæ, quæ competit pupillo in bonis tutoris? aut Ecclesiæ in bonis administratoris? pravè dicemus plus fisco, quād Ecclesiæ, aut pupillo favendum esse. Quod si alter dicendum sit, subdistingue necesse est, inter tacitam conventionalem, quæ ex eo inducitur, quod tacitè inter partes de ea aëtum esse credatur, & tacitam legalem, quæ nititur privilegio personæ, cui conceditur, & ad priorem dumtaxat dispositionem dictæ legis pertinere concludentes, constitutionem verbis valde prægnantibus tanto apparatu a Justiniano promulgatam intra fines angustissimos restringere. Quidquid tamen verius sit, in hac difficultate prætermitto, satis habens illud unum, dotem etiam in hypothecæ jure fisco potiorem esse, & ut ad scopum redeamus, consequens est, tum regulam l. in ambiguis ff. de reg. jur. tum l. inter pares, ff. de re jud. &

*cap. ult. ext. eod. in fisco locum non habere, tum quia non est absolute favorabilis, sed retinet qualitates quasdam odiosas, quas sup. in princ. par. c. 2. n. 8.* & seq. retuli, quarum vel nullam in dote, libertate, cæterisque reperi poteris, tum quia non etiam tot privilegiis polleat, tum maximè quia vero, ac recepto legis nostræ intellectui id ipsum apertissimè contradiceret. Secundò ex præcedentibus majori quadam ratione derivatur, multò magis falsam esse sententiam Soccin. conf. 67. n. 3. & 8. lib. 3. Is enim asseverat, in caussa, in qua fiscus est privilegiatus, in dubio etiam admitti debere contra possessorem. Qua in re dupliciter errat, primum dum afferit hoc probari in l. i. Cod. de jur. fisci lib. 10. secundum Doctores, quia receptio illius legis intellectus est prælationem sumi ex disparitate caussæ, non ex privilegio personæ, utpotè quia fiscus tractat de damno, privatus de lucro, & ex relatis a Didaco in cap. 16. n. 3. & Menochio dicta præsumpt. 72. n. 7. constare potest. Quod ego quoque, sup. cap. 3. n. 18. par. 1. testatus sum. Sic falsum est assumptum, tum falsa quoque conclusio est, quoniam in caussa dotis, quam favorabiliorem esse non est ambigendum, receptius esse videtur, ut 14 reg. l. in ambiguis ff. de reg. jur. non habet locum contra possessorem, sic sane distinguendo censuit Dec. ibi n. 4. Cagn. n. 6. ubi Barbat. Corset. Curt. sen. & Mars. hujus sententiae adducit Jason, in l. i. n. 7. ff. solut. matrimonio, & expressim potiorem esse caussam possessionis, quam privilegii, aut favoris defendit Tiraquellus de jur. primogenit. quest. 17. n. 8. II. & 25. & sentire videntur Romanus conf. 159. n. 4. vers. Tertio casu, & ibi Add. Et licet contrarium cum Soccino affirmet Ripa in d. l. i. n. 6. ex Bartolo in l. que nondum §. quod dicitur ff. de pign. hoc deducit, qui fundat se in d. l. i. C. de jur. fisc. & ita in intellectu errore, & communiter reprobato, & contrarium voluit Bartolus idem in hac l. nostra, ut ibidem Add. adnotarunt, sic falso intellectu adducti probarunt Didacus d. cap. 16. n. 7. & Peregrinus, qui falso communem hanc sententiam dixit lib. 6. tit. 6. n. 28. 15 Sed fortius obstat consideratio Decii in T t l.

*l. ult. n. 54. C. de editto Divi Adriani toll. qui explicitè voluisse videtur, ne possessionis commodum aliunde oriatur, quām ex eo, quod possessor reus sit, & nulla alia ex causa in dubio possessori favendum esse, quām ex regula l. favorabiliores ff. de reg. jur. inferens in dubio piæ causæ etiam aduersus possessorem esse favendum, pro quo facit text. cum glo. in c. ex literis, de prob. juncto text. in c. ult. de re jud. ex quibus probari videtur, quodd, quando actor est persona favorabilis, ut dos, etiam aduersus possessorem in dubio debeat obtinere. At diligentius hæc pensitanda sunt, ut in foro aliquando conduce-re possint, quod quamvis sententiam sequatur Judex, maximo subijciat se errandi periculo. Primum igitur caven-dum est a Decio, quatenus vult nihil plus possessori favendum esse ratione possessionis, sed favorem omnem in eo versari, quod ejus sit: quia possessori in fructibus, in probatione dominii, in præscriptione plura commoda competunt, 16 quæ reo non possidenti convenire non queunt, quorum multa recenset Baldus in c. I. n. 5. de contr. inter dom. & fid. de invest. feud. congerunt scribentes, in l. nihil tam naturale, §. nihil commune ff. de acq. posses. & in §. commodum, inst. de interd. ubi Mysing. a n. 10. usque ad 12. novem attulit possessionis commoditates. Tum verò & in Pandectis, & apud sacros Canones in titulis de regulis juris quædam superflui-tas, & inculcatio daretur, quæ speciati-m regulas habent de reo, & de posse-siore, l. favorabiliores, ff. de reg. jur. reo favendum, l. in pari, ff. eod. sit. possessori: sic c. cum sunt partium c. in pari delicto de reg. jur. in 6. primum reo, secundum possessori favet, & cum non omnis reus possideat, posse-sio adjecta reo nullum afferret emolumen-tum, quod non tam falsum est, quām ineptum afferere. Tum verò Justinianus in d. §. commodum rem expressit iis ver-bis: *Commodum autem possidendi in eo est, quod etiam si res non sit ejus, qui pos-sidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remaneat in suo loco posse-sio, propter quam causam, cum obscura sunt utriusque jura contra petitorem judi-cari solet.* Sic videtur commodum tri-buere possessioni, tamquam causæ, &*

ut intelligamus plus possessori tribu-tum, quām reo, si possessor spoliaretur ab Ecclesia, aut alia persona privilegia-ta, ac ita in spolio ageret jus solius amissæ possessionis habens, esto quod in eo judi-cio Ecclesia, & rea esset, & privile-giata, nemine tamen dubitante succum-beret, & ad restituendum compelleretur, casus est in c. I. de restit. spol. Tum vero quod etiam negligendum non est c. ult. de re jud. lo-quitur de reo simpliciter, non autem de reo possidente, eaque dispositio saltim exor-bitans censenda est, ex quo discedit a regulis juris communis, cum autem dis-cedat ab una videlicet, a regula l. fa-vorabiliores, non est concedendum ab alia quoque recedere, in qua major est eandem servandi ratio, cum reus possessor simplici reo non recte comparetur, quia plus juris habeat. Tandem per argumentum ab op-positis poterit id ipsum confirmari, quia tantum potest possessionis favor, ut etiam 18 p̄dō manutenendus sit in sua possessione, c. in literis de restit. spol. l. cum fun-dum ff. de vi & vi arm. Ergo plus potest possessionis commodum, quām odium personæ, & meritū, quia in possessionis jure magis rem ipsam, quām personam considera-mus. Quotiescumque autem aliquid plus est in meritis causæ, privilegium personæ non debet attendi, quia ex parte ejus, qui possidet, adest ratio quædam, quæ causam dubiam esse non sinit. Non obstat text. in cap. literis de probat. Primum quia plurimum vereor, ne quod ibi nuncupatum favore li-bertatis decernitur, ad cæteras causas tradu-cendum sit, quod sola libertatis mentio fiat, non genericè de causa favorabili dicatur, ut in c. ult. de re jud. Sed quia video com-muniter aliter intelligi, secundò consideran-dum reor, quod ibi versamur in judiciis mixtis, in quibus uterque reus, & actor erat, meritū textus ait possessoris testes esse præferendos. Quia in eo judicio cum uterque esset reus, & actor, non poterat reus ab actore dignosci, non tamen sequitur, ubi isthæc duo concurrent in una eademque per-sona, ut reus, & possessor habeatur, ut libertatis causa præferenda sit, vel si in ea dubitari possit, Fiscus tamen sine ulla du-bitatione succumbere debet; ne contingat dispositionem exorbitantem ad casum longe minorem rationem habentem extendi, & has rationes præsentit, licet non explicet, Al-aciatus reg. 3. de præsum. 43. n. 4. ubi hanc opinionem probat, & argumentis Decii responderet.

Ter-

20. Tertio ab eodem fonte derivatur, si fiscus agat ex causa onerosa contra privatum, titulo pariter onerosa se defendantem, & uterque afferat instrumentum, illud fiscus anterior non esse presumendum. Quia cum par sit utriusque causa, in dubio judicandum est contra fiscum, & in hoc plana est decisio textus nostri, maximè quia receptio intellectus l. i. Cod. de jur. fisc. lib. 10. presupponit diffarem causam inter fiscum, & privatum, & hunc de lucro, fiscum de damno tractare. Qua in re cavadum est a Didaco in d. cap. 16. qui sub num. 2. contrariam sententiam probat, & communem asseverat sub autoritate Alciat. d. presumpt. 43. num. 7. Sed non distinguit ibi Alciatus inter causam, & causam, quare quod ait, intelligendum est juxta terminos d. l. i. C. de jure fisci, quam allegat. Et difficultas istius resolutionis a vero d. l. i. sensu & nostre legis intellectu tota promanat. Cum autem ex iis, quæ dicta sunt in prima parte cap. 2. & 3. duo satis clare colligantur, alterum legem nostram generaliter fore intelligendam, & hunc veriorem esse, ac receptionem intellectum, alterum ex corp. 3. deduci posset, quod d. l. i. magis communiter, & etiam vere intelligatur in fisco tractante de damno vitando, & reo de lucro captando, quod ratio susceptæ administrationis, & factæ donationis etiam invitatos fateri compellunt, ex iis dubio procul infertur, nihil ex eodem textu deduci, quoniam uterque tractat de damno, & casum hunc non ex d. l. i. sed ex l. nostra in dubio diffiniri, & ideo quamvis contrariam sententiam sequatur Baldus in l. si debitor Cod. de privil. fisc. Rom. in Autb. similiter n. 30. Cod. ad leg. Falcid. Saccinus, Jason, Hercul. & Ripa in leg. I. ff. sol. matr. Neguz. 2. par. 4. memb. num. 817. sequuntur tamen, ut apud Neguz videre est, aliter intelligentes legem nostram, & contra veriorem, & receptionem intellectum Dini, Bartoli, & aliorum eamdem restringentes ad causam lucrativam, contra ea, quæ in prima parte c. 2. late, & ex veritate, firmantur. Omnisque Didaci, & aliorum negligentia, vel incuria tota in harum duarum legum, sed hujus presertim intellectu, versata est. Nemoque sani capit is erit, qui admissio Dini, Bartoli, & aliorum intellectu, has omnes, quas ducimus consequencias, non putet esse verissimas.

21. Quartò ex præmissis infertur, quotiescumque inter fiscum, & privatum contentio erit ex causa lucri, ut quia uterque aspiret ad lucrum, quod in dubio similiter contra fiscum judicandum sit. Quam quæstionem in specie proponunt Didacus d. cap. 16. n. 8. Jacobus Menocbius d. presumpt. 72. n. 9. vers. Tertiis casus. Et Didacus quidem proponit poenam delicti Parti, & fisco cuique prædimidia applicari, ut quibusdam in locis accidit in poenis illatæ violentiæ, vel treguæ ruptæ, aut violatiæ pacis, si non possit ex bonis delinquentis utriquo satisfieri, quis potior sit, & pulcherrima controversia erit in qua, & fiscus, & tertius partes actoris substineant. Censuit Didacus fisci procurator acerrimus, & in hac re fiscum esse præferendum, & pro eo communem esse sententiam Gul. de Cun. Jac. Butr. Bald. & Anch. & Alexand. in leg. rescriptum, ff. de pact. Neguz. in d. 4. membr. num. 115. Sed Jacobus Menocbius d. presumpt. 72. num. 10. iterato contrariam sententiam ex præcitatibus doctoribus deducit, & ab ipso Didaco, eamque communem affirmat afferens pro fisco non præsumi, & in dubio pro eo non esse pronunciandum. Hic ego plurimum vereor, ne vet mordosi Jacobi commentarii hoc in loco in lucem, quod verosimilis est, prodierint, vel is aliorum, & Didaci sententiam contrario accepit sensu. Verum est enim, & ita ex Alexandro patet in d. l. rescriptum, sub n. 8. sententiam, quam is veriorem, & magis communem opinatur, eam esse, quod fiscus nudum ante judicium, sed nee ante sententiam in bonis delinquentis possit ex delicto tacitam hypothecam pretendere, sed post sententiam dumtaxat, quia per sententiam quasi contrahatur, l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. non ad effectum, ut qui sit obligatus instantiæ, quod litis contestatio etiam operatur, sed ad effectum, ut quis sit obligatus poenæ, quemadmodum in contractibus, ita & in quasi contractibus fiscum tacitam hypothecam fortiri convenit, & ita intelligit, l. auferitur, §. fiscus hoc ib. & l. 2. C. in quibus causis hypoth. tac. contr. ita producit ad quasi contractus. Quæ sententia contradicit ḡ in d. §. fiscus, & rex. in l. quod placuit hoc sic. qui negat in poenalibus fiscum esse privilegium, & plurimum dura videatur, cum eo casu fisca privilegium esse prononiat, qui non legitur in jure. Sed tamen ne receptionem sententiam subvertamus, quamvis

vis hanc *Didaco*, & veram, & communem esse concedamus, falsa tamen ipsius collectio est, quam eo tempore facit, quo res non dubia, sed creditor privatus ex causa penali solam personalem actionem habeat, fiscus etiam hypothecariam. Hic quomodo caussam disparem, & pro fisco certam esse non videt? melior ergo in eare est conditio fisci propter jus hypothecarum, & ita ratione privilegii, postquam lata sententia est, non ante sententiam, quia in caussa pari pro eo fuerit judicandum. Quare tamquam falsa ipsius collectio rejicienda est, licet sententia *Cunei*, & aliorum in d. l. *descriptum* ut vera, & communis retinenda sit. Et expendendum est, cum ad condemnationem in hac ipsa specie pervernitur, antequam fiscus jus hypothecarum quiescerit, vel si creditores una cum fisco pignus praetorium accepisse proponamus, *juxta rex. in l. non est mirum ff. de pig. act.* ita tempore quo judex teneatur proferre sententiam, pares sint, an in dubio pro fisco, vel contra eum ferenda sit; quod *Cun. Ray. Bal. Anch. & Alex.* minime decidunt, quia nec etiam inquirunt, & certè in hac specie, ut in superiori fiscus præferri non poterit, sed privatus potior habebitur, quod in sententia ferenda locum habet per legem nostram. At ea demum lata, cum privatus hypothecam non habet, jus fisci in executione firmius erit propter artam hypothecam. Nihil tamen minus verum erit ante hypothecam, cum in dubiis versamur, quod sit judicandum contra fiscum. Referunt *Didacus*, & *Menochius* in hac ipsa specie in senatu Parisiensi bona, quæ creditoribus, & fisco suffictura non erant, fuisse inter eosdem per arrestum dicta. Sed minus recte, ut *Menochius*, & *Didacus* notant, pro senatu inducetur lex nostra, quoniam lex nostra non vult fiscum, ut *sequalem*, in re dubia concurre, sed succumbere. Neque fisco adstipulatur *l. apud Julianum hoc sit.* quia continet privilegium ordinis judicarii, ut idem *Monochius* animadvertis, lex autem ista, ut sapienter dictum est, privilegia fisci non tollit, neque jus certum fisci subvertit, sed regulam in dubiis questionibus dumtaxat præscribit.

24 Quinto ex predictis diffiniri generaliter potest in omni dubitatione, quæ inter fiscum, & privatum oriatur, sive ex tempore, sive ex testibus aliove probatio-

num genere oriatur, in dubio semper pronunciandum esse contra fiscum, quod *Matthes. not. 71.* diligenter simul, ac vere ex lege nostra deduxisse videtur. Et cum de questionibus dubiis generaliter edicat, sive ab incerto, sive ab oscuro, sive ex ambiguo profiscantur, quoniam semper dubiae sunt, ut per *Angelum Mattheacum lib. 2. cap. 3. de via, & ratione juris*, eadem *Modestini* regula retinenda est.

Sexto ex predictis assertionibus, quæ in pari caussa privatum fisco preferendum esse concludunt, tum mirificè confirmatur, quod primo loco deduximus, ne dispositio legis inter pares *ff. de re jud. & cap. ult. ext. eod.* ad fisci favorem produci possint, tum 25 satis clare infertur fiscum actorem in caussa dubia debere succumbere, quod recte deducitur ex *eod. cap. ult.* quatenus exceptis favorabilibus personis, inter quas fiscum connumerari non oportet, sententiam pro reo latam valere determinat, eique favendum esse: Tum vero a majoritate rationis hoc idem ex nostro textu comprobatur.

Qinimo, septimo loco tamquam ab omnibus prætermissem diligenter expendendum est, 26 an etiam stante hac lege nostra quietescumque fiscus non actor, sed reus erit, in caussa dubia contra eum sit pronunciandum. Hac vero in questione presuppono eorum sententias, quæ fiscum actorem reo, & possessori anteferendum existimant, ut ostensum est, falsas esse, quia non ignoro iis admissis huic dubitationi locum non esse. Et opinor retento vero hujus legis intellectu, ejusque ratione, inferri etiam in dubiis questionibus, contra fiscum, cum reus erit, judicandum esse. Nam circumscripta *Modestini* regula, palam erat, fisco agente, privatum in pari caussa, & dubia obtinere, ex regula *l. favorabiliores ff. de reg. jur.* quia fiscus in ambiguis non haberet privilegium, c. *ult. de re jud. l. in ambiguis, ff. de reg. jur.* ac ideo jure privatorum censi oportebat, quo reus in dubio semper absolviri debet c. *ex literis de probat. & d. l. favorabiliores*. Et tamen oportet hanc regulam aliquid operari ultra dispositionem *l. favorabiliores*. Quo fit, ut *Modestini* responsum hanc speciem maxime diffiniat, cum fiscus ut reus habetur. 27 Nam ratio *l. favorabiliores* in eo dumtaxat posita est, quod alter reus, alter actor sit, & illico cessat, si ex alio alterius conditionem

tionem dissarem esse proponas. Quare ceu-  
dispositio legis in ambiguis, ff. de reg. jur.  
facit cessare dispositionem l. favorabiliar. &  
cap. ult. per argumentum ab oppositis firmis-  
simè probatur, quod dispositio legis nostra  
eundem effectum operabitur. Ut enim is,  
qui hoc juris habet, ut pro eo in dubiis  
pronuncietur, sic favorabilis est, ut reo  
potior habeatur, sic ille, qui ex contrario  
id patitur, ut in dubiis contra eum pronun-  
cietur, id est si reus sit, patiatur necesse  
est arg. l. ult. §. ult. ff. de leg. 2. Ratio ob-  
via est, quoniam reg. l. favorabiliores, &  
subsidiaria est, quæ obtinet omni alia cessa-  
te, & cessat omnis alia, etiam hac Modo-  
stini locum habente. Quod cum' huc usque  
prætermissum mirer, id tandem ea ratione  
factum esse intellexi, quod iis, qui fisco  
favent, & legem hanc contorquent, vel  
subvertunt, etiam fisco actori, & contra pos-  
sessorem favendum esse, quo nihil injustius,  
persuasum est: qui vero legem hanc gene-  
raliter intelligunt, id mihi, quod concluso,  
tacite presupposuisse videntur. Hæc si ita  
se habent, jam edocemur, quid sentiendum  
sit, si agens adversum fiscum abundet mo-  
dico tamen excessu in probatione testium,  
non poterit fiscus tamquam reus excipere  
excessum hunc actori adversum reum non  
prodefe, quare quæ de eo ad rei favorem  
dieta sunt in l. pör. cap. 1. n. 19. & seq.  
in fisco locum habere non poterunt.

Octavò infertur quid sentiendum sit, si cau-  
sa vertatur inter fiscum, & Ecclesiam, fis-  
cum, & dotem, fiscum & libertatem. Nullus enim si superiora consistant, superest  
dubitandi locus, ut in omnibus iis casibus  
fiscus sive agat, sive excipiat, dum tamen in  
possessione non sit, in dubio succumbere  
debeat. Quia si id sibi cum privato accidit,  
multo magis cum persona privilegiata accide-  
re debet Auth. multo magis Cod. de Sacro-  
Eccles. Quare argumenta, quæ passim ducun-  
tur a fisco ad Ecclesiam, dotem, cæteraque  
caussas sic temperanda sunt, ut quod fisco  
concessum legitimus, id ipsum a majoritate  
rationis, iis quoque concessum esse admit-  
tamus. Si tamen ratio, quæ militat in fisco,  
hanc extensionem non abhorreat. Nulla  
enim extensio contra rationem legis permit-  
29 tenda est. Nam quod fiscalis debitor con-  
victus, & condemnatus non appellat, l.  
abstinentia, & l. ult. Cod. quorum appell.  
non recip. ad caussam dotis, aut Ecclesie  
produci non poterit, & in dote est text. in  
l. an. fin. Cod. de sententiis, quæ sine cert.

quant. Idem respicit gratiam publici ærariæ  
& publicarum necessitatum, quibus fiscali  
pecunia subveniendum est d. l. ult. Quod  
tractat Baldus nov. de dote par. 9. privil. 7.  
regulariter verum esse fatetur, nisi caussa  
dotis ex paupertate mulieris, vel occasione  
nubendi celeritatem desideret, & tamen in hoc  
etiam casu concedetur appellatio ad effectum  
devolutivum, licet non ad effectum suspen-  
sivum, ut in caussa alimentorum, ac ita  
30 intelligitur, l. ult. ff. de appell. recip. se-  
cundum Bald. novell. ubi supra, quod ve-  
rum videtur. Sic etiam privilegium vindicandi  
bona vacantia a fisco ad ceteras per-  
sonas privilegiatas non trasfertur, de quo  
in l. 1. & l. vacantia Cod. de bon. vac.  
lib. 10. Et tamen non per contrarium quæ-  
dam privilegia sunt, quæ cum aliis privi-  
legiatis directè competant, fisco communicata  
31 videntur, velut illud, ut jure minoris in  
integrum restituatur, sic adversus omissam  
exceptionem restitui consuluit Aret. conf. 20.  
in fin. & communem esse sententiam testa-  
tur Nicol. Boer. decis. 265. n. 2. Bossius tit.  
de fissa, n. 21. Scribit Peregrinus de jur.  
fisci, lib. 5. tit. 2. n. 10. Contrarium  
tamen probarunt Petrus Cyn. Aler. &  
Castr. in l. res publica Cod. quibus ex causis  
majores, & in puncto juris verius id esse  
sentire videtur Guid. Pap. quest. 302. &  
nulla lege caveri, ut fiscus adversus contra-  
etum restituatur, fatetur Boer. d. decis.  
265. in prin. Verum in ea re par ratio  
32 est, ut idem privilegium minoribus conce-  
sum ad rempublicam, & fiscum transferatur,  
quia per administratores reguntur. Quare  
Angelus modicum ab haec sententia discedens  
in d. l. res publica censuit fiscum, si non  
jure minoris saltem ex clausula generali, si  
qua mihi justa caussa, læsum restieui pos-  
se, quod sentit Ceph. conf. 241. n. 63. conf.  
603. n. 59. Sed cum ex ea clausula majo-  
res restuantur, caussa autem quædi per ad-  
ministratores regantur, non modo justa,  
sed ut in minoribus etiam perpetua sit, exi-  
stimo privilegio minorum fiscum, ut in rem-  
publicam restitui posse: ac ita praxis obser-  
vat. Sed cum hoc privilegium fisco a mi-  
33 noribus ex paritate rationis communicetur,  
tractari potest, an fiscus minorum exempla  
non modo in damnis, sed etiam in lucris  
restituatur. In poenis quidem non esse resti-  
tuendum receptius est, uti constat ex Baldo  
in Add. ad Spec. in rit. de accus. Crem.  
Sing. 22. Andr. de Ifor. in consit. regni,  
de in integ. restit. muli. Fely. in c. virg.  
lanti.

lanti n. 4. in fin. de prescrip. post Angelum  
 in l. fin. ff. si quis testam. tib. veriorem,  
 & aquo rem dicit Ant. Gab. tit. de malef.  
 concl. 13. n. 5. & cum hoc beneficium mi-  
 nori, & Ecclesiaz denegetur, ut per Afflic.  
 decis. 390. n. 6. ubi glas. Compost. Ant. de  
 Burr. & Bald. adducit, multo magis fil-  
 co denegandum est. At in lucris dubitari  
 potest. In minore res manifesta est, l. ait  
 Praetor, §. ult. & l. seq. ff. de minor.  
 consuluit Natta conf. 631. n. 16. In fisco  
 contrarium consuluit Cæph. in consiliis, &  
 locis supra citatis, & in poenis minime re-  
 stituendum esse probatur, ex l. auxilium ff.  
 de minor. quia, si minor non restituitur,  
 multo minus fiscus restitui poterit. Certum  
 34 enim esse debet, quod in materia restitu-  
 tionis plus privilegii concessum est minori,  
 quam fisco. Quod Cæph. probat d. conf.  
 605. n. 56. & seq. & vera videtur hæc  
 sententia, & extra poenarum limites ad  
 omnem lucri caussam producenda est, quo-  
 niā non est fisco, cū minori favendum in  
 lucris, cum nemine dubitante in lucris re-  
 gula nostri textus admittatur. Et ut restitu-  
 35 tio ex clausula generali non conceditur lu-  
 cri caussa l. sciendum ff. ex quibus causis  
 major. quæ tamen ad similitudinem mino-  
 rum, majoribus conceditur, ut Angelus  
 censuit, in d. l. res publica. Sic cum re-  
 stitutione minoribus concessa ad fiscum ex simi-  
 litudine rationis transferatur, transferri debet  
 eo in casu, in quo dignus restitutione cen-  
 seatur. Atqui alius quidem fiscus est de  
 damno tractans, alias de lucro certans, ut  
 patet ex d. l. prima C. de jur. fisci. Et  
 caussa damni vitandi regulariter maxima ni-  
 36 titur aequitate, ut in pactis nudis, pro  
 quibus etiamsi de jure civili non competit  
 actio, l. juris gent. §. igitur, ff. de  
 pactis l. si tibi, C. loc. competit tamen  
 quando alias ea denegata, quis indebita da-  
 num pateretur, l. & eleganter §. servus  
 paktionis ubi Bar. & alii communiter tra-  
 dunt ff. de dolo. Quare in hac parte non  
 erat aequum fiscum remedio restitutionis fore  
 destitutum, contra vero nec aequum exem-  
 plio minorum per omnia etiam in lucris  
 omisis adjuvari. Ex predictis infertur,  
 cum fiscus in beneficio restitutionis jure mi-  
 noris utatur, & fisco non aliqua lege ex-  
 pressim tribuatur, sed per communicationem  
 37 ab ipsis minoribus, ut si fiscus adversus  
 minorem restitui desideret omnino audiendus  
 non sit, non ea quidem ratione, qua pri-  
 vilegiati duo invicem contendentes reducun-

tur ad jus commune, l. 2. ubi Baldus  
 not. C. de privil. fin. sed quia minus pri-  
 vilegiatus adversus magis privilegiatum pri-  
 vilegio uti non debet, arg. l. verum §. ult.  
 & l. seq. ff. de minor. & dixi supra in  
 prima illatione hoc ipso capite, omnisque ra-  
 tio suadet eum magis esse privilegiatum, cui  
 privilegium competit principaliter, & per se,  
 quam eum, cui competit per extensionem,  
 & communicationem, & quemadmodum ne-  
 38 mo presumitur cedere contra se ipsum l.  
 si pecuniam §. sicut ff. de pecul. leg. Bald.  
 por eum text. in l. 2. C. an fer. ex  
 suo fact. Alex. conf. 149. n. 6. vol. 2.  
 sic cum privilegium minorum ad fiscum  
 extenditur, tacite de mente legislatoris esse  
 videtur, ne eo adversus minorem ipsum  
 utatur. Quod non in fisco dimitaxat, sed  
 in quacumque persona observandum arbitror,  
 cui privilegia per extensionem competent, ne  
 iis uti queat adversus eum, cui directo, &  
 per se prius competierunt. Quod proprius  
 confirmatur ex textu in l. si judex circum-  
 vento, ff. de minor. quem ad id notat Bartolus  
 in l. cuso filio familias n. 5. ff. de Legat.  
 1. Proximum iis est, ut error Accursii dete-  
 39 gatur in l. 1. §. 2. utares, in verbo excus-  
 sationes in fin. ff. ad l. corneliam de sal.  
 qui censuit fiscum esse favorabilem pupil-  
 lo, rectius ibidem adnotavit Bartolus in plu-  
 ribus esse privilegiatum, nam constat si de  
 privilegiis agamus, magis esse privilegiatum  
 ex tit. C. de privil. fisc. tradit. Alexander  
 in l. si finita §. si de vettigalibus n. 4. ff. de  
 damn. infe. Sed nemo sani capit is dicere au-  
 sit, fisco magis quam pupillo esse faven-  
 dum: favor enim a privilegio distinguitur;  
 40 ea ratione quod privilegium ad preterita  
 refertur, favor ad futura respicit. Privile-  
 gia, quæ speciali ratione fisco competit, non  
 efficiunt, cum de præterito sint, ut pu-  
 pillo favorabilius habeatur, ita ut magis  
 fisco sit, quam pupillo favendum. Postre-  
 mò quamquam in remedio restitutionis in-  
 ter fiscum, & rempublicam procedat aequi-  
 paratio, non tamen in omnibus, aut fa-  
 cile admittenda est. Nam edictum ædilitium,  
 41 habet locum in venditione a Republica fa-  
 cta, & tamen cessat in venditionibus fisca-  
 libus, l. 1. §. illud ff. de edil. ed. Baldus  
 in l. ult. n. 20. C. de edil. act. ubi notat  
 contractum civitatis, non dici contractum  
 fiscalem, & exclamat miseriam scolasti-  
 corum, qui materias extraordinarias negli-  
 gunt, quanta ob id scitu digna ab eis  
 ignorentur. Addo aliam differentiam ex l.  
Lxx

*Lucius*, §. ult. ibi glo. & Bartolus notans ff. de municip. ubi Paulus ait: *Si civitas nullam propriam legem habet de additionibus admittendis non posse recedi a locatione, vel venditione prediorum publicorum iam perfecta.* Tempora enim additionis praestituta ad causas fisci pertinent. Quare ut in æquiparatione, quam quis faceret inter fiscum & rem publicam, sive civitatem facile periclitari possit, sic generaliter verissimum censeo suspe etiam esse omnem æquiparationem, quam inter privilegium & privilegium fieri contingat. Quod accurate perpendens idem Peregrinus d. tit. 2. n. 1. in eam sententiam venisse visus est, quæ tum vera, tum tunc cæteris existimari debet, ut quæcumque persona privilegiata intra suorum privilegiorum terminos se continere debeat, nec uti privilegiis alterius, nisi aut lex, aut ratio legis manifesta, & indubitate hanc communicationem fieri persuaderet, quod ex sequenti conclusione confirmari poterit.

Nond statuendum est majori quadam ratione, 43 cum dubitamus in aliquo sit ne fiscus privilegiatus, cum privilegium non esse, & jure privato fore censendum, juxta text. in l. in facto §. fiscus ff. de cond. & demonstr. glo. in l. Item veniunt, §. ait senatus ff. de pet. hered. glo. in l. 1. C. ead. l. de contractu, & ibi glof. Cod. de rescind. vend. l. justas C. de jur. fisc. lib. 10. Mart. Laud. quest. 14. Ideoque optima consequentia est idem jus in fisco, quod in privato in dubiis servandum fore, quam probat Ever. in loco a fisco ad Ecclesiam n. 19. Quod si verum, & passim ab omnibus, receptum est, quod ponimus, fiscum in dubio non videri privilegium, uti probabant ultra relatios Deci. in Rubr. ext. de jud. in 2. lectura, n. 6. & conf. 531. n. 3. Fulgoſius conf. 126. n. 2. Aym. conf. 168. n. 10. Boſſius de fisco n. 76. Ursil. ad Afflict. decis. 88. n. 4. latè Rolandus à Val. conf. 31. n. 43. & seq. lib. 1. Crem. conf. 23. n. 27. & seq. Consequitur damnandum esse Lucan. privil. 133. qui dixit jus statutum in fisco in dubio videri speciale; nec recte allegat Alberic. in l. 1. C. de petit. heredit. quia in contraria residet sententia, & ita Odofredo, & Cyno 44 placuisse testatur, & Andr. de Ifer. Feudistarum Evangelista in c. 1. §. diffidamus de stat., & consuetud. cont. lib. eccl. n. 24. preclare admodum refugium miserorum esse ratus est, omnia in fisco censere specialia. 45 Hinc deduci potest verus intellectus l. si quis post bac C. de bonor. proscript. dum ca-

vetur, non confessionem dotis recepte, sed veræ numerationis fisco præjudicare, ut hoc procedat intra tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, quia eo tempore lapsus, confessio mariti ut cæteris creditoribus, sic etiam fisco nocere debet, quia veram numerationem probat, quod Isernia diffinit ubi supra, & in consti. Regni causas 1. lib. Saly. in d. l. si quis post bac Bartolus, & Angelus in l. affiduis, C. qui pot. in pign. bab. & ita censuit hoc sacrum consilium, ut apud Afflict. decis. 402. n. 11. & sequuntur Rola. a Val. & Crem. in consiliis supra citatis, Peregrinus lib. 5. tit. 1. n. 82. Secundò etiam diffiniri potest, an 46 l. si procurator Cæsaris hoc titulo quatenus ibi Ulpianus asserit Cæsaris, sive fisci procuratore rem aliquam vendente, & duplum, vel triplum evictionis nomine promittente, fiscum tamen simplum dumtaxat præstare an privilegium fisci censendum sit, & speciale in fisco id esse opinatur Baldus in l. fin. C. de hered. vel a. f. vend. & in Rubr. C. de const. pecunia n. 11. Vereor ne non ex privilegio, sed ex defectu mandati illud 47 contingat. In mandato Procuratoris Cæsaris est, non ut alienet, aut plus, quam par sit, Cæsarem, aut fiscum obliget, sed ut diligenter, quod utile futurum sit, gerat l. 1. ff. de officio Procuratoris Cæsaris. Et quamquam eundem liberam habere administratio 48 nem, gl. Bartol., & Bald. in d. l. 1. tradiderint Baldus tamen in fine ejusdem legis scite notat longe interesse, an libera administratio sit a lege, vel ab homine. Nam Procurator a lege cum libera constitutus, domini conditionem deteriorem facere nequit, illaque libera administratio ad ea restringitur, quæ geruntur utiliter, & cuni de natura contractus venditor ad simulum, & ad id, quod interest, dumtaxat teneatur, l. si in venditione, l. evicta re ff. de evict. venditori damnoſa res est, ultra natu ram contractus obligari. Merito Procurator Cæsaris non obligat fiscum, quia obligando supra id, quod par est, deteriorem domini conditionem faciens, fines mandati exceedit contra l. diligenter ff. mand. l. cum 49 mandati, Cod. ead. Quare & in omni alio Procuratore cum libera a lege constituto, lex illa locum habere poterit, quorum omnium una ratio est, ne lex liberam iis administratoribus administrationem nulla moderatione diffiniam concedendo, quod in gratiam eorum faceret, qui suis rebus superesse non queunt, veluti pupillus, mi nor

nor, Ecclesia, fiscus aliquando nimis laf-  
satis habenis in eorumdem perniciem admi-  
nistrantium libidine posset retorqueri. Hinc  
50 infertur falsam esse sententiam glof. in l. 2.  
in ver. per injuriam ff. de administr. rer. ad  
Civit. pert. licet eam sequatur Albericus  
in d. l. si Procurator, quatenus ad id, quod  
interest, fiscum teneri negat. Diversa plane  
ratio est in eo quod interest, quam sit in  
duplo, aut triplo. Duplum, aut triplum  
præter naturam contractus sunt, id quod  
interest judicio empti, & ex natura ex em-  
pto actionis continetur, d. l. si in vendi-  
zione. At quis erit, qui negare ausit fiscum  
empti actione teneri? Et Ulpianus quidem  
in d. l. si Procurator de simplo loquutus,  
est ad differentiam dupli, non ut id, quod  
interest, excludat. Tum verò Abb. in cap.  
2. n. 5. extra de preclar. diffinit sic com-  
muniter intelligi d. l. si Procurator, ut  
non obligetur fiscus ad ea, quæ præter na-  
turam contractus sunt, cujusmodi sunt du-  
plum, & tripulum in casibus ordinariis, sic  
eadem communis sententia concedit, ad ea,  
quæ sunt de natura contractus, obstringi, &  
eum sequitur Alexander in add. ad Barto-  
lum in d. l. si Procurator, ac ita dum  
Romæ hoc eodem munere fungerer, Do-  
minos de Rota in quadam caussa Volaterra-  
na bonorum, ponente Reverendissimo Bian-  
chetto declarasse recordor, & rejecta Albe-  
rici sententia lectis, ac probatis his ratio-  
nibus ita judicavit amplissimus Mediolani  
Senatus cum D. Petrus Cantonus juris consul-  
tus, ac patronus cauſarum eximius aduersus  
fiscum in difficulti controversia his nostris ar-  
gumentis inniteretur. Quibus consequens  
51 est, si idem procurator Cæsaris vendidisset  
res pretiosas hoc casu duplum potuisse pro-  
mittere, & fiscum ad id obligari. Quoniam  
stipulatio dupli hoc in casu sit de natura  
contractus, l. 2. & l. emptori ff. de evict.

52 Tum etiam verum esse, quod scribit Flor.  
in l. vendor §. si constat ff. com. pred.  
fiscum obligari ad ea, quæ sunt confuetu-  
dinis, ut ex eodem tex. dedit. Quare

53 si consuetudo in regione fuerit duplum pro  
evictione promitti, ut cuiuslibet alterius

procurator, quod Bartolus non inficiatur in  
d. leg. si procurator, sic etiam procurator  
fisci duplum promittere poterit, argum. l.  
quod si nolit, §. quia assidua, ff. de edil.  
54 edic. Consuetudo enim altera natura est,  
& vim legis habens, l. de quibus, ff. de  
legibus §. ex non scripto, Inst. de jur.  
natur. gent., & civil. adeo, ut ipsos  
contractus informare queat l. etiam ex  
nudo ff. de usur. l. in quibusdam ff. de naus.  
foen. quare statim ac facit consuetudo ali-  
quid esse de natura contractus, facit etiam,  
ut fiscus ad illud obligetur, ne alioquin  
dicamus, fiscum ultra quam par sit, esse  
privilegium. Tandem omni in casu,  
in quo dubitari contingat, an fiscus privi-  
legiatus sit, vel ne, præsupponendum est  
non esse privilegium, tum quia idem jus  
recipitur in Ecclesia, & dote, ut dictum  
est supra in cap. I. n. 29. & sequen. par.  
I. tum quia fiscus, cui minus favendum  
est, ut hac lege nostra, etiam magis huic  
regulæ subjici debet, ne in dubio videatur  
privilegiatus.

Postremò adnotandum superest multos superesse  
casus, in quibus si dubia quæstio sit, judican-  
dum est contra fiscum, etiam circumscripta  
Modestini regula; quare vel non sit necesse  
eam allegare, vel eos omnes decidat a ma-  
joritate rationis. Horum autem plerosque  
retuli, supra in prima parte, cap. 3. n. 40.  
& sequent. veluti si dubitari contingat, an  
quis deliquerit, an præsumatur dolus, vel  
culpa, an majori, vel minori poena pu-  
niendus sit, & cæteræ ejusmodi, in qui-  
bus aliæ sunt regulæ ab hac nostra separatæ,  
quæ contra fiscum judicandum esse conclu-  
dunt, quarum omnium allegatio a majorita-  
te rationis ex lege nostra confirmari sem-  
per poterit; Quod eo magis faciendum sit,  
quia in dubio sit judicandum contra fiscum.  
Et hoc potissimum argumento invaluisse cre-  
dendum est, ut lex nostra, in omni cau-  
sa allegetur, sicuti testatur Aretinus in §.  
ultimo n. 4. Inst. quibus modis testamenta  
infirmentur. Et quidem hoc sensu accepta  
perpetuo poterit allegari.

Ad

*Adnotantur variis casus in quibus cessas Modestini placitum, eoque non obstante Fisco favendum est:*

## Cap: II.

- 2 Fisco possessori favendum est;
- 3 Stante statuto quod bona intelligantur confiscata a die commissi delicti, tempus statuti, non autem sententiae debet attendi.
- 3 Fiscus bona bannito post bannum quesita tamquam indigno potest auferre.
- 4 L. in fraudem, hoc sit. declaratur.
- 5 Fisco possessori plusquam dotti, vel Ecclesie favendum.
- 6 Fiscus tractans de damno praefertur de lucro tractanti.
- 7 Etiam actor plus quam reo favendum est, ubi actor de damno, reus de lucro tractat.
- 8 Tractans de damno evitando, si sit privilegiatus, etiam adversus alium aequo privilegiatum poterit privilegio uti.
- 9 Lucrum radicatum perdere est damnum pati.

- 10 Regula l. non puto subsidiaria est ad alias regulas.
- 11 Fisci testes verosimilia deponentes preferendi sunt.
- 12 Quia verisimilitudo in materia testium pricipue spectari solet.
- 13 Verosimilitudinem pro lego spectari quomodo intelligendum.
- 14 Verisimilitudo supplex fidem testis aliquis minus idonei.
- 15 Pactum rem fisco vendentis contra venditorum interpretandum est ad favorem fisci.
- 16 Aptitudo rei fisco favens spectanda est.
- 17 L. non puto cessar, ubi est aliqua presumptionis faciens pro fisco.
- 18 Discutitur intellectus l. pecunia, Cod. de privil. fisci.
- 19 Præcedentium epitome,

**A**T videbitur plerisque me hactenus contra fiscum in variis conclusionibus deducendis accuratiorem fuisse, quam oporteat, & quasi ea, quæ pro filio faciunt, de industria prætermiserim, non esse iis, quæ pronunciavi, fidem adhibendam, Patroni fiscales acris invehentes forte contendent. Quinimo de graviori poena cogitantes, jam secum deliberant solerter esse cavendum, ne ullo unquam tempore inter fisci aut rationales, aut judices locum aliquem mihi fieri contingat, quod ego, vel si nihil aliud assequerer, hujuscē laboris præmium honestissimum existimabo. Atque ut verum amantibus ex toto satisfaciām, casus etiam aliquot recensebo, in quibus fisco favendum esse videatur, ut qui æquo hæc animo legent, intelligent, nihil magis, quam veritatem ipsam, me ante oculos habuisse. Primum igitur ex his, quæ hucusque tractata sunt pro fisco etiam colligi poterit, ubicunque ille in possessione reperiatur, in dubio pro eo fore pronunciandum. Nam qua ratione communis possessionis tantum potest, ut

excludat reg. l. in ambiguis. ff. de neg. iura ut cap. prox. in 2. illatione declaravimus, sic tantum valere necesse est, ut vim istius regulæ cessare faciat, per arg. ab oppositis, l. ult. §. ult. ff. de leg. 2. Hinc diffiniri potest, quam utile sit fisco possessionem bonorum delinquentis celeriter apprehendere, nam contingere potest, ut aliquando ex sola possessione titulum nancisci videatur. Nam cum statuta fere ubique vigeant, ut bona delinquentium suis casibus a die commissi delicti confiscata intelligantur, & tempus statuti confiscantis, non autem sententiaz attendi debere receptum sit arg. l. si mandavero, §. is cui ff. mand. diffinit Baracolus in l. 1. n. 9. C. de bon. damn. Alex. Jas. & Dec. in l. 3. §. illud, ff. Quod quisque jur. Curt. Sen. conf. 59. n. 13. ver. & consequenter Nell. in 1. par. 2. temp. quest. 18. Clarus §. fin. quest. 78. vers. ulterius quero; si tamen fiscus bona delinquenti postea qualita occupasset, quamvis statutum ad futura non porrigeretur, jure possessionis se recte tueretur, & per con-

V. v.

trargum alio possidente succumberet, prout utrumque aperte determinat *Clarus* in d. quest. & vers. & sentit *Curt. Sen. conf. 59. n. 15. verific.* secundo respondemus. Et ideo si post condemnationem reo delata hæreditas foret, fiscus recte contabitur res hæreditarias apprehendere, quia condemnatum tamquam indignum repellere poterit, ut notat *Alexander apud Bartolum in l. certa forma, C. de jur. fisc. lib. 10.* & cum cæteris ad lucrum alçpirantibus adjuvari poterit ex l. nemo predo §. cune de lucro, ff. de reg. jur. Quare si antequam fiscus possessionem apprehendat, bannitus repudiet hæreditatem sibi jure communi delatam, & sequens in gradu aeat, & possessionem adipiscatur, fiscus utique succumbet; Neque obstat, quod repudiatio in fraudem fieri non queat, cum fisco etiam in quærendis fraus facta revocetur l. in fraudem hoc sit. per quam limitatur text. in l. qui autem, ff. quis in fraudem cred. nam dicta lex procedit in debitore fisci, at bonis jam omnibus confiscatis, cum futura, & quærenda in confiscationem non veniant, ut promisi, definit delinquens aliquid ultra debere fisco, ac ita respondet *Rimin. Sen. conf. 136. n. 17.* qui quæstionem decidit in puncto, & ita judicatum est in Rota Senensi me cassuæ Patrono die 29. Maii 1584. Sed ut possessionis commoda prosequamur, ita verum est fisco possessori favendum esse, ut nihil dubitem, si inter fiscum, & dotem contentio sit, quam magis esse privilegiatam huc usque compertum est, fisci causa potior erit, si fiscus in possessione reperiatur, ita decidit *Saly.* in l. 2. n. 3. C. de privileg. fisc. & novissimè probat *Peregrinus lib. 6. tit. 6. n. 34.* & idem contra piam caussam, vel aliam quamlibet privilegiatam, fisco possidente, respondendum erit. Sic itaque, & in prædictis, & in aliis quampluribus plurimum semper fisco proderit, si in possessione repetierit, quia vel saltem hanc acclamacionem evitabit, quod in dubio contra eum judicandum sit.

Secundo ex vera conciliatione legis hujus, cum l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. colligere possumus, quotiescumque fiscus tractabit de damno evitando, & adversarius de lucro captando, si dubia res erit, pro fisco, non contra fiscum esse judicandum. Hæc enim regula, quod in dubio favendum sit potius tractanti de damno evitando, quam de lucro quærendo, præterquam naturali æquita-

te juvatur, attingit merita causæ, quæ regulariter eujusque personæ privilegio debent anteferri, ex iis, quæ notat Dec. in l. qui accusare, n. II. C. de eden. Sed *Papinianus*, in l. error ff. de jur. & fact. igno. quantum hæc differentia possit, eleganter expressit. Ait enim: Error facti ne maribus quidem in damnis, vel compendiis obest. Juris autem error, nec fœminis in compendiis prodest. Ceterum omnibus juris error damnis amittenda rei sua non nocet. Sic utique plus habetur ratio caussæ, quam personæ. Nam mulier, cui jura facile subveniunt, ut tot. tit. ff. ad *Vellejan.* tractans de lucro, non potest allegare ignorantiam juris, at vir quamvis major, prudensque tractans de damno potest, hic utique nihil positum est in qualitate personæ, sed in qualitate caussæ. Multum igitur potest ratio damni evitandi. Ex quo confirmari videtur, quod magis communiter proditum est, in d. l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. ne ibi versetur privilegium fisci, sed caussæ disparitas, sicuti probarunt glo. *Odofr. Lucas de Pen. Joan. de Plat. & Jacob. Rebus. ibi Ang. Castr. Saly.* & alii quos referunt. *Menochius de Presump. lib. 2. presump. 72. n. 7.* Et hoc ipsum arbitror verum esse indistinctè, sive agat fiscus, sive conveniatur. Quoniam neque regula l. favorabiliores procedit, quando actor tractat de damno vitando, reus de lucro capiendo, sed alia utimur regula, qua cavetur melius esse favere repetitioni, quam adventitio lucro l. non debet actori, §. in re obscura ff. de reg. jur. quam in actore de damno, & reo de lucro tractantibus, glo. Dec. & Cagn. intellectere, sic conciliantes cum reg. l. in eo, eo sit. ded. reg. jur. ubi idem Cagn. n. 2. Sic ob ejusmodi disparitatem, & alia regula cessat, qua dicere sollemus privilegiatum adversus æque privilegiatum, non privilegio, sed jure communiti oportere, de qua per *Baldum in l. 2. cod. de privileg. fisc.* nam is qui tractat de damno, suo quidem privilegio uti poterit l. ult. ff. quibus ex causis major & ibi glo. Cyn. in l. fin. quest. 4. C. de Sacros. Eccles. Ancb. conf. 37. contra Joannem Romanum conf. 179. n. 16. in fin. Dec. alias referens in d. §. in re obscura. Hæc tamen locum sibi vendicabunt, nisi lucrum esset radicatum in persona adversarii, quia de hoc lucro idem judicatur, quod de damno, quia quod jam perfectè quæsierat, non amplius contendit acquirere, sed minimè perdere, l. 1. §. si quis propter, & ibi glo. in versi. per

per integrum restitutionem ff. de itin. act. priv. Cyn. & Baldus in l. cum te C. de donat. ante nupt. Imola in l. Proculus, ff. de damn. inf. Alexander conf. 89. n. 13. ubi late add. & conf. 169. n. 14. lib. 2. Tertio ex præcedentibus inferri videtur, quod quotiescumque causa erit dubia, sed tamen in ea dubitatione aliae sint juris regulæ, non continuo ad hanc unam esse recurrentum, si alia possit afferri, quæ quandoque pro fisco facere poterit; nam ut regula l. favorabiliores cessat propter Modestini regulam, ut sup. cap. præcedenti, n. 27. declaravi, ita hæc cessabit propter omenem aliam. Sic etenim, quoniam in dubiis questionibus favemus tractanti de damno, etiam fisco favendum esse diximus, sic etiam in fisco possessore ex re l. in pari ff. de re jud. hanc cessare: Sic generaliter hoc idem de aliis regulis pronunciare licebit; Quarum aliqua exempla subjiciam, ut quid in ceteris similibus sit obliuandum, possit innoscere. Esto enim fiscum, & privatum de lucro contendere, si fisci causa tempore præcedat, etiam in reliquo dubia sit, fisco favendum est, ex reg. 19. quoties utriusque ff. de reg. jur.

¶ 1 Item fac utrinque probationem ex testimoniis depositionibus ab solutè pendere, esseque numero, & dignitate pares testes pro fisco, & contra fiscum examinatos; Sed testes pro fisco verisimiliora deponere, hac lege non obstante præferendi erunt ex reg. l. in obscuris ff. de regul. jur. qua in dubiis, quod vero imilius est inspicere solemus, quod in materia testimoniis præcipuum esse scribunt

¶ 2 Are. conf. 9. n. 1. in fin. Fel. in cap. auditis n. 23. de prescr. Affidatus decis. 363. n. 6. Aymon. conf. 73. n. 41. & adeò sextus vulg. in l. 3. §. tu magis, ff. de testibus, nec desuerunt, qui tanti verosimilitudinem facere ausi sunt, ut pro lege ha-

¶ 3 bendam esse dixerint, Oldradus conf. 13. in fin. Aymon conf. 61. n. 9. Dominus de Francia dec. 153. n. 6. quod sane intelligendum est, ut quod verosimile sit, illud quasi certum a lege assumatur, & nisi contrarium doceatur super eo velut assumpto statuat lex, atque disponat ex iis, quæ tradit Alciatus de præsumpt. in arg. in 2. par. n. 3. Alioquin verosimilitudo cum ad factum semper referatur, non potest ullo mo-

¶ 4 do pro lege usurpari. Illud tamen prætermittendum non est, tantum valere verosimilitudinem in teste, ut si alioquin minus idoneus habeatur, ejus tamen fides ex ipsa verosimilitudine redintegretur Angelus

conf. 367. n. 7. & secundum ea in fin. Ay- mon conf. 35. n. 7. conf. 75. n. 23. conf. 275. n. 9. ubi multa congerit imperfecta, quæ verosimilitudine roborantur. Quæ omnia pro fisco adnotanda sunt ad materiam legis post contractum ff. de donat. Proxi- mum est, ut plerumque fieri solet, inspicia- mus d. l. in obscuris, quod fisco ita interdum prodeesse poterit, ut legem nostram eo evi- tet argumento. Sic si fiscum ab aliquo emere contingat, pactum ambiguum non contra fiscum, sed contra venditorem in- terpretandum erit l. in contrabenda ff. de rog. jur. Sic quoties idem sermo duas sen- tentias exprimit, si ea, quæ favet fisco rei gerendæ aptior erit, ea erit attendenda, 16 l. quoties idem sermo ff. de rog. jur. Vel si quovis argumento contingat interpreta- nem, quæ fisco favet, benignorem esse, eam accipere debemus in re dubia l. semper in dubiis, & l. ea qua §. in re dubia ff. eod. Tandem quamvis fisci patronis dura vi- deri posse Modestini sententia, in ea ta- men admittenda faciliores esse convenit, quod facile etiam sit eam evadere, & in dubiis questionibus levi etiam conjecturæ, ex sui ratione pro fisco facienti cedere com- pellatur. Quare quarto loco adnotandum est legem hanc toties locum non habere, quoties, vel pro fisco, vel contra adversariam aliqua præsumptio poterit afferri, cum enim præsumptio relevet ab onere probandi, illudque in adversarium rejiciat c. ult. de præsumpt. l. juris gen. §. quod ferè, ff. de patt. Baldus in tit. de probat. n. 4. fiscus cui præsumptio favet, semper affirmare po- terit se habere fundatam intentionem, & quoad se questionem non esse dubiam. Hæc conclusio non inconcinnè deduci fortè pote- rit ex d. l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. se- cundum explicationem, quam subjeci. Nam materia donationis valde suspecta operatur ibi, ut contra adversarium fisci militet aliqua præsumptio, ut in fraudem facta di- catur, & ideo ab eo probatio desideratur; quod sentire videntur Saly. in l. 2. num. 3. C. de privil. fisc. Angelus in l. si debitor, Cod. eo Castr. in l. matrem num. 3. Cod. de prob. quibus subscripti sup. par. 1. cap. 3. n. 18. ex iis multo magis intelligimus fisco favendum esse, ubi reperitur aperte privilegiatus: neque enim Modestini regula per- tinet ad minuenda fisci privilegia, sed ad refrenandam eorum temeritatem, qui fiscum quasi sacrum censentes, ei jure, vel inju- ria favendum fuisse existabant. Quamo- brem

brem suspecta visa semper est Jo. Fab. sententia in §. item si quis in fraudem num. 17 concessum ex constitutione Alexandri in l. pecunia Cod. de privil. fisc. ne locum habeat, cum debitor fiscalis solvit creditori ex caussa onerosa quamvis posteriori. Nam d. l. pecunia hanc distinctionem non facit, neque eam ibi Doctores communiter sentiunt, ut Didacus pract. q. c. 19. num. 3. diligenter animadvertisit. Cum itaque privilegium illud fisco concessum sit, non distincta persona secundi creditoris, huc restrictio faciliter admittenda non est, quidquid post Grammaticum hanc Fabri sententiam commendantes scripsierunt Menochius conf. 25. num. 13. lib. 1. Cephal. conf. 26. num. 22. lib. 1. quia sola Fabri auctoritate contra verum, & communem intellectum hanc restrictionem recipiunt. Nam fisci privilegia, ut facile amplianda non sunt, ita cum generalis eorum concessio appareat, non sunt, nec facile, nec temere restringenda, vel minuenda. Sed cum ille textus ex juxta caussa fisco permittat, extraordinario jure a posteriori creditore eam pecuniam recuperare, rectius & Menochius, & Cephal. desiderasse videntur excussionem praecedere oportere, argum. l. Moschis hoc sit. & ex sententia Joannis Andre. probare videtur Afflictus decis. 190. num. 3. Sed quid si fisco consultum esset ex acceptis fidejussionibus, num ab hoc creditore revocare poterit, iis non excusis? Vel cui an creditori, an fidejussionibus beneficium excussionis opitulabitur? Contra fidejussiones proclivior sum. Quia jure communi hypothecaria ad pecuniam per secundum creditorem bona fide consumptam produci non solet, ut deduci videtur ex l. deferre, §. ult. hoc sit. Et cum in fisci favorem d. l. pecunia introducta sit, & speciale jus fisci contineat, d. §. ult. ut pecuniam bona fide consumptam representet, ad creditores privilegiatos vix extendi poterit, ne dum ad solam hypothecam habentes, ut multo minus his fidejussionibus suffragari credatur. Inter quos, & tertios possessores, illud interest respectu excussionis impenrandae, quod ii sponte, tertii vero coacti obligationem subeunt, & praeter intentionem arg. l. ab emptione in fin. ff. de patti. Receptum est quidem ad creditores quemque privilegiatos extendi, ut disputat Didacus d. cap. 29. num. 1. & 2. & ita intellexit Bartolus in l. pupillus, ff. de iis,

que in fraudem credit. in hoc recte ab afflictio relatus in d. decis. 190. quamvis aliam ex Bartolo sententiam deducat Ursillus in addit. ad Afflictum num. 6. Fateor tamen duo Bartolam explicitè dixisse, & d. l. procedere in creditore privilegiato, & eam allegans velut nolit in revocante pecuniam, non speciem intelligat necesse est, quod usurarum dubitatio, in pecunia numerata legem illam intelligere cogat omnimodo. Et quod quasi sententiam mutans subdit, nullius considerationis esse debet, quia est quid quemque falsum, & ineptum. Nam genus potest quidem in obligationem venire, at in solutionem nullo modo, & pecuniam consumi posse, quoniam solvitur ut species, supponit Papinianus in d. l. deferre §. ult. Quare adversus Afflictum nihil urgens attulit Ursillus, solumque negotium facit l. ult. §. & si prefatans Cod. de jur. deliber. quam adducit Strach. de decit. par. ult. num. 30. quam tamen evitat Didacus ubi supra intelligens quando ab haeredibus per judicem compulsis, & coactis ea solutio fit, quod divinationem sapit, quia in ver. sin vero, nihil de hac judiciaria coactione appetit. Sed verius censeo, legem illam in suo dumtaxat casu procedere, cum solutio ab haerede facta est adeunte cum beneficio inventarii, servata illius constitutionis forma. Et pecunia extante, non denegaret Afflictus prioribus hypothecariam, quam ea consumpta negat. Sed quid si hic secundus creditor alii creditori eam pecuniam solvit, an fiscus, ut a creditore debitoris sui, ita a quocumque alio ad quem pervenisset ea consumpta, condicione ex ea lege agere posset? Minime quidem, quia condicione ista exorbitans est, & adeo non ultra quam verba patientur, extendenda. Sed & refragatur, quia primus ille creditor, qui a fisci debitore accepit ulteriori solvendo consumit d. §. ult. l. Julianus ff. de petit. heredit. & l. 2. ff. de usufr. ear. rer. quae usu consumuntur. neque decet eadem condicione adversus utrumque experiri. Sed si penes hunc ulteriorem existeret, quoniam contra eum superesset adhuc hypothecaria, crederem interim cessare conditionem, quod non nisi in subsidium fisco sit concedenda: alia ratio est, cum est consumpta: quia illud sequeretur absurdum, si adversus quoscumque in perpetuum condici posset, ne pecuniam se dato animo quispam aliquo tempore posset impendere. Sic igitur, ut ex utili cito cuitu-

euia ad nostrum institutum redeamus  
*Modestini* regula ut fisci privilegia amplia-  
 ri non patitur, ita nullum præbet argu-  
 mentum, ut indebet restringantur. Qua-  
 re toties obtinebit, quoties dubitatio que-  
 stionis ad favorem fisci alia regula, vel  
 argumento certo diffiniri non poterit; adeo

ut dumtaxat deliberandum illud solum sit;  
 cui magis favendum privato, an fisco: si  
 ratio favoris aliunde sumi possit, ea præ-  
 cipua erit, sive pro fisco, sive contra  
 fiscum faciat: si secus, cum res in eo  
 posita sit, ut fiscum consideremus ut fiscum,  
 ei minus est, quam privato favendum.



PARS

# PARS TERTIA

Quot modis dicatur quæstio dubia, & quæ sint partes Judicis in questionibus dubiis, & alia plura de eadem re valde utilia explicantur.

## Quæst. I.

- 1 *Judex, qui levis dubitationis velamento ad concordiam bortatur, injustus est.*
- 2 *Gratificationi quando locus sit remissivè.*
- 3 *Dubitatio omnis, vel in jure, vel in facto veretur necesse est.*
- 4 *Judex in dubia questione rectè in partem se trahi patitur, quam conscientia veriore esse dictat.*
- 5 *In questione juris verè dubia partes ad transactionem bortandæ sunt.*
- 6 *L. i. §. & post operis, ff. de nov. oper. nunc. adversus Alexan. explicatur.*
- 7 *Bartol. in l. si de meis, §. recepisse, ff. de recept. arbitr. defenditur, & declaratur.*
- 8 *Parti, quæ intelligit se non souvere jus, non licet partem ad transactionem bortari.*
- 9 *Judex potest ad transigendum bortari non tamen compellere.*
- 10 *An possit compellere stante timore scandali.*
- 11 *Quid faciendum, cum non subest cogendi ratio, an possit ad divisionem perveniri, The sauri sententia examinatur.*
- 12 *Declaratur c. afferte de præsumpt.*
- 13 *Potius ob incertitudinem legatum rei non divisibilis vitiani concedendum est, quam dividi.*
- 14 *L. sed si lege, §. adeo autem, ff. de petit. bæred. declaratur.*
- 15 *L. si paterfamilias, cum l. seq. ff. de bæ red. inst. expenditur.*
- 16 *Differentia adducitur, quæ in subsequenda statuentium, & testatorum voluntate versatur.*
- 17 *Principe suarum legum mentem aperire recusante, quid faciendum in obscuris.*
- 18 *Expenditur sententia glos. in l. Nefennius, ff. de neg. gest.*
- 19 *Etiam in dubia juris questione obtinere potest l. favorabiliores, ff. de reg. jur. & quando.*
- 20 *Quid Judex agere debeat, si dubitatio constat in facto.*
- 21 *Quid interdit inter juris, & facti dubitationes.*
- 22 *L. favorabiliores ff. de reg. jur. in interdicto resindendæ propter suis misturam locum non habet.*
- 23 *Dubitatio juris publicam causam magis, quam privatam continet.*
- 24 *Lex debet esse certa, & uniformis.*
- 25 *Questiones juris ad Principem, questiones facti ad judicem pertinent.*
- 26 *Judex in facto dubio pronuncians contra reum jus dicit contra juris regulas, & ideo nulliter.*
- 27 *Sententia contra regulas jur. est nulla.*
- 28 *Quod locum habet in regulis, etiam quæ in ambiguis constitutæ sunt.*
- 29 *Quædam distinctio Jacobi Menochii examinatur inter bæc duo, jus esse credere alicui, & pro aliquo judicandum esse credere.*
- 30 *Minor reus eo ipso leditur, quo in dubio adversus eum pronunciatur.*

Ad



D exactam rerum hucusque tractatarum cognitionem conducere videtur, ut quasdam etiam questiones diffiniam, quæ earumdem occasione poterunt frequenter in foro accidere. Primum igitur querro, cum regula Modestia procedat dumtaxat in questionibus, quot modis harum questionum dubietas contingere queat. Qua in re, antequam questioni satisfaciā, illud pro constanti assumo, non esse de ea dubitatione tractandum, in qua Judex omnibus circumstantiis prudenter animadversis, ut faciendum esse monet *l. bona fides ff. de poss.* et si aliqualem causæ dubitationem inesse sentiat, noverit tamen in quam partem justior fuerit. Nam injustus erit, si hujus dubitationis velamento, vel si bi arbitrium in judicando vindicare, vel partes ad transigendum compellere presumet. Hoc enim non est coactum cedere dubitationi, sed levis dubitationis iniquo praetextu alteri partium gratificari, quo nihil injusius. Eo usque enim reprobata gratificatione est, ut Diabolo, non amico Judices gratificari videantur, cum id in re vere dubia fecerint, ut pie, & graviter tradit *Tesaur. decis. 89. n. 3.* Ante quem ex sententia *Navar. Adriani*, & aliorum non licere in dubiis amico favere, egregie docuit *Jacobus Menochius de arbitr. Jud. cas. 349. n. 22.* & seq. ab hac etiam gratificatione abhorret *Ang. Matthias. de via, & ratione juris lib. 2. c. ult. n. 15.* & quamquam in aliis quibus speciebus reperiamus esse gratificationi locum, quas congerit *glos. in l. ult. ff. de relig. & sumpt. fun.* ad judicem tamen non pertinet. Is enim inter utramque personam medius esse debet non ad dexteram, non ad sinistram declinans *l. ubi falsi, & ibi glos.* *Cod. ad legem Corn. de fal.* & in formula juris jurandi hoc speciatim *Just.* adjecit in *Aub. jus jur.* quod praefatur ab iis ibi: *Nequaquam subinclinatus, neque hoc lucrum considerans, aut per gratiam, vel odium &c. comparat igitur, quæ per gratiam, & quæ per odium fiunt, & pauculo infra: Et equus in causis utriusque parti, & in publicis disciplinis ero, nullique parti, citra quam justum est, praestabo.* Sic ergo expressum gratificatio prohibita reperitur.

Recteque inibi *Ang. n. 3. post glos.* notat, quod si judex possit judicare, prout sibi videbitur, non tamen poterit judicare contra debitum juris, sed antiquorem, & a divino etiam jure prodeuntem, gratificatione prohibitionem habet; Scriptum est enim *Deuteron. cap. 8. Dixi Principibus, & judicibus, quod justum est judicate, sive peregrinus sit ille, sive civis.* Nulla erit distantia, ita parvum auditis, ut magnum. Nec accipietis cujusquam personam. Igitur ut idem *Menochius* ibi docet, Deo non amico in judicando serviendum est, potest autem explosa prorsus gratificatione, dubitatio, quæ ex ambiguo, incerto, vel obscuro tota dimanare solet, & in universis prædicamentis diffunditur, ut docet *Angelus Matth. de via jur. lib. 2. cap. 3. & 4.* 3 dupliciter contingere, & circa factum, & circa jus. Circa factum, velut si tam actor, quam reus suam intentionem duobus quiske testibus probet. In jure exempli causa, si questio incidat: an filii positi in conditione, nulla existente conjectura, censeantur vocati; in qua questione, et si Romæ vocati censeantur, Florentiæ secus, Senis tamen non satis constare videtur, quamnam, aut verior, aut receptior sententia sit, & hanc divisionem tam hi probant, qui legem nostram in juris, non in facti questionibus procedere existimarunt, quam etiam qui indistinctè procedere arbitrantur, sive in jure, sive in facto questio versetur, quoniam omnes duplicitatem questionis concedunt. Quid igitur faciet judex rejecta gratificatione in alterutra questione in antiqui constitutus? Primum majorem diligentiā adhibebit, ne forte dubitatio ex modico studio, vel ex quadam negligentia magis, quam ex re ipsa proficiatur. Oportet enim solerter esse in indaganda veritate, & expendendo negocio *d. l. ubi falsi & l. proxime ff. de his, quæ in test. delen.* Deumque orabit, quæ veritas est, ut eum illuminare dignetur. Et si se in hanc magis, quam illam partem, ex pondere rationum subinclinantem esse senserit, poterit illi adherere, ac ita intelligitur, quod scribunt *Anch. conf. 210. n. 1. Soccinus conf. 150. n. 40. prope finem lib. 1. Dec. conf. 170. n. 6.* Sed si substat, & adhuc in neutram partem inclinet, distinguendū censeo, an in jure, vel in facto dubitet. Si dubitat in jure, sentiunt plerique ad officium judicis pertinere partes ad translato-

Elio.

Etionem ; & concordiam hortari glos. &  
 Bartol. in l. furti , §. qui jussu ff. de bis  
 qui not. infam. Bald. & Salyc. in l. ex sti-  
 pulat. Cod. de sens. & interk. omn. jud.  
 Castr. Alex. Jasan. & Dec. in l. quidam  
 existimaverunt ff. si cert. petat. est text. ubi  
 g Alex. not. in secundo notabili in l. I. §. &  
 post operis , ff. de nov. oper. nunc. quam-  
 quam vereor , ne locus ille non ad volun-  
 tariam remissionem , sed ad necessariam sub-  
 jectionem , ex natura illius judicij referri  
 6 debeat . Eiusdem tamen sententias sunt in  
 hoc articulo idem Baldus & Angelus in l.  
 æquissimum ff. de usufruct. Abb. in Cap. cum  
 inter R. de elect. Fely. in rubr. de tregu.  
 & pace n. I. Afflic. decis. 149. n. 5. &  
 6. Idem Thesaur. decis. 89. n. 3. Quare ,  
 7 quod inquit Bartol. in l. si de meis §. rece-  
 pisse ff. de recep. arbit. & dubitabile vide-  
 tur Dec. in d. l. quidam existimaverunt , u.  
 4. quod non ad judicis , sed arbitri officium  
 spectet procurare concordiam inter par-  
 tes , intelligendum est antequam judex causam  
 ita dubiam esse animadvertisit , quia dum  
 8 sibi liquet alteram partem justiorem sovero  
 caussam , non debet eam cum suo detrimen-  
 to ad concordiam hortari Anton. de Butr.  
 in cap. prim. circa fin. de mut. pet. Abb.  
 in cap. fin. ver. sed quero nunquid de trans-  
 fact. Fely. in d. Rubr. de treg. & pace n.  
 9. qui dum contendunt alteri parti non li-  
 cere adversario transactionem persuadere , si  
 se malam caussam sovere intelligat , multo  
 minus judici id licere presupponunt , & in  
 judice expressim tradit Dec. in d. l. qui-  
 dam existimaverunt n. 4. Sed postquam de-  
 tecta est dubitatio juris , eaque Judici vere  
 inextricabilis videtur , debet partes ad con-  
 cordiam hortari , ut sententiam ab errandi  
 periculo subducatur . Verum ad compromitten-  
 dam , & ita ad concordandum generaliter  
 9 compellere non poterit , ut glos. Bartol.  
 Bald. Castr. Alexan. Dec. & alii supra rela-  
 ti cum concord. latentur , adeo ut nec  
 10 etiam subsistente timore scandali id facere  
 possit , sicuti censuit Bald. in d. l. ex sti-  
 pulatione , cui cum contradicat Alex. in d.  
 l. quidam existimaverunt n. 4. concordandi  
 sunt , ut dictum Baldi procedat , nisi scan-  
 dalum sit notabile ob qualitatem persona-  
 rum , quia non omne scandalum huic com-  
 pulsioni caussam præbere debet , sed illud ,  
 quod civitatis tranquillitatem perturbare pos-  
 set , eo quia ex partium concordia , vel  
 discordia ad totius civitatis salutem , vel peri-  
 culum facile posset inferri , sic plane sentit idem

Alex. in d. l. I. §. & post operis , n. 9. Af-  
 flitt. dec. 149. n. 6. ubi conjunctim deside-  
 rat litem esse inter magnates , & ejusdem  
 scandali timorem , ex quo , ne quies publi-  
 ca propter consanguineos , etiam adhaerentes  
 turbetur , maxime cavendum sit , arg. l. con-  
 11 gruit , ff. de off. pres. Sed quid statuen-  
 dum est in iis causis , in quibus nulla subest  
 cogendi ratio , quæ verò argumenta , ad cogen-  
 dum sufficiente congerunt Alex. Felyn. & Afflit.  
 in locis supra relatis , si nihil assequatur adhorta-  
 tione ? Thessaur. d. decis. 89. per tot. mul-  
 tis contendit judicem ad divisionem perve-  
 12 nire debere . Primum ex cap. afferte de  
 præsumpt. Sed male sententiam Salomonis ac-  
 cepit , quoniam prolata fuit ad veritatem  
 investigandam , non ad quæstionem dirimen-  
 dam . Quare notatur ibi ex præsumptione  
 violenta , posse ad sententiam diffinitivam  
 perveniri . Sed Anch. d. cons. 210. n. 3.  
 licet fateatur tentando , Salomonem illam di-  
 visionem pronunciasse , velle tamen videtur  
 respectu justitiae , data re divisibili , & quod  
 dubia sint Partium jura , divisionem ejusmo-  
 di ex ejusdem sententia æquissimam reputari.  
 Ceterum plus deducit ex ea specie , quam in-  
 ferri probabiliter possit , eaque ratione fa-  
 ctum est , ut inter præsumptiones , non  
 inter sententias relata sit , maxime cum ibi  
 ageretur de re individua in partes divisas ,  
 in quibus jubendo gladium afferri , protesta-  
 batur , se magis igaorare factum , quam dif-  
 finire , alioquin injustissima sententia fuis-  
 set dividens hominem in partes divisas ,  
 qui dividi non possit , sed in indivisibas  
 tantum , l. servus communis ff. de stip. serv.  
 in eaque , aut simili specie est textus in l.  
 13 quæsumus , §. si quis eodem ff. de fund.  
 instr. quem pro contraria sententia ibi Al-  
 beric. not. cumque adducunt Boer. d. decis.  
 42. in fin. & Thessau. ubi sup. qui nihil  
 illi respondet , & tamen ex eo , dum pa-  
 titur potius logatum instrumenti ab incerti-  
 tudinem vitiari , quam inter duos ad illud  
 aspirantes dividi , colligitur honestius esse  
 judicem pronunciare sibi non liquere , quam  
 rem dividere , quæ commodam divisionem  
 non admittat arg. text. in l. idem. §.  
 ult. ff. de recept. arbitr. Secundo loco Dec.  
 ab eo. relatus d. cons. 175. n. 6. adducit tex.  
 14 in l. sed si lege §. adeo autem ff. de pe-  
 nit. hered. sed ille locus nititur præsumptio-  
 ne facti , ut expensa presumatur facta de  
 parte utriusque , ac ita quisque virilem  
 ferat , ut accidit in sententia l. l. Cod.  
 si plur. av. sententia l. recs §. cum in  
 tabua

*sabulis ff. de duabus re.* sed non usquequā portions in omni specie contenduntur, sēpē de toto hinc inde contentio est, deestque præsumptio, quæ uni, vel alteri faveat, aut divisionis occasionem præbeat & eamdem responsionem admittit *l. Tisius ff. ad Trebell.* quam tertio loco ad idem *Tbesaur.* adducit. Quia cum verosimile sit erogationes de toto patrimonio factas fuisse, eo inspecto, quod ex toto fructus percipiebantur, sic in portiones, quæ faciendæ erant, erogationes ipsæ probabilit̄ referuntur. Non igitur in prædictis legibus sit divisio propter dubitationem, sed propter juris præsumptionem ex verosimili desumptam quæstio alioquin dubia diffinitur. Nec dubitatio, sed præsumptio divisioni cauſam præbet. Quarto pro eadem sententia idem *Tbesaur.* addu-  
35 cit *l. si paterfam. cum l. seq. ff. de bared. inst.* Qui locus in præsenti disputatione magis urgere videtur, cum admittat divisionem hæreditatis propter voluntatis incertitudinem, ac ita propter maximam juris dubitationem. Sed rectè admodum in eam sententiam *Tiberii Cæsaris exemplum*, & authoritas adducitur, quoniam *Julianus* eo exemplo destitutus, quod a *Pomponio* relatum *seq. l. compilatores posuere*, eam decidendi rationem usurpare non debuerit. *Quinimo Theophilus in §. ult. Inst. de vul-*  
*gar. subſt.* tunc temporis a *Tiberio* ea de re factam constitutionem fuisse testatur. Verū cum sua moderatione in jus transire credendum est, ut possint judices in materia successionum ex testamento deferendarum, tamquam judices, si ita obscura voluntas fuerit, & similes acciderint circumstantiae, eam divisionem partibus etiam  
36 invitit per sententiam facere. Illudq. interest inter conjiciendam testantium, vel statuentium voluntatem, quod si talis dubitatio in legibus emerget, Princeps consulendus erit, qui suarum legum & mens, & verus interpres esse creditur, *l. & ideo, ubi differentiam inter Principum, & Jureconsultorum interpretationem explicavi ff. de leg. quo nomine iidem suarum legum enigmata solvere dicuntur l. i. & l. ult. Cod. de legib.* Cur ergo ad divisionem in re dubia perveniet judex, si possit consulendo Principem, dubium legis assequi sensum? At cum conjicienda testatoris voluntas est, in obscuro posita res ejusmodi tam respectu judicis, quam Principis ad divinationem accedit

& ubi præmissa diligent investigatione ; ut faciendum docet *Baldus conf. 6. lib. 4.* nihil judex assequitur, idem verosimile est Principi futurum; quare cum res ista omni solatio careat, libentius concedenda divisio erit. Dissimilis itaque ratio facit, ne illa decisio extra ultimæ voluntatis cancellos facile producenda sit. Quod si Princeps consultus aliquo casu, quod interdum ex cauſa facere solet, & mihi accidit in facto, suam interpretationem aperire recusat, tunc magna dubitatio est, an debeat sententia ferri pro reo, juxta *l. favorabiliores ff. de regul. jur.* Et amplectendam esse sententiam  
17 *glos. in l. Nesennius, ff. de nego. gestis*, quod in hac specie obtineat, opinari videntur *Bald. in d. l. Paterfam. ff. de bared. Inst. Ancar. d. conf. 210. n. 3 Dec. conf. 68. n. 3. & ibi Add. Boer. d. decif. 42. Alciat. in c. l. n. 99. de off. ord. Tbesaur. ubi sup.* Cæterum opinor ego tantorum Patrum sententiam sub nimia allegantium facilitate periclitari. Nam certi juris est, passimque ab omnibus hucusque recepti, regulariter non posse Judicem ob solam dubitationem partes ad transactionem compellere, ut supra ex *glos. Bart. Castr. Alex. Dec.* & aliis abunde constare potest, at si id facere possit Judex difinitive pronunciando, jam per indirectum partes invitas ad transactionem compellit. Non inficiar ego, quod partibus compromittentibus Judex factus arbitrator hanc divisionem facere poterit, ac ita relatorum omnium sententia procedit, & hoc in casu apud Sacrum Consilium Neapolitanum referente *Capyc. decif. 176. in fin. observatum animadverto*, ut judicum persona deposita, & arbitratorum assumpta domini de consilio ad eam divisionem pervenerint. Et quidem præter casum testamentariae successio-  
nis, in quo de voluntate defuncti sub incerto reicta dubizaretur, oportet judicem in unam, vel alteram partem inclinare. Nam facilius est statuentis, quam testantis mentem conjicere. Testator enim in testamento libito voluntatis utitur *l. 4. ff. de adim. leg. l. fideicommissaria la terza ff. de fidec. lib.* Legislator non pro libito, sed ex ratione legis condit, & ideo cum mentem legis inquirimus, certi sumus, id, quod rationis est ad mentem legis accedere *l. scire oportet §. consequens ff. dc excus. tut.* Quare in hac perquirenda di-  
ligen-

ligentiores esse convenient, cum quis iudicet. Et imaginari vix potest, si negotium secum diligentissime revolvat, & examinet, ne in alteram partem, ventuti rationabiliorem conscientiam inclinare presentiat, & pro ea pronunciabit, ut Anch. Dec. & Socc. consuluerit. Potest tamen accidere, ut, vel si conscientia magis ad unam, quam ad alteram partem inclinet, adeo tamen subdubitetur, ut in transactione, sive divisione sibi ipsi tutius quiescere videatur. Quod mihi semel accidit in Rota Florentina in causa magni ponderis, ut omnes Rotarum Auditores in unam partem procliviores essemus, sed tamen plerique nostrum tutius existimabant componere partes, quam judicare. Quo casu, quia a recto conscientiae dictamine, & ardua causae difficultate zelus concordiae derivatur, poterit forte, ut in relata ultimae voluntatis specie, divisio pronunciari. Sed nisi ab intrinseco, & nullatenus perturbato conscientiae dictamine haec divisio persuadeatur, vel animus in alterutram partem inclinetur, necesse est ad favorem rei pronunciare juxta l. favorabiliores ff. de reg. jur. quae etiam si, ut paulo post dicturus sum, magis in facti, quam in juris dubitationibus locum sibi propriè vendicet, etiam hoc in casu obtinebit, quia verum erit in tanta dubitatione actorem suam intentionem plene non probasse, cum rationes, quae pro reo sunt, intentionem actoris obumbrant, faciantque, ne ejus argumenta concludant ex reg. l. neque natales Cod. de probat. l. non hoc Cod. unde legit. Cum itaque Judex in tanta angustia versabitur, primum debet partibus, quantum in eo est, transactionem persuadere, mox illis renuentibus super eadem dubitatione Principem consulere, eo tandem auxilium interpretationis denegante, rectam animi sui propensionem obsecundans poterit vel divisionem, vel pro reo pronunciare. Videbitur enim actor ex incerta legis sententia, vel intellectu egisse, qui non recte allegatur ad causarum decisionem, ut not. Bartol. in 20 l. in ambiguis ff. de reb. dub. Si vero dubitatio consistat in facto, utpote, quia ambo suam intentionem pari testimoniis numero, & qualitate probasse videantur, res faciliorem exitum consequitur. Nam plerique consentiunt Judi-

cem in persuadenda transactione oportere subsistere, & reum absolvendum esse Alberic. in l. Titie textores ff. de leg. I. Imol. & Fely. in c. in nostra de testib. Bened. de Plumb. in l. lege Julia Petronia ff. de manumiss. quos refert ac secundum eos judicatum fuisse testatur Nicol. Boer. d. decis. 42. in fin. In hac enim specie ex rei probatione, actoris probatio confunditur: adeo ut nec modici excessus ratio habeatur, ut in l. par. cap. I. n. 20. & seq. explicatum est: & verum est dicere actoris probationem veluti dubiam ex rei probatione redditam non relevare d. l. neque natales c. in presentia de probat. 21 Ex quibus constat plurimum interesse inter juris, & facti dubitationes, quicquid in contrarium Thesaur. d. decis. 89. n. 4. in fin. a semetipso comminiscatur. Nam Bald. conf. 6. lib. 4. ab eo adductus speciem ultimae voluntatis proponit, in qua de interpretatione verborum disputatur, quae juris, non facti questionem continet, l. a testatore ver. Claudius ff. de cond. & demonstr. & ita non rete ad questionem facti allegatur, & specialem omni casu rationem haberet tamquam ab ultima voluntate dependens. Minus eidem opitulatur Bartol. in l. si duo ff. uti possid. quia Bartolus non existimat possessionem inter litigatores per modum transactionis esse dividendam, sed mero jure ex necessitate cuiusdam concursus per argumentum ab effectu conjunctionis realis, quae ad eandem rem in solidum vocatis, partes per concursum attribuit l. re conjuncti ff. de l. 3. Idem censet faciendum in illo interdicto retinendae, in quo uterque se in solidum possidere contendit. Sed praeter quamquod reprobata est in hoc Bartoli sententia, ut animadvertisit Jacob. Menoch. reson. pos. remed. 3. n. 757. Falsa tamen esset generalis Thesauri collectio, quoniam in interdicto retinendae ea mixtura versatur, quae facit utrumque reum, & actorem esse adeo, ut in ea specie 22 cesseret regula leg. favorabiliores, sicuti censuerunt Ang. Raph. Cum. & Castr. in l. duo judices ff. de re jud. & ibi n. 14. Jason. eos refert, & sequitur, & id ipsum Angelo audiente probavit Bartolus viva voce in explicatione legis inter pares ff. de re jud. sicuti retulit idem Angelus in l. in tribus ff. de judic. quo

quo loci glossæ contrarium sententiæ male, ac parum sibi constans adhæsse videtur, & priorem sententiam post Ignem in l. 1. §. si cum dominus n. 31. ff. ad senat. consul. Syll. fecutus est Jacobus Menochius d. Remed. 3. n. 671. Tandem Bartulus mat. in d. l. si dua n. 5. contra Thesaurum confirmat differentiam inter juris, & facti dubitationes dum concedit dubiam juris questionem forte dirimi posse arg. tex. in l. ult. C. cœm. de leg. non ita questionem facit. Quare sentit etiam ex juris dubitatione honestius ad transactionem pervenisti, quæ forte laudabilior est. Sed ratio differentiæ exponenda est, ex qua Thesaurus 23 sententia prorsus corruere videbitur. Cum in jure dubitatio est, dubie legis interpretatione non tam reum, vel actorem respicit, quam statum Civitatis universum, quia ejusmodi interpretationes facile in jus transcurrunt l. minime, ff. de Legibus, & ideo non tam uni, quam universis mentem legis obscuram pandendo, jus dicere videmur, quare non rei, aut actoris ratio protinus habenda est, vel reus absolvendus, qui in crastinum agens, in eodem articulo facile succumbere potest, quod legi repugnat, cuius sententiam uniformem, ac certam esse decet l. 2. ff. de jure & fact. ign. Quare antequam reus absolvatur, Princeps consulendum est, 25 ad quem juris questiones pertinere solent leg. non statim ff. ad l. Flav. de Plag. l. Divus Marcus ff. de offic. presid. quæ verò facti sunt, ad judices remitti l. eum, quem §. judicibus ff. de judic. l. 3. §. ideoquo ff. de testibus, & d. l. non statim, & l. Divus Marcus. Tum verò eatenus verum est in dubia questione facti, non esse tantopere supersedendum; ut si actoris testes rei testes modico excellant excessu, pro reo tamen sententia ferenda sit juxta glos. in can. Cleric. dist. 21. Felyn. in cap. ex literis n. 5. de probat. Ruyn. conf. 158. n. 14. lib. 5. Dec. conf. 564. n. 2. & sup. p. 1. c. 3. n. 18. & seq. late tractatum est. Et sententa ejusmodi differentia inter juris, & facti dubitationes, quæ plane retineri debet, 26 existimo dubio procul Judicem, qui in dubia facti questione pro actore pronunciaverit, sibi liberum esse persuadens pro actore, vel pro reo pronunciare, pronunciare quidem in facto dubio, sed contra legem apergam, ac ita illius sententiam virtus nullitat-

tis subjacere. Nam verum generaliter est; 27 sententiam latam contra regulam juris nullam esse l. 2. Cod. quando prou. non est neces. l. 1. ff. que sententia sine appell. roscin. Math. nos. 20. pulchre Dec. lib. 1. lib. 1. Ruynus conf. 41. n. 16. lib. 1. Vane. tit. de nullis ex atf. proces. n. 118. Quod diligenter adnotandum puto propter omnes juris regulas, quæ in dubiis questionibus introductæ sunt; non enim ille minus ceteris, ut regule sunt habendas, & observandas; earum plures convergunt Vinc. Ann. & Fabius filius id addit, 28 ad singularia patris de jure civili ambo optime meriti. Quare qui in dubio pronunciaret pro fisco contra dotem, contra libertatem, pro anhelante ad lucrum contra prætententem causam onerosam, quia contra l. banc, contra l. in ambiguis, ff. de reg. jur. contra l. quoties dubia l. non debet actori §. in re obscura ff. eod. tit. contra juris regulas pronunciasse videretur. Hinc dubitari potest an vere subsistat Jacobis Menochii 29 distinctio, quæ primo aspectu subtilis, & acuta videtur, quam is retulit d. cas. 349. n. 30. dicens non oportere judicem prius, quem judicet, semper credere ius esse illi, pro quo judicat, sed satis esse credere pro illo esse judicandum, utpote quia reus, vel dos sit, aut persona favorabilis. Nam si legibus apertis causum est, in dubio his personis esse favendura: quomodo in re jure dubia potest jus non esse pro iis? cum ex jure scripto judicetur, se invicem ista duo consequuntur, jus illis esse, & pro eis esse judicandum. Illud tamen inter has, ceteræ regulas defendendæ sententiae causa discrimen erit, quod Judex poterit in dubiis speciebus sententiam suam aliis quibusdam rationibus facilè colorare, & a via nullitatis defendere. Neque enim tam audens, ne dixerim fatuus futurus est, ut in motivis exhibendis rem dubiam fuisse facietur: Simulque in dubiis opinatum fore pro fisco contra dotem, contraque libertatem esse pronunciandum. Sic etenim vitium 30 nullitatis exponeret. Tantique momentum est prædictarum regularum observatio, ut minor si reus fuerit, vel possessor, vel de damno certans, & in dubiis sueobuerit, eo ipso lœsus dicendus sit, ac propterea in restituzione audiendus, quod satis aperte sentit Felyn. in cap. in nostra n. 2. de testibus. Quo argumento me semel hanc restitucionem concessisse recordor, quod qui sententia nitebantur, quia nec inficiari possente rem

rem dubiam fuisse contenderent , & ea propter minorem non esse lœsum , neque lenientiam retractandam , ego autem satis lœsum minorem existimavi , quod in dubio contra eum reum , & possessorem judicatum fuisse animadverterem : lœditur enim jus partis semper , cum in dubio legem ipsi parentem negligimus , & surda aure pertransimus . Sed quæ hucusque tradita sunt , non modo judicibus , sed etiam caussarum patronis , & de jure respondentibus diligenter consideranda sunt , non tamen observanda eadem prorsus adhibita mensura . Debet enim advocatus a caussis injustis abstinere , cum & juris sacerdos appelletur , & artem boni , & æqui profiteatur *l. i. ff. de just. & jur.* neque cum caussarum dubiarum patrocinium suscipere queat , debet sibi velamentum dubitationis configere , ut malam foveat caussam , & in hoc a medico distat , quod ille assumens curam desperatam excusat , hic non ita , quinimo detecta injustitia caussæ abstinere debet *Felyn. in c. pastoralis n. 8. de judic. Justitiam* tamen , non tam ex propria conscientia , quam ex lege scripta metiri oportet , quod sentit *Innoc. in c. pastoralis , n. 6. de cau. pos. &*

*propr. ex quo Bald. in margar. in ver. Ad vocatus perbelle deduxit, quia licet advocatus faveat injusto possessori, quo se restituvi petit, non tamen dicitur habere conscientiam lœsam, quoniam pica est, & organum legis scriptæ, nec hominis, sed legis conscientiam habere debet: quoniam conscientia singulorum non facit legem, *Felynus in c. pastoralis n. 23. de offic. deleg.**

Quæsi tamen potest , an advocatus regulis hisce in caussis dubiis emanatis adstringatur , ut si caussam dubiam contra possessorem , Ecclesiam, dotem defendendam suscipiat, injustam dicatur fovere caussam . Et quidem , si caussa ab initio dubia vere fuerit , poterit , ut opinor probabiliter cui voluerit officium suum impartiri : quia poterit in exitu patroni diligentia , studioque Judex id asse qui , quod dubitationem removeat . Neque ejus , ut Judicis , officium ita in angusto collocatum esse videtur . Sed consultius aget , cum eligere poterit , si illius partis patrocinium suscipiet , cui jura in dubio favent : quia & ad victoriam prodeesse poterit assequendam , & electionem caussæ in foro conscientiæ justificandam .

*Quo jure Fiscus in prescriptionibus utatur , & quomodo lex Modestini in prescriptionibus sit præcipue servanda .*

## Quæstio. II.

- |  |  |
|--|--|
| 1 <i>Prescriptionis nomen exceptionem significat .</i>                                   | 10 <i>At postquam fiscus alienaverit , inceptam jure communi usucaptionem proficere non potest .</i>                   |
| 2 <i>Secundum Castren. &amp; Soccin. large , &amp; strictè usurpatur .</i>               | 11 <i>Accessio temporum successoribus prodest .</i>  |
| 3 <i>Proprie tamen ad peremptoriam , &amp; declinatoriam exceptionem æquè refertur .</i> | 12 <i>An empator , si mala fidei sit , gaudeat privilegio Zenonianæ constitutionis , n. 16. negative concluditur .</i> |
| 4 <i>Inscriptio Modestini quomodo nomen prescriptionis accipiat .</i>                    | 13 <i>Constitutio Zenonis procedit in fisco vendente rem jure dominii , non jure creditoris .</i>                      |
| 5 <i>Quadriennio fiscus alienans , prescribit ex constitutione Zenonis .</i>             | 14 <i>Et si fiscus in mala fide sit , non prescribit quadriennio .</i>   |
| 6 <i>Quando currat , expenditur .</i>  | 15 <i>Scientia tutorum pupillis nocet .</i>  |
| 7 <i>Si non alienat , prescribit jure communni .</i>                                     | 16 <i>Contradic̄tia facta in subhastationibus constituit fiscum in mala fide .</i>                                     |
| 8 <i>Declaratur l. in omnibus , ff. de diver. &amp; temp. prescript.</i>                 | 17 <i>Ecclesia emens à fisco non usiturn beneficio di-</i>   |
| 9 <i>Quadriennii prescriptio non tollit beneficium usucaptionis antea complete .</i>     |  |

- dilecta constitutionis .
- 18 Et tamen inter Laicos in terris Ecclesia servatur .
- 19 Etiam fisco vendente rem , ut suam , ex certa causa locum non habet dicta constitutio .
- 20 Nec ubi fiscus convenitur ut heres .
- 21 Nec in prejudicium doris , neque minoris , n. 23.
- 22 Locum tamen vindicat in alienatione facta à Civitate superiori non recognoscente .
- 24 Minor non currit quadriennium praeditum .
- 25 Tria requiruntur , ut locum habeat , & que , additur & quartum , n. 27.
- 26 Fiscus regulariter vendit non autem donat .
- 28 An quadriennium praedictum currat ignoranti .
- 29 Ignorantia regulariter non impedit prescriptionem .
- 30 Sed tamen ex clausula generali adversus eam decursam conceditur restitutio .
- 31 Quadriennium minori datum ad petendum restitucionem in integrum quoad initium est utile .
- 32 Similiter annus ad revocandum alienata in fraudem à Pratore prescriptus , quoad initium utilis est .
- 33 Quinquennium , quo accusationi de adulterio prescribitur , est continuum quoad initium , & cursum .
- 34 Emptor habens causam à fisco si constitutione non juvatur , non prohibetur ad prescribendum communi iure fisci auctoris accessione uti .
- 35 Mala fides presumpta spacio 30. annorum purgari solet .
- 36 Aymonis , & Rimini . Jun. error intelligentium id procedere de jure civili , non de jure canonico .
- 37 Heres in vera mala fide existens a seipso prescriptionem incboare non potest , secus si in presumpta existat .
- 38 Pupillus quicquid videt , ignorat .
- 39 Mala fides fisci est ficta , & magis presumpta , quam vera comparanda .
- 40 Procurator post sex. menses presumitur certiorem dominum fecisse de gestis per eum .
- 41 Quoties etiam post 30. annos durabunt malae fidei conjecture , ea solo temporis cursu non purgatur .
- 42 Quid in dubio sentiendum in questionibus fisci a prescriptione dependentibus .
- 43 Joann. Franc. à Ponte traditio commendatur .

**Q**uoniam sub libro singulari de Præscriptionibus a Modestino regulam hanc pronunciatam esse non semel animadversum est , quærendum fore duxi , quo jure fiscus in præscriptionibus utatur ; ut inde etiam possit innotescere , quomodo in materia præscriptionis regula hæc locum vindicare queat . Hanc vero materiam latè pertra-  
Etant Franc. Balb. de prescr. in 2. par. 5. par. princ. & Peregr. lib. 6. tit. 8. per tot.

1 Non ignoro præscriptionis nomen in jure nostro ad exceptionem sæpe referri , & Jacob. Cujac. in Parat. ad titulos ff. de except. & ff. de diver. temp. præscrip. inter exceptionem , & præscriptionem nihil interesse notat , quamquam Castr. & Soccin. in d. tit. de except.

2 largo quodam modo præscriptionis nomen pro exceptione in genere usurpari credunt , strictè autem , & proprie ad eas exceptiones referri , quæ oriuntur ex lapsu temporis , ut in tit. de diver. & tempor. præscrip. Sed idem quod Cujacius probavit Didacus in reg. Possessor initio primæ

partis n. 1. & n. 5. ver. quinto hic apparet , de reg. jur. lib. 6. Et quidem non men hoc peremptoriis exceptionibus convenire , aliunde quam ex tempore descendentibus probatur ex l. qui agnitis , ff. de except. ubi exceptio rei judicata iterato prescriptio nuncupatur ; ad idem est tex. in l. Titia. cum testamento , & Catus , ff. de leg. 2. in l. cum pater & pater qui filio , ff. eod. tex. apertior , qui & moratorium , & peremptoriā præscriptionem dicit in l. 2. Cod. de precib. Impe. offer. in l. peremptorias in fin. Cod. sententias rescin. non pos. in l. præscriptionem Cod. de except. & ad exceptiones dilatorias non uno loco referri consuevit , l. si quis in conscribendo Cod. de patt. l. ult. Cod. de except. Cum vero præscriptionis nomen ad eam speciem , de qua agendum est , retulerunt , adjicere soliti sunt notam illam , longi temporis , l. ei a quo , ff. de usuc. l. si duo patroni & idem ait , ff. de jur. jur. & ex titulis Cod. de præscrip. longi temp.

temp. & prescrip. 30. vel 40. an Ali.  
 quando longæ possessionis præscriptionem  
 dixerit l. 3. ff. de diver. & temp. prescrip.  
 l. creditor, l. rescriptis eadem vis. Sed no-  
 strates hoc nomine adeo frequenter usi sunt,  
 ut notam hanc dereliquerint, & rem præscri-  
 bere, qui ob minus latine dicitur, ut *Dida-*  
*cus* animadvertisit, usitato sermone dicere co-  
 sueverunt, qui ob fori caussa retinere non  
 erubescam. An verò *Modestinus* libro hoc  
 singulari de præscriptionibus exceptionum tra-  
 statum generaliter complexus fuerit, vel  
 præscriptionem ex temporis lapsu consurgen-  
 tem argumentis satis assequi non licet. Ve-  
 ro similius opinor de exceptionibus in genere,  
 ac de longi temporis præscriptionibus in spe-  
 cie differuisse; Sic enim nihil desiderari pote-  
 rat ex iis, quæ polliceretur titulus, quod non  
 præstaret tractatione. Sed jam primum qua-  
 tionis caput aggredior, videlicet quanto tem-  
 pore fiscus aduersus alios prescribat. Et vi-  
 detur *Zenonis* constitutione cautum, ut qua-  
 driennio cuicunque actioni personali in rem,  
 vel hypothecariæ præscribat, l. 2. & 3.  
*Cod. de quadri. prescript.* §. ult. Inst. ead.  
 At quando incipiat currere ejusmodi qua-  
 triennium, dubitari potest. Nam cum fiscus  
 vendens jure communi rem cum sua-  
 caussa transferret, speciali in illo jure fa-  
 ctum est, ut habens caussam a fisco, si-  
 ve onerosam, sive lucrativam, statim  
 fiat securus, ut *Bald.* *Angel.* *Saly.* &  
 omnes not. in d. l. 2. & loco illius mo-  
 lestia, quæ possessorem sequi posset, &  
 rem ab eo evincere, subrogari videtur qua-  
 driennium, quo potestas contra fiscum  
 experiundi detur, ac ita videtur quadrien-  
 nium currere a die alienationis, non an-  
 te. Quod si verum sit quotiescumque  
 fiscus ad alienationem non pervenit, & ita  
 extra casum d. l. 2. jure privati in præ-  
 scriptiis utetur, ac ita sentire videtur  
*Peregrinus* d. tit. 8. lib. 6. n. 47. Sed  
 obstat l. in omnibus ff. de diver. temp. pre-  
 scrip. quæ exceptis casibus, in quibus spe-  
 cialis provisio est, vult viginti annorum  
 spatium præscriptioni esse constitutum, quod ex  
 generalitate principii ad præscriptions activas,  
 & passivas referendum videtur. Verum quid-  
 quid in contrarium glossator voluerit, patet  
 ex eo textu, si recte animadvertisatur, de præ-  
 scriptiis aduersus fiscum ibi dumraxat esse  
 questionem, sicut ex 2. partis exemplo compro-  
 batur, & *Bartolus* in distinctione per eum  
 ibi posita, & communiter approbata, ita in-  
 tellexisse videtur. Opinor itaque in fisco,  
 cessante speciali lege, tam passive, quam  
 active semper jus commune fore servan-  
 dum l. in facto §. fiscus, ff. de condit.  
 & demonst. l. quod placuit l. *Statius* §.  
 9 ult. hoc sit. Et ideo si rem mobilem fiscus  
 bona fide, justoque titulo triennio possede-  
 rit, postea alienaverit, dubitari potest an  
 iure communi usucapie dicatur, vel iure  
 speciali quadriennium sit expectandum juxta  
 constitutionem *Zenonis*, quæ speciatim rerum  
 etiam mobilium alienationem comprehendit?  
 Existimo completam præscriptionem alienatio-  
 nis prætextu rescindi non oportere, & ideo  
 quadriennium non esse expectandum. Sed  
 quid, si tempore alienationis incohasset usu-  
 capionem, non autem perfecisset? An suf-  
 ficiet per sui authoris accessionem continua-  
 ri tempore ad perficiendum triennium, vel  
 quadriennium post alienationem desiderabitur?  
 Crediderim quadriennium esse compu-  
 tandum, quia nulla accessione propriæ in hac  
 specie intervenire queat, quod emptor sta-  
 tin factus securus, neque accessione usi de-  
 bet, neque tempora continuare; fiscus au-  
 tem ex propria, non ex alterius, in quem  
 alienavit, possessione usucapere debet. Quo  
 sit, ut accessione temporum successori, non au-  
 tem alienanti prodebet soleat, §. *diutina*,  
 in fin. init. de usucap. l. de accessionibus  
 ff. de diver. & temp. prescrip. Tum verò  
 dubitari potest, an emptor sciens rem,  
 quam sibi vendit fiscus, alienam esse, sta-  
 tin fiat securus, glos. in d. l. 2. in ver-  
 moveri in 3. solus credit beneficium illius  
 constitutionis ignorantia, & bona fide rem  
 accipienti, competere, sed *Bald.* ibi n. 3. re-  
 probat hanc distinctionem, quia sufficit ha-  
 bere caussam a fisco, nec curandum est de  
 bona fide accipientis; in additione ta-  
 men videtur transire cum glos. & in l. 2.  
*Cod. de communi. rerum alien.* n. 2. vide-  
 tur similiter requirere bonam fidem in em-  
 preore, & hoc verius existimat *Peregrinus*  
 lib. 6. tit. 4. n. 16. ea ratione, quo jus  
 tertii minus lèdatur, & constitutio *Zenonia*  
 velut exorbitans restringatur. Sed non  
 rectè pro hac sententia adducit *Socin.*  
*junior conf.* 94. n. 21. vol. 2. quanquam ille  
 ibi priorem *Baldi* sententiam sequitur, &  
 verba d. l. 2. velut generalia, & amplif-  
 sima, hanc distinctionem non admittere  
 constanter affirmit. Sed non usquequo con-  
 stare potest, quid sit in hac difficultate sen-  
 tiendum, nisi prius intelligamus d. l. 2.  
 procedere in fisco vendente rem jure do-  
 minii, & tamquam suam, non autem jure  
 cre.

- 13 creditoris, quod *glos.* *Bart.* *Bald.* *Ang. Salyc.* & omnes denique concedunt, quos congerit *Peregrinus d. tit. 4. n. 18.* & facit pro hac sententia text. quem ad hoc *Salyc. not. in l. fundus qui, ff. de rescind. vend. sentit Bald. in conf. 253. n. 2. lib. 1. Dec. conf. 357. n. 7* *Balb. de prescrip. 2. par. 5. prin. q. 3. lim. 5.* Aliud etiam 14 presupponendum est, fiscum scienter vendentem rem alienam quadriennio actioni prescribere non posse. Quoniam cum fisco mala fides imputari queat, & scientia administratorum ita noceat, ut scientia tutorum 15 pupillis nocere creditur *Bar. in l. qui duos n. 8.* & ibi eum *Soccinus sequitur ff. de reb. dub. Soccin. jun. conf. 46. n. 44.* lib. 4. quadriennium hoc, tam ab initio ex regula juris civilis, quam postea superveniens mala fides de jure canonico sufficere non patietur *ex not. in c. vigilanti de prescript. & in reg. Possessor, de reg. jur. in 6.* & in fisco bona fide vendente, *d. l. 2. Cod. de quadr. prescript. post Jacob. de Arena intelligit Bald. in d. l. 2. Cod. de comm. rer. alien. n. 1.* & sequitur *Balb. ubi sup. in 4. limit.* Cui consequens est, ut si tem- 16 pore subhaftationum aliquis contradictor appareat, in ejus præjudicium, nisi prius jura sua discutiantur, leges hæ locum non habebunt *Castr. in l. ult. n. 4. Cod. si adver. fisc.* cuius sententia hac ratione juvatur, quia apparente contradicitore non videbitur venditio bona fide celebrata. Ex iis constare potest justiorem longè esse sententiam glossæ, quam *Baldus*, & *Peregrinus* probant, quam eam *Baldi*, quam *Soccinus nepos* sequitur falso afferens non habere contradictem, quoniam sibi ipsis viuis est contradictor existere. Sicut enim mala fides ex parte fisci præscribentis eam constitutionem respectu quadriennalis præscriptionis locum habere non finit, quod latè etiam probat *Felyn. in c. quæ in Ecclesiæ n. 35. de constit.* ita ex parte ejus, in quem alienatur illico securum fieri non patitur. Et hæc sententia longe etiam æquior est, quæ privilegia ad improbos, malæque fidei homines produci non consentit. Tertio prætermittendum non est durissimam adeo videri prædictam *Zenonis* constitutionem, ut ejus 17 allegatione Ecclesia a fisco caussam ducens uti recusat. *Glos. in Cap. quocumque militum, in ver. consensu, quam ibi Arch. not. 12. q. 2.* & in cap. placuit, il primo 16. q. 3. tradit *Alex. conf. 47. n. 8. lib. 7. Felyn. in d. cap. quæ in Ecclesiæ, n. 36.*

Quo argumento generaliter credidere nonnulli 18 li, ut non procedat de jure canonico, adducentes *glos. in cap. 2. in ver. Irrita de reb. Eccl. non alien.* Sed ratio illius canonis est, quia leges laicorum rebus ecclesiasticis præjudicare non queunt, ut *not. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* & ideo inter laicos servabitur etiam in terris Ecclesiæ, ut declarat *Abb. in d. c. 2. sequitur Balb. ubi sup. octava limitatio-* ne.

19 Quartus casus est valde notandus, in quo non habet locum *d. l. videlicet*, quoniam fiscus vendit rem, non simpliciter ut suam, sed ut suam ex certa caussa, veluti ut hæres, & successor Sempronii text. est in l. etiam si §. item si quis a fisco ff. de per. bæred. ubi emens a fisco hæreditatem non statim fit securus, & per eum text. ita post *Cyn. declarat Salyc. in l. 1. n. 1. in fin. C. de bæred. vel act. vend.* quod singulare existimat *Alexan. d. conf. 52. n. 7. lib. 7. probat Soccin. conf. 121. num. 25. lib. 4.*

20 Proximus huic quintus additur casus, cum fiscus convenitur ut hæres, quia perpetuo, non autem quadriennio, ut adversus cæteros, adversum eum actiones hæreditariæ durant *Bald. conf. 359. Quemadmodum Imperator n. 9. lib. 3.* cuius conclusionis ea potest esse ratio, quia alienatio facta titulo singulari, naturam universalis acquisitionis mutare non valeat, & quamquam corpus hæreditarium alienet, jus tamen hæreditatis integrum in fisco conservatur.

21 Sextum casum addunt permulti, ne ea constitutio dotali hypothecæ, vel juri præjudicium afferre creditur, latè probat *Soccin. conf. 46. n. 25. lib. 4. Tiraq. de retract. lign. glos. 14. n. 91.* alios adducit *Pereg. d. tit. 4. limit. 15.* omnes adducunt sententiam *Baldi d. conf. 359.* & cum alias quæstio accidisset de facto in Rota Florentina diu dubitatum est super authoritate *Baldi*, quia non videtur id decidere, ad quod allegabatur, hæc tamen sententia æquissima videtur, & ex aliis argumentis, quæ per *Soccinum* afferuntur in *d. conf. d. n. 25.* recte confirmari videtur. Neque obstat generalitas *d. l. 2.* & quod dos. in hoc casu non reperitur nominatim privilegiata. Quia privilegium, quod dotis caussa debat semper, & ubique esse perpetua *l. 1. ff. de jur. dor. l. 1. ff. solut. matr.* satis probat, dotem esse privilegiaram in tempore, & ideo quoties lege aliqua actionum tempora breviora redundunt,

duntur, de actione pro dote competente specialiter cavendum erit, quoniam ejus causam regulariter breviorem fieri non decet, sed manere perpetuam; & hoc privilegium nisi nominatum tollatur, non poterit generalis dispositio respectu temporis doti præjudicium afferre, quia constat respectu temporis esse privilegiatum.

Difficilioris explicationis est septimus casus, quem plures addendum esse censuerunt, ne  
 22 dictæ Leges locum habeant in alienatione facta a civitate non recognoscente superiorem: quod tractandum erit, quia ad fiscum ejusdem pertinet, neque poterit melior esse conditio fisci, quam Principis jura hæc fiscalis habentis, & ne locum habeant in persona inferiore ab ipso Imperatore, licet habeat jura Imperii in suo territorio, existimasse fertur Ang. in repe. l. 1. C. de fid. instr. & jur. bast. fisc. lib. 10. post gloss. ibi in ver. etatem, & sequitur Mart. Laud. a Balbo, ubi sup. relat. Contrarium tamen sentire videntur Jacob. Butr. Bald. & Salyc. & Castr. in d. l. ult. Cod. si adver. fisc. Priorem sententiam sub limit. 17. posteriorem sub octava ampl. Peregr. refert. dicta tit. 4. & dubius transire videtur. Adducit pro posteriori Angel. qui quidem approbando glossam, priorem potius probare videtur, licet nominatum nihil dicat. Mihi quidem edictum Divi Marci, quo res minorum excipiebantur, correctum a Zenone fuisse persuaderi non potest, quia Zenonianæ constitutioni minime repugnat, & ea nominatum de hac abrogatione non cavetur, quare magis est, ut concordentur, & servata priori sententia correctio evitetur, maxime cum nulla ex parte favorabilis, sed dura admodum, ac ideo magis, quam fieri possit, restringenda sit constitutio prædicta, ex not. in c. cum expeditat de elect. in 6. in Autb. quas actiones C. de Sac. Eccl. Quod si quibusdam contraria sententia placeat, animadvertant ultra

23 Octavus casus est, ex quo & sextus simili ratione confirmatur, ut lex illa non procedat in præjudicium minoris l. ult. ibi res minorum exceptæ C. si adver. fiscum, & ibi no. gloss. probat Bal. ubi sup. in 10. limit. & gl. intellectum probat Bar. in l. pen. n. 2. Cod. de fid. instr. & jur. bast. fisc. lib. 10. post gloss. ibi in ver. etatem, & sequitur Mart. Laud. a Balbo, ubi sup. relat. Contrarium tamen sentire videntur Jacob. Butr. Bald. & Salyc. & Castr. in d. l. ult. Cod. si adver. fisc. Priorem sententiam sub limit. 17. posteriorem sub octava ampl. Peregr. refert. dicta tit. 4. & dubius transire videtur. Adducit pro posteriori Angel. qui quidem approbando glossam, priorem potius probare videtur, licet nominatum nihil dicat. Mihi quidem edictum Divi Marci, quo res minorum excipiebantur, correctum a Zenone fuisse persuaderi non potest, quia Zenonianæ constitutioni minime repugnat, & ea nominatum de hac abrogatione non cavetur, quare magis est, ut concordentur, & servata priori sententia correctio evitetur, maxime cum nulla ex parte favorabilis, sed dura admodum, ac ideo magis, quam fieri possit, restringenda sit constitutio prædicta, ex not. in c. cum expeditat de elect. in 6. in Autb. quas actiones C. de Sac. Eccl. Quod si quibusdam contraria sententia placeat, animadvertant ultra

24 modernos, quod Castr. in d. l. ult. n. 1. ait doctorum contra glossam tenentium eam esse sententiam, ut emptor quidem etiam adversus minorem statim fiat securus. at ipsi minori non decurrat illud quadriennium contra fiscum, sed & post quadriennium agere possit, & ita fiscus adversus minorem, non jure speciali, sed jure communi præscribat. Hujus ergo distinctionis contra fiscum ratio erit habenda. Quæ tamen mihi priorem sententiam magis persuadet. Non enim video rationem diversitatis, quæ probet constitutionem habere locum pro emptore, non pro fisco; cum hæc duo pari passu in ea retineantur, securitas emptoris, & quadriennium pro fisco. Quare honestius est neutrum contra minorem locum habere.

25 Tandem notandum est tria requiri ad hoc, ut Zenonis constitutio locum habeat. Primo quod Princeps, vel fiscus vendiderit rem, quam possidebat. Secundo, quod eam

eam vendat bona fide. Tertiò, quod præcesserint debitæ subhastantes, jux. l. i. l. si tempora, l. duplex ratio C. de fide instr. Et jur. bast. fisc. lib. 10 & ita ex mente antiquorum Doctorum declarat Bal. in l. i. n. 4. Cod. de her. vel act. vend. quod probat glof. sing. in d. l. ult. in ver. questio-  
nem C. si adver. fi. & licet dubitet Balb. ubi sup. in 7. limit. attamen animadver-  
tendum est, quod Balbus loquitur in fisco, non  
in Principe; & in fisco requisitum subha-  
stantis est necessarium, quoniam fiscus  
26 semper vendit, numquam donat, & Bal-  
bus in specie loquitur de contractu vendi-  
tionis, in quo non est dubitandum de ve-  
ritate suæ decisionis, & eam probat Pere-  
grinus d. tit. 4. lim. 18. & in donatione  
facta a Principe vera erit sententia Balbi.  
27 Quinimo debet addi quartum requisitum,  
ut non sufficiat fiscum possidere, & bona  
fide, nisi etiam rem tradat, ut a die tradi-  
tionis emptor consequatur securitatem, non  
ante, ita expresè, & singulariter decidit Bal-  
bus in c. i. §. ult. n. 3. de nov. for. fid. Et  
posuit Balb. ubi sup. in 2. lim. Peregrinus  
d. tit. 4. lim. 4. Scio plures alios casus ad  
Principem pertinentes a præfatis esse collectos  
ad limitationem dictarum legum, sed eos, qui  
ad fiscum pertinere possunt recensuisse sufficiat.  
At interdum dubitari poterit, an istud qua-  
driennium statim a die traditionis pro fisco  
decurrat? Quid enim, si is qui habebat  
bona, quæ sub hasta posita fuere sibi hy-  
pothecata, in longinqua regione versabatur, &  
hujus alienationis fuit penitus ignarus? dice-  
mus ne etiam probabiliter ignorantis decurrere  
28 Castren. in d. leg. ult. num. 4. Cod. si  
adver. fisc. sic demum præjudicium fieri cre-  
ditori voluit, si scivit, vel scire potuit,  
& ex facto consultus non decurrere ignoran-  
ti respondit Soccin. d. conf. 46. n. 24. lim.  
4. Contrarium tamen de jure videtur verius  
ex recepta fere omnium sententia, quod  
29 ignorantia non impedit præscriptionis cur-  
sum l. fin. Et ibi glof. Cod. de præscr. long.  
temp. l. sicut Cod. de præscr. 30. vel 40. an.  
Castr. post glof. in l. si sic ff. quemadmodum  
fer. am. Ang. in l. Annus ff. de column.  
Corn. conf. 168. num. 1. lib. 2. Dec. conf.  
29 num. 1. Franc. Balb. de præscr. 4. p.  
prin. quest. 28. Sed si hanc sequamur sen-  
tentiam, consequens erit secundum omnes  
præfatos concedere adversus hanc præscriptio-  
30 nem ex clausula generali, si qua mihi justa  
causa, restitutionem competere jux. rex. in  
l. i. ff. ex quibus cau. major. adest glof.

quam notabilem ibi Cas. appellat in d. l. si  
sic, ff. quem. fer. amit. Bart. in l. i. §. si  
quis propter ff. de itin. act. priv. & tradunt  
omnes supra citati. Sed tamen adhuc puto  
Soccini sententiam æquiorem esse, tum ma-  
xime probari ex eo, quod alia præscriptio-  
nes, quæ quadriennio decurrunt, quo ad  
principium utiles sunt, quo ad eursum con-  
tinuæ, & sic alia minores. In quadrien-  
31 nio minori dato ad petendam restitutionem  
in integrum est glof. in l. i. Cod. de temp.  
in integ. rest. Bald. in l. falsam n. 3. Cod.  
si ex fals. instr. Alex. conf. 84. n. 3. lib.  
1. Dec. conf. 474. n. 13. cum similibus.  
Non obstant in contrarium allegata, quo-  
niam procedunt in præscriptionibus longi  
temporis, vel longissimi, non autem in  
32 minoribus. Sic annus ad revocandum alie-  
nata in fraudem præstitutus utilis est, quo  
ad initium, & continuum cursum habet,  
l. qui autem §. ult. ff. quæ in fraud. credit.  
My sing. in §. item si quis n. 52. ubi de  
communi inst. de act. & quamquam quin-  
33 quennium, quo præscribitur accusationi de  
adulterio, continuum sit quoad cursum, &  
initium l. 5. C. ad leg. Jul. de adult. ea ta-  
men res utpote reo favens ad consequen-  
dam liberationem, & impunitatem diver-  
sam rationem habet, & illius textus ex-  
pressio ibi, quod continuum numeratur, in-  
finuat alioquin observati, ut initium utile  
supputetur. Nihil verò est in constitutione  
Zenonis, quod hanc questionem finiat; ni-  
hil verò tam simile, quæ alia quadriennal-  
lis præscriptio, & ideo cum utraque jure  
speciali consistat, eodem tempore terminetur,  
poterit respectu initii eandem admittere de-  
terminationem ex reg. l. non possunt, ff. de  
Legib. Erunt autem supradicti casus diligenter  
adnotandi, in quibus constitutio Zeno-  
nis locum habere non poterit, & si qui alii  
communiter admittantur, quoniam tam fiscus,  
quæ habens caussam ab eo jure communis  
præscribere poterunt. Et diligenter adnotan-  
dum est, ubi quis rem mobilem emerit, quia,  
etsi fiscus, ut supradictum est, ex sui succe-  
soris persona non possit incohatani usucapio-  
34 nem perficere, poterit tamen emptor fisci  
authoris accessione utendo, & non expecta-  
to quadriennio usucapere, ac ita sibi ipsi,  
& fisco consulere. Quoniam quadriennalis  
præscriptio neque fisco, neque emptori  
ad incommodum converti debet l. quod  
favore, Cod. de leg. l. nulla ff. eod. &  
ideo beneficium juris communis non tollit,  
sed adjicit hoc amplius, quod observan-  
dum

Y y

dum est propter tertium , quartum , & quintum casum , in quibus venditio ex bona fide procedere potest , nec tamen Zenonis constitutio locum habere creditur , sed cum Zenonis constitutio locum habet , non potest fiscus conventus intra quadriennium allegare successoris usucaptionem , licet successor disunctivè post continuam securitatem de ea excipere non prohibeatur , & hoc utique casu fisco ejusmodi allegatio prodest poterit , neque licebit adversario hoc nomine victo , quia usucatum sit , contra fiscum litem instaurare . Cæterum respectu præscriptionum longi temporis , vel longissimi hoc solum admonuisse sufficit , eas , quadriennali cessante , ita demum locum habere , nisi ea cœset malæ fidei vitio , quoniam vitium hoc non eam dumtaxat , sed omnes prorsus infirmat d. c. *possessor de reg. jur. in 6. cum vulgar.* Et in hoc tamen malæ fidei vitio distinguendum erit , an in vera , vel in præsumpta mala fide fiscus versetur , ex quo 35 præsumpta mala fides spacio triginta annorum purgari solet *Bartol. in l. ult. C. unde vi, & ibi Salyc. in ult. not. Aret. conf. 102. in 5. dub. Capyc. decis. 26. n. 9. Abb. conf. 102. n. 1. ver. Ad hoc enim lib. 1. Dec. conf. 375. n. 6. in fin. communem legistarum & canonistarum profitetur Aibens. Mand. conf. 28. n. 2. Quamobrem falsò Ay- 36 mon conf. 146. n. 5. Rim. jun. conf. 249. n. 86. lib. 2. dicere tentant , ne hæc sententia procedat de jure canonico , vel ad terminos d. l. ult. Cod. unde vi dumtaxat restringere , cui adstipulatur alia similiter recepta senten- 37 tia , qua hæredem in vera mala fide existentem non posse a se ipso inchoare præscriptionem triginta annorum , posse tamen existentem in præsumpta frequentius concludunt glos. in l. tutor. rerum , ff. de admini- tut. quam not. Castren. in l. numquam , la 2. ff. de usucap. sequitur Alex. in l. Pomponius §. cum quis n. 22. ff. de acq. pos. Felyn. in c. si diligenti n. 6. ver. est aliud casus ext. de prescrip. Capyc. d. decis. 86. n. 9. Quæ omnia meminisse juvabit , quia fiscus vix est , ut in mala fide vera reperiri queat : nam quæ rationalium suorum vera mala fides est in fisco præsumpta redditur , aut potius ficta , veluti ficta ipsius persona existimat , & cum pupillo similis esse videatur , sicut 38 ille quicquid videt ignorat l. fin. Cod. de fals. mon. & ei tamen nocet scientia tutoris , quæ in pupillo veram scientiam influere non potest , nisi doli capax existat , sed præsumptam , sic fiscus commoda , quæ con-*

sequitur , dum vice personæ fungitur , cum hoc incommode compensabit , ut scire fin- gatur id , quod sui rationales intelligunt : quæ tamen mala fides ficta , an vera , aut præsumptæ assimilari debeat , dubitari potest.

39 Et in hac specie puto præsumptæ compa- randam , quia , vel si fingamus fiscum sci- re posse , ut tamen sciat , quæ per suos administratores geruntur , probabile est , sed tamen contingens . Ea propter scien- tiā non veram , sed præsumptam conclu- dit . Sic aliquando ex vera procuratoris scientia ad præsumptam Domini notitiam 40 nostri argumentati sunt post lapsum certi temporis , quo Procuratorem pro munere officii domino denunciasse verosimile sit , Rom. conf. 481. n. 7. Aymon conf. 40. n. 3. Gramm. dec. 103. n. 35.

Quare facilius fiscus , quæ cæteri triginta annorum spacio præscribit : quia difficilius veræ malæ fidei culpa notari poterit . Verum toties

41 verum est , triginta annorum spatio purgari præsumptæ malæ fidei vitium , quoties post illud tempus cessant illius præsumendæ argumenta , alioquin catenus durabit impedimentum præ- scriptioñis , quatenus argumenta malæ fidei suppeditabuntur . Pone fiscum esse debitorem Sempronii , ac de debito in libris penes fil- cum existentibus apparere , quandiu libri pe- nes fiscum erunt , tandem etiam , si non tantum triginta , sed sexaginta labantur an- ni , vitium præsumptæ malæ fidei purgari non poterit , quia semper contentorum in iis præpter annuas relectiones notitiam habe- re prælumetur , & hoc utique casu senten- tia Aym. d. conf. 146. n. 7. & Rim. jun. d. conf. 249. n. 90. sententiam Bar. in d. l. ult. ita declarantium , recipi debet , quia præsumptio præsumptione tollitur , vulga- l. dirus , ff. de in integr. rest mino.

42 Tandem ut huic primæ parti , in qua de præscriptionis jure fisco competenti sermo est , manum imponam , nihil est dubitan- dum quotiescumque dubia quæstio erit , tam in usucacione triennii , quæ si constitutio Zenonis locum habeat , vel ne , quæ etiam quocumque modo dubia quæstio præscriptio- nis extiterit , adversus fiscum esse pronun- ciandum ; cum ea tamen moderatione , quæ semper servanda erit , si nullum aliud du- bitationis tollendæ suppeditetur argumentum , quod fisco in ambiguis favere dignoscatur , juxta declarationem in 2. par. c. 2. supra diffuse relata.

Sed in eo par , & fisci , & privatorum con- ditio erit , ut nemo præscriptionis exceptio-

ne

ne juvetur; nisi eam specificè apud acta allegaverit, quia nec Judex ex officio omis-  
sam supplere poterit, ut post Guid. Pap.  
q. 221. docet Peril. De. Joan. Franc. a Poen-  
te conf. 48. n. 10. quod in hac materia erit  
perpetuo notandum;

*Quomodo in favorem privatorum contra fiscum prescriptio procedat?*

### Quæstio. III.

- 1 Distinctio in questionibus fisci precipua inter quaesita, & querenda versatur.
- 2 Publicæ res prescripti non subjiciuntur.
- 3 Res fisci quibusdam 30. annis prescribi-  
dentur.
- 4 Verior tamen est sententia, ut quadraginta re-  
quirantur.
- 5 Disputatur latissime an lex ult. Cod. de  
Sacros. Eccles. procedat in rebus fiscalia-  
bus.
- 6 Proemium arguit rationem finalē.
- 7 Aut. quas actiones non corrigit d. l. ult. res-  
pectu civitatis ex sententia Joannis.
- 8 Legum correctio per subjudicatos intellectus induci  
non debet.
- 9 Fisci consideratio duplex, & quomodo sit quid  
diversum à civitate, & idem quod civitas.
- 10 Bar. in l. item veniunt §. ait Senatus, ff. de  
petit. hered. declaratur.
- 11 L. jus pluribus ff. de just. & jur. explia-  
catur.
- 12 Num dicta l. ultima C. de Sacros. Eccl. in  
Principe locum habeat.
- 13 Opinio negativa.
- 14 Authoris distinctio.
- 15 Aymonis error restringentis eandem l. ad ci-  
vitates, que superiorem non recognoscunt.
- 16 Castrum restitutur in integrum sicut Ref-  
publica.
- 17 Res delatae in fiscum propter vestigia non so-  
luta quinquennio presribuntur.
- 18 Similiter propter bona non descripta ad esli-  
mum.
- 19 In rebus in fiscum delatis, ac denunciatis quis  
quadrienni prescriptione defenditur, declaratur  
tamen multo modis, ut n. 20. 21. 22. & 23.
- 24 Bona antequam fisco denunciata sint, iure  
communi prescribi possunt.
- 25 Respectu fisci an sit distinguendum inter  
presentes, & absentes.
- 26 Opinio Angeli de hac re quomodo admittenda  
est.
- 27 Opinio Salyceti de eadem re quando possit ob-  
tinere.
- 28 Provincia dicitur omne territorium uni civitatis  
subjectum, que superiorem non recognoscat.
- 29 Regnum Neapolitanum fisci favore non debet  
pro una provincia censeri.
- 30 Prescriptio cum mala fide adversus fiscum  
in penalibus 20 annis procedit.
- 31 Tam in querendis, quam in quaeritis bona  
fides requiritur.
- 32 Poene non debentur in foro conscientia.
- 33 Paria non sunt rata conscientia retinere,  
& prescribere.
- 34 An in dubia contra fiscum admittenda sit  
prescriptio.
- 35 Iniquum præsidium appellatur.
- 36 Et circumventionem sapere videtur.
- 37 In concursum tamen exceptio prescriptio-  
nis dicitur. exceptio litis. finitæ.
- 38 Distinguendum est an prescriptio iura ci-  
vili, vel secundum canones decurrat.
- 39 Causa ex baso & equo commissa, vel in  
Auditorio Principis tractanda an habeatur ra-  
tio prescriptio.
- 40 Quibus casibus prescriptio per indirectum cum  
mala fide procedere soleat remissiva.
- 41 In prescriptio cum bona fide in dubio con-  
tra fiscum est. pronunciandum, in alia  
secus.

- 1 **C**um verò queritur, quo temporis spatio contra fiscum ceteri præscribant, multiplex distinctio adhiberi solet. Sed præcipua illa videri solet, qua bona fisco quærita, ab iis, quæ adhuc querenda sunt, secernimus, quæ secundum usitatoria fori vocabula incorporata, & incorporandæ frequenter appellantur. Igitur in quæsitis animadvertisendum est, an sint usui publico destinata, vel ut fiscalia retineantur. Primo casu usucapi non queunt, vel etiam præscribi l. usucaptionem cum glof. ibi in ver. Rom. ff. de usuc. l. viam publicam ff. de via publica glof. in §. res fisci Inst. de usuc. Bal. in l. 1. n. 1. Cod. de quadr. præse. Boer. decis. 264. n. 20. Et hoc adnotandum est, si forte in re quæsita sternetur via publica, vel ædificaretur theatrum, aut quid simile; neque vero hoc casu rei uti fiscalis, sed uti publicæ prohibetur usucapio. Aut sine 3 ulla destinatione fiscalis manet, & dominio istius rei, vel actioni cuilibet ad eam competenti præscribitur spatio triginta annorum secundum Bar. in l. in omnibus, ff. de diver. & temp. præsc. Abb. in cap. cum nobis de præsc. Ang. in §. res fisci n. 1. Inst. de usuc. Peregr. lib. 6. tit. 8. n. 1. ait spatio triginta, vel quadraginta annorum contra fiscum præscribi, quemadmodum contra privatum. Sed ipse vereor ne potius semper quadraginta annorum cursus delideretur, 4 quod probat glof. in d. §. res fisci, & sensire videtur Bart. in l. quamvis ff. de usuc. apertius explicant Bal. n. 1. & Sal. in l. 1. n. 2. C. de quadr. præsc. & speciatim semper hoc casu requiri spaciū quadraginta annorum consuluit Are. conf. 153. n. 3. Boer. d. decis. 264. n. 21. Quæ posterior sententia probari videtur ex l. omnes, juncta l. comperit Cod. de præsc. 30. vel 40. ann. quas leges in reb. fisc. communiter in 5 tellexisse videntur. Sed & videntur limitare prædictam conclusionem in quatuor casibus exceptis in l. ult. Cod. de Sac. Eccl. quam in fisco locum habere communiter receptum esse Peregr. affirmat d. tit. 8. n. 2. Et quidem si ad corticem verborum dumtaxat respexerimus Bar. in d. l. in omnibus, & in d. l. quamvis Salyc. in d. l. 1.. Ang. in d. §. res fisci Balb. in 2. par. 5. p. prin. n. 3. hanc limitationem sentire videntur, & expressum sequitur Tb. Docc. conf. 20. n. 13. Verum non ita negligenter transfigenda res est, ut non expendamus, an dispositio d. leg. ult. Cod. de Sacr. Eccl. aut ex verbis, aut ex sententia ad fiscum

transferri queat, ex quo fortassis apparebit a modernioribus erratum esse in exponenda glossatorum sententia. Et quantum attinet ad d. l. ult. certo certius est verba dumtaxat comprehendere loca quædam pia, & civitates, velut ibi: *Nec non juri civitatum, tum ibi: Sive itaque memoratis religiosissimis locis, vel civitatibus &c.* Atque cum ad ea, quæ frequenter, non quæ raro accidunt jura aptari oporteat vulg. l. nam ad ea ff. de leg. cum rarum admodum sit, ut in fiscum, ut fiscum donationes, vel legata conferantur, frequens autem, ut homines in patriam, piasve caussas, liberales existant, nec cogitatum quidem arbitror de donationibus, aut legatis, quas, quævè in fiscum conferri contingerit. Et mihi quidem nusquam aliquid tale hucusque auditum est, Tum verò ratio dispositionis prædictæ expendi debet, quæ ex proœmio colligitur, quod finalem indicat disponendi rationem, Bartol. & alii, in l. ult. ff. de bæred. inst. ea est: *Ut inter divisum, publicumve jus, & privata commoda competens discretio sit.* At cum publici juris mentio fit, exploratum est jus fisci non significari, textus est, quem nulla ratione cavillari possumus in l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loco publico, ibi: *Res enim fiscales quasi proprie, & private Principis sunt, & in prima hujus libri parte c. 2. n. 1. latius exposui;* quare non video quomodo aut verba, aut sententia legis illius ad fisci caussam transferri valeant. Itaque Castr. ibi n. 8. solerter difficultatem considerans concludit, in hoc civitatem melioris esse conditionis, quam fiscum: cum tamen in quibusdam fiscus melioris conditionis, quam civitas esse reperiatur, quod sup. p. 2. cap. 1. n. 41. tractatum est, & hanc sententiam rectè considerans probavit ante ibidem Bald. n. 3. & Joannes glossator, dum excitata contrarietate l. in omnibus ff. de diver. & temp. præscri. solvit, quod d. l. ult. procedit in quatuor casibus, l. in omnibus in aliis, non determinat l. ult. in fisco locum sibi vendicare. Nam contrarium, quod sumitur ex l. in omnibus, non est argumentum a fisco ad civitatem, vel loca pia, sed sumitur ex 2. par. d. l. cuius verba sunt: *Reipublice rationes subscriptæ, & expunctæ adversus eum quidem, qui administraverit ultra virginiti, adversus vero bæredem ultra decem annos retractari non possunt, & ita argumentum est de civitate ad civitatem, & solutio sumitur ex distinctione casuum, non ex eo, quod*

quod civitas cum fisco confundatur, quia casus reddendae rationis in l. ult. Cod. de Sacros. Eccles. utique non adnumeratur. Et in haec solutione expressè residet glos. in d. l. in omnibus in verbo tempora, ubi pluribus solutionibus adductis residet in pen. dicens: *Et illa l. ult. inter divinum, quæ est fin.* Cod. de Sacrosan. Eccles. in rebus civitatum aliarum, non Romanae, & in specialibus quatuor casibus loquitur. Et quamquam Bartolus mentem Joannis sic accepisse videatur, ut d. l. ult. habeat locum etiam in rebus fiscalibus, ut ibi n. 11. ultimo loco eam solutionem sic refert, & explicat; mihi tamen id sensisse Joannem facile persuaderi non potest, cum idem Joannes in Auth. Quas actiones continuo sequenti, ratus sit correctionem in Ecclesia factam circa præscriptionem centum annorum ad civitatem non extendi, quamvis in d. l. ult. civitas, & Ecclesia videantur æquiparata, & opinio Joannis adversus Placentinum communiter approbatur ea ratione, quia in correctoriis nec etiam ex majori ratione licita extensio sit, ut per Jason. ibi n. 21. At quo modo fieri potest eundem Joannem l. ult. Cod. de Sacros. Eccles. a civitate ad fiscum, quæ jus commune in præscriptionibus aperte corrigeret, extendere voluisse; nisi in continentibus sibi ipsi parum constans contra leg. nam ad ea, ff. de cond. & demonstr. contraria scripsisse proponatur. Quia si ita se habeant, non tam facile credendum est Joannem & Accursium ejus sententia fuisse, quam non exprimunt, & ab ea recessisse, quam aperte profitentur. Tum quia legum correctio per subauditos intellectus induci non debet glos. in c. cupientes, §. quod si per viginti de elect. in 6. Alex. cons. 25. lib. 5. neque etiam sententia glossæ per subauditos, non autem explicitos verborum sensus ad legum correctionem allegari deberet. Quare tota hæc difficultas sequenti distinctione submovenda est. Fiscus potest quidem dupliciter considerari, uno modo, ut non tantum formaliter, sed finali causa ab ipsa civitate distinguatur, sed inspecta finali causa, idem esse videatur, cum ipsa civitate. Sic verè declaranda est distinctio Bartoli in l. item veniunt §. ait Senatus, ff. de petit. bared. quia considerat acquisitionem bonorum finalem, quando fiscum idem, quod civitatem esse concludit, quia formaliter semper ab ea distinguitur. Similem relationem nem observare licet in l. jus pluribus ff. de just. & jur. nam ubi Paulus proposuit

jus dici, quod omnibus, aut pluribus in una civitate utile est, idque esse jus civile subjicit. Nec minus jus recte dicitur in civitate nostra, jus honorarium. Non quidem formaliter, & propriè quasi Prætor non secus, ac populus Romanus proprie posset condere legem, sed quia denominatio juris civilis erat ab utilitate, & ita a causa finali, ut lib. sing. de legib. p. 2. c. 6. exposui secundum eamdem denominandi rationem, quia jus prætorium, aut omnibus, aut pluribus in civitate utile esset, non minus recte jus dicebatur. Omnibus, ut in pactoruna defensione, pluribus, ut in bonorum possessione contra tabulas, & ita ibi comparatio fit a fine non forma. Ita in fisco Senatus accidit, ut civitate libera olim existente videretur idem quod civitas: nunc vero quoniam Serenissimæ Medicorum Familia optima, atque numquam satis laudato regimini subjicitur, fiscus est Principis non civitatis. Igitur in quaestione proposita quoties querenda per fiscum titulis de quibus in d. l. ult. Cod. de Sacrosan. Eccles. fisco, civitatis contemplatione, queruntur, & ita in publicam totius populi causam inspecta finali ratione crediderim Bartoli sententiam, & eam, quam Peregrinus communem appellat, esse retinendam. Si verè fisci acquisitione non in totius civitatis, sed in unius Principis redundet utilitatem, opinor Castrensis sententiam esse servandam. Quia d. l. ult. C. de Sacrosan. Eccles. neque de Principe loquitur, neque ratio illius ad Principem pertinet; Et quamvis Saccin. jun. conf. 65. n. 4. & seq. lib. 1. consuluerit in Principe locum habere, omni autoritate destitutus id primum affirmasse videtur. Ut mirer admodum Peregr. d. tit. 8. n. 3. afferuisse hanc esse communem opinionem. Nam Alex. quem citat conf. 24. n. 17; lib. 5. solum profitetur, quod longe diversum est contra Ecclesiam Romanam sufficeret præscriptionem centum annorum; Aymon. autem, qui Peregrino hujus attestacionis causam præbuisse videtur in tract. de antiqu. tempor. par. 4. §. absolutionis n. 37. & seq. adducit Baldum in l. sicut n. 19. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Ang. in l. 2. C. communi. de usucap. & Alexand. conf. 84. n. 2. lib. 1. qui quidem, non tam loquuntur in terminis d. l. ult. & in iis quatuor casibus, quam in omni præscriptione, ducentes argumentum ab Ecclesia Romana ad Imperatorem juxta terminos d. Auth. Quas actiones, C. de Sacrosan. Eccles. & Auth. ut Eccles. Rom.

- Rom. in Rubric. & in nigr. per tot. pro quibus est glossa ab omnibus allegata, in §. finis mus Autb. de non alien. contra quam glossam late disputat idem Aymon. ubi sup. n. 13. 39. & seq. Et Principem non gaudere beneficio centenariæ præscriptionis exemplo Romanæ Ecclesiæ contra glossam prædictam defendit Henr. Boic. in c. diligent., in fin. de præscri. & contra eam pro Henrici sententia fuit judicatum in Curia Delphinatus, ut refert. Guid. Pap. dec. 416. in prin. & consentit Peregr. d. tit. 8. n. 6. At præcedens 14. distinctione & in prædictis locum habere poterit, quia vel res Principis considerabitur illius tamquam privati, & pro privata ejus patrimonio reputabitur, & servanda erit decisio Guid. Pap., ut sufficiat præscriptio quadraginta annorum, & hoc easu nihil proderit versari nos in re donata, vel reliqua Principi, quia jure privati eum censemus, & ratione publici boni separata, non obtinebit ratio dictæ legis ultimæ, quod confirmari poterit ex test. per argum. a speciali in l. i. C. ne rei domin. quod ibi Bald. & Ang. n. 2. concorditer probant; idem defunni potest simili ratione ex l. competit C. de præscript. 30. vel. 40. annorum. Vel agendum erit de re, quam Princeps possidet publici boni consideratione, utpote cuius ratio primum, & principaliter publicam utilitatem attingit, & in casibus d. l. ult. centenariæ præscriptionis privilegium vendicare poterit, & hanc distinctionem probare videtur Anton. Ramb. vir præclaræ eruditionis, in add. ad d. decisionem Guid. Pap. 416. in ver. glossæ contraria. Nam Soccini Junioris ratio, quod concessum civitati, multo magis Principi concessum videatur, non multum urget, cum Principem in acquisitione veluti privatum censemus; Sed oportet ex publico jure, non ex privato per identitatem rationis illam constitutionem extendi, alioquin ratio dissimilitudinis adducta de civitate ad Principem, argumentum duci non finit, l. non possunt, ubi adnotavi ff. de legib.*
- 15 Nec usquequaque vera videtur Aymonis sententia, quod lex ultima procedat in civitatibus retinentibus dumtaxat jura Principis. Miror enim quomodo id ipsum iterato constanter affirmaverit, numero trigesimo septimo, cum contrarium aperte ab antiquioribus decisum sit, videlicet a Guglielmo de Cuneo, & Jacobo Butrig. in d. l. fin. d& primum referat & sequatur Baldus ibi, n. 4. secundum Salycet. ed. num. addens ita.

placuisse præceptoris suo, qui omnes decidunt, & castro, & parvo municipio beneficium illius legis competere, quatenus publici, & privati juris commodi rationem retineant, & specimen ostendant, latè pro Balb. d. par. 5. princip. in 3. par. q. 2.

Et confirmatur ex communi nostrorum sententiâ, in l. respublica C. ex quib. cau. major.

ubi Bartol. Bal. Salycetus, & omnes concludunt, quod castrum habens multitudem hominum talem, ut per suos administratores regatur, & negotia sua tamquam communia, & publica, non privata tractentur, sicuti respublica jure minorum in integrum restitu poterit.

Neque tamen verum est jura Principis habere, & in civitatibus non habentibus jura fiscalia, & castris iisdem subiectis nominatim locum habere, decidit Castren. in d. l. ult. n. 8. Itaque fisco, & Principi, quod publicæ utilitatis causa introductum est, continua communicari non debet, sed cum ea moderatione, quando non privatæ sed publicæ causæ jus custodiunt. Et fiscus quidem omnem rem Principis tractat, suoque patrocinio sovet, tam privatam ipsius Principis, quam publicam, & Imperium concernentem, & non pari jure in omnibus aut uti, aut censi debet.

Quare, ut eo revertamur, unde digressi sumus, regula constituta retinenda est quadraginta annorum spatio adversum fiscum in rebus quæsitis præscriptionem decurrere, & ne fiscum idem ex toto cum ipso Principe reputemus, missas faciemus plerasque hujus materiae conclusiones, quæ magis de jure Principis, quam de jure fisci diffinitionem suppeditare videntur. Transeo igitur ad aliud genus bonorum, videlicet, quæ non sunt adhuc fisco quæsita, vel ut ajunt incorporata, & in his quædam conclusiones subjiciendæ sunt.

17 Prima est res fisco delatas propter vectigal non solutum, quæ ob id in commissum veniunt fisco vindicandæ, adversus eundem quinquennii præscriptione defendi l. 2. & ibi. Bal. & Salycet. no. C. de Vectig. & comm. Bartol. in d. l. in omnibus Salycet. in d. l. i. C. de quadr. præscr. Ang. in d. §. res fisci Alex. conf. 31. n. 7. lib. 5. Soccin. Jun. conf. 72. n. 5. lib. 2. Thom. Dott. d. conf. 20. n. 13. idem Bar. in l. commissa n. 18 4. ff. de publ. & vectig. ubi infert ad statuta jubentia bona describi ad libros æstimi, vel catasti sub poena privationis, & illi etiam quinquennio præscribatur.

Sc.

Secunda conclusio sit, in rebus ob aliam causam fisco delatis, simul ac denunciatis, posse sessorum quadriennii præscriptione fore munatum l. intra quatuor ff. de diver. & temp. præscrip. l. i. C. de quadr. præscript. l. i. §. divus sup. hoc tit. quæ jura præcipue loquuntur in denunciatione bonorum vacantium, sed ita generaliter concludunt Bart. in d. l. in omnibus Saly. & Ang. & Dec. in locis supra relatis. Probat Peregrinus in d. tit. 8. n. 4. ubi etiam eleganter declarat.

20 Primo, ut quadriennium currat a die denunciationis, modò verè tunc bona in fiscum sint delata; alioquin vel ignorantia, vel non valenti agere præscriptio hæc, quæ utilis esse debet, quoad initium currere non posset, ex quo confirmatur, quod sup. c. præced. traditum est, quadriennalis Zenonia-næ præscriptionis initium contra cæteros utile esse debere, uti istius adversus fiscum decurrentis utile esse debere patet, ex d. l. intra quatuor in fin. ubi glof. & Bartol. tradunt, & probatur in l. i. §. divus hoc tit.

Secundò recte declarat quadriennium desiderari, 21 quando præscriptio ante denunciationem decurta non est; nam si ante denunciationem quis rem mobilem triennio, vel immobilem longo tempore usucipisset, perfecta jam usucapione non est expectandum quadriennium a die denunciationis, ita Saly. in d. l. p. n. 2. in fin. & Peregrinus probat.

22 Tertiò declarat ex ejusdem Salyeti sententia in d. l. i. n. 3. ex denunciatione non interrupsi præscriptionem jure communi incoharam, nisi litis contestatio intervenerit, & amplius ex glof. & Bar. in d. l. intra quatuor, proditum videtur, ne contestatio litis prosit alii, quam denunciatori, quia sit civilis interruptio.

23 Quartò, & ultimò declarat, locum non habere si nunciatoris prævaricatio detegatur, d. l. intra quatuor, l. ejus qui hoc tit. Saly. in d. l. i. n. 2.

Tertia conclusio est cum tertia præcedentis declaracione consentiens, quod antequam bona fisco denunciata sint, jure communi procedat usucapio, videlicet, in possidente cum titulo, & bona fide quoad res mobiles per triennium, quoad immobiles per annos decem inter præsentes, viginti inter absentes, quasi etiam si delata sint, non tamen denunciata, adhuc jure speciali censenda non sint, ita probat textus, & ibi glof. &

Castr. not. in l. quamvis ff. de usucap. Bartol. Saly. & Ang. Aretin. in locis supra citatis & Thom. Docc. d. conf. 20. n. 25 13. An respectu fisci cadat distinctio illa inter præsentes, vel absentes dubitatum est glof. Jacob. de Arena, Cynus, & Baldus, eos referens in l. i. C. de quadr. præscrip. censem non esse adhibendam hanc distinctiōnem, quoniam fiscus semper est præsens, Ang. autem in d. l. i. n. 3. negat fiscum semper esse præsentem, quoniam distinctio territorii inducit absentiam l. ult. C. de præscrip. long. temp. sed ibi loquitur de distinctione Provinciæ, non territorii, & tamen secundum Angel. fieri potest, ut res fisco delatae, non autem nunciatae in alia Provincia reperiantur, cuius intuitu fiscus dici poterit absens: ut si res fisci Imperialis reperiatur in territorio Ecclesiæ, hoc itaque casu ex sententia Angel. contra fiscum velut absentem, spatio viginti annorum præscribetur, quod æquitatem sapit, ut hoc casu privilegio gaudeat absentia. At Saly. 27 cet. respiciendum putavit, an Procurator fisci præsens esset, vel ne: & hac ratione distinguendum esse, ejusque sententiam probat, & æquorem putat Boerius dicta decisi. 264. n. 23. veriorem Peregrin. d. tit. 8. n. 31. Et Bartol. quidem in d. l. in omnibus, & Angel. in d. §. res fisci simpliciter dicunt res immobiles præscribi spatio decem, vel viginti annorum, ac ita tacite sentiunt hanc distinctionem adhibendam, quod de Bartol. notat Saly. in d. l. i. §. verum crediderim ab Angel. declaratione non esse recedendum, & secundum illam Bartoli & Angel. Aretini sententiam fore accipiendam de divisione Provinciarum, vide l. 3. & ibi Soccin. de off. Illa Salyeti distinctio ex persona Procuratoris desumpta, non ex omni parte constare videtur. Nam si proponamus fiscum Senensem, cui universa Senarum ditio, totumque Senense territorium pro Provincia est, secundum Baldum in d. l. fin. n. 11. & in l. i. C. de Metrop. Beryt. n. 5. lib. 11. præsentem esse debere in aliqua Civitate, vel Castro ditio ni Senensi subjectis, falsa assertio est, ut absente Procuratore a loco subjecto, si tamen in Provincia sit, non procedat usucapio decem annorum spatio, & contra text. apertum in d. l. ult. C. de long. temp. præscript. Quia ex ea constitutione sufficit esse in Provincia, ut præsens reputetur, & decennii præscriptionem patiatur. Aut intelligit de Procuratore extra Provinciam, ad Pro-

Provinciam non subjectam mittendo, & Procuratores ejusmodi mitti non solent, aut mittuntur ad unum dumtaxat negotium, & ejus intuitu dumtaxat praesentes dici potest. At si proponamus Regiam Neapolitani Regni Cameram, quae in Provinciis, veluti Calabria, & Apulia, ceterisque solet Procuratores fiscales retinere, aliquem ex iis, vel Neapolim revocasse, vel eo defuncto in electionem alterius immoratum fuisse, & queramus, an eo absente, vel non electo decurrat ejusmodi prescriptio, dubitari poterit. Quod pendere videtur ab intellectu d. l. ult. C. de prescrip. long. temp. Et secundum Cyn. in d. l. fin. quem ibi Bald. sequitur Provincia ex communi usu appellari consuevit, ut Etruria, Longobardia, & similes. Sed in contrarium facit, quia omnes haec Provinciae subjiciuntur civitati Partenopeae, velut Regiae, & Principi: attamen in hoc casu non dubito Salyceti sententiam velut aequiorem esse servandam. Decet enim, ex quo semel animadversum est ejusmodi personam pro Regii fisci interesse in ea Provincia specialiter esse necessariam, fiscum ea non existente, absentem reputare. Quarta, & ultima conclusio sit, si possidenti non opitulentur requisita illa, titulus, & bona fides ut viginti annorum tempore nihilominus fisco prescribat. Bartolus quidem in d. l. in omnibus, loquitur in possidente sine titulo dumtaxat, nihil ait de mala fide; utriusque defectum Salycetus presupponit, in d. l. 1. Cod. de quadr. prescrip. & de hac prescriptione loquitur text. in d. l. in omnibus, secundum communem intellectum, & concordant text. in l. 2. 3. & 4. ff. de requirend. reis, ubi enim propria non est prescriptionis species, quamcumque questionem apud fiscum viginti annorum silentio prescribi, Divi Principes voluerunt, ut Martianus in d. l. 2. Sed cum de jure Canonico sine bona fide nulla prescriptio procedat c. ult. de prescript. & regul. professor, de reg. jur. in 6. an procedere queat nostrorum assertio dubitari potest. Salycetus in d. l. 1. in fin. pro affirmativa respondet caput ultimum procedere in quæfisis, non in querendis. Sed & in quæfisis bonam fidem adesse oportet; Quid si gravatus de restituendo per fideicommissum, quo casu respectu fideicommissarii sumus in querendis, restituere moretur, an prescribere poterit? absurdè nimis concedi videretur. Quare non satis huic ra-

tioni confidens, ait partem negativam esse tuitorem. At pro affirmativa facit glossa singul. in c. fraternitas, ver. cum arguimento, 12. q. 2. quam doctores extollunt, in c. prim. de constitut. ubi Abb. num. 10. Felyn. n. 41. quae vult poenas in foro conscientiae non deberi, & non obligare debitorem ad solutionem, quod eam rationem habet, quia nemo se ipsum executori tradere, aut res suas executioni mandare tenetur; quam velut a Divo Thoma, & Cajetano deductam probat Didacus in secunda parte c. 6. §. 8. n. 10. tit. de sponsal. Mantic. de conject. ultim. volun. lib. 10. tit. 4. n. 16. Peregrin. ubi sup. n. 35. sed vereor, ne ratio ista conclusionem supradictam omni ex parte defendat. Quid enim dicendum est in bonis vacantibus, quae fisco, ut haeredi, non autem ullius poenae nomine debentur? Sed in poenis etiam subsisto; nam etsi concedat sententiam glossa in foro poli, velut communi Theologorum, & Canonistarum calculo probatam veram esse, vereor tamen, ne in foro canonico contentioso sit admittenda, quod sentire videtur Felyn. in d. c. primo n. 40. ver. quibus rationibus: Nam, etsi verum sit me non debere fisco poenam offerre, adeo ut quandiu moretur in ea exigenda, ego sine culpa aliqua censem ab ipsa solutione, aliud tamen est cum, fisco post annos viginti petente eam, contendeo prescriptionis auxilio me esse munatum. Nam etsi Titio cum petierit decem, solvere promittam, potero eo non petente perpetuo illa decem retinere, & tamen eo petente ultra triginta annos obstante mala fide prescribere non potero. Quod exemplo utpote quia in eo res evidenter est, appareret non esse paria haec tutta conscientia retinere, & prescribere. Sic depositarius, nisi depositum repetatur, semper retinere poterit, nunquam tamen prescribere. Ceterum bonam fidem etiam sine titulo ad complendam viginti annorum prescriptionem contra fiscum sufficere reor. Viginti autem anni exinde computantur in delictis, ex quo rei annotatio publice innotuit, l. 4. ff. de requ. reis. In reliquis videndus est Peregrin. qui diligenter loco relato materiam hanc prosequitur. Sed pro legis nostræ complemento dubitari potest, an si dubitetur circa prescriptionem adversus fiscum recurrentem contra, vel pro fisco pronunciandum sit.

Con-

**Contra fiscum facit l.** ista sub inscriptione **Modestini**. Pro eo facit, quod præscriptio  
**35.** iniquum præsidium appelletur, **Aub.** ut  
**Eccles.** Rom. ubi glos. not. & in dubio contra eam judicandum esse videtur, ut sentit **Aymon.** conf. 29. n. 9. **Cocephal.** conf. 403.  
**n. 23.** **Joan.** Bot. conf. 34. n. 32. quia, qui  
**36** se defendit ex tempore, circumventione uti videtur, ut argumento §. volumus,  
**Aub.** de bis, qui ingr. ad appell. dicit **Afflct.** decis. 265. n. 91. & not. **Isern.**  
**ac ceteri Feudista in c.** I. quo tempore miles, relati per **Aymon.** conf 201. n. 37.  
**Natta** conf. 266. n. 22. lib. 2.

Sed res ejusmodi sic temperanda est, ut non tam acriter ex ore Novissimorum in ipsam præscriptionem invehamus, maxime cum & civilia jura pro bono publico introductam esse testentur **l.** I. ff. de usucap. & rationes publici boni tam aperte pateant in litibus finiendis, & dominiis rerum certis constitutendis, ut nihil manifestius sit. Ex quo  
**37** fit, ut exceptio præscriptionis dicatur exceptio litis finitæ, & ad impedendum litis ingressum, non tantum ad merita causæ valeat opponi, **Bartol.** in **l.** ult. n. 3. ff. pro suo, **Ang.** in **l.** omnes per eum text. n. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. idem in **l.** sicut n. 7. eod. tit. Et quod magis est apud Sacros Canones, quibus nihil iniquum placere potest, receptam esse videmus. Qua  
**38** re inspecto jure civili, quo mala fides superveniens usucaptionem non impedit **l.** si aliena **l.** justo. §. & si possessionis ff. de usu cap. ad hanc præscriptionis speciem referenda sunt ea omnia, quæ contra præscriptionem enunciantur, sicuti **Corn.** conf. 227. n. 7. lib. 4. **Soccin.** junior conf. 145. n. 90. lib. I. latè, & pro more suo accurate probat **Pinell.** in **Aub.** nisi triennale n. 4. C. de bonis mat. & n. 41. ver. vides igitur, communem distinctionem appellat, quam antea probavit **Ang.** in **l.** sequitur §. si viam n. 2. ff. de usucap. Ex qua distinctione  
**39** multæ quæstiones dirimuntur. Velut si caussa sit commissa ex bono, & aquo difinienda, num exceptio præscriptionis sit admittenda, num in auditorio Principis recipienda, quia quotiescumque de præscriptione agemus, quæ bona fide nitatur, hoc æquum præsidium existandum est, & ab iis, qui de æquitate procedunt, admitten-

dum, **Ang.** in d. §. si viam n. 2. **Rome** conf. 149. n. 2. & ibi Add. sic intelligi debet **Felin.** qui minus rectè adducit **Ang.** in **Rubr.** ext. de præscrip. n. 2. Sed cum in præscriptionis materia jus canonum sit servandum, ut per **Joann.** **Andr.** in reg. possef. de reg. jur. in 6. **Franc.** **Balb.** de præscript. **tertia parte,** **sextæ** prin. q. 2. n. 1. **Roland.** a **Valle** conf. 6. n. 42. lib. 3. adeo ut nulla præscriptio cum mala fide procedere possit, non tamen inutilis hæc distinctio existimari debet, sed observari poterit propter præscriptiones quasdam statutarias, de quibus late apud **Ant.** **Gabr.** in tit. 40 de præscrip. conclusio. 3. quæ quodam velamento verborum, etiam mala fides adlit, sæpe defendantur, & quodam casus recentier novissimè **Tiber.** **Dec.** in **Tract.** **Crimis.** tomo I. c. 34. n. 13. in quibus per indirectum præscriptio cum mala fide sæpe recipitur. In iis enim contra præscriptionem tentare laudabile erit, atque animalium periculo salutare.

Ceterum eam, quæ bona fide nititur, favabilem esse, etiam ex eo confirmatur, quod in tempore suppunctando dies coepitus habeatur pro impleto leg. in usucaption. ubi **Castr.** not. & leg. seq. ff. de usucaption. Et ad fis. 41 ci quæstionem diffiditive respondendo, concludo, sive reum, sive actorem adversus illam vere subdolam præscriptionem in dubio esse defendendum, quia plus potest ratio illius evitandæ, quam præsentis regulæ a **Modestino** constitutæ. Ubi de præscriptione cum bona fide tractabitur, in dubio semper erit pronunciandum contra fiscum, sive completa sit, & dubitemus ex alio modo sit admittenda, vel ne, sive dubitemus num requisita intervinerint, vel ne, tum argum. d. l. in usucaption. tum ex lege nostra, quæ ut in secunda parte probatum est, in filio reo locum habet, multò magis locum habere debet in reo possidente, cum fiscus agat.

Hæc mihi ad publicam utilitatem collegisse sufficiant, quæ rogo lectorem benevolum, ut erratis ignoscens, emendare, non autem mordere contendat. Sic enim facile fiet, ut eo inventis addente, utrius usui simus, & aliquid in publicum, ego excitando, ille perpoliendo contulisse videamur.

*Laus Deo, ac Beatae MARIAE semper VIRGINI.*

F I N I S

Z z

ALEX.

366

ALEXANDRI  
TURAMINI  
PATRICII SENENSIS J. C.

*Epistolarum Forensium Liber singularis*

De Auro , quatenus per Ecclesiam cogi,  
servarique possit .

*Epistola I.*



DECIO AZZOLINO CARDINALI  
ALEXANDER TURAMINUS F.



Lura sanè sunt , quæ in quæstionem veniunt ia hac ipsa dubitatione , de qua me consulis . Meum erit breviùs , quām fieri possit , in omnibus tibi meam sententiam exponere . Tuum vero antequam de his cum Sexto quinto Pontifice Maximo sermonem aliquem habeas , tua prudentia omnia expendere , ac perpolire , tantique Pontificis auribus digna dumtaxat referre . De omnibus hunc in modum statuo . Potest Ecclesia habere aliquid proprium : Hoc primum . Item & aurum conservare , ut futuris necessitatibus , quæ contingere possint , occurrere valeat ; Hoc secundum . Quia regnum quoque temporale habet , circa illud decet illam se ita habere , ut politica ratione , quæ tota moralis sit , & virtuti consona , illud non sècus , ac cæteri Reges , possit administrare : Hoc postremum . Primum Sacri Canones apertè diffiniunt cap. expedit 11. q. 1. *Expedit enim Ecclesiæ facultates pos-*  
*sideri*

fideri ; & S. Hylarius factus Episcopus , non tantum possedit , sed accepit fidelium numeri  
rosis hereditatibus eas ampliavit . Et Joannes narras Dominum loculos babuisse , ubi data con-  
servabat , ut emeret necessaria , vel daret egenis . Hinc primum forma Ecclesiastice pecunie via-  
detur instituta ; & quod scriptum est , non esse cogitandum de crastino , non ob hoc fuit pra-  
ceptum , ne aliquid pecunie servaretur a Sanctis , sed ne Deo propter ista serviatur , & pro-  
pter inopie timorem justitia deferatur . c. babebat 12. q. 1. Ad secundum respondeo Ecclesiam  
ut Ecclesiam habere aurum , non ut servet , sed ut eroget , & subveniat in nece-  
ssitatibus . Quid enim opus est custodire , quod nihil adjuvat ? Debet autem erogare  
in alimoniam pauperum , in redemptionem captivorum , in aedificationem Templorum ,  
vel sepulcrorum , aut similium auctionem , quae a pietate nihil recedunt , c. aurum 12.  
q. 2. Sic potest habere , & servare non servandi , sed erogandi propolito . Ad tertium  
dico , Ecclesiam post donationem a Constantino ea mente factam , ne Pontificalis Apex vile-  
sceret , non modis spirituale regnum , sed etiam temporale habere , c. Constantinus , el.  
2. dis. 99. c. futuram 12. q. 1. in quo jure imperii , & politica administrandi ratione  
uti possit , quod , si , ut decet , retineatur , cum Christiana disciplina consentit . Difficile  
quidem est divitias , & virtutes possidere , fieri tamen potest . Quid enim prohibet iis  
recte uti , cum ob id a Deo datae sint ? *Divitiae igitur cum justitia , & operibus bo-*  
*nis non damnantur c. hoc autem scripsimus distin. 30.* Potest Ecclesia gerere bellum  
justum , vel ulciscendo injurias , vel se defendendo , & ideo milites , & arces habe-  
re debet c. militare 23. q. 1. Nam illicite oppugnantibus licite resistere possumus , c.  
1. 23. q. 2. sic denegantibus transitum justè bellum indicimus . Sunt & aliæ cau-  
ſæ justæ bellum gerendi , c. 1. 2. & 3. 23. q. 2. Itaque aurum habere paratum  
ad militum stipendia non nisi summæ prudentiæ videri potest . Scriptum est : *Cum*  
*fortis armatus custodit atrium suum , in pace sunt ea , quæ possidet , Lucas c. 11.* custodia  
exhibetur hominibus , armis , auro , cum enim nemo suis stipendiis militare cogatur  
*Paul. 1. ad Cor. c. 9. c. Jam nunc 28. q. 1.* stipendia parata esse oportet , neque ve-  
rò jacet inutiliter aurum , quod impios deterret , hostes debilitat , & avertit . Ita  
enim fit , ut quod non valent Sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem , potestas hoc  
imperet per disciplinæ terrorem c. Principis 23. q. 5. Et sicut protegit sapientia ,  
ita , & pecuniæ Eccl. 7. quas nervos Reipublicæ Cicero dixit pro lege Manilia .  
*Aristoteles* Civitates indigere pecuniis testatus est iis verbis lib. 1. Poli. c. 7. & lib. 7.  
c. 8. *Qui simul in communione vivunt , necessarium est iis ipsis habere arma , quibus & ma-*  
*gistris parere inobedientes compellantur , & quibus vis præpulsetur externa . Præterea pecunia-*  
*rum babendarum facultas quedam , quod illas habere possint , & ad proprias indigencias , &*  
*ad bellum . Quoniam Summus Pontifex Princeps est seculi , Ecclesiæ patrimonium ,*  
Regia etiam , non tantum Pontificali autoritate defendere tenetur . Politica ratio ex  
virtute prodit , & ad Christianæ fidei normam sese flectit , quæ si se aliter haberet ,  
tyrannica ratio est , quare nec ratio est . Cogere etiam thesauros sub certa le-  
ge poterit , lex tamen , quæ pari in parem negat imperium 1. ille §. tempestivum  
ff. ad Trebellian. naturalis est , quæ nulla civili ratione potest infringi . Hac de re fa-  
tis , in qua pauca scribere tutum censeo , si quis nolit in multis errare . Quous-  
que me Capitolium ascendere non jubeas , in hac Vaticani solitudine , me suaviter com-  
morari , & ocii literarii dulcedine plurimum delectari , pro certo habeas . Vale , tuæ-  
que benevolentia favore me protegere ne desinas .

■ Vaticano die 24. Julii 1586.

**Camera Apostolica succedens in spoliis  
Clericorum quatenus eorum credito-  
ribus teneatur .**

*Epiſtola II.*

**JACOBO ALDOBRANDINO EPISCOPO TROJANENSI, ET IN  
REGNO NEAPOLITANO NUNCIO APOSTOLICO .**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**A**N Reverenda Camera Apostolica, quz succedit in Prælatorum spoliis, teneatur satisfacere eorum creditoribus de iis, quz sub spoliī titulo ad eam devolvi contingat, faciliis explicatio est. Et si probent creditores pecuniam creditam versam fuisse in utilitatem Ecclesiaz, vel Prælati, nemo dubitat successorem teneri, & consequenter Cameram, quz vice successoris in iis bonis habetur, *text. ubi Innoc. & alii no. in c. 1. de sol.* Sic etiam sine dubio Prælatum, si viveret, etiam non probata versione, de fructibus satisfacere compellendum. Ita docuit *Abb. in C. quod quibusdam n. 6. ver. sed crederem.* *de fidejus.* a quo neminem dissentire *Jacobus Menochius* testatus est de arb. jud. *cas. 432. n. 17.* Cujus rationem repetere necesse est, quz ex *Innoc. in c. 1. depositi* distinctione clare deduci videtur: Ille tunc probationem versionis exigere videtur, cum in mutuo versamur, & ad alienationem rei immobilis, æris alieni solvendi cauſa, deveniendum est, quia aliud futurum sit, si ex fructibus satisficeri poshit, id quod *Abbas in d. c. 1. dep. n. 9.* & *Incola n. 13.* plurimum commendant; Præter mutuum non credie in aliis contractibus versionem esse probandam, & ita se habet communis opinio, etiam mortuo successore, ut in mutuo desideretur probatio versionis, in cæteris contractibus non ita. Ita post *Hof. & Gul. de Cun.* tenet *Abbas in d. c. quod quibusdam n. 7.* *Anchar. n. 9.* *Card. quest. 10.* *Dec. conf. 36. n. 8.* ubi de communi. Sed in mutuo ad probandam versionem probatio per conjecturas ex verosimili delumptas recipi debet. Quare si Prælatus eo tempore, quo ad dignitatem Episcopalem assumptus est, mutuo pecuniam acceperit, cum multas expensas subire soleat, ad obtinendas bullas, ad parandas vestes, & famulatum, ad iter perficiendum, hæc sola indigentia, & necessitas mutavit creditoris intentionem, *Innocent. in d. c. p. depositi* clare *Ang. in §. hoc autem n. 19.* *Autb. de alien. empbyt.* nec concludens, aut perfecta probatio versionis desideratur, sed sufficit verosimilis, *Dec. d. conf. 36. n. 8.* Tandem cum hæc materia ob conjecturas arbitraria constituatur *Menoch. d. cas. 432. n. 24.* laudabo semper Alciati sententiam opinantis, cum hoc agitur, ut creditori satisfiat, citra immobilium alienationem, veluti in spoliis accidit, Judicem in favorem creditoris in dubio præniorem esse debere, in *l. civitas n. 18.* *ff. si cert. pet.* Summatim, & ingenuè, quid in hac re sentirem, exposui tibi. An jussui tuo obtemperaverim, ipse videris: Si te plura exigere sentiam, satisfaciā cumulatiū, sed viro prudentissimo, & integerrimo pauca satis. In eo mihi numquam facio satis, quod tuæ benigitari, ac benevolentia erga me paria reddere non valeo; nisi benignitas eadem summam reverentiam, & observantiam in te meam, quasi paria, recipiat. Vale.

*Die 9. Maii 1564.*

*An*

An creditor consentiens alienationi salvo  
jure suo, nugari, vel consentire  
videatur.

*Epistola III.*

CAMILLO MEDICEO J. C.  
ALEXANDER TURAMINUS F.

MAGnum quid est, quod tu me consulas. Cum enim oraculum hujus Civitatis tua domus tua civilis prudentia splendore resplendens, communiter existimetur, ad quam Magistri, ut te velut Appellinem consulant, frequentissime se conferunt, quid est, quod obscuri nominis Jureconsultum consulere non graveris? Tua modestia te ad id impellit, quae Accursum reprehendere, vel purgare causa non sit, & eum, cui publice juris interpretandi munus, latiorem disputandi, & veritatis investigandæ campum facere soleat tua auctoritate ad id faciendum inducit. Censet Accursum in l. 4. §. si in venditione ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. sol. consensum alienationi exhibitum salvo jure suo nugationem esse. Hæc sententia, ut tibi id efflagitanti satisfaciam, absolute vera non est, nec itidem falsa, sed temperanda. Vera est, si textui, ubi id notat, questio in omnibus adaequetur, alioquin ex legibus, quas adducit, nec satis probari poterit. Primum igitur verum erit, nugari creditoris, qui cum solum jus pignoris habeat in re, quae alienatur, alienationi consentit subjecta speciali clausula, salva causa pignoris, vel etiam generali, salvo jure meo, quia cum genus non possit verificari, nisi in una specie, facit, ut clausula generalis vim specialis obtineat l. si optio servi ff. de opt. leg. Aut. hoc inter liberos, & ibi Badl. n. 1. C. de Testam. Quare hoc casu nugatur creditor, quia verbis quidem consentit, re autem dissentit. Id ipsum obtinebit cum clausula generalis subjicitur, ut referatur ad aliquod jus expressum reservandi causa, tunc enim respectu illius juris magis irritabitur alienatio, quam reservatio, quia speciatim expressum videbitur, d. §. si in venditione glos. Parisi. §. 44. n. 27. quest. 20. Si vero expressio aliter facta sit, & alia jura sint, de quibus nihil sit dictum, tunc non nugatur, quoniam reservatio trahitur ad non expressa, & in expressis valet consensus, & cessat clausula. Sic enim clausula non est sine effectu, & nugatio, ut effugi plane debet, effugitur. Ita sentit Israh. in c. I. n. 9. qui successus tenean. & ibi addit. Capic. in inv. lib. feud. tit. feudorum clausula in numero juribus que nostris. Qua in re a Glossatore Parisiensi, & Bursat. cavendum est, & glos. in d. §. & quia, Bursat. cons. 4. n. 30. lib. I. quia non est necessarium, ut operetur generaliter, sed sufficit, si effectu minime caret. Aliam speciem, in qua plurimum operatur, detexit Capycius. Sed summa rerum hæc est, tories consensum retinere nugationem, quoties exclusa nugatione ille redderetur inanis, si utilis in aliquo sit, ad nugationem trahendum non esse. His paucis me tuae petitioni satisfecisse puto, si non decenter, saltem ingenuè. Quare si non traditionem, saltem animi ingenuitatem in hac sententia dicenda, ut ames, requiro, qui enim summopere amat, amare se etiam jure requirit. Vale,

D. Neapoli die 13. Augusti 1594.

Quo

**Quo usque quis vivere præsumatur , &  
quomodo probetur mors per  
exploratores .**

*Epistola IV.*

HIPPOLITO VANNIO J. C.  
ALEXANDER TURAMINUS F.

**T**ibi patrono caffarum doctissimo paucis exponam , quid in objecta difficultate sententiam , quod si non dissenties , facile spero Scipionem *Mormilum* clientem , amicumque nostrum , quod optat , apud integerimos judices consequuturum . Quando quis contendit , sibi tamquam proximiori ex familia deberi fideicommissum aliquod , sufficit , si probet se proximum , nec exigitur probatio negativa proximiorem non extare , ita plane *Raphael Cumanus* conf. 43. n. 2. *Romanus Alexan.* in l. is potest n. 15. ff. de acq. bæred. & conf. 179. n. 10. lib. 7. *Corneus* conf. 341. n. 4. lib. 1. *Alciat.* in l. proxime ff. de verb. sign. & resp. 107. n. 3. lib. 1. docuerunt . Cum tamen objiciatur ex serie Testamenti satis deprehendi proximiores extare , ut puta eos omnes , qui ante ultimum substitutionum gradum vocantur , & *Scipioni* præcedunt , nisi ipse eos deceperit probet , hoc ipso videtur excludi , cum non effluxerint centum anni a die conditi testamenti , & quisque centum annos vivere præsumitur , nisi minus vixisse probetur , no. in l. ult. Cod. de Sacrosan. Eccles. Sed res non ita se habet , negative enim ea præsumptio concipi debet , ut nemo præsumatur vivere ultra centum annos , ut declarant *Corneus* d. conf. 341. n. 2. lib. 1. Addentes ad *Alexandrum* ad conf. n. 32. lib. 5. id quod *Jacobus Menochius* lib. 6. presc. 49. n. 2. & n. 28. & probas text. in l. an usufructus ff. de usufruct. verius , & receptius esse testatur , inferens , quod post septuagesimum quintum , vel octuagesimum annum Judex , si de aliquo non constet , ex communiter accidentibus debet eum arbitrari mortuum . Testamentum de quo agitur fuit conditum anno 1514. jam sunt elapsi ottuaginta anni , & ultra , ex eo testamento vocatos mortuos præsumere debemus , eo maximè , quod hæc lis , quæ maximi momenti est , tandem est in foro agitata , ut si quis eorum viveret , ad ejus notitiam pervenisse verisimile esset , eumque ad ejusmodi lucrum facile convolaturum , ut argumentatur *Alciat.* in d. l. prox. Hæc in puncto satis . Sed præter hæc mirum in modum placet , quod summa , qua soles prudentia docuisti actorem , ut Judicem adiret peteretque mitti nuncios , vel exploratores , qui de eorum vita , vel morte facta diligenti inquisitione referrent , quod *Bar.* docuit in l. si tamen , per eum text. n. 2. ff. de l. 2. Idem in l. 2. §. si dubitetur n. 3. ff. quemadmodum testim. aper. & Ang. in d. §. si dubitetur n. 5. & *Imol.* n. 12. probarunt , & si id Judex negaret , actori , gravamen admodum injustum videretur inferre . In ea civitate es , quæ Urbis instar complectitur omnes , sed civilem disciplinam adeo fovet , ut jureconsultorum mater Parthenope meritò possit haberi , ita eos alit , & ad summos dignitatis apices gradatim attollit . Jam tuæ eruditionis argumenta per ora decurrunt , ut fontes in rivos , in flumina vertuntur , & vires semper acquirunt eundo , tales tuæ virtutis progressus futuros esse minime dubites . Vale , & concives Eugubinos fama per celebres , te nunc æmulantem superatum esse animo concipias : nam , ut assequaris , satis erit , si constituas .

Datum Neapoli die 27. Julii 1595.

De

# De Poteſtate Epifcopi in remittendis poenis.

*Epiftola V.*

L A U R E N T I O G U A S C O N I O J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N U S E.

Dubitanti tibi , an Episcopus possit ab exilio clericum ob stuprum damnatum re-  
vocare affirmandum centui , tum quia pro recepta ſententia Episcopus dispensat ,  
ut ajunt , in omnibus cauſis , in quibus non reperitur de jure prohibitus , Innocen. in c.  
niſi cum pridem n. 8. de renunc. Paul. Borgaf. de irregul. & deſpons. p. 5. tit. de  
reſpons. ultima ord. num. 12. & par. 6. tit. de adulter. & ſtupr. num. 20. quod in  
criminibus facilius receptum eſſe videtur , gloſ. in c. dilectus de tempor. ordin. Canones  
etiam id ſatis iñſinuant , accedente glossatoris interpretatione c. pervenit , & ibi gloſ. de  
adultr. & ſtupr. & per eum text. Borgaf. d. p. 6. de adulter. & ſtupr. n. 18. & ſeq. Vide-  
tur autem Episcopus id agere , non ut Judex ordinarius in ſua Dioceſi , cum ad Judicem ,  
ut judicem non pertineat , ſed ut Apoſtolus , ut Pastor , ut Pontifex , ut Princeps . Hæc  
mea ſententia eſt , quam tunc veram eſſe non dubitabo , cum tibi quoque placere intellexe-  
ro . Ipſe ſcis , quanti ego tuum judicium in controverſiis civilibus facere ſoleam , nam tua  
eruditio ſumma cum ingenuitate coniuncta , me tibi adeo devinxit , ut te in futurum non  
amare non valeam . Animi , & generis nobilitatem , morum ſuavitatem ſi adjunxeris tuam ,  
me tibi arctiori vinculo obſtrigi non poſſe aperte conjicies . Vale

Datum Neapoli die 14. Septembris 1594.

De

ALEXAN. TURAM. EPIST. FORENS.

372

## De Pœnitentia Furis quatenus admittenda .

### Epistola VI.

E V A N G E L I S T A E D E G A T T I S J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N U S F.

**Q**uæris an ille , qui lucri faciendi animo rem alienam aufert , & antequam ad destinatum locum perducat , pœnitentia ductus in pristinum reponit , pena furti teneatur . Respondeo non teneri , sed justo pœnitentiæ suffragio illum absolvendum , arg. l. qui falsam , ff. ad legem Corn. Mœvet me , quia tandiu pœnitentia prodesse debet , quandiu delictum consummatum non est , quod maxime obtainere debet , ubicumque statuta delicto perfecto , & consummato penam imponere dignoscuntur . Et Cynus in l. si quis non dicam rapere col. ult. C. de Epis. & Cleric. & not. in d. l. qui falsam quidem eleganter docet , eum , qui cogitavit , egit , & non perfecit , quia pœnituit , absolvendum esse , a quo nemo recedit . At hic non perfecit , ob pœnitentiam , igitur absolvendus . Minor probatur ex duobus . Primum ea res , nec formam , nec perfectionem habere videtur , cui addi potest , quia formæ , vel rei perfectæ addi nequit , ut Baldus tradit in l. contractus C. de fide. instr. facit l. pen. C. de bis quibus ut indig. At furtum hoc , quandiu ad locum destinatum res perducta non sit , potest fieri manifestum , & per consequens ei addi , §. furorum Inst. de oblig. quæ ex delicto nascuntur , ergo ante ut informe debet haberi , quia si forma constaret , esset , vel manifestum , vel non manifestum . Non est manifestum , quia fur non est deprehensus , non est non manifestum , quoniam hanc formam non accipit , nisi ex perduktione ad destinatum locum , non accipit dico , quia semper manifestum fieri potest . Quandiu ergo fur est in actu auferendi , tandiu potest furtum hanc , vel illam formam accipere , & ita non est delictum consummatum . Secundò probatur minor ex eo , quod post Jacobum Burriagium docuit Baldus in d. l. si quis non dicam rapere quarta oppositione , quod si extat statutum , ut quicumque portaverit bladum extra territorium , puniatur certa pena , qui portaret , non tamen adhuc esset extra territorium , puniendus non est , quia statutum loquitur de eo , qui portaverit , non de eo , qui portabat . Quod verbum præteriti temporis significat actum consummatum , & quamquam in eo , qui deferre deprehensus sit , velut elutoria non attendatur allegatio pœnitentiæ , quia ipsum pœnitit postquam est in laqueo , idem Bald. in l. si fugitivum n. 5. C. de serv. fug. in eo tamen , quem penitet sponte , qui cum retrocedit , admittenda foret , ut Joannes Andreas in addit. ad Specul. in tit. de constit. in verbo medietatem , Imo. in c. 2. de constit. Ripa de remed. ad conserv. pest. n. 75. & alii tradunt , & absolvendum esse consentiunt . Cum in proposita specie penituerit furem in actu auferendi , dicitur magis contrectare , quam contrectavisse . Ac ita nihil obstant Ulpiani verba in l. qui ea mente ff. de furt. in contrarium excitata . Quia ea mente alienum quid contrectavit re . Quæ Bartolus etiam rectè ad actum consummatum retulit . Fur deferens rem videtur semper furari , cum detulit , furtum fecisse . Hæc mea sententia est , quam probabant Judices omnes , qui justitiae , non autem severitatis gloriam affectant . Te probatum nihil dubito , quod ut olim discipulus , ita nunc jureconsultus , & foro maxima cum laude addictus , te mihi facile consentientem semper exhibueris . Vale .

Datum Neapoli 14. Augusti 1598.

An

An vita militia patiatur contributionem  
propter Paragium :

*Epistola VII.*

VINCENTIO DE FRANCHIS J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**N**Ovum, est quod coram te excitatur, vitana militans pati diminutionem propter paragia, ut vocant, & in iis dedueendis in contributionem venire. Mihi plane videtur utrumque a toto feudo deduci debere, quod utrumque loco legitimæ & que succedant. De paragio constat ex constitutione *in aliquibus*, ubi *Afflictus* id adnotavit *quest. 12.* Tum etiam id alibi testatus est *decis. 87. n. 11.* & *sequen.* De vita militia probat *Isernia* in constitutione *Comitibus*. *Capycius decis. 211.* *Tiraquellus d. jur. prim. quest. 75. n. 8.* sequuntur, quibus adhæret *decis. 21. n. 9.* At legitima unus non deducitur de legitima alterius, sed utraque legitima deducitur a toto, quia triens, & semis pro numero liberorum semper deducitur a toto, & diffiniuntur ratione totius *Aith. de trien.* & *semis. in princip. ibi medianam totius substantia.* Sed si quovis modo id contingere posset, potius paragium pateretur diminutionem propter vitam militiam, quam e contra, quia vita militia inspecta sui exiguitate, quod non transit ad heredes, & quod vivere est necessarium absolute, dotari secundum quid favorabilior dijudicari debet ipso paragio, quod *Tiraquellus tradit dicta quest. 75. n. 8.* & ipse probat *d. decis. 20. n. 10.* Laudo benignitatem, qua omnes audis, laudarem autoritatem, qua obsoleta, vel inaudita rejiceres, sic rejectit *Ulpianus in I. I. ff. de senat.* Patroni caussarum magno ingenii acumine in hac civitate pollut, quod magnos sepe ausus parit, virtus encomiis extollenda, audacia refrenanda, si se veritatem cum benignitate conjunxeris summum omnibus attigisse videberis. Solertia, eruditio, memoria, integritas adeo in te eminent, ut majora desiderari non patiaris. Vale, & me pro more ama.

Datum e Villa Battaglina die 20. Augusti 1598.

Aaa

Qui-

**Quibus verbis civitas privilegio comprehendatur.**

*Epistola VIII.*

**AGATIO ASSANTO J. C.**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**J**Ustissimam mea sententia caussam foves , dum contendis , quod verbum *ognuno* , in privilegio positum , civitatem comprehendat . Verbum etenim *quis* , vel *siquis* , ad eam producitur *l. i. juncta l. nihil interest ff. ad Macedon. l. item ait Praetor in princ. juncta l. seq. in fine ff. ex quibus caus. major. multo magis quod universaliter resolvitur , quasi *quilibet* , *quicumque* , vel *omnis* quare si in verbo indefinito id concludimus , multo magis in universalis concludendum . Ab effectu idem evinci potest , quia privilegium hoc tribuit jus exigendi vectigal ex tritico , quod venditur , & emitur . Civitas vero non modo potest emere , & vendere *l. civitas ff. si cert. per. Bartolus in l. aut facta §. ult. num. 4. ff. de pennis* . Ad quem effectum respiciendum est , ut videatur an comprehendatur *Jas. in l. si quis major num. 9. C. de trans. & ibi Cagn. n. 22.* sed eo usque id agere , ut fraudem privilegio faciat , ne quis ut privatus emat , sed singuli cives ministerio , & nomine civitatis utentes evitent solutionem vectigalis *l. non dubium, cum ibi not. C. de legibus* . Itaque pro tritico invento , & vendito tenetur vectigal solvere , quia in vendendo non consistit proprius usus , *l. in lege censoria, ff. de verborum significat* . Ex poenu tua poteris longe plura depromere , quz hanc sententiam juvent . Ut vero jus nostrum maximia solertia perpetuo colere consuevisti , ita mutuum nostrum amorem nulla patiaris oblivione vilescere . Vale .*

Datum Neapoli die 20. Augusti 1598.

Fru.

Fructus à tertio percepti non patiuntur debitoris hypothecam.

*Epistola IX.*

A L O T S I O G A T T U L A E J. C.

ALEXANDER TURAMINUS E.

Quod missisti, instrumentum diligenter cum perlegerim, respondeo tibi a contrahentibus omnem fraudem absuisse. Nam & bona fides tandem presumitur, quando non probatur mala l. pen. C. de evict. glof. Inst. de usus. in princ. Alc. de presump. reg. 3. præf. 5. & ut probetur alienatio in fraudem facta, requiritur §. in fraudem Inst. Quibus ex cau. man. non licet l. ait Prætor §. ita demum, & §. quod ait, ff. de bis que in fau. cred. fraus consilii, & eventus, quam absuisse pervigiles cauillarum patroni accurate demonstrarunt. Hoc unum mihi supereft, ut addam annuos fructus post donationem ab Andrea patre perceptos, nulla affectos esse hypotheca, quia debitor potest invito etiam creditore rem cum sua causa transferre quocumque titulo l. si debitar, & ibi Bald. C. de distr. pign. Quare fructus post translationem nati, vel percepti, cum numquam in dominio debitoris fuerint, nec etiam ejus creditoris hypotheca affici potuere, l. i. §. cum prædium l. Paulus §. i. od. sit. id quod glof. in l. si convenerit §. si fundus ff. de pign. act. Bartol. Salyc. Fulg. in d. leg. i. §. cum prædium idemque Fulg. in dicta leg. Paulus, §. i. ex veritate adnotasse videntur. Idque ut tibi profuturum censeo, ita sane sine ulla hæsitatione puto verissimum. Vale, & haec pauca, veluti meæ benevolentæ argumentum quamvis tenue benevolo excipe animo.

Datum Neapoli die 25. Septembris 1598.

**Impedimentum quatenus excusat a præcepto , sub pœna excommunicationis lato .**

*Epistola X.*

JULIO BATTAGLISCO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**D**ifficilis est controversia , de qua me consulis . Tibi tamen , & communis amico , cuius gratia id facis , nihil negandum est . Illi utriusque *glos. communiter approbata in c. 2. in verbo depositionis de test. cog. nostri præclare merito* , tibi vero , qui me virtute , ac benevolentia devincis , debo quicquid petatis . Cum certi juris sit impedimentum facti , quominus pareat præcepto superioris sub pœna excommunicationis latæ sententia ipso facto incurriendæ , si non obtemperet , in foro conscientiæ non esse excommunicatum , summa ratione dubitatis , an in foro fori maneat obstrictus , quod affirms *glos. Joann. Andr. Butr. & Imol. in d. c. 2. negant Bald. Hob. Arbas in d. c. 2. & idem Abb. in c. P. & G. de off. deleg. Felynus conf. 5. n. 6.* quia vereor , ne rectè priorem communem asserat , ut perperam cum aliis quibusdam pro ea *Innocentium adducit* , qui inter negantes adnumerandus est *in d. c. P. G. ver. intelligo igitur sic* , & ita eum rectè intelligit *Bald. in d. c. 2. n. 5.* quibus etiam *Speculator accedit in tit. de contum. §. pen. ver. Quid se non veniet* , & hanc sequitur *Summa Angelica in ver. excommunicatio , n. 3. & num. 14.* ut receptiorem esse pateat , & æquiorem ; nam ligare impedimentum , nulla præcedente culpa , esset intolerabilis error , qui nec in Judice prælumendus est , & sententiam nullam redderet , ut *Innocentius idem summa ratione docuit in d. c. P. & G.* Sed cum sciam amicum nostrum testatum fuisse de impedimento , cum sibi præceptum fieret , si hæc testatio interveniat , nemo , quem viderim , contradicit *Innocentio* hoc casu non remanere devinetum aperte definiti ; cuius post glossatorem authoritas eminet *Doct. in l. ut vim ff. de just. & jur. Quare modeste agit* , si absolutionem ad cautelam , imprudenter , si simpliciter petat . Nihil vero ex iis , quæ pro eo scripta transmisisti , sicut hæc posterior conclusio difficultatem eximit , universalia nimis sunt , nec , quod præcipue queris , scopum attingunt . Vale , & pro comperto habeas , te in dies a me magis diligi , quoniam lex amoris est , ut vehementius ament , qui plus amari cupiunt .

Datum Neapoli 4. Decembris 1598.

De

De consuetudine Neapolitana vocante  
fratres ad dimidium bonorum anti-  
quorum ab intestato.

*Epistola XI.*

P E T R O A N T O N I O A M A T O J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N U S F.

Dubitas, an consuetudo Neapolitana incipit & si testator, vocans fratres ab intestato ad dimidium bonorum antiquorum, rejiciat omnino gravamen a testatore injunctum, ut nulla ratione valeat. Respondeo illa bona nullo onere affici posse, cum ab intestato debeantur, & ut recte Neapodanus censet in dicta consuetudine, condicis ex ea consuetudine possint; attamen cum haeres scriptus tantum ex bonis testatoris praeter hanc dimidiariam partem consequatus fuerit, quod rei legatae estimationem solvere possit, hac gravatus dici debet, ne legatum intercidat, sed, ut par est, conservetur *l. cum pater* §. *cum pater*, & *ibi Bartol.* *l. unum ex familia* §. sed & si fundum & *ibi Castr. de leg. 2.* Et ut cetera onera subducuntur ab ea dimidietate, de qua statuere potuit Capit. decis. 191. & 195. in fin. ita & istud ab eadem subducit debet. Bona haec etiam stante consuetudine sunt in commercio *Balb.* in *l. 3.* n. 6. *C. de jur. dot.* Legatario nullum obstat incapacitatis initium, quare si rem obtinere non possit, nihil prohibet, quin petat estimationem *l. filius. familias* §. *si quid alicui*, & *ibi glori. Bartol. Anno. Castr. & Imola ff. de leg. 1.* Facit, quod si statutum vetet forensim acquirere immobilia, & ei legata fuerint nihilominus consequetur estimationem *l. cum servus* §. constat ff. de leg. 1. ubi *Castr. n. 4.* *Alexand. n. 14.* *Jas. n. 34.* Ad idem alia plura ex *Francisco Mantica de conject. ult. vol. lib. 9. tit. 9.* per te colligere vales, sed nihil magis urget, quam quod haec consuetudo videtur quasi fideicommissum quoddam favore agnationis inducere, ut propterea haec dimidia pars jure fideicommissi censenda, ac dijudicanda sit omnimodo *l. non possunt ff. de legibus.* Reliquum est, ut eamdem solertia in foro profitaris, quam in Academia discipulus exhibuisti, nam tibi & gloriosum, & utile simus esse comperies. Vale, & me, ut soles, ama.

Datum Neapoli die 29. Aprilis 1600.

Con-

# Contra Fideicommissa perpetua .

## *Epistola XII.*

S C I P I O N I N A L D I O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

Cum in foro adversus perpetua fideicommissa me disceptantem , & iis haud favent dum esse contendentem audires , te subsistere , ac pene mirari videbam . Ea controversia finem accepit suum . Nunc nulli addictus clienti eandem veram , ut puto , sententiam tibi paucis exponere constitui , ut tuam , si Senarum cura tibi præcipue hoc tempore mandata patiatur , mihi aperire non graveris . Existimno igitur leges abhorrire perpetuitatem , & summa ratione , tum vero maximè in fideicommissis . Primum alibi testatus sum , ut opinor plenissime , lib. sing. de legibus par. 2. cap. 9. Secundum deprehenditur ex Justiniano clarè in §. nos. igitur Autb. de rest. fid. qui fideicommissum a testatore factum cum causa , quia ut testator ajebat voluit perpetuari in familia , & ut de nomine suo numquam exeat , restrinxit ad quartam generationem . Reprehendit Cujacius ibi , Parisiensis probat ad Alexan. cons. 56. lib. 1. si hic sensus est legislatoris , servandus est jureconsultis , non vituperandus , qui inferiores ab eo sunt . At requiramus rationes . Quid plane fideicommissa perpetua sunt , nisi quedam litium semina ? Conjecturæ dum hinc illinc deducuntur , fori disceptationes augent , earum volumina immensa panduntur . Quantum bone Deus laborant homines in probanda identitate bonorum , in deductionibus legitimæ , vel Trebellianice ? Quot suboriuntur judicia ad revocandas res alienatas ? Quot ob promissas evictiones ? At litium cūmulus adeo displicet legibus , ut honestius putarint , quod Sacri Canones etiam probarunt , remedio præscriptionis occurere , & dominos rerum suarum amittere dominia , quam perpetual lites de eodem dominio excitari , Inst. de usucap. in princ. & extra de prescript. per tot. Hæc ratio est a posteriori , si a priori queratur , nonne videmus vere testandi facultatem totam esse ex indulgentia legis ? Audi Platonis verba dialogo 11. de legib. adversus concessam testandi facultatem . Ego qui leges condo , nec vos vestros esse arbitror , nec rem familiarem banc omnem esse vestram , sed tatus vestri generis præteriti , atque futuri , multaque magis universæ civitatis , & genus omne , & diuitias esse ; in ea concedenda molles fuisse legumlatores affirmat , & ad minimum quid humanarum rerum in ferendis legibus respexisse . Nonne confertur in tempus , quo , cum mortui sinus , humanarum rerum cura ad nos amplius non pertinet ? Quousque libido testantium producenda est , ut sub lunari circulo , ubi omnia tendunt ad interitum , perpetuitatem querat ? Igitur de fideicommissis ita statuo . Iis favendum est , si indubitate

tata sint , ut conserventur ; si dubitetur , ea non extare pronunciandum , quod haec tenus alii tradidere *Peregr. art. 1. per tot.* Per conjecturas perpetuitatem non esse inducendam , sed toties servandam , quoties verba clare illam exprimunt , in quo etiam intelligimus cum ipso Parisiensi nos plus communi sententia , quam *Justiniano* tribueret . Onerosa fideicomissa per se sunt , perpetuitas eorum etiam odiosa , & execrabilis . Quid de Primogenitis , & Majoratibus ? alia ratio sic , si in feudis decoratis , vel allodiis magni momenti , quæ splendorem afferant familiae , inducantur . At fideicomissa id habent sœpe , ut in prædiis , domibus , aut censibus , aliisque rebus ita obscuris constituantur , ut nulla sint interpretatione juvanda , quod commodum numquam sit tale futurum , ut cum litium incommodo , & dispendio compensari valeat . Mi Scipio , qui non tantum magna eruditione , & magno etiam judicio polles , quique de Civitate Senarum , ejusque Imperio , tam præclare promeritus es , quanti Civitas , quæ justitiam cum prudentia conjunctam in eo , qui regimine præsit , facere posse , quid in hac re sentias , enixè rogo , ut rescribas ingenuè . Vale .

Datum Senis die ultima Septembris 1603.

Dc

## De eadem re.

## Epistola XIII.

ALEXANDRO TURAMINI J. C.

SCIPIONALDIUS E.

**D**ictuli responsum impeditus, non dimisi: Tarditatem brevitate scriptionis compensabo: Novum, aut saltem inexpectatum interulurii solvendi genus, conducibile tamen utriusque nostrum, tioi quod sarcinas Ferrariam jam componas, mihi, quod sarcinæ super sarcinis hoc tempore componuntur. Perlegi libens literas tuas. Virum literatissimum, acrisque ingenii redolentes amantem mei, sed longe lateque supra meritum estimantem. Perpendi dubitationem excitatam, & adversus perpetua fideicommissa decisam; qua in re jussus aperiam animi mei sensum, brevitati tamen, quam præmonui, simplicem per modum, distinctum, &c, ut ajunt, resolutorium. Primum omnium censeo, tecum in dubio pronunciandum esse, fideicommissum non extare, si vere sit dubium, rationes enim, & authoritates præclarissimè in id expenduntur a nostris, per quas hujusmodi dubitatio extra omnem dubitationem posita videtur. Non tamen existimo ad inducendum fideicommissum necessaria esse semper verba clare illud exprimentia, videtur *text. l. unum ex familia q. fin. ff. leg. II. Molina de Primag. cap. 4. n. 19.* prout tu existimare videris; quandoquidem cum ea sint notæ passionum nostrorum adinventa ad inserviendum intentioni, non debet ab eis jus pendere, sed voluntas dominari, quæ quocumque modo appareat, dummodo appareat, attendenda est. Cum tantum absit, ut verba solum sint instrumenta explicationis voluntatis, ut potius conjecturæ, & præsumptiones ad maximos juris affectus constituendos, verbis ipsis, ne dicam contra verba aliquando præferantur. De his omnibus egregiè, & fusissimè *Peregrin. de fideic. art. II.* qui *art. I. n. 45.* probat etiam nutu ac signis induci. Intelligo autem de præsumptionibus legitimis, ac probatis, & ex dispositis a testatore collectis, non ad arbitrium formatis, aut extrinsecus assumptis; qua in re negari non potest, quin plurimum possit judicium discreti, diligentis, ac moderati judicis, ad quem præcipue voluntatis quæstio dicitur pertinere *l. voluntatis C. de fideic.* Non invitus stare cum Parisiensi, aut potius cum ipso *Justiniano*, dum in *d. q. nos igitur*, perpetuitatem fideicommissi ad quartam generationem restringit, de cuius intellectu nervose disputat *Didacus variarum resolut. lib. 3. cap. 5. n. 4.* *Molina ubi sup. n. 30.* post multos, qui quidem sensus ita mihi videtur tam in fronte, ac Rubrica illius constitutionis, quam in pectore, ac textu elucere, ut nodum in scirpo querere doctores videantur, dum non procedere constitutionem illam interpetratur, quoties aliter de mente testatoris constaret, qua nihil mihi videtur in ea dispositione apertius; moderari enim *Justinianum* voluisse voluntatem illam, non autem interpetrari censeo; & propterea terminum aliquem positurus ad quartam generationem per modum legis definitivit, cum tamen testator de gradibus, & numero ipsorum non loqueretur, nec taceret. Suspicor autem, si fas

fas est dicere, connivere potius doctores aliquos voluisse, & reputantes durum, aut absurdum, ut qui Legislator consisterat pro lege haberi dispositionem quamcumque morientium §. disponas Aut. de nupt. , mox in his fideicommissis habenas posuisse, ac limitem, nec voluntates corrigere, aut evitare interpretatione, destruxerunt. Id, quod plures factitatum paucos latere opinor, & e Rep. esse, ut aliquando fiat, vel ut legum aliquarum tollatur discrepantia, quæ verè negari non potest, vel ut aliqua evitentur absurdæ. Cum difficultatum fuerit in immensa, ac diffusa ista copia, quasi divulsis ab integro corpore membris, & utcumque coagmentatis, pura omnia, & omnino consonantia reperiri. Eo præsertim tempore, quo foeda barbarie omnia premebantur; Id, quod, si non esset insulsa digressio, in memoriam revocat cautionem consularis viri, sed non virilis, qui apud Senatum rogatus primus fortiter, ac severe contra conjuratos *Catiline* sententiam dixit capitalem: sed exterritus oratione Cæsar is in contrarium detonantis, cum illam corrigere, aut mutare fas non esset, interpretatione lenivit; Obtinuisseque interpretatio illa, seu potius destructio, nisi Sanctissimus ille *Cato* labentem ordinem confirmasset. Starem inquam libenter contra istam perpetuitatem, & libentius restringerem magis *Justinianum* limitem, si fieri posset; quippe qui per hanc frequentiam fideicommissorum, ubi frequentantur, ultra cetera incommoda eleganter abs te commemorata animadverto interdici quodammodo commercio, contra not. in l. dudum C. de contr. empt. decipi særissimè contrahentes ignaros, & eludi creditores fidem bonam ex apparenti statu secutos, atque hujusmodi vincula ita vinculatam tenere Civitatem, ut non ineptum fortasse esset inventum, ad instar cuiusdam Jubilæi certo temporis spatio decurso, ab hujusmodi vinculis eam liberare, *De invent. & effectib. antiqui Jubilæi Nau. de indul.* i. & 2. not. Neque ejus esset opinionis, ut impediretur testandi facultas, aut fideicommittendi libertas, sive illa ex gratia, & privilegio, ut tu opinaris, sive ex rigore juris concessa sit, quandoquidem ab hoc impedimento cum maximo Reipublicæ detimento remorarentur homines ab industria opes augendi, si, ut de fluminibus naturæ legibus relinquendis, *Tacitus de anni num. Clar. lib. 1. Annal.* differebat, cogerentur testamento legum uti, quæ universaliter pro omnibus testari dicuntur: Sed moderationem certe, ac temperamentum aliquod desiderarem, quo is, qui literas obtinuit facultatis, non posset ambitione, blanditiis, vel imminentis mortis angustia commotus, tam in longum suam protrahere dispositionem, impeditentem alioquin expressim dotium constitutio nem, redemptionem captivorum, aliaque non minus pia, quam necessaria; Quod fieri potest, & Senis factum fuit, *Surd. decis. 64.* quamquam eo absente aliter judicatum fuisset, per quam særè ad indignissimos, præmatura quadam, & incognita electione, bona ipsius, si jamdiu mortuorum bona dici possunt, pervenient: satis foret præcavere ea, quæ tunc temporis vivens cognoscit præcavenda; non autem divinare velle post secula: Nec minus etiam, ut tandem finem faciam de ea differendi, ne sim tecum perpetuus hostis perpetuitatis, exploderem ab hac urbe Senarum odiosas istas redintegrations, ad dotes post centum, & centum annos, tamquam seminarium contentionum, ac litium, ut quotidie videmus. Verba sunt hæc; Sed quid aliud hæc Epistola. Sed ex quo cogimur stare receptissimis sententiis, ac declarationibus quamquam duris, & in eadem navi cum ceteris versari, retenta communis interpretatione, nullam constituerem differentiam in proposito nostro inter fideicommissa perpetua, vel temporaria, cum nihil ista qualitas, & consideratio conferat ad inducendum, vel non ad inducendum fideicommissum, sed totum a mente testatoris procedat, *Soccin. sen. in l. bæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* nisi eo magis cavendum dicamus a præsumptionibus, quo præjudicium majus ab ista perpetuitate insurgere potest. Onus quidem est fateor fideicommissum, sed onus quoad hæredem, nec enim potest esse favor unius, quin sit damnum alterius, sed in universum, & inseparabiliter æstimant favorable, cum ceteris illud existimo, suissime *Mantic. de conjectur. lib. 7. tit. 1. & præsertim ult. arg. n. 28.* Sed de hic inseparabilitate *Molina c. 18. n. 5. & 6. lib. 1.* quia attenditur mens disponentis, sicut de majoratibus, & statutis Doctores nostri statuerunt; Verum si descendendum esset ad particularia, in quibus favor iste consistat, eadem uterque distinctione, qua *Peregrinus d. art. 1. n. 26.* & considerarem personas, res, casus, tempora, judicia, & alia; ultimè habent primogenia, & majoratus quidem peculiaria quædam fundamenta, ac rationes ex publico bono desumptas *Molin. lib. 2. cap. 1.* quæ ad fideicommissa maximi momenti, & nobilia non incommodè traherentur, ut idem jus statuere-

tur in eis, cum præsertim sæpiissimè de uno ad aliud argumentemur, *Idem lib. I. cap. I. n. 7.* Hæc sunt mi *Alexander*, quæ habui, ut perferrem, non quidem secundum ingenii tui ubertatem, atque eruditionem, quam & subsellia nobilissima, & famosissimæ Academiæ expertæ fuit, & scripta pulcherrima testantur, sed secundum exiguitatem meam. Credideram a principio Epistolam brevem ita conscribere, ut ex *Seneca* consuetudine, utramque manum non impleret. Utinam ne urceus institutus currente rota amphora evaserit, usurpatum a *Navar.* 2. *prelud. de redd. Eccl.* contra nimium allegantes. Sed primæ diei viatici loco esse poterit, quod ego ex animo tibi, comitibusque tuis deprecor, ac auguror felicissimum. Vale.

Datum Senis Die 14. Decembris 1603.

Rea

# Repudiatio hæreditatis ex quibus inducatur, & de virtute sententia.

## *Epistola XIV.*

HIERONIMO CERRETA NO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**R**epudiationem ex duobus in objecta specie inductam censeo ex lapsu termini, & ex re judicata. Terminus enim hæredi assignatus ad dicendum, si velit hæres esse, cum hæres illum sine alia declaratione labi patitur, repudiationem inducit l. pen. ff. de jur. delib. glos. in l. quandiu institutus, in verbo, substituto ff. de acq. hæred. quod Bal. in l. i. in pen. not. C. qui adm. Dec. Franc. Mant. de conjett. ult. vol. lib. 12. tit. 14. n. 19. & alii in l. qui se patris n. 18. ver. sed tunc C. unde lib. adnotarunt. Accedit præter lapsum temporis, quod pañus est res hæreditarias a substituto possideri; ut enim ejusmodi patientia restitutionem operatur l. restituta ff. ad Trebel. ita eodem argumento repudiationem inducere docuit vir non vulgaris eruditio Petrus Gregorius Tolosanus in Syntag. jur. un. lib. 46. c. 6. n. 10. De re judicata constat ex sententia, quæ condemnat substitutum ut hæredem, & in solidum, ad onera hæreditaria subeunda. Quamvis enim nihil de repudiatione diffinire expressum videatur, diffinit tamen in modum necessarii antecedenti, & consequenti necessario sententia est, & authoritatem parit rei judicatae l. adversus ff. de recept. arb. l. ult. §. ult. C. de usur. rei jud. Bartol. & Salyc. in l. i. C. de ord. judic. Aymon. conf. 79. n. 4. Cacber. decis. 64. per tot. Dum enim condemnat substitutum, continet institutum esse non posse hæredem, l. si inter me, & te ff. de except. rei jud. quia gerere se pro hærede, est pro domino gerere, §. pro hærede Inst. de hæred. qual., & differ. duo autem domini in solidum esse non possunt l. si ut certo §. si duobus ff. commod. Ex iis intelligis me tuæ sententiae libentissimæ subscribere, & cum nihil ultra requiras, requiram ego a te, quem vehementer amo, ut me pari semper, quod grati animi est, amore prosequaris. Vale.

Datum Senis die 10. Octobris 1603.

**Digressionem ad plures gradus substitutionum conjecturam vocationis non inducere .**

*Epistola XV.*

**F R A N C I S C O A C C A R I S I O J. C.**

**A L E X A N D E R T U R A M I N U S F.**

**S**æpe in' controversia venit, an digressio ad plures gradus substitutionum conjecturam vocationis inducat. Ancharanus censuit cons. 74. inducere, & Soccino patruo. cons. 62. in fin. lib. 3. & cons. 69. n. 7. eodem libro, multisque reluctantibus Senatus Pedemontium, Tessaur. decis. 60. n. 3. & decis. 96. n. 17. illius sententiam probavit. Rota Florentina, quæ in fideicommissis dijudicandis ob eorum frequentiam maximam vendicat authoritatem, si nihil aliud afferatur, Soccino adhæret; Adhæsit & novissime Rota Ferrarensis Cesare Barzio compilatore, cuius decisionem manuscriptam vidi, & si authores hinc inde numeremus, vix discerni potest, quænam sententia receptior sit, quod novissimi plures ab Ancharo recedentes, cuius sententia olim receptior erat, id apparere non patiantur, hoc refert Alexan. Trent. de subst. p. 4. cap. 11. n. 27. quibus adde Gabr. cons. 93. n. 42. lib. 2. Bertaz. cons. civil. 96. num. 15. qui dicit ita judicatum, Bursat. cons. 1. num. 9. Peregrin. de fideicommis. art. 29. num. 38. Coepb. cons. 419. num. 54. & cons. 527. num. 76. Decianus respon. 26. num. 29. & respon. 59. n. 10. lib. 2. Ego quidem contra Ancharanum proclivior sum; Digressio enim est, signum æquivocum se habens ad plura, ut nihil in digressione, ut digressio est ad conjecturam vocationis inducendam potitum esse videatur. Accipe speciem istam, in qua sola digressio est: Cajus hæres esto, & si sine liberis deceperit, hæres esto Sempronius, & si sine liberis deceperit esto hæres Cajus, & si sine liberis Cajus deceperit hæres esto Paulus. Quid hic rogo vocationem arguit? Et tamen digressio adest. Si aliud adjungas præter digressionem Thesis in hypothesis conversa ad nos non pertinet. Hac de re te consulere cogor, quia si mecum senties, firmius hærebo, si dissenties, tantum tibi tribuo, facile recedam. Exigit controversia, quæ illustris est, ingenium sublime, in Gymnasiis, & in foro assidue versatum, quale tuum est, quod semper admirari, & laudare soleo. Quod me plurimum ames, laborem jucundum reddet, ut spero. Vale.

*Datum Ferrarie die 20. Decembris 1603.*

De

## De eadem re .

*Epistola XVI.*

ALEXANDRO TURAMINO J. C.

FRANCISCUS ACCARISIUS F.

**I**n genio meo , quod est perexiguum , amicitiae vis nimium deferre te cogit , fui certe ex-  
celsum tuum a puerō , si non , ut optabam , imitatus , saltem cupide admiratus , atque in  
dies eo magis miror , quo toti te jam Italiz celebrem facit . Gratulor itaque mihi tenten-  
tiam extitisse cum accuratissimo viro communem . Nam & ego Anchārani responsum conf.  
74. sua hypotesi exutum , eaque thesi , qua prodit in vulgus , descriptum , & quam tu ex  
*Theſſauri deciſ. 96. n. 15.* & aliorum Marte proponis , non solum a vero , sed etiam ab  
authoris mente alienum puto . Quid enim proſit commemoratis liberis in conditioe prime  
ſubstitutionis plurium graduum accumulatio , nec unquam ante , ac ſapè cogitans aſequi  
potui , nec te lufcitrante poſſum , niſi iſdemmet liberis proviſum de ſubtituto fuifſet , quod  
eft *Alexandri Trentacinqui exemplum , de ſubſt. p. 4. c. 11. n. 27.* plane , cum abſque li-  
beris decedente primo hærede posteriores ſubstitutiones expirent , *i. ex facta §. pen. ff. ad Trebel. Oldr. conf. 21.* dicas quam præſervantiam hic testator expefferit ? non ergo vocaſſe  
præſumitur liberos , ut fideicomniſſum præſervarent ſequentibus ex ordine ſubtitutis , quos  
manifeſto ſenu disjunxit , quamvis ſerie ſermonis quadam junxiſſe videatur , quod enixaſ  
præſeſſe illius voluntatem plures conſueverint , ob repetitam fortaffe conditionem ſi ſine  
liberis , ſed quid ſi novum conditionis genus addidijſſet ? puta , ſi intra certum tempus ſub-  
titutus moreretur ? vel ſi aliud præterea ſub alia conditione ſubrogafſet ? nec ſecus fuifſe di-  
ſtetur arbitror Anchārānum de ſola graduum multiplicatione interrogatum ; conſuluit nam-  
que in ſpecie , qua defunctus post plures ſubstitutiones noviſſime omnibus ſuis filiis ſine liberis  
decedentibus ſubtituit forte extraneum , quare posteritati ſuę universa viſus fuit conſuluiſſe ,  
antequām alienam admitteret . Et dum obſervo aſſentientes Anchārano Alexandrum conſilio 64.  
*circa finem lib. 5. Ruinum conf. 128. n. 7. & conf. 141. n. 6. lib. 3. Socinum nepotem conf.*  
*ult. n. 28. lib. 3.* & aliorum permultos video aliud quidpiam præter diversionem ad plures  
ſubstitutionum ordines , cum Anchārano cogitaffe , ſicut e 'contra diſſentientium plerosque  
diuersum aliquod ab illo proposuiſſe . Quamobrem merito ſoliu digreſſionis conjeſtura con-  
muñiter reprobari dixerat *Ripa leg. Centurio , num. 165. ff. de vulg. & pupill. &*  
*Per. a Petra de fideicom. quæſt. 11. n. 199. confeſſit :* nec ego , dum eam tecum abjicio ,  
Anchārānum libenter accuſo , ut vides . Non eſt tantæ controverſiæ decidendæ , non eſt  
conſulendi , aut diſceptandi tempus , neque dat idoneum campum litercula juris , & exactius  
fortaffe alias . Tu vive foelix , & quam primum amicos , & Intronatos Academicos no-  
ſtos , qui te amanter expectant , revile .

Dat. ſenis die 15. Ianuarii 1604.

Au

# An uxor viro operas debeat :

## *Epistola XVII.*

N I E R O N T M O B E N E V O L E N T O J. C.  
A C P R A E C E P T O R I O P T I M O

ALEXANDER TURAMINUS F.

**N**ihil habeo in hac nostra juris arte , quod tibi fere uni ac soli acceptum ferre non debam , præter quam scribendi desiderium , in quo non te , sed *Labeonem* Jureconsultum non incelebrem , mihi imitandum proposui , cui annum ita dividere placuit , ut partim cum studiosis , & partem libris conscribendis impenderet . Tu verò quousque patieris , quæ a te subtiliter inventa , doctè disputata , accurateque expurgata sunt , luce carere ? & tibi , & Patriæ , & sæculo injustus , juris istius tribuendi moram quousque producis ? Seipsum gloria , orbem utilitate privare , nisi hujus ingentis damni rationem sentis , vel negligis , est propemodum ingrati vitio subjicere . Scripti ego non pauca , nihil quod pœnitentia accedit . Plura scribere proposui , nihil mihi jucundius , quam veritatem indagare , patefacere , & in hoc pessimo Italiz sæculo , in quo primum locum authoritas , eaque ex omnibus sine delectu sumpta , lex vero , & ratio ultimum tenet , si tu , aliquique verè erudit ad verum scribendi genus cæteros revocarent , nec venalis opinionum indigeta consarcinatio tam frequens esset , nec apud cæteras gentes tam exigua nostrorum Jureconsultorum fama . Igitur te ad scribendum accinge , & qui de cætero sine repræhensione vivas , hoc nomine minime velis repræhendi . Provocabo etiam vehementius re ipsa non tantum verbis . Consultus an mulier nobilitate conspicua , & pro dignitate dotata teneretur operari viro , subsistere primum , postea resistere cœpi . Communis opinio objecta est , imo communis error , qui rejici , vel corrigi , non objici debuit . Judicem assentientem obtinui . *Hermogenianum* adducebant , in l. sicut *Patrono ff. de oper. libert.* , & apud eum *Accursium* , & cæteros id adnotantes . Ait ille : *Sicut Patronus , ita etiam patroni filius , & nepos , & pronepos , qui libertæ nuptiis consentit , operarum exactiō admittit . Nam bæc , cuius matrimonio consentit in officio mariti esse debet . Aberrant omnes , qui hinc desumunt mulierem viro operas debere . Multum operæ distant ab officio , id quod *Hermogenianus* idem ostendit eodem loco , dum sequitur : Patroni item filie , & nepoti , & pronepoti patroni . quæ libertæ nuptiis consentit , operarum exactio non denegatur , quia bis nec ab ea , quæ nupta est indecorum præstantur . Hæc verba , nec indecorum præstantur , demonstrant non decere mulierem nuptam , patrono operas præstare , non quia teneatur præstare viro , sed quia in officio viri esse debet , ut non alterius hominis mulier , quam proprii viri esse videatur , hoc officio continetur , & contrarium velut indecorum notatur . At dum operas patronæ debitas perire non patitur , probat quod sit in officio viri ad operas nullo modo fuisse referendum . Si enim teneretur operas præstare viro , illico matrimonio contractio , etiam patrona , non modo patronus operarum exactiō amitteret . Illud ex aliis locis l. si vir. ff. de donat. int. vir. & uxoris.*

*uxor. l. sed si vir. ex lana eod. tit. rectius adnotari poterit, operas uxoris in virum, & viri in uxorem, & servorum unius in alterum, ex conjugibus affectioni imputandas, non pretio estimandas esse, at si res, non tam legibus, quam civili, aut naturali ratione diffinienda sit, nonne dos eo nomine datur, ut inserviat oneribus matrimonii? Dote ergo non operibus mulier hæc onera subit. In uxore paupere, quæ dotem, aut nullam, aut exiguum habet, alimentis non sufficietur, non ex præcitatis locis, sed ex naturali ratione admittendum est, ut viro teneatur operas exhibere, ne vir eam gratis alere teneatur, & inter rusticos operarum ratio non tantum dotis videtur haberi. Sic ergo communis opinio non ex Hermogeniano sumenda, sed absolute improbanda est, quatenus in viro, uxore, matrimonio, & dote controversia dumtaxat posita sit, assumitur enim mulier, ut socia, non ut ancilla. Sic in personis nobilitate fulgentibus congrua dote data locum habere non poterit, quicquid Tiraquellus de Nobil. cap. 20. n. 95. Barbatiam sequutus congerendo potius, quam digerendo tradiderit. Subiecta vero tali conditione personarum, in quibus, ut in rusticis, ratio operarum ab initio habita videatur communis sententia, non ex jure scripto, sed ex naturali ratione sine dubio recipi poterit. Hæc mea sententia est, exigo judicium tuum, veluti rarum, ac sublime, quod, neque falli, neque fallere soleat. Vale, & optimi parentis instar, quasi tuarum vigiliarum foetum amare numquam define.*

*Datum Ferrariae die 23. Januarii 1603.*

An

**An bona gerentis se pro curatore sint  
obligata minori .**

*Epiſtola XVIII.*

JACOBO MENOCCHIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**S**i circulus eorum , qui te consulunt ex universa Europa conflatus , & cauſtarum pondus Cælo comparari posset , Atlanti plane in eo perferendo posſes æquari , aut etiam eo major haberi , quod nec Herculem habeas , nec ad quiescendum ejus auxilio egeas . Nam in jure civili tanto cum oblectamento , tantaque cum facilitate versaris , ut ars eadem pro negocio , & ocio tibi esse videatur . Quam tantum ornas , quantum tractas , illa tibi gloriam parit , tu illi splendorem addis ; ut enim sol inter sydera , inter Jureconsultos videris haberi . Te unum Italia obtinuit , quem exteri , quamvis invidia tacti suspicere , & admirari cogantur . Consulam & ipſe te unum , velut non unius , sed omnium civitatum oraculum . Consulam in re , quam apud veteres vix indicatam respexi , cæteri post eos injuria quadam prætermisſe videntur ; Et cum in foro contingere , ad eam videor inter compatrios reipexisse solus . Aliis obſoleta , aliis inaudita , aliis ad constitutionem cauſæ tutissima visa est . Administravit quis bona minoris curatorio nomine , cum curator non eſſet , ob concursum creditorum , queritur an bona ipsius , pro illa administratione ſint tacite obligata , uti bona tutoris , & curatoris forent . Respondi hunc protutori ſimilem , & cum eo pari jure cendendum . Titulus in id compositus habetur in pandectis de eo , qui protutore , pro ve curatore negocia geſſit . Hic certè cum curator non eſſet , pro curatore ſe geſſit . In protutore non uno loco ſentit Accursius , in l. pro officio C. de adminiſtr. tut. in l. domus §. primo ff. de privil. credit. & Bartol. in d. l. damus §. i. & Angel. in d. l. pro officio , cum ſequuntur . In eo , qui pro curatore eſt , ſentit Accursius alibi parum animadversus remifive in l. ſi negocium ff. de privileg. credit. Eandem rationem in uno , & in altero eſſe obſtendit titulus adductus , & tendit ad eandem utilitatem , facit l. nam ut ait Pædius ff. de legib. Neque enim majori fiducia decet eſſe protutorem ipſo tutorē , ne ad bona pupilli dilapidanda fiat audentior . Ita plane judicarem ſine dubio . At quia non valet res iſta ex tractatum , decisionum , vel responsorum examine diffiniri , quod nullum de ea differen-tem reperire licuerit , confulo te virum eruditissimum , cui non fecus ac Baldo secretoria juris arcana notissima eſſe non dubito , ut , quid in hac re ſentias , pro tua benignitate reſcribere velis . Vale iuſtitiae , ac juris eminentiſſime Sacerdos .

Datum Ferrarie die 3. Februarii 1603.

Posi-

**Positos in conditione in legatis non  
videri vocatos :**

*Epistola XIX.*

HIPPOLITO PICCOLOMINEO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**N**on semel accidisse observavi, nonnulla jureconsultorum placita, ut nova potius, quam  
ut vera ita placuisse, quod sine ullo examine commendata, recepta in foro sepiissime  
sunt, & quamvis falsa non modo detegantur, sed etiam convincantur, ea vis est oblecta-  
menti, ac subsequentis usus, ut revocari, & emendari non sine maxima difficultate  
queant. Hujusmodi est illud *Angeli in l. in legatis C. de legat.* pronunciatum in legatis  
positos in conditione censeri vocatos. Placuit ut novum, ut verum placere non potuit.  
Tandem cum communiter reciperetur *Soccinus Junior conf. 158. n. 77. & n. 115. lib. 2.*  
tantum virorum doctissimorum examen, & argumenta potuerunt, ut a foro possit, ac debeat  
explodi. Resistunt quidem *Soccinus, Claudio, relati per Gabriel. de fideicommissis conclus.* 4. n.  
12. *Curtius senior in l. pen. n. 8. C. de pact. Galiaula, Costa, Parisius conf. 74. n. 2. lib. 2.*  
*Alciatus in l. bujus la secunda n. 48. ff. de hered. inst. Didacus in cap. Rynarius,* §.  
3. n. 6. *de testam. Zacheus in l. heredes mei, §. cum ita par. 7. n. 78.* Resistit ipsa ratio,  
quia jus conditionis, ut suspendat, nihil ponat in esse eadem est in legatis, quae in fidei-  
commissis, sive universalibus, sive particularibus. Et ne positi in conditione videantur vo-  
cati, ex vi conditionis est, non ex genere vocationis. Ita plane sentio, quod tibi viro  
doctissimo communicandum duxi, et si accedes huic sententiae, hærebo magis, si recedes, &  
ipse recedam. Vale.

Datum Ferrarie die 18. Februarii 1603.

Ccc

Con-

ALEX. TURAM. EPIS. FORENS.  
**Contumaces, facti veritate in processu  
detecta, posse quandoque relevari.**

*Epiſtola XX.*

**LAURENTIO USIMBARDO J. C.**

**ALEXANDER TURAMINUS E.**

**T**uam sententiam in re quotidiana libenter audirem, qui magna rerum forenſium nobilitia, magno etiam iudicio, & ingenii acumine praſtas. Contumacem in delictis nec audiſi pet procuratorem, neque defendi ſumma ratione totius Italiz confutidine receptum eſt. An iudex eo nomine, quo contumax eſt, debet omnia contra eum in deterius accipere, & quaeſeſint in processu, quae ei proſint, ſpernere? Puta contumax eſt pro homicidio, ex processu conſtat in rixa patratum, condemnat ne contumacem quaſi ſicarium, quia contumax? Iniquè id aget mea ſententia. Contumacia eſt ficta confeſſio delicti, de quo non apparet à quo patratum ſit, neque vero ſuperæſtio veritatem, de qua conſtat, ſed ei cedit. Nocet contumacia in his, quae dubia ſunt: hæc enim deterius interpretamur contra contumacem, & interpretationis argumentum ſumitur ex contumacia; ſed ut rem, quam ex processu uno modo ſe habere conſtat, contumacia ali- ter ſe habere concludat perperam à nonnullis usurpatur; eſt enim contumacia potius, quam veritatis habere rationem. Viri erudit, ac iuſti non admittunt. Quare oportet iudicem partes contumacis agere, ut nihil fingat ex contumacia contra veritatem in processu deductam. Utque rejici omnino debet, qui pro contumace defenſiones inſtituere contendit, ita iudex, quomodo ſe ha- beat veritas ex actis perquirere debet, etiam pro contumace, ſi Baldo, Caſtrenſi in l. unica C. ut quae deſunt Advoc. par. & aliis credimus, quibus neque conſuetudo obſiſtit, neque Julius Clarius adverſatur quæſtione 61. verſ. ſed bæc prope finem Concedo rōntra Bariblī ſen- tentiam in l. 4. §. hoc autem iudicium n. 8. ff. de damn. infect. quamvis communiter rece- ptam, quod iudex poſſit teſtes inducere pro abſente, cum poſteſt, contra eum fieri ſententia, extare conſuetudinem in contrarium, quae ſervanda ſit. At non eſt conſuetudo, quod non in- ſpiciatur processus per iudicem, & quod plus valeat contumacia, quam veritas in processu deduc̄ta. Neque ad id debet extendi, nam accederet ad iniquitatem. Neque Clarus, aut qui cum eo ſentiunt, dicunt plus contumacia quam actis eſſe tribuendum. Neque dantur defenſiones contumaci, aut excuſationes committuntur, ſed cum veritas con- ſtat ex actis, pro veritate non pro contumacia condenmatur. Processus enim pro- ficio inſtitutus ut nocere, ita & prodeſſe poſteſt contumaci. Quia fictioni nullo caſu plus quam veritati tribuendum eſſe notiſſimi juris eſt l. filio, ubi Bar. & alii not. ff. de lib. & poſtb. Et rei publicæ intereſt etiam contumaces minoris non majoris criminis reos eſſe,

esse, quod facilius ini<sup>us</sup> vocati quandoque ire non reformident, vel ex gratia Principis quandoque restituantur, non autem omni spe destituti graviora patrare cogitent l. absentem ff. de pæn. conferunt, quæ ad eam legem scripsi lib. singul. ad l. non puto de jur. fisci par. I. cap. 3. n. 58. & seq. Qui praxim aliter instituunt, non tam severi, quam injusti habendi sunt. Si tibi placeat, quod multis displicet, mihi solus pro multis eris. Sed alios viros doctissimos ita estimantes audivi, inter quos Naldius, & Accarissius amici nostri, & te ex com-  
rum numero esse nihil dubitandum, quia integer sis, atque doctissimus. Vale.

Datum Ferrarie die 10. Martii 1603.

Cer 2

Me

# Meliorationum reddendarum ratio quomodo constet.

## *Epistola XXI.*

ANTONIO CORINO EQUITI AC J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**F**requens in judiciis est meliorationum disputatio , certaque *Cofe* conclusio *is l. is fundo ff. de rei vindicatione* , si minus impensum sit , plus , ut ajunt , melioratum , solum id , quod impensum est , fore reddendum , si plus impensum , minusve melioratum , id daturum , quo fundus preciosior , ac melior sit . De ratione differentia , quid ego sentiam , libenter addires . Cur non satisfaciam tibi , qui ab ea die , qua mei factus es auditor , in hanc usque , in qua per gradus Accademiarum , & Fori gloriose incedens , e Rota Florentina causas audis , ac judicas , grati animi argumenta exhibere non desinas ? Fluit id totum ab illo aequitatis fonte , quo legis nature præscriptio aliquem cum alterius jactura locupletiorem fieri non patimur *l. nam hoc ff. de condit. indeb.* Sunt extrema duo jactura unius , & locupletatio alterius , quibus justitia prædictæ conclusionis innititur . Accipe primam partem , qua minus impensum , & plus melioratum ponimus , qui solvit , quod impensum est , in eo , quod ultra preciosior est fundus , fit quidem locupletior , non tamen reddi aequaliter est , quia jactura alterius non ultra producitur , quam impenderit , cessatque restituendi ratio , quia non sit cum ipsius jactura locupletior . Accipe secundam , plus impediat , minus melioravit , reddo meliorationem , non impensam , quia , et si jactura sit , quoisque impendit , non tamen eo usque locupletior sum . Debent ergo ista duo conjungi , locupletatio unius cum alterius jactura , & adquari . Jactura unius sine alterius locupletatione , locupletatio ejusdem sine illius jactura non est sufficiens restituendi caussa . Alii aliter . Sed ita se habere ratio ipsa evidenter ostendit , ut te mihi assensurum esse non dubitem . In dies ego te vehementer amo , quia meritorum cumulum præclarius auges . Vale , & ne tuz gloriæ radios ingratii animi tenebris obumbres , fac , ut etiam me vehementius ames .

Datum Ferrarie die 19. Martii 1603.

Dc

## De Contractu Cambij.

*Epistola XXII.*

ROBERTO BELLARMINO CARDINALI

ALEXANDER TURAMINUS F.

Cum sepius tibi sermo de Cambiis, ut vocant, mecum fuerit, suasisisti cogitanti, ac deliberanti, ut de hujus contractus genere ad publicam utilitatem scribere instituerem. Ausus sum te studente, tua enim authoritas animaum fecit. Propediem in vulgus edetur. Variis cum mercatoribus hac de re differui, id mihi feliciter contigit, quod plerisque Theologis in contrarium accidit, ut quisque etiam ita se habere proxim cambiendi fateatur, ut ipse proponebam. Italica lingua conscripsi, ut ii intelligerent omnes, quibus ab errandi periculo cavendum esset. Summarum rei ad te virum doctissimum prescribendam putavi, ut expendas, tuamque sententiam de more ingenue dicas, quae mihi instar multorum Theologorum sententiae erit. Tuam eruditionem, ac probitatem tua dignitate, quamvis amplissima sit, longe majorem adeundam censui, ut constare possit ad injustitiam nulla ex parte eam declinare. Cambium igitur, cuius originem paulo post emptionem, & venditionem extitisse fit verosimile, est permutatio, qua pecunia uno loco numeratur, ut alio distanti recipiatur mixta cum venditione commoditatis permutandi. Magna igitur ex parte permutatio est, qua parte valor pecuniae hinc inde est aequalis, in accessu, vel defectu commoditatis venditio est, & ita ex minima parte. Proxenetæ, quod semper venditio admisceatur, querunt in cambio de pretio. Id non modo indicat, sed probat mixturam venditionis adeste. Sed quia est ex majori parte cambium, ideo nulla in nomine ratio venditionis habetur. Cum itaque sit permutatio cum venditione, in eo, quod permutatur, lex permutationis servanda est, in eo quod venditur, lex venditionis. Peccata, quæ in permutatione committuntur facile, ad usuram accedunt, quæ in eo, quod est venditionis, facilius ad injustitiam, quam ad usuram. Contrahentes caussam efficientem exhibent, pecuniae permutatio materiam, mixtura venditionis formam, finis utilitas commerciorum existimatur. His positis cambia locorum vicinorum facile ruunt, nec enim adest quid pretio dignum. Nulla necessitas argenti regulariter cum auro cambiandi ex eo, quod sit cambium. Qui ponunt, ex damnosa industria suggerunt, neque aurum mercis instar habet. Error omnino ex hominum opinione evelendum. Hinc cambia sicca, quibus non est verum in alio loco solvendi propositum, sed redditum expectandi, & cum augemento solvendi, nisi per accidens contingat. Hinc cambium pro nundinis Placentiaz probandum, & alia multa, alia ita plura vituperanda, quæ longo examine prosequor. Transmitto principia; nam si ea constant, quæ consequuntur, neminem improbaturum confido. Compendium tibi satis, si principia probes, & si reprobes, nec ipse probabo. Vale, meque tuarum virtutum mancipium tuo benevolentiaz favore prosequi ne graveris.

Datum Ferrarie die 13. Aprilis 1604.

An

**Ad intellectum leg. ultimæ C. si major factus .**

*Epistola XXIII.*

P E T R O C A B A L L O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**C**ontroversum esse videtur , an *Justiniani* constitutio in *l. ult. C. si major fact.* quæ confirmat alienationem immobilium a minore sine decreto factam , si major per quinquennium tacuerit , removeat alia nullatum vitia , quæ ex jure municipalی forte proponantur inducta . Ego eti negativam sententiam amplexus quandoque sim , & obtinuerim ex illa judicari , quia non potuit *Justinianus* considerare nullitatem adhuc non inductam , neque statuti in futurum condendi habere rationem ; opinor tamen , si non solo nitamur temporis lapsu , sed actus aliquis positivus intercedat , qui si non expressam , tacitam ratihabitionem inducere videatur , ad confirmandam alienationem sufficere , ejusque defectus undecumque provenientes removere ; quod *Baldus* insinuare videtur *consil. 45. in fin. lib. 2.* Vix autem accidere potest , ut versemur in solo quinquennii lapsu , & siquid aliud accedat , quod inferat consensum , ratihabitio inducitur re ipsa , non lapsu temporis , quæ ut prudenter *Simoncellius de Decret. lib. 3. tit. 9. inspectione 2. cap. 1. n. 8.* animadvertisit , illico operatur effectum suum . Si tibi hæc sententia probetur , eam constanti animo sequar . Quis enim est , qui tibi & ingenii acumine , & rerum agendarum prudentia , & forensium cognitione possit æquari ? Quod meam sententiam in *l. non puto par. 1. cap. 3. n. 62. & seq.* damnatum in perpetuum ad triremes , si inde aufugiat , capite plectendum esse , contra Sacri Consilii Neapolitanii votum alias judicando probaveris , animum facit , ut haec quoque tua autoritate muri maxime cupiam . Vale .

Datum Ferrarie die 28. Aprilis 1604.

Stag

Statuta quatenus ex jure communi, quod  
corrigunt recipient interpretationem.

*Epiſtola XXIV.*

JOANNI BAPTISTAE LADERCHIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

Consuevere jureconsulti epistolis interdum juris nodos sibi invicem dissolvendos proponere, & benevolo animo de rebus controversis suavissimo scribendi genere tractare. At scilicet hujus peffima conditio omnia auro subjicit, & honesta quæ sunt utilitati cedunt. Numquam solius veritatis indaganda cauſa differitur, & nisi cliens importunus urgeat, sola ambitione excitamur ad scribendum. Experiamur quæſo, an jus frigeat inter epistolas? an vero suavius in veritatis campos evadat? Te jureconsultum eximium, & mei amantem ad id si revocem, alii tuo movebuntur exemplo. Maxima accessio erit, si jureconsulti invicem difficultia communicare affuerint, & veruna non praemio, non ambitione requirere. In dubium venit, an statutum corrigens jus communne in omissis passiva ab eo recipiat interpretationem. *Baldus in l. maximum vi-*  
*C. de liberis præt. negandi author habetur*, quem multi secuti sunt. Plerique vero recipere affirmant, quominus corrigatur jus commune, & quia, cum fieri possit, ad illud redire favorable habeatur. *Curt. conf. 7. num. 8. & Beccius conf. 12. num. 57. & conf. 101. num. 73. Baldi sententiam communiter improbari testati-*  
*sunt. Vidi tamen in Rota Florentina pro ea judicatum, & contra eam. Cogitavi*  
*neutram improbandam esse, neutram absolute probandam. Qua in re si mihi consen-*  
*tias, tantum tibi jure tribuo, controversiam hanc, me recte composuisse existimarem.*  
*In omni eo, in quo mens statuti possit offendit, ex jure communi passiva inter-*  
*pretatio admittenda non est, sed Baldi sententia tenenda, neque par est, ut statu-*  
*tum, qua parte velit corrigeri jus commune, juris correcti interpretationem patiatur*  
*contra seipsum. Non enim verba dumtaxat statuti statutum sunt, sed jus atque po-*  
*testas: tantumque præstat scire statuta, quantum scire leges leg. omnes populi, ff. de*  
*jus. & jure juncti l. scire leges ff. de legibus. At dicet quispiam, Baldus loquitur*  
*in omissis. Omissa Baldus censet, quæ verbis comprehensa non sunt. Hæc vero distin-*  
*genda. Nam aut possunt diffiniri ex mente, & ratione statuti, & illinc, non ex*  
*jure communi interpretatio sumenda est. Aut vero versamur in penitus omissis, &*  
*nihil video, quare passiva interpretatio ex jure sumenda non sit. Quinimo, in quo*  
*non sit certa statuti mens, vel ratio, non ex statuto, sed ex jure sumenda interpretatio*  
*est, qua parte sit certa sententia juris communis, & adhuc maneat sine emendatione; Ex*  
*ea enim parte, quam liquido constat esse correctam sumenda interpretatio non est. Sic*  
*arbitror insigniores controversias plerumque componendas, quod si recte expendantur ab omni*  
*parte, aliquid veri, & aliquid falsi esse dignoscatur. Mihi igitur quid in hac re sentias,*  
*si me non minus amas, quam ego te colam, & observem, rescribere ne graveris. Vale.*

Datum Ferrarie, die 24. Octobris 1604.

De

## De eadem re.

## Epistola XXV.

ALEXANDRO TURAMINO J. C.

JOAN. BAPTISTA LADERCHIUS E.

**D**elestavit me mirum in modum Epistola tua , qua ad antiquum Jureconsultorum modum tam humanè me revocas . Utinam ego is essem , qui authoritate mea juris studios commovere possem , nam & hac ingravescente mea aetate , & si multis jam annis juris civilis studia intermiserim , huic scribendi generi me accingerem , qui semper abhorui prolixiora quædam commentaria , e quibus plerumque plus fastidii , quam utilitatis haurimus . Perge tu , & candorem pristinum , ac nitorem juri nostro civili , quantum potes , restitue . Fore enim spero , ut alii plerique abs te excitati lucubrationes suas & ipsi huc dirigant . Sed ad controversiam . Placet mihi tua distinctio , neque enim unquam probare potui dictum *Baldi in l. maximum C. de lib. præt.* qui voluit , si statutum mandat , ut pater teneatur filio relinquere quintam bonorum suorum , satis esse , ut quoquo relieti titulo relinquatur , ea ratione , quod statutum sit juris communis derogatorium , nam præter , quod in ea specie refert *Baldus statutum alterum stetisse* , quo cavebatur , ut non valeret testamentum , nisi filio legitima relinquatur , ex quo apparebat satis illam quintam legitimæ loco subrogatam , & ideo institutionis titulo relinquendam esse , certum est statutum tale intelligi debere secundum jus commune , ne filii , quorum legitima minuitur , honorabili etiam institutionis titulo fraudentur , *l. filium §. sed si portio d. legat. præt. & Incola in l. tam is de don. cau. mort. Bar. l. 2. n. 26. de legat.* I. sicut si filius statuto permittatur testari , utique is testari debebit secundum juris communis regulas , etiæ tale statutum sit ejus derogatorium *Bar-tolo. l. 1. §. lex Falcidia ad l. Falcid.* Quare , ut tu optime distinguis , quoties non offenditur mens statuentis , interpretatio ex communi jure su netur , ut in casibus præmissis , siquidem non violatur intentio statuentium , si quinta institutionis titulo relinquatur , nec si filiusfamilias secundum regulas juris testetur . Sicuti nec si codicillos fecerit , ut constat ex traditis a *Bartolo* , & aliis d. l. 2. de legatis primo , quamvis ubi de dispensatione agatur , aliud existimarent *Soccinus conf. 13. vers. 17. in primo, Desius conf. 512. Soccinus junior conf. 80. in princ. Curtius jun. conf. 173.* quos tamen ego alias improbavi , etiæ non ignorem aliquos testari secundum eorum consilium judicatum esse . Quod si mens statuentis violetur , aliud esse tecum sentio , ut si statutum mandet , ut reus edat auctori , etenim cum statuentes id judicaverint , ut veritas caussæ detegatur , non restringemus statutum intra eos casus , quibus recedunt a communi jure , ut ex nostris adnotavit *Steph. Phader. de interlegibus par. 2.* Quare in sententiam tuam libenter ambobus pedibus venio .

Datum Mutine die 3. Novembris 1604.

An

An ad id, quod interest, detur accessio.

*Epistola XXVI.*

COSIMO FAGLIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**V**erissima thesis illa est, usuras usurarum non deberi leg. ult. C. de usur. & cum jure di-  
vino prohibetur usura c. consuluit extra de usur. ad id, quod interest, commodissime  
transfertur, quia utrumque sit accessio quedam; accessio autem rei principali, non alteri ac-  
cessioni potest accedere. Verum est enim, & apud dialecticos sine ulla controversia traditur,  
non dari accidentis accidentis. Quod & Paulus in l. i. ff. de usuf. leg. ad servitudes per-  
belle traduxit, negans dari usufructura itineris, aut aquæductus, quia servitus servitudinis  
esse non potest. Attamen fieri potest, ut interdum id, quod interest, accessionem hanc  
patiatur adeo, ut interesse alterius interesse, nostrorum utar verbis, deberi possit. Toties id  
verum est, quoies quantitas, quæ primum interfuit, præcipue debita sit, cum enim ipsa  
accessionis loco non debeatur, accessionem recipere poterit. Exemplum usitatissimum ex foro  
sumamus. Fac quempiam debere census decursos, quamvis fructus civiles dicantur; quod  
principaliter debeantur, efficiet, ut morosus debitor ad eos, & id amplius, quod interest,  
condemnari possit; ita observat S. C. Neapolitanum, ut apud Vinc. de Franch. decis. 254.  
n. 12. Quid, si id, quod interest ab initio diffinitum sit cum ea moderatione, quam  
Didacus lib. 3. Var. resolut. cap. 1. n. 3. versc. 4. binc & c. 4. numero 5. decis. Jan. 34.  
n. 3. & 4. probat, poterit peti cum suis accessionibus, quoniam per se petitur. Sic ex  
Baldo in l. 2. n. 1. C. de usur. & Ruyna cons. 103. n. 4. lib. 1. judicatum scio, decis.  
Jan. 78. n. 16. & seq. Cagn. in l. unic. n. 46. C. de sent. quæ pro eo quod int. Bursat. cons.  
68. n. 42. lib. 1. & mea sententia recte. Soccinus cons. 156. n. 10. lib. 2. admittit in solito  
negociari, sed difficultatem non attingit, quæ tota in eo posita, ne detur accidentis ac-  
cidentis, & ex proposta circumstantia non removetur. Te Cosimum in foro tanta cum tui  
laude versatum, & Bononiensibus jus summa cum prudentia, & integritate tribuentem lite-  
ris hac de re consulere constitui, ut si non meæ, tuæ saltem diffinitioni libenter acquiescam.  
Vale, & eos ama, a quibus amari te sentis.

Datum Ferrarie die 5. Novembris 1604.

D d d

Fru-

**Fructus fructuum quando deberi possint.**

*Epistola XXVII.*

A E M I L I O L U C I O J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N. F.

**N**Ovum quibusdam visum est, aliquo casu fructus fructuum deberi, ego semper observo, quæ ab antiquis scite admodum tradita sunt, si a novissimis relata non sint, tamquam nova pronunciari. In contractu rescisso causa metus, quum Ulpianus dixit in l. sed & quartus ff. de eo quod metus caus. & partum Ancillarum, & factus pecorum, & fructus restitui, & omnem causam oportet, recte Accurſius omnem causam existimavit fructus fructuum comprehendere, ac ibi Angelus Accurſii interpretationem summopere commendavit. Ratio est ex eodem Ulpiano satis aperta, quia id omne habiturus est actor, quod habiturus fuisset, si metus illatus non esset. Sic representanda res est. Quare non modò fructus perceptos venire docet idem Ulpianus, verum & si plus ego percipere potui, & proper metum impeditus sum, bac quoque præstabit. Quod illato metu queritur, turpiter, & cum scelere queratur, leg. quod diximus, §. ult. cod. tit. quo nomine tenetur hæres etiam re bona fide consumpta leg. videamus cod. tit. Inspiciamus ob id solam percipiendi potentiam, non quod re ipsa perceperit, leg. fructus ff. de rei vend. §. & si institut. de off. jud. Idemque recipiendum erit in quocumque negocio, quod a delicto ortum habere constet. Vix fieri potest, ne tibi in preclaris, vel Senarum, vel Bononiæ subselliis, in quibus honorifice versari magna cum tuæ eruditionis, & probitatis fama contigit, ejusmodi controversia unquam objecta sit. Quare oro te, ut tuam sententiam mihi exponere ne graveris. Vale.

Datum Ferrarie die 7. Novembris 1604.

De

# De æstimando dubio litis eventu in transactionis rescissione.

## *Epistola XXVIII.*

HIERONIMO NATTAE J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**T**anta est tuæ eruditionis, & humanitatis fama, ut eos, qui numquam te viderint, etiam ad te amandum impellat. Misi ob id librum singularem de vera possessionis substantia, quasi meæ benevolentiaz, & observantiaz argumentum. Nunc verò literis provocabo, nec sine fructu. Consulam te in difficii controversia, quæ mihi facilem exitum habere videtur, si ita quoque tibi videatur, rem ita se habere non dubitabo. Ad transactionem læsionis prætextu rescindendam, præter quod maxima esse debeat, requirunt nostri, & summa ratione eam probandam esse, habita relatione ad dubium litis eventum, *Doct. in l. Lucius §. ult. ff. ad Trebell.* Hæc probatio quomodo præstari possit nondum fuit, qui recte explicaret. *Salyctus in l. si societatem, n. 24. ff. pro socio ingenuo testatus est, se ignorare, quomodo in praxi dubium litis eventum deduci oporteat.* Alii hoc exemplo perterriti docere non audent. *Pinell. in leg. 2. par. 1. c. 4. n. 76. C. de rescind. vend. & Odd. de ref. in interg. q. 76. n. 25.* tentarunt, non tamen præstiterunt. Ille testes requirit peritos negocii, de quo agitur, hic eum statum caussæ constituit, quem testis discernere non valet. Et perperam uterque testibus probari posse ratus est. Ego facillime, quod actori incumbit, ita diffinio; eum læsionem quammaximam inspecta vera rei æstimatione deducere, ac probare debere, item circumstantias omnes, quæ læsionem augent, semper inspecto rei valore. Cæterum quanti hæc læsio minoris sit propter dubium litis eventum, non alium, quam judicem æstimaturum. Si enim lis diffinienda, non transigenda fuisset, judex diffiniturus erat; item is est, qui ob litis dubitationem absolvit ab expensis *not. in l. properandum*, §. fin. autem *C. de judic. Salyct. in leg. juris ignorantia, C. qui adm.* Tandem æstimare dubium litis ad testem pertinere nullo modo potest, quoniam non cadit in sensum facti, sed juris intellectu percipitur. Quod si vera est conclusio testem in iis quæ sunt facti, non in iis, quæ sunt juris deponere posse, & debere, nullæ in hujus dubii eventus æstimatione ipsius partes erunt. Idem futurum, si testes jurisconsultos adhibeas, quia debent deponere veluti testes, non velut jureconsulti; tamquam jureconsulti debent consulere, interpretari, non æstimare, vel deponere. Si deponerent in his, quæ sunt juris, judex postea, non tam jus dicere, quam exequi videretur. Judex vero, qui solus scire potest, quam, non interposita transactione sententiam tulisset, ille debet æstimare hunc dubium litis eventum, & de probata vera læsione deducere. Cadunt in sensum testis dispendia litium, at æstimatio dubii ab eo fieri nequit, qui dubium non intelligat.

D d d 2

Ne.

Neque verò imaginarius dubius oberit , sed consistent ex magna perplexitate facti , ex opinioium conflictu , & celebri articulorum controversia . Dicam vero verbo . Satis actor, quod debet, probasse videbitur, si tantam ləsionem adducet , ut Judex hujus dubii eventus justus estimator, etiam eo deducto, sufficientem ad rescindendum deducere valeat . Diffinitum summa ratione est , de quacumque arte , si controversia oriatur , peritis in illa standum fore *l. septimo mense , ff. de stat. bom. l. i. ff. de ventr. insp.* At hujus dubii nemo peritior Judice potest haberi . Itaque ille rem hanc diffiniet consideratis circumstantiis juxta *Panormitanī sententiam conf. 64. n. 3. lib. i.* qui meo judicio in his observandis magis ad judicem , quam ad Partem respexit . Sic actor probat exhibito judicis arbitrio , & qui in multis plus, quam par sit, judicis arbitrio tribuunt speciem arbitrii justissimam prætermisso videntur . Ita in hac re sentio . Te unum delegi , aut Judicem , aut contradictem eximum , qui sententiam hanc cæteris omnibus tua autoritate persuadere , ac etiam dissuadere facile possis . Vale, mihi te plurimum amanti lege amoris devinctum te esse benevolo concipias animo .

Datum Ferrarie die 12. Novembris 1604.

Fru

Arbitrium , vel laudum de rebus non  
comprehensis in compromisso ,  
an sit pro parte nullum , an  
totum .

*Epistola XXIX.*

H T E R O N I M O M A R L I A N O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

EGO sapè in difficilibus controversiis consultus alios mea exposita sententia consulere  
confuevi , ex hac opinionum communicatione veritatem in apertum , & facilius , &  
tutius deduci , compertum est . Deligo viros juris prudentia claros , quorum censuræ  
mea scripta libenter subjicio . Inter quos te unum in præsenti specie duxi consulen-  
dum . Quæsumus est , an arbitrium , seu laudum , ut appellant , latum de rebus  
non comprehensis in compromisso sit omnino nullum , vel solum quoad res non com-  
prehensas in eo . Respondi omnino nullum judicari oportere , quod Bartolus conf.  
158. Inn. visa quadam num. 3. lib. 1. Bal. in leg. ult. §. sed & si quis  
num. II. in fin. C. commun. de leg. Anch. conf. 107. & ibi Collegium Pa-  
travinum conf. 108. in subscriptione , Alexan. conf. 44. n. 7. lib. 2. Soccin. Pa-  
truuus conf. 105. num. 6. lib. 4. item & Nepos conf. 63. n. 7. & 8. & cons.  
77. num. 75. lib. 1. Corn. conf. 83. num. 5. lib. 4. & conf. 38. num. 7. lib.  
3. Decius conf. 434. in fin. & in c. examinata num. 3. de confir. ut. vel mut.  
& Rolandus a Valle conf. 28. n. 38. lib. 4. hujus sententiaz esse videantur . Eaque nonnul-  
lis argumentis recte munitur . Primum quia compromissum tribuit formam , leg. quia , leg.  
quid tamen , §. ult. l. non distinguemus , §. de off. Bart. in l. diem proferre §. statu  
ff. de recep. arbit. Fely. in c. 1. n. 6. de re jud. cui neque addi , neque detrahi debet,  
Bald. in l. contractus n. 9. C. de fid. instr. , ut ex cujuslibet partis mutatione mute-  
tur , Bald. in l. pedius , in 2. lett. ff. de recep. arb. & facilius irrita fiunt , quæ  
geruntur contra formam datam ab homine , quam si a lege detur . Imola in c. cum  
olim n. 6. de arbit. Card. in clem. 1. n. 29. de decim. Et hac ipsa ratione utile ,  
per inutile vitiatur Bal. in d. leg. Pedius , in 1. lett. in fin. post Ja. But. quem  
refert in 2. lett. Sed amplius compromissum existimat individuum inspecta voluntate  
compromittentium , quare utile per inutile infirmatur . Alc. in l. 1. §. sed si mibi  
n. 20. ff. de verb. obligat. Vinc. de Franc. decis. 163. n. 4. Addit Soccinus nepos d.  
conf. 63. n. 7. & 8. quod qua ratione est nullum , cum Arbitr̄ non pronunciat  
de

de omnibus , sic eodem vitio laborat cum pronunciat de pluribus . Si vero capita sint , vel connexa , vel correspactiva , res omni difficultate caret , quod facile accide re poterit , & Anch. d. conf. 107. & seq. quod est Collegii Patavini , & Corn. d. conf. 38. perpendunt . Nec moveat nos authoritas Angeli in l. de bis n. 2. ff. de trans. contrarium sentientis , cui Panormitanus in c. dilectus n. 8. de arbitri Thom. Doccius conf. 33. n. 20. & 36. Lanfranchus de Oriano , in tract. de arbitri. 5. memo br. q. 9. & Blancus de comprom. q. 6. n. 7. subscriptissime videntur , quia vim ille lam individui ex partium voluntate descendenter non sentiunt . Si eam tu , ut opinor , sentias , mihi quoque consenties . Si dissenties , æquo animo te suadente ab hac ipsa sententia recedam . Vale .

Datum Ferrarie die 15. Novembris 1604.

Tell

Testi unico contra producentem non  
esse plenam fidem adhibendam.

*Epistola XXX.*

JOANNI BATTISTÆ CAVACCIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

Vulgare dictum unicum testem contra producentem plene probare, non bene ex *Romano conf. 104. in fin.* desumptum *Joseph Ludovicus* in suis conclusionibus notat, *Farinacius* probat. Dura est conclusio, & forte non vera est, aut aliqua moderatione digna, ne ex durius facile ad injustitiam producatur. Dura, quia traditur ad intentionem producentis. Non vera, quia satis suæ incertæ productionis poenas luit producens, si neque dicto, neque personæ quicquam opponere possit. Esse unicum, non pars opponit, sed lex, & consequenter non plene probare. Purgatur productio oppositione circa personam, si pauper, si vilis, si amicus partis, circa dictum, si non sit verosimile, si non redditia caussa scientiæ emanarit? Hæ sunt oppositiones, & aliæ multæ de quibus per *Bass. tit. de oppos.* contra testes. At vero, ut amplius faciat, id, quod est dictum ab uno, ut videatur dictum a duobus, iisque integris testibus, nulla ratione probatur; huc transferri commode potest, quod tradit *Bal. in c. exceptionem n. 4. de except. & Fel. in c. inter Monasterium n. 10. de re jud.* probat, quod qui approbat judicem perdit declinatoriam judicis, non declinatorias fori, quas habet, strictè enim hæc approbatio intelligi debet, non ut tam grande præjudicium afferat. Judex Partem opponentem non audiat, quia produxit, at si prudens sit, veritatem aliunde querat. Maxime vero, ubi productio facta non est ritè, ac rectè percunctato processu, & cum Patroni, vel Procuratores, aut causarum cumulo, aut clientum avaritia, aut quavis de caussa, non ea, qua debet diligentia cuncta perpendant, pati non debet sub hac allegatione jus cujuspiam periclitari. Habet arbitrium, ut non credat huic *d. l. 3. §. 1. tu magis de test.* Cum quid consurget iniquum, semper hoc arbitrio prudentissime utetur. Nam dictum hoc sine examine, ex allegantium facilitate autoritatem quamdam obtinuit. Quæ mihi temperande videtur. Efficere poterit ut alia accidente conjectura, ut si forte testem non integrum concordem habeat, id operetur; ut vim plenæ probationis ex sola obtineat productione, libenter non audio, licet interdum aliorum secutus autoritatem sine delectu idem mihi jus tūm dicare præsumperim. Testor itaque de cætero, & tibi, & omnibus, me huic dicto non simpliciter, sed cum aliqua moderatione subscribendum putare. Desidero plurimum tibi viro eruditissimo meam in hac re placere sententiam, ut quo facilius illud in vulgus irrepsit, eò facilius corripiatur, aut coeretur. Vale.

Datum Ferrarie die 21. Novembris 1604.

Judicium reddendæ rationis quatenus in-  
dividuum quos effectus pariat.

*Epistola XXXI.*

P E T R O C A N T O N O J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N U S F.

Duo veniunt in judicium reddendæ rationis , alterum , quod in faciendo , alterum , quod in dando consistit . Ut enim *Ulpianus* est author *l. si statu libera §. si quis , ff. de statu lib.* quod ad ipsa volumina rationum reddenda , percunctandasque , & examinandas rationes , & dispungendas , atque excutiendas factum habet , quod ad reliqua attinet in danda pecunia consistit . Factum dationi præcedere necesse est , quoniam reliquum , quod est dandum , non nisi discussis rationibus innotescere potest . Ex parte facti hoc individuum adeo est , ut favore libertatis dividi non potuerit *l. si ita §. quaſtio , & ibi gloſ. in verſic exolverit ff. de man. teſt.*; quare si plures hæredes sint alicujus , qui ad ratiocinia obligatus discesserit , omnes eo judicio conveniendi sunt , ne vitio nullitatis processus , & sententia subjiciantur , quoniam non citati etiam ad commodum citatorum sententiam nullam dicere poterunt *l. in hoc judic. ubi Bald. & clare Fulg. n. 2. ff. famil. ercisc..* Quia si id in connexis receptum est , *l. etiam §. l. ff. de minorib. multò magis in individuis obtinere necesse est , Bald. in l. l. n. 3. C. de error. calc. Aym. conf. 232. n. 2. Menob. de arb. jud. ras. 95. n. 9. Ruyn. conf. II. n. 9. lib. 4.* Hinc Clericus hoc casu laicos cohæredes trahere poterit . Quomodo enim legente libros Judice Ecclesiastico poterit legere eosdem Judex laicus ? Inexplicable est idem factum per partes , & tamen viros doctos res ita quandoque latuit , solusque *Surdus eruditissimus* in illorum corona meæ subscriptis sententiaz . Si tu quoque probes , ut futurum spero , & mihi *Surdus* alter eris , & omnibus talium virorum autoritate me persuasurum esse non dubito . Vale , & me tui esse amantissimum memoria nunquam excidat tua .

Datum Ferrarie die 2. Decembris 1604.

De

## De conditione viduitatis.

## Epistola XXXII.

FRANCISCO PICCOLOMINEO EX MANDOLO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**A**ccepi ex literis Ludovici Ricciardi amici nostri, te felici auspicio jam jam in Florentinis subselliis jus reddere. Si meum in te amorem memoria tenes, & latitiam, quam ob id conceperim facile intelliges. Decet me tibi ut amicum amico gratulari. Multa sunt id faciendi argumenta. Sed illud mihi potissimum, quod te conspicua nobilitate, præclaris animi dotibus, & sublimi ingenio ornatum ad eum gradum Serenissimi Principis in Patriam nostram, & in te ipsum benignitate celeriter pervenisse video, ex quo, si in futurum ad majores, ut decet, ascendere conaberis, ante obrepentem senectam ad summos foeliciter posses offerri. Sed erunt hæc literæ gratulatoriaz dumtaxat? An vero, ut alios soleo ad egregium aliquod literarum certamen etiam provocabo? Nunc scribenti, & quid amplius scribam cogitanti cliens occurrit. Quærerit, quam vim habeant hæc verba: *Vitam vidualem servando ad mulierem in testamento institutam a testatore relata.* Adnotaciones quotidianas revolvens respondi, cum futurum tempus respiciant, sub conditione resolvi, quod glof. in l. si tu ex parte ff. de acq. bæred. Bartolus in d. l. Baldus in l. falsus n. 6. C. de furt. & clarius consil. 267. n. 4. lib. 1. Ang. cons. 34. n. 10. Decius cons. 433. n. 6. & cons. 605. n. 5. Ruinus cons. 170. per tot. lib. 3. in id consentire videantur. Quamobrem cum conditio ultimo vitæ spiritu, non ante, possit impleri, cavenam est cautione Mutiana, Ruinus dicto cons. Natta cons. 454. n. 17. eaque præstita, vel non præstita, si mulier ad secunda transeat vota, quicquid accepit cum fructibus restituere tenetur Auth. cui relictum, & ibi Castr. n. 4. Jason. n. 5. Cod. de ind. vid. toll. Grat. resp. 162. n. 45. lib. 2. Parisius. cons. 95. n. 52. lib. 2. Natta d. cons. n. 17. Sed cum in institutione, non in legato versemur, admoneui, me plurimum vereri, ne non utilis hæc inquisitio reddatur, cum sive modum & tempus, sive conditionem ea verba significant, omnis adjectio temporis de institutione rejicitur, & cogitur mulier perseverare in viduitate Bald. in l. ult. n. 3. Cod. de ind. vid. tol. Ruyn. d. cons. 170. n. 7. & pro toto tempore cavere, quia hæredem ad tempus, vel ex toto tempore instituere non sit permisum, nisi militibus ex privilegio l. bæreditas ff. de bæred. inst. l. miles ita ff. de militar. testam. Nam, qui semel est hæres, non potest ullo tempore hæres esse desinere §. restituta inst. de fid. bæredit. Quare verum erit inspesto eventu aut semper, aut nunquam fuisse hæredem, & ita vis conditionis semper inerit. Hactenus illi. Tibi idem rescribo, ut quasi gratulationis usuram, tuam sententiam  
Eee

tiam in hac re respondendo rependas. Te foro totum addictum magna cum utilitate senties. Honori onus adjunctum ne dissimules. Princeps, Civitas, Patria, Gentiles tui, & qui te amant omnes observant, an excitatæ expectationi respondeas. Hoc onus, & grave quidem fore necesse est, imo preferre. Ingenia præclara expectationem non perhorrescunt, sed super contendunt. Illa tamen viæta consurgit major, & quasi alia novum bellum semper infert, & usque ad mortem opponit se. Cum ea si pugnamus quandiu vivimus, morientes & victoriam, & gloriam perennem consequimur. Vale.

Datum Ferrarie die 15. Decembris 1604.

De

# De Statuto Senensi permittente pro turbata possessione criminaliter agi.

## Epistola XXXIII.

F U L V I O P A C I A N O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS E.

**F**lagitium non quidem magnum, sed Republicæ tranquillitatem valde commovens esse videtur, possessori molestiam inferre. Prætor vim fieri prohibet, non caret dolo, qui Magistratus imperio non obtemperat *l. non videtur ff. de Regulis jur.* multò minus carere poterit, qui legibus non obtemperat, nam & propriæ sponsonis reus est *l. veluti ff. de just. & jur. juncta l. i. ff. de legibus.* Rectè ideo factum est ut statuta Senarum criminaliter, & ad poenam agere concedant iis, quibus similis molestia infertur. Sed ad eorum interpretationem desiderare cogor, si reus opponens, se dicat non turbare adversarium, sed possidere, qua ratione mixtum appellatur *uti possideris l. actionis verbo ff. de act. & oblig. interdictum,* quæ sint partes Præfecti Urbi, quas tu magna cum tui gloria geris. *Aymon. tradit conf. 208. n. 3. vers. ex quibus, se respondisse de turbata possessione criminaliter agi non posse,* reo afferente, se non turbare, sed esse in possessione agendi, quod agit. Quod vidi quandoque probatum, quandoque rejectum. Diu cogitanti occurrit meri imperii, & mixti, sive simplicis jurisdictionis caussas non esse confundendas. Quo nomine traditur, nec judicem criminalem in civili caussa, *l. solemus. & latrunculator, ubi Bartol. not. ff. de jud.* neque civilium causarum judicem in caussa criminali censendos esse competentes, *Bartol. in l. defuncto, §. in quacunque, ff. de public. jud. & in l. hoc jure §. ult. ff. de acq. quot. esti.* Quare si reus de turbata possessione criminaliter accusatus docere poterit, se dolo carere, Præfecti partes, quod crimen deductum non sit, erunt reum a poena, & petitis absolvere, an poterit condemnare ad delistendum a futura molestia, dum quasi sine crimine absolvit a poena? Puto non posse, quia statutum hoc non tribuit, & jus civile negat, nisi civilis caussa incidenter criminaliter innitatur, *d. §. latrunculator, & ibi Bar. faciunt, quæ scribit, Ang. & Aug. ad eum in tract. de malef. c. bac est quedam inquisitio vers. per judicem veluti cum vere reum dolo turbantem reperit, nam tunc ad poenam, & ad delistendum condemnabit.* Non tamen est absolute verum, quod *Aymon. tradit,* quia reus posset ita excipiendo judicium illud criminale semper eludere, quod permittendum non est *l. non dubium C. de legibus cap. si certas, de sententia excommunicat. in 6.* Quare videndum est, an id aliqua ex parte probet, cum in sua exceptione pro actore habeatur. Cum probat, recte contendit absolvit

ALEXANDRUM. EPIST. FOREN.

folvi, quoniam non sine injuria ad illud tribunal vocatus est super controversia, que  
temere civilis esset. Et si de causa liqueat ad commodum actoris, non tamen ob-  
tinere debet, quia judex jurisdictione caret, & quia perperam criminaliter in jus vocare  
instituit sum, quem civiliter vocare par erat. Alii dicunt ratione circuitus evitandi ci-  
vilem controversiam, etiam cessante materia doli, postquam introducta est, esse finiendam.  
Sed ego assero deesse jurisdictionem cessante dolo; assero etiam circuitum non futurum  
inutilem. Nam utile erit compescere temeritatem criminaliter agentium, ubi dolus ces-  
sat, ut enim dolo turbantes statutum odio prosequitur, ita temere accusantes libenter ad-  
mittere nequit. Temere accusat is, cui competit solum facultas civiliter agendi. Et  
absurdum est hac usurpata facultate, temere accusandi viam ita impunè patere. Etiam  
vix fieri poterit, ut sententia libello consentiens ferri possit. Quid tibi viro prudentissimo,  
pariter, ac doctissimo videatur libentissime audiam. Nam id opinabor justius esse, quod  
te observare sentiam. Non enim cujuslibet jus dicentis sententias facile sequor, sed eo-  
rum dumtaxat, quibus, uti tibi est, sit summa doctrina, summa etiam cum integritate  
conjuncta. Vale.

Datum Ferrarie die 28. Januarij 1605.

Natum

Natum in octavo mense succedere, &  
rumpere testamentum contra erro-  
rem communis sententiæ, etiam  
in foro judicandum.

*Epistola. XXXIV.*

DON PETRO DE VERA AB ARAGONIA  
LICENTIATO.

ALEXANDER TURAMINUS F.

Multa revolvo, industria quadam difficilia requirens, offendunt ex iis nonnulla, quæ aliter in foro admissa conspicio, quam verus nostrarum legum sensus expostulet. *Mattheus Afflictus dec. 236.* natos in octavo mense, quod diu vivere non possent, *Castrensis in l. uxoris abortu n. 3. Cod. de postb. hæred.* sententiam secutus pro non natis habuit. Vere nati cum sint, injuria uterque non natos existimat. Conabor primum id persuadere tibi viro eruditissimo, ac omnibus penè numeris absoluto, qui, gentilium tuorum nobilitatem prætermitto, tanta mentis integritate, soliditate judicii, tenacitate memorie, doctrinæ constantia, tantoque rerum omnium experimento præstas, ut te nunc sacro Neapolitano consilio præesse, quod est aliquid in ipso Regno summum, si tuis meritis comparetur, iis minime respondeat. Præs tamen, & decore quodam inusitato præs. Alii ab officio lumen accipiunt, tu illud illustras. Si persuasero, tibi quod contendeo, facile fiet, ut eadem *Affliti* sententia, quandoque te hujus meæ facto patrono, derelinquatur. Primum igitur observo *Justinianum in leg. quod certatum Cod. eod. tit.* nihil id existimare, quod vivere non possit, sed hoc dumtaxat, quod ad monstrum non declinet, vel prodigium, quod certè natis in octavo mense accidere non solet. Conjungi debet *Ulpianus in l. quod dicitur ff. de liberis, & posthumis*, qui id ipsum duabus quæstionibus propositis, ac diffinitis ele- ganter insinuant. Prima quæstio est, an posthumus natus ex seculo ventre rumpat Testamentum. Si nascatur, & vivat, nulla plane dubitandi ratio. Nam ab altero filio sine sectione edito jure filii, vel sui hæredis nullo discrimine distat. Sed tota dubitatio in eo posita est, quod talia passus in sectione fuerit, ut constet vivere non posse. Ratio dubitandi erat, quia non facile concedendum fuerat, ut rumperet is, qui ita natus esset, ut brevi moriturus esset, quasi paria sint non nasci, & nasci, sed vivere non posse, argumento *l. quoties ff. qui satisfare cogantur*. Respondet tamen *Ulpianus rumpere*, si suus nascatur. Idem querit de partu mutilo, & diminuto, in quo id est amplius, ut nec integer sit, & hunc quoque rumpere concedit, quia spiritu vita constitutus, & diminutio afficit corpus, non formam hominis intrinsecus, quæ ratione constat. Utque mutilus homo, homo est, cui manus, vel brachium secta sint, ita qui mutilus nascitur, homo nascitur, & quatenus filius, suis hæres,

hæres, congruum est, ut quo temporis intervallo vivit, sicut vita fruitur, ita jure suorum hæredum fruatur. Ad natos in octavo mense hæc si transferamus, dignoscemus nihil obesse, quod ex sententia medicorum vivere non possint, quia dum dicimus rumpere, dicimus inspecto præsenti tempore, quo vere vivunt, & nulla futuri temporis ratio habetur in iis legibus. Et hanc sententiam *Baldus* in consiliis adductis per *Decium consilio* 623. num. 3. *Angel.* in d. l. quod dicitur, *Corneus* in d. l. quod certatum, & *Decius cons.* 623. in fin. probarunt, & addentes ad eum, & *Oddus* in tractu compendiose, mibi pagina 179. veriorem esse affirmat. Placet tamen etiam argumentis aliquibus confirmare. Regula juris civilis est, eum, qui in utero est, cum de ejus commodo tractatur, haberri perinde ac si natus esset. Quid rogo magis contrarium huic regulæ affirmari potest, quam eum, qui natus vere est, & vivit, quia certum sit brevi moriturum, perinde haberri ac si natus non esset? Patet igitur eam interpretationem prædictæ regulæ refragari. Ponamus vivere per duos, aut plures dies. Quæro quo spacio vivit, quod sit etiam quam brevissimum, non ne naturaliter vivit, & vitæ commoda, & incommoda sentit, ceu natus in nono mense sentiret? Ut filius alitur, & si necaretur, non negaret *Castrensis*, reum lege *Cornelia* teneri, neque contenderet hoc argumento facinus hoc impunitum dimitti; itaque naturaliter vivit, cur negabimus civiliter vivere? Moliuntur aliquid contra naturæ rationem, quod lex perhorrescere solet, in l. maximum vitium C. de liberis præteritis qui eum ita judicant, ac si natus non esset. Tandem & a pietate Christiana clanculum ista sententia recedit; hic enim, qui in octavo mense nascitur in Sacro Fonte lavatur, traditur Ecclesiasticæ sepulturæ, & Cælo potitur. Denegabimus igitur successionem huic filio parentum in terris, cui Summus omnium Parens concedit hæreditatem in Cœlis? Par igitur est, ut quo momento vivit secundum naturam, & secundum legem vivere creditur. Quod vivere diu non possit, non efficit, ut non vivat, & omni vitæ commodo potiri debeat. In suis non est necessaria aditio, quia ipso jure hæredes existunt, & in iis, quæ momento impletur, ut rumpere testamentum, & jus sui hæredis tenere, & vitæ momentum sat esse debet, id quod *Justinianus* & *Ulpianus* supra adducti manifestissimè sentiunt, quibus plus quam communis sententiaz deferendum est. Iis enim sufficit vitæ momentum in re, quæ momento explicatur, & ita stricta non modo ratio, sed æquitas, seu pietas ipsa convincit, natos in octavo mense succedere, rumpere, transmittere, & omnia agere, quæ nati in nono agere possent, & communis sententia, quia manifestè convincitur erroris, deserenda est omnimodo. Dum verè natus est, & vivit, aperto errore dicimus non esse natum, cum mortuus est, fingit hæc interpretatio non esse natum. Fingere ad legislatorem pertinet, non ad jurisconsultos. Nam, & suspendere jura quandiu vivit, necesse est. Hæc certa lege, non scribentium opinione vindicanda sunt. Errant, qui censent abortum, non enim procul est ab ortu; imperfectus nascitur, & abortivus, qui nascitur ante septimum mensem, de quo abortu accipi debet lex rejiciens abortum d. l. *uxoris abortu*, sed inter duo legitima parturiendi tempora nascitur. Et propter parturiendi conatus in septimo mense a pregnante emissos debilitatus, cum nondum instauratus edatur, vivere non posse creditur. Quod nihil distat ab eo, qui ex ventris sectione ita læditur, ut vivere non possit. Et leges, quæ excludunt natum ante septimum mensem, etiam de octavo dixissent, cum casus sit frequentissimus, si eodem jure censeri debuisset. Vivunt sæpè nati in octavo mense per plures dies, dum eos flere, lactari, luce ac spiritu vitæ potiri videmus, quomodo non esse natos, aut non vivere contendimus? Sed de his fatis. Reliquum est, ut inter tuas gravissimas curas hæc, qualiacumque sint, miscere non graveris. Ab eo enim proficiscuntur, qui te plurimum observat, & de singularibus tui animi dotibus libentissime prædicat. Vale.

Datum Ferrarie die 29. Januarii 1605.

Le.

**Legem Civilem obligare non obtemperantes in foro conscientiae ad mortiferam culpam.**

*Epistola XXXV.*

LUDOVICO ACERBO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**R**ecens memoria servat admirabilem illam tuam in rebus agendis prudentiam, cum singulari morum suavitate conjunctam, qua non modo *Henricum Guzmanum Olivarense Comitem in Regno Neapolitano Proregem*, sed Regnum pene totum tibi devinxeras. Immo Regem ipsum Philippum devinxisti, illeque te eo, quo potiris ordine senatorio cohonestandum putavit, ut Mediolanenses eadem virtute devinceret. Servat eadem memoria eundem etiam in te amorem, & observantiam eamdem. Quæ, vel si maximè cupiam, exhibere tibi argumentum aliquod præclarum, id agendi numquam suppeditatur. Ne tamen silentii rubigine contingat offendi, literis hisce de vi legis civilis quid sentiam, tibi significare decrevi. Legem intelligo justæ legis conditiones habentem, inter quas ea præcipua, quod publici boni caussa lata sit, alioquin nec legem esse reor, cui illæ desint. An obliget ita, ut lethalem culpam committant ii, qui non obtemperantes negligunt, seu potius venia dignam? Receptum esse videtur, quod obligat in foro conscientiae, *Fel. in c. i. n. 47. de constit. Ferdinandus Vasqu:s controvers. Ilustr. lib. i. c. 29.* excludit lethalem his argumentis. Primo, quia Princeps poenam eternam infligere non potest, ergo neque poterit obligare ad illam. Secundo, quia actus agentium non producuntur ultra eorum intentionem, *i. non omnis ff. si cert. pet.* At id esse præter intentionem legislatoris, vel ex eo patet, quod nulla lex civilis fuerit, quæ obligationem ejusmodi exprimere ausa sit. Et legislator interrogatus facile responsurus est, se non ponere leges tamquam animarum laqueos ad eas irretiendas, & ideo obligationem, quam inducere putat, exprimere. Et cum poenam exprimant temporariam, ubi ea soluta sit, obligatio legis ultra produci non debet *arg. I. Celsus ff. de recep. arb. I. pe. ff. de pret. stip.* Tertio uititur contractuum innominatorum

natorum exemplo, qui poenitentiam admittunt l. i. §. ff. de verum perm. lege tertia, §. dedi l. si tibi ff. de condit. caus. dat. & sine ulla culpa, cum tamen contra Theologi sentiant, quasi fractio fidei vituperanda inesse videatur, in quo eos notat, & aliam Civilis disciplinæ, aliam Theologicæ censuræ in culpis diffiniendis obseruat esse rationem, & in Theologos audenter invehitur. Tandem ut ad singulare quoque descendat, dicit legem, quæ noctu arma ferri prohibeat, ad culpam lethalem non obligare, sed hæc mihi visa sunt indigna tanto jureconsulto, non ut tantum urgere possint, ut contrariam sententiam deferere me cogant, quam Franciscus Viator in relect. de potest. civil. n. 15. Dominicus a Soto de just. & jur. quest. 6. art. 4. Ludovicus Molina disputat. 26. & novissime Illustrissimus Cardinalis Bellarminus lib. 3. controversial. Christ. fid. tit. de laicis cap. 11. doctissime defendant, & ex Canonistis Innocentius, Hostiensis, Joannes Andreas, Joannes de Lignano Antonius de Burrio, & Felynus in cap. 1. de Sponsal. n. 7. qui eos retulit, expresse de mortali culpa loquitur. Et præter argumenta, quæ apud eos omnes legi possunt, mihi facili distinctione difficultas removeri, & veritas patefieri posse videtur hunc in modum. Quod hanc vim obligandi in foro interiori ea lege descendere, stare dupliciter possit, aut relatione legis in legislatorem, aut relatione legis in Deum. Si vim hanc obligandi in prima relatione quæras, concedo in legislatore nec potestatem, nec propositum adesse hujus obligationis inducendæ. Ac ita primum, & secundum argumentum Vasquii sine ullo detrimento posterioris sententiae locum sibi vendicant. Sed si considerabimus relationem legis in Deum, posterior sententia, & verissima est, & legum nostrarum autoritate, quod cæteri non animadverterunt, perbellè muniri poterit. Nam lex est, ut Martianus in l. 2. ff. de legibus ex Demosthene deducit, cui omnes homines obedire decet, cum propter multa, & varia, tum maximè quod omnis lex sit inventio quædam, & donum Dei. Et ita hanc vim obligandi habet per derivationem ab æterna lege Dei, ut post divum Thomam c. 2. quest. 96. Felyn in c. Ecclesia S. Mariae de const. docet. Sic jus naturale omnes obligat, ut patriis obedient legibus, l. veluti ff. de just. & jur. Non ergo, qui legem civilem offendit, lethalis culpa reus est ipsius legis ratione, sed quia in ipsa legis transgressione Dei præceptum, & jus ipsum naturale videtur eludi. Confirmatur hoc ex Paulo ad Rom. cap. 13. Omnis anima, inquit ille, potestatis sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi a Deo, quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Quid rogo dubii est resistentem Dei ordinationi in lethalem culpam incidere? Vel si quis de hoc dubitet, declarat Paulus sequentibus verbis. Qui autem resistunt, ipsis sibi damnationem acquirunt, quæ certè de veniali culpa intelligi non queunt. Ad idem illud: Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Quod quād imprudenter evitet Vasques, præterire non possum. Ille ita occurrit, verba ipsa subjicio, Dei ordinatione flumina fluunt, nascuntur fontes, crescunt segetes, germinant arbores, illuminat sol humectant Luna, & Sydera, & hominum alii legunt, alii scribunt, alii orant, alii seminant, arborumque folia ventorum flatibus agitantur. Catus captat mures, aquila columbas, canes lepores, & reliqua id generis innumera. Haec tenus ille fingens, aut ignorans quid præferant verba illa justa decernunt. Non enim considerat Sacra pagina decreta, ut sic dixerim, ut entia, sed ut justa, non ut ab instinctu naturæ, quo superiora reguntur, sed ut a libera nostra voluntate manantia, a qua injusta etiam decerni possunt, quæ in Deum referenda non sint. Quid inter instinctum, & liberam voluntatem intersit, quo modo ille a lege æterna regatur, lex autem naturæ, quamvis in homine, ab illa derivetur, in eo tamen, ut in regente se ipsum, discernatur post Illustrissimum Card. Albertum Bolognatum de leg. jur. & aequit. c. 5. n. 11. alibi plene declaravi lib. Sing. ad tit. de leg. par. 1. cap. 2. n. 15. & 16. Igitur hæc justa decernendi facultas est in homine per derivationem ab æterna lege, sed non per modum necessitatis, quia sua sponte potest injusta decernere, quod cæteris animantibus minimè datum esse dignoscitur. Sic vereor plurimum, ne satis constet, quod tradit Martinus Navarrus in suo Manuali c. 23. n. 48., & 49. nullam legem, si id non intendat legislator, obligare ad mortale, quamvis & Summa Angelica in ver. lex n. 3. idem sentire visa sit. Video potius popularem esse traditionem, quam ut viris doctis digna censi possit. Non enim hæc

hæc obligatio ex legislatoris potestate descendit, sed ex relatione legis in Deum: Similiter, quod idem *Martinus* tentat, probandum non est, non obligare ad mortificam culpam, quoties poenam temporariam lex imponit. Ego enim affero contra eundem, quod adjectio poenæ est, ut lex firmius, & magis obliget, non ut minus, & qui transgreditur, & legem, & poenam eludit magis, non minus in culpa versatur. Et quanta majori cautionem poenam temporariam evitabit, minus peccabit quidem ex peccati genere, quo tenetur, qui se periculo exponit magni, & imminentis damni, sed et magis peccabit in legem, quod major erit calliditas, ut legem eludat, & poenam evitet, & non obtemperandi culpa eo consilio gravior, & intensior omnino reddi videtur. Quare distinctionem hanc inter legem poenalem, & non penalem nullius esse momenti doceo convincit *Dominicus a Soto d. lib. 1. q. 6. art. 5.* Ego vero amplius animadverto, quod poena gravior est, et etiam non obtemperantis culpam reddi majorem. In trasgressione non modo Princeps, sed Deus offenditur, utrique poena luenda. An quia pro homicidio poena capitii civili lege indicatur, cessabit poena lethalis culpo ex lege æterna? Nequaquam. Vel quia hereticus relapsus comburatur ob humanam, Divina pœna cessabit? Minime. Nonne idem argumentum eodem rem perduceret, ut legibus inobtemperantes nec venialis culpo rei essent habendi? Illud ingenue fatebor, interdum fieri pro libito Principis, ut prohibitio, & poena ita male inter se adæquentur, ut licet poena capitii inserta sit, non eodem magis mortalculpa transgresio dicenda sit ex parte transgressionis, nisi sit ex parte periculi. Ponamus prohibere Principem piscari, vel natum iri in certo loco indicta poena capitii, vel trienum, lex fertur, si tamen lex sit, de eo, quod est jucundum ipsi Principi, non utile Reipublicæ, caret ea legis conditione, quam exigimus, ut lex pro communi utilitate posita sit. Caret & altera, quia non est justa adequatio poenæ cum delicto. Quare exigo legem pro bono publico latam, & ex legis contemptu grave damnum Reipublicæ imminere, & poenam ex justi mensura adjectam quoque esse. Talis esse poterit, ne liceat noctu arma deferre, si homicidia, graviaque scandala ex earum delatione præcesserint, quæ dederint caussam edicto. Excusabo in foro poli, quibus necesse sit noctu proficisci, & ob inimicitias graves justè timeant, se posse offendii. Cessat contemptus, a quo culpa gravis oritur. Talis erit magna existente penuria, si prohibetur translatio annonæ extra territorium, si definiatur pretium, cui diffinitioni & clerici stare tenentur. *Molin. disput. 31. conclus. 6. Sot. super quarta sent. distinc. 25. quæst. 2. art. 2. post Luc. de Penn. in 1. ult. Cod. de quib. mun. lic. se excus. & desiderandum esset confessarios rem hanc attenctius expendere, ac poenitentes ad legum justè latarum observantiam vehementius hortari. His objicio ante oculos *Gelasii* verba dicentis: Quis autem leges Principum, aut regulas Patrum, aut admonitiones paternas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum existimet transire commissum. Quæ verba tantum commissum veniali culpo convenire non queunt. Argumentum *Vasquii* de contractibus innominatis, nec solutionem meretur. Neque in iis frangitur fides, sed cessante caussa pacisendi pactum dissolvitur. Vides quanti facio leges rectè constitutas. At quæ justior esse potest, quam benevolentiam pro benevolentia referre. Hanc mecum servare teneris. Vale.*

Datum Ferrarie die 31. Januarii 1605.

**Lex ultima , C. de sentent. quæ fin.  
cer. quant. prof. explicatur .**

*Epistola XXXVI.*

JACOBO ANGELO BARGEON J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**M**Agnam doctissime *Jacobe* provinciam suscepi , juris civilis difficilia explicare pollicitus . Fastidio , dicam ingenue , vulgare nostrum scribendi genus , quod Bibliothecæ , & subsellia ad cœlum extollunt , in quo laborem , non methodum , rerum practicarum congeriem , non eruditionem reperire valeas . Desidero eorum , quos vere eruditos esse scio , & a quibus me amari glorior , mihi confirmare benevolentiam , ut ausum hunc a detractorum mortibus benigne defendant . Literis utor , quasi fidibus , musicorum instar leniter verum requirendo concentum , ut paulò post pleniùs , atque suavius resonet aura . Experiar tecum circa *Gordiani* in l. ult. C. de sentent. quæ fin. cer. quant. rescriptum , quo dixit : *Hæc sententia : quæ bona fide accepisti solve , cum incertum esset , quid accepisset , quantumque ab ea peteretur , præsertim cum ipse , qui extra ordinem judicabat , interlocutus sit , dotem datam , quæ repeteretur non liquidam esse judicati auctoritate non nütur.* Bartolus ad tit. ff. solut. matr. hinc deduxit in causa dotis libellum universalem admitti . Adhærent *Imola* , *Romanus* , *Alexander* , *Socinus patruus* , & *Jason* , recedunt *Baldus* , *Angelus* , *Baldus novellus* , & *Bulgarinus* , omnes in ejusdem tituli interpretatione . Quod pertinet ad *Bartolum* , & ejus affectas , eorum sententiam lib. 3. difficilium satis confutasse video . Nam ut falsum est , dotem esse juris universalis , ita libellum universalem in dote recipi falsum esse oportet . Quare sententia non valeat apud *Gordianum* inquirere necesse est . *Bartolus* , & *Cumanus* incerti vitium eosque producunt , ut nec genericè constaret dotem esse datam , sed ea verba *dotem datam* , *quæ repeteretur non liquidam esse* , contrarium insinuant omnimodo . *Socinus patruus* de more *Baldo novello* contradicens , affirmat ob id non valere , quod tacitè ad acta , quæ nostri assertoria dicunt , referatur . Vera actorum divisio , qua quædam assertoria , quædam probatoria appellant , *Canonista* in *Element.* sœpe de *verbor. signif. Nostri* in l. 2. ff. *de eden.* & utilis ad multa legi possunt apud *Marant.* in suo spec. aur. par. 1. ver. & omnia fūnt num. 55. At ea sententia nulla potuit relatione defendi , non ad acta probatoria , quia dos liquida non esset , ut jam judex interlocutus fuerat , non ad acta ordinatoria , quia incertum foret , quantum peteretur . *Saturnina* hunc libellum obtule.

obtulerat . Peto dotem , quam accepisti . Ait sententia . *Quæ bona fide accepisti solve* . Relatio ad acta assertoria fieri videtur , sed non hoc nomine sententia nulla est , sed quia libellus incertus . Nam si libellus ita conceptus fuisset mille , quæ dotis nomine accepisti , solve , ea sententia forte defendi potuisset arg. leg. in sum. §. amplius ff. de re jud. Sic libellus videtur admissus peto dotem . Non rejicitur ipso jure , sed Parte opponente leg. ult. cod. de ann. excep. c. ult. de libel. obl. Poteratque in termino ex probationibus certus reddi , ac ita valere non per se quidem , sed quia certa probatio vitium incertitudinis removeret . Praxis communem sententiam numquam admisit , nec unquam libellum vidi , quo dos peteretur , ut jus universale ; præterquam quod soluto matrimonio forma dotis cessat l. 3. ff. de jur. dot. & corpora in dotem data , vel certa pecunia , si pecunia data sit , peti consueverunt . Perinde igitur ex Gordiani sententia habendum est , ac si admissus non esset . Nam super apto libello , etiam apta sententia ferri potuisset & sine probationibus ad illum relata , ut contra jus litigatoris lata valeret l. 1. ff. quæ sent. fin. appell. rescind. At ad libellum male conceptum relata eodem vitio subjicitur , & confirmatur . Nam libellus incertus vere mero jure non valet , & quod dicimus parte non opponente valere , contrarium non est , quia non per se valet , sed certis subjectis probationibus , ac ita vitio incertitudinis expurgatus : Quinimo judex etiam illum rejicere posset parte non opponente , quia non tamen reus debet esse certus de intentione actoris , ut secum deliberare possat , an velit cedere , vel contendere l. 1. ff. de eden. sed & judex ad sui notionem se quoque de intentione actoris fieri certum justissime desiderat , ut Bartolus in Autb. offeratur C. de lit. contest. & Panormitanus in c. I. n. II. de libel. oblat. tradidere , sic apparet in modum antecedentis libellum illum a Gordiano improbatum . Tuo judicio hæc mitto diligentius examinanda . Vale , & me tui amantem lege amoris ama .

Datum Ferrarie die 3. Februarii 1605.

F f f 2

Pactum

**Pactum de retrovendendo etiam magna  
accedente læsione in pretio , non  
sufficit ad præsumendum con-  
tractum simulatum .**

*Epistola XXXVII.*

JOANNI ANDREAE GEORGIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**E**go semper ea sententia fui , ne crederem ad improbandum contractum tamquam fœnerati-  
tum illa duo sufficere , pactum videlicet de retrovendendo , & læsionem in pretio  
quamvis maximam . Et miror plurimum , quod tam audenter multi illam , vel receptio-  
rem , vel veriorem affirmant , cum constet glossatorem Panormitanum , & alios errore  
quodam ab ea parte numerari , observat *Ant. de Alexan. inter conf. Loffredi conf. ult.*  
*n. 31.* quæ profecto regulis juris nulla ex parte respondet . In eo , qui consuetus est scœne-  
rari , & ita hac tertia , quæ gravissima est . accidente circumstantia , justissimè recipitur ,  
nam ei obstat regula , quod præsumatur id egisse , quod agere consuevit , ex regula *semel*  
*malus* , & scriptis per *Veron. de simul. contr. præf. 22. n. 70.* & *præf. 23. n. 73.* &  
ipso detecto fœneratore , cum fama jam læsa , & denigrata sit , non est tantoopere curan-  
dum , si actione famosa condemnari patiamur . At hunc , qui scelus tale numquam admi-  
sit , ut ex duabus his solis conjecturis inter scœnatorum numerum adscribamus , neque  
ratio , neque necessitas illa exigere videtur . Si bonam famam in contrahendo deducat ,  
quantum nocet scœnerandi consuetudo , tantum justè contrahendi usus prodeesse debet , ex  
traditis per *Corn. conf. 4. n. 5. lib. 1. Soccin. conf. 248. n. 1. lib. 2. Dec. conf. 307.*  
*n. 5. Rolan. conf. 96. n. 20. lib. 2. Hond. conf. 33. n. 43. cum. seq. lib. 2.* Levissi-  
mas quasdam conjecturas , si pactus sit se in retrovenditione indemnem præstari ab expen-  
sis vectigalis nomine , vel alia ratione solutis , nihil facere possumus , quod & has viri  
justissimi pactiones admittant . Nec tamen patior graviter læsum sine remedio esse . Nam ,  
aut læsus est ultra dimidiam justi pretii , & ei satis consultum esse videtur , si hoc nomi-  
ne contractum , ut nunc initum , rescindere valeat , ex *l. 2. C. de rescind. vend.* Aut læsio est  
circa dimidium , vel citra , & contendere potest temporarium pactum reddi perpetuum ex  
æquissima sententia *Jacobini de Sancto Georgio in l. 2. n. 2. ff. si certum petatur ,*  
*quam Cassaneus conf. 11. n. 40. Tiraquellus de retr. conu. §. 1. glos. 2. n. 55. Soccinus*  
*nepos conf. 104. n. 3. lib. 2. commendant , & me olim suadente amplexa est Rota Flo-*  
*rentina*

rentina. Nunc vero & Senatus Montisferrati, ut *Surdus Decis. cons. 30. in fin.* referat authoritas accessit, quæ vel si certa lege non probetur, præclara tamen est opinionum extremarum moderatrix, & quasi temperamentum quoddam laudabili Iureconsultorum suffragio in jus transire videtur. Negandam putavit Prætor actionem de dolo, quoniam famosa esset, l. i. §. *non fuit ff. de dol.* quotiescumque alia civilis, vel honoraria posset institui. Sic ejusmodi remedium facile admittendum non est, quoties alio potest actori esse consultum. Et quamvis hoc imputet fructus in sortem, non illud, quod propono, cavendum tamen est, ne simulationis velamento quæstum ex lite hoc pacto instituta actor forte improbus facere tentet, cui sat esse debet, si pretio restituto, non obstante temporis lapsu rem quandocumque recuperare valeat. In eo, qui foenus exercere consuevit, data magna læsione a consuetis rectè convincimus voluisse foenerari. In eo, qui numquam inter foeneratores habitus sit, si fateatur se etiam dolo malo rem vilissimo pretio emere constituisse nihil, enim contra ipsum hoc deterius conjisci potest, quomodo convincis usuram, vel simulationem? Injustus est quidem, foenerator non est, quæ duo crimina increditi confundunt, eruditæ non ita; & diversis remedii expurgantur, atque coercentur. Rogo mi Georgi, ut ea studiosorum corona, quæ te duce ad forenses controversias instituitur, quæ tuis responsis clientibus frequentissimè datis avidissimè pascitur, dulci tuo audiat eloquio, an, qui te summopere amat Turaminus, in hac difficiili questione vera prodiderit. Vale.

Datum Ferraria die 5. Februarii 1605.

**Quando ad futuras præstationes age-  
re liceat .**

*Epistola XXXVIII.*

**JOANNI BAPTISTAE CECIO J. C.**

**ALEXANDER TURAMINUS E.**

**C**ensuit *Joannes Faber* in §. *prejudiciales Inst. de act.* ad annuas futuras præstationes ; cum nihil de iis in præteritum debeatur, agi non posse, & libellum admittendum non esse, quod probat *Cæsar Ursillus* in add. ad *Afflict. decis.* 279. n. 2. At ego, vel declarandam, vel coercendam esse *Fabri* sententiam reor, ne extra annuorum legatorum cancellos ad annuas stipulationes producatur, & ob id rem hanc exactius, quam *Ursillus* fecerit examinandam. Legatum annum ab annua stipulatione differre palam est, *leg. senatus*, §. ult. ff. de mor. cau. don. l. si *Stichum*, aut *Pamphilum* §. *Stipulatio ff. de verbor. obligat.* In legatis annuis primi anni legarum purum est, sequentium annorum conditionalia, & sic plura esse legata. Contra vero stipulatio annua una est, & pro sequentibus annis dies ineſt non conditio d. l. ff. glof. *Inst. de donat.* in princ. Quo nomine in stipulatione statim actio pro tempore, & obligatio nata est, quamvis si præmature agatur ex tempore excipi possit. In legatis sequentium annorum pendente conditione, neque obligatio, neque actio nasci potuit. Quare nec simpliciter ad futuras præstationes ex causa legati agi potest, quia actio orta non sit, l. si dies, & ibi glof. ff. quand. dies legat. ced. l. si post diem ff. eodem, in quibus hæc differentia probatur. Et in legatis *Fabri* decisio ex ipsius sententia, si diligenter expendatur, obtinere debet, non etiam in annua stipulatione, in qua si locutus esset vir summe authoritatis, & solidi judicii, quod credendum non est, aperte labi videretur. *Judicium, ut Jabolenus ait l. non quemadmodum ff. de Judic. in pendentii esse non potest de iis rebus, que possea in obligationem ventura sunt.* At in stipulatione annua ab initio summa in obligationem venit, actioque nata est. Ita *Accursius* docuit in d. §. *Stipulatio ver.* unde dic. respondit *Alexan.* & conf. 95. n. 3. vers. & tam, lib. 1., & receptam *Jason* in d. §. *Stipulatio n. 13.* affirmat. Et effectus hic est, ut statim pro omnibus annis agi possit, ut veniente tempore parata sit executio, non judicium a capite instituendum, *Jason ibidem n. 13.* In legatis actione non nata pro futuris præstationibus exigimus præteritas deberi, ut earum petitio, quæ propria non fulcitur actione contra mororum debitorem actioni pro præteritis competenti innitatur. Quare citra moram id permittendum non esset. Consulo hac de re te virum mei amantissimum, qui cum apud Ferrarienses civilium causarum molem ab eo tempore quo civitas ha- ia

L I B E R S I N G U L A R I S

419

in Ecclesiaz Romanaz cessit imperium tanta eruditione , & integritate pertuleris , vix fieri potest , ne hujus differentiae examinandæ aliqua se tibi obtulerit occasio . Judicium tuum , tuamque prudentiam miror , & ubique laudari gratulor , sed cum neminem hinc habeam , a quo me magis amari sentiam , te vel hoc nomine , nisi ingratus es velim plurimum amare cogor . Vale .

Datum 7. Februarii 1603.

F I N I S



ALEXAN-

420

ALEXANDRI  
TURAMINI  
PATRICII SENENSIS J. C.

Epistolarum Academicarum  
LIBER SINGULARIS

Explicatur l. si mater De vulg. & pup.

*Epistola I.*

JOANNI BAPTISTAE MEGLIORIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.



Ncidisse scribis in Africani responsum in *l. si mater ff. de vulg. & pupillari*, in quo narrat matrem filio in tabulis pupillaribus substituisse ; ne pupillaris sit illa substitutio, satis convincit , quia patræ potestati innititur pupillariter substituendi facultas ; quomodo tabulas pupillares confidere potuerit . ignoras . Quot ad illud legisti expositiones improbas omnes ; neque enim tibi satisfaciunt ; meam requiris sententiam . *Amatus* noster etiam tuo nomine instat . Quod aliorum sententias per te refellas , laborem minuit , ab iis enim confutandis interim abstinebo , opportuno loco lib. 3. difficultum confutaturus . Meam paucis exponam . Clarè patet , matrem substitutionem vulgarem in ea specie fecisse . Verba sunt : *Eique in pupillaribus tabulis, si sibi bæres non erit, aliud substituat, valet substitutio* . Clausula si , sibi bæres non erit vulgari convenit , non pupillari *l. 1. & 2. ff. de vulg. & pupil.* At ibi pupillares tabulæ nihil aliud sunt , quam tabulæ inferiores per translationem sic dictæ . Ne pupillaris substitutio palam facta pupillum nisi diarum periculo forte subjiciat , caustum fuit , ut separatim inferioribus tabulis proprio lino , ceraque consignatis testatores facerent *q. sin autem Inst. de pupil. substit.* Hinc inferiores tabulæ pupillares etiam dictæ , cum licet pupillarem substitutionem non contineant , continent tamen , quod utile sit pupillo non publicari . Dubitare visus est Africanus , quoniam sedes vulgaris substitutionis in superioribus , non in inferioribus tabulis esse soleret . Respondit valere quia cum in vulgari in ea specie , eadem possit esse suspicio , prospiciendum quoque fuit , ut in inferiori .

ferioribus tabulis fieri posset, quæ, quod a communiter accidentibus pupillarena substitutio nem continerent, pupillares dictæ sunt. Sic plane filium institutum noluit, priusquam quatuordecim annorum esset, ne lubrico tutelæ exponeret argumento *l. in fidicom.* §. cum *Pollidius ff. de usur.* Erunt velut pupillares hæc tabulae, & ideo edictum de iis non apriendis locum habere poterit *l. pupillares, ff. quem. test. aper.* Catus hujus explicationis occasionem mihi probabilem suggerit *lib. 2. Inst. c. 4. §. pupillaris.* Ait enim: *Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, ut ad notitiam substituti pervenire non possit, ne vita pupilli alias substitutus insidias molatur.* Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa, in qua pupillaris substitutio scripta est, quandiu pupillus annos pubertatis egreditur, ob signata permaneat, & prior pars testamenti referatur. *Hoc etiam & de donis fieri potest.* Quare tabulis inferioribus ob signatis, non tantum pupillaris substitutio, sed dona, & consequenter legata, & fideicomissa commendari possunt, idem & de vulgari substitutione fieri posse Africanus docet. Eadem ratio in omnibus, nec tabulae pupillares minus dicendæ sunt, si pupillari substitutione careant, cum tamen pupillis alia ratione prospiciant. Quod ignoratum viam præbuit errandi. Ex his habes, quid sentiam. Sentio amplius a te me plurimum amari debere, quoniam te summopere amo, nisi, quod multi te ament, minoris id aestimas. At amant illi populariter tuam in caufis perorantis eloquentiam, in dandis consiliis peritiam, in patrocinio præstanto vigilantiam, proprii commodi caussa tandem te diligunt. Ego autem tuam virtutem, præclaras tui amici dotes, tui ipsius caussa diligo, id est amare, non illud. Vale.

Datum Neapoli die 25. Julii 1595.

G g g

Di-

**Directæ libertatis dationem legatum  
non esse .**

*Epistola II.*

**A N G E L O M A T T H E A C C I O J. C.**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**T**ibi plurimum me debere sentio , quod meam de exequatione sententiam , primus tua authoritate firmaveris , & quæ de legato partitionis scripsi , etiam probaveris . Quod vero me ipsum *Ugoni Donello* quodammodo conjunxeris , si viri laudatissimi laus displicere posset , equidem displicuissest , non enim is sum , qui non intelligam , quantum ab ejus commentariis , quos velut solida eruditione refertos admirari soleo semper , mea tenuis disputatio distet . Cæterum omnia tua gratiora certè sunt , quod in aliquibus mihi doctè , ac modestè adverfari non desinis . Nam ingenuè consentit , qui etiam apertè dissentit . Libertatis directæ legatum cum antiquioribus , & cum *Alciato* , & *Duaren*o dari putas , & probare conaris . Cogor ipse tum tibi resistere , tum contrariam sententiam omni conatu persuadere , quod spero libenter admittes . si argumenta , quibus inniteris , dignosces omnino ruere . Aut , forte facile eveniet , tuis replicationibus auditis , ut in tuam sententiam veniam non invitus . Sedulo veritas investiganda est atque pandenda . Arguis à diffinitione legati , & generali legandi significazione . Sic sentire videris dationem libertatis esse dationem testamento reliqtam . Si sequeris diffinitionem Florentini occurrit mihi donationem non esse , sed manumissionem , ut emancipatio etiam donatio non est . Si adjicis verba *Justiniani* , quod donatio sit , ab hærede præstanta , apertius separas legatum a libertatis datione , quoniam nec præstari potest . Illud vel præstari debet , vel præstari ab hærede semper potest , hæc cum directa sit numquam ab hærede præstatur . Tum tertio legatum omne fieri solet , vel de re testatoris , vel de re aliena . At libertas , quæ servo datur , non est in bonis testatoris , nec alterius cuiuslibet ; est enim testator dominus servi , non libertatis , & non dat libertatem , quasi transferat , quod habet , sed manumittendo removet servitutis obicem . Renunciat potestati , dum a manu , id est potestate dimittit . Et si dicatur , nemo dat , quod non habet : dat quod habet , dum a manu dimittit , & non formaliter , ut sic dixerim , sed consecutive dat libertatem . Quare nihil juvat diffinitio . Quatenus vero a partium enumeratione arguis , non est hæreditas , non fideicommissum , ergo legatum . Falsa numeratio est , supponens id , quod queritur , quia diversum quid esse contendo ab hæreditate , legato , & fideicommisso . Quod particulares promeruerit titulos , ut aurum , argentum , usufructus , optio , & similia , quæ propriè legata sunt , non offendit argumentum in contrarium factum a diversitate titulorum , quinimo confirmat . Inscruntur ii tituli de auro , & argento legato , de usufructu legato , de optione legata , & locatos legimus post generales titulos legatorum , quasi legatorum appendices . At de libertate aliter . Nec enim inscribitur titulus de libertate legata , sed de manumissione testamento , de testamentaria manumissione , & longe procul a materia legatorum , de libertatis da-

L I B E R S I N G U L A R I S

232

datione tractatur ; quam rectè dixi manumissionem esse , non donationem : Tandem vel invitus fateris differentiam , quām ponimus inter legatum , directam libertatem , sed addis , ut evites Pomponii verba , quāz libertatis dationem a legato istinguunt , id fieri sub ea ratione , qua propter nobilissimum hominis statum , libertates a rebus legatis distinguntur . Ceterum rogo nonne libertas hoc intuitu , ut res inestimabilis semper habetur . Cohæret hæc ratio libertati semper absolute , non secundum quid . Sic te ipsius tuo videor argumento convincere . At libenter hæc omnia tuæ censuræ subjicio , ut ipsi sis mihi , & adversarius , & judec . Vale .

Datum Neapoli die II. Augusti 1599.

G g g 3

Ac

# Acceptilatio quare juris gentium dicta.

## *Epistola III.*

ALFONSQ BRANCACCIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**M**artucci, & Phoenicci controversias vidi, utrumque diligo, ac laudo. Ambo juris civilis studiosi, & non mediocri ingenio præditi. Controversias non laudo, et si non ineleganter contextæ subtilitatum plenæ videantur. Parum enim est argumenta esse acuta, si firma non sint. Laudo rerum explicatarum delectum, laudo variam in Martuccio lectiōnem. Contradicendi studium in altero laudare non possum, sed solam veritatis indaginem. Aestuat utrinque verborum apparatus, res ipsæ quandoque frigent. Concipio tamen præclarum utriusque spem, instar fluminum vires acquirunt eundo. In eo, quod pertinet ad *Ulpiani* sensum in *l. an inutilis q. ult. ff. de accept.* dicentis acceptilationem juris gentium esse, de quo me consulis neuter eorum veritatem attingit. Excusabo libenter, quia nec *Bartolus* attigisse videtur, nec alii post eum. Refellam omnes, ut se quoque refelli minus molestè ferant. *Bartolus* post *Accursum* ibi existimavit juris gentium esse propter pactum, quod semper inesset. At nullus erit contractus juris civilis, quia semper habeat in se consensum, & consequenter pactum. Quoniam etiam *Joannes Bolognetti* in *tit. de verb. oblig. n. 210.* reprehendit, *Socinus nepos* in *d. tit. n. 311. idemque Bolognetti* in idem convenient, quod, quia omnes gentes per eam liberentur, ususque ipsius omnium gentium sit, dicatur juris gentium esse. Continet hæc sententia facti divinationem. Quomodo enim sciunt omnes gentes se invicem liberare per acceptilationem? Quis est, qui fidem hujus rei, aut faciat, aut facere possit. Sed neque ad usum hunc respexit *Ulpianus*, si rectè perpendatur. *Aquilinus* in *d. tit.* quia verba, quibus utimur in acceptilatione facti sint, & contractus juris gentium facti sint, & hoc nomine ratus est acceptilationem juris gentium dici. Hæc sententia re ipsa eadem fere est cum priore *Bartoli*. Et cum aut omnes contractus, quod verius opinor de stipulatione etiam, & ceteris, qui juris civilis sunt, facto semper aliquo constent, reducimur ad idem, quod contractus omnes juris gentium sint. *Martuccius* lib. 2. variarum explic. cap. 55. ad formulam tollendarum obligationum id retulit, sed nihil magis quam formula juris civilis est; id, quod tollitur, sæpe juris gentium est, sed non id, quod tollitur, an sit juris gentium, inquirimus, verum an id, quod tollit. *Phænicius* autem in amicab. disput. cap. 10. quod paulò ante *Ulpianus*, non modò civiles, sed honorarias obligationes tolli docuisset, ex juris gentium ratione, sive naturali esse putavit, ut perempta principali obligatione, quæ accederent, ut honoraria etiam tollerentur. At rogo, ubi non sint accessoriæ obligationes, quæ tolli possint, nonne videt hanc rationem omnino cessare? Amplius ex hoc, quod juris gentium sit acceptilatio, statim *Ulpianus* deducit Græcè fieri posse, dummodo sic fiat, ut latinis verbis fieri solet. Hæc illatio nullam habet rationem ac-  
ces-

sionum. Alibi scripsi lib. sing. de legibus par. I. c. 3. n. 14. & nunc repeto: non alia ratione acceptilationem juris gentium esse, quam ea, que sumitur ex notissima juris gentium regula 1. Nil tam naturale, ff. de regul. jur. quae habet, nihil tam naturale esse, quam unumquaque eo vinculo solvi, quo colligatum est. Jus civile invenit, ut verbis obligaremur, videlicet per stipulationem, statim jus gentium suggerit, ut contrariis verbis valeamus inductam tollere obligationem: Verum est igitur acceptilationem fieri non posse, nisi per stipulationem, l. i. l. an utilis, §. servus communis de accept. tum etiam stipulationem esse contractum juris civilis, sed quod stipulatio contraria stipulatione tollatur, hoc est ex juris gentium regula. Nam & juris gentium dici potest, quod ex naturali ratione per jus civile introductum est, quamvis plerique putent solum, quod ante jus civile introductum est, juris gentium esse, quos Pinenius jure notat ad tit. C. de rescind. vendit. c. i. n. 10. Sic illatio recte cohæret, ut quemadmodum quis verbis Græcis obligare potest, ita possit obligatio tolli. Sic, quod præcedit, ut ex persona servi potest jussu domini obligatio induci, ita etiam & tolli. Totum hoc, ut obligatio eo modo tollatur, quo inducitur, juris gentium est. Ita omnia plana. Vale, & me, ut soles, ama.

Datum e Villa Battaglina die 17. Septembris 1599.

Expli-

# Explicatur natura servitutum

## *Epistola IV.*

TOMPEO BATTAGLINO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**E**xplanationem servitutum, quam verbis a me accepisti, & facilitatis, & veritatis sepe laudasti; literis commendatam cum desiderare videaris, tibi velut olim mei studiosissimo discipulo, nunc vero clari nominis jureconsulto morem libentissimè geram. An forte, dum *Cyni* commentarios tuis accessionibus ditare, & illustrare magna cum tua gloria contendis, aliquid occurrit hoc argumento diffiniendum? Utcunque res se habeat, repetam breviter nihil aliud servitudes esse, quam legitimam quamdam dominii diminutionem. Duo præstat dominium, jus disponendi, item & prohibendi jus. Ex primo fluit, unumquemque rei suæ pro libito moderatorem, & arbitrum fore *l. in re mandata C. mand.* Ex altero, ut prohibere possit, ne quisquam se invito in re sua aliquid agat, §. *fere inst. de rer. divis.* lege permitente jura servitutum ad dominium diminuendum, qua ratione servitudes sunt, introducta esse, non est ambigendum. Nam, ut perbellè *Pomponius ait l. quoties nec bominum §. I. ff. de servi.* Servitutum non ea natura est, ut aliquid faciat quis, veluti vidaria tollat, aut ameniorem prospectum præstet, aut in hoc, ut in suo pingat, sed upatiatur, aut ut non faciat aliquid. Sic alterum de duobus in quacumque specie servitutis agitur, vel ut quis in suo non faciat aliquid, vel ut patiatur aliquid fieri. Primum diminuit dominium, qua parte tribuit jus disponendi. Poterat quis altius usque ad Cælum tollere ædes suas jure dominii, & libertatis, fecit pactum altius non tollendi, jus dominii diminuit adimendo sibi altius tollendi facultatem ex dominio competenter, & constituit servitutem priori modo, ut aliquid non faciat. Secundo modo servitus diminuit dominium, cum dominus imposita servitute pati tenetur adversarium aliquid facere, puta ire per fundum, vel pecus ad aquam appellere, vel haurire, & ita secundam illam dominii facultatem, quæ erat prohibendi, hæc secunda servitutum conditio diminuit, dico diminuit, non tollit, quia in cæteris, & disponendi, & prohibendi facultas illibata conservatur, dummodo servituti constitutæ non afferat præjudicium. Hinc est, ut dominus negando libertatem vendicare conetur, id est actione negatoria proposita, adversarius vero servitutem contendat proposita confessoria §. *equè si quis inst. de action.* Quare servitudes opponuntur dominio, quatenus dominus, aut non facit aliquid, aut patitur aliquid fieri. Ex parte ejus, cui competit, magis sub ratione facultatis diffiniri videntur. Iter jus eundi, usufructus jus utendi fruendi. Neque jus exponi debet id est servitus, ut perperam *Accuratus Inst. de usuf. in princ.* quia servitus est per modum passionis ex parte fundi servientis, non per modum actionis ex parte ejus, cui debetur, huic enim imposta servitute competit facultas utendi illa servitute, & ita diffinitur consideratus usufructus per modum facultatis ex parte illius, cui debetur. Quare nec dicit, usufructus est servitus, sed jus, id est legitima facultas. Paucis exposui, quod cupis. Rogo nunc te, ut cum in magna curia causis civilibus dijudicandis magna cum gloria præsis, tecum existimare ne desinas, autoritatem eruditione, non eruditionem autoritate vindicari. Sic studiorum semper amantissimus eris. Vale.

Datum Neapoli die 22. Augusti 1601.

Pos:

L I B E R S I N G U L A R I S      47  
**Possessionem origine dominio posteriorem esse .**

*Epistola V.*

**A N G E L O S P A N N O C C H I O J. C.**

**A L E X A N D E R T U R A M I N U S E.**

**D**E possessionis origine, an sit dominio antiquior, videbar mihi novam plane, sed veram protulisse sententiam, nempe dominium antiquius possessione habendum. Quod quia præter omnes sit, facilius convinci videtur, quæm persuaderi. Primum etenim acquirendi genus, quod cuncta nullius essent, fuit per occupationem §. fere *Inst. de rer. divisione*. Qua non possessionem, sed dominium acquirebamus, neque prius possessio innotuit, quæm quod in dominio alterius esset, alter possidere cepisset, supponit ergo dominium ut antiquius. Quod *Jabolenus lib. 4. Epistolarum ob oculos posuisse videtur dicens l. quæstio ff. de verb. significat*. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Sic cognitio possessionis præcedentem dominii cognitionem supposuit semper. Et *Paulus in l. i. ff. de acq. pos. qui communis sententia suffragari videbatur*, hanç confirmat accidenter, dum ait, dominiumque rerum a naturali possessione cœpisse. Idcirco naturalem dixit, ne veram possessionem intelligeremus, quæ dominio posterior esset. Naturalis enim possessio, possessio non est, ut suo loco abunde probavi *lib. Sing. De vera poss. sub cap. ult.* Illeque possessio habitus est, qui rem alterius ut suam tenere cœpit. *Theophilus ait in §. item placet Inst. per quas personas nob. acq., & in §. item per acceptilationem Inst. quibus modis tollit obl. detentionem rei corporalis affectu dominii*. Si non inanem dicamus affectum, ipsa etiam diffinitio ostendit possessionem esse dominio posteriorem. At in futurum facilius persuaderi posse existimabo, quod te in eadem sententia esse intellexerim. Qua de re me certiorem facere, ne graveris. Tantum enim tibi tribuo, quantum ingenio, eruditioni, & integritati, quæ eximia in te sunt, tribuere decet. Quod vicinior tibi sim, si sine fructu esse patiar, neque poterit esse jucundum, cum tamen jucundissimum animo conceperim. Quare amplius rogo, ut mihi *Ulpiani sensum in l. officium ff. de rei vend. de iis qui rei vindicatione conveniri possint, a te, præter alios, summa cum tua gloria dilucidatum, communem facere velis*. Illa est conditio boni, ut communicetur, tu qui optimus es, & præclara, & optima sèpissime prodis, pro boni conditione communicare teneris; mihi autem èd libentius, quod qui super me tuam virtutem suspiciat, mores amet, doctrinam veneretur, teque ipsum observeret, & colat, neminem habeas. Vale.

*Datum Ferrarie die 10. Decembris 1603.*

De

## De eadem re.

*Epistola VI.*ANGELUS SPANNOCHIUS ALEXANDRO TURAMINO

J. C. B. V.

**C**Ensi jam pridem & ego, possessionis acquisitionem dominio posteriorem fuisse. Idque publicè docendo saepius confirmavi. *Ad de Rub. acq. poss.* sive enim dominium universale rerum omnium creatarum consideremus, fuit a Deo datum hominibus, non solum antequam posseiderent, sed pene antequam nascerentur, *Genes. I. ibi dominamini piscibus maris, & volatilibus Cæli, &c.* sive dominium rerum, locorumve particularium spectemus, quod fuit gentium jure distinctum, *I. ex hoc jure de just. & jur.* constat fuisse olim sola occupatione, *§. singulorum, cum multis sequentibus Inst. de rer. divisi.* quæsitum, inde & cognita primùm, & affectata possidendi commoditas. Ejusque rei vestigium remansit in iis, quæ terra, mari, caeloque capiuntur, *I. I. in princ. ff. de acq. possessione.* Cæterarum quippe rerum dominia translata verius, quam acquisita videri possunt *I. traditionibus, C. de pac.* Hinc veteres nostri Prudentes post *Theophilum*, quem & tu citas in *§. idem placet Inst. per quas personas nob. acq.* illum tantummodo possessorem existimant, qui credat se dominum esse. *Cajus in I. quæcumque §. I. ff. de public.* *Paulus in I. si servus depositus §. I. ff. de Noxal.* *Diocletianus, & Maximilianus in I. nullo C. de rei vend.* ac ipse *Justinianus I. pen.* *§. nos autem C. de furt.* *Jaboleni enim sententiam I. quæstio de verbor. sign.* alio trahendam existimo præunte mihi *Briffonio* viro sane docto *lib. 4. c. 4. select. antiquitat.* denique movebar, quod possessio sine animo non acquiritur *I. 3. in princ. de acquir. posses.* qui tamen citra dominandi affectum, accedere numquam potuit. Quod insuper a me cupis de *Ulpiani* sensu, *I. officium de rei vendicat.* equidem ad *I. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. pos.* hunc fuisse credidi semper, credoque, ut *Pegasii* sententiam non damnet, immo addito sale confirmet. Nempe a detinentibus ita demum vendicare res posse, si restituendi facultatem habeant, *& I. officium vers. putatur.* Eam vero nec habent, nec habere possunt, qui non possident *I. I. §. quod ait pretor. ff. quod legat.* siquidem restituere, *I. plus est in restitutione ff. de verb. sign.* est etiam possessorem facere, & omnem rei caussam præstare *I. præterea ff. de rei vendicat.* *I. videamus secunda §. in Faviana de usur.* *I. restituere 35. ff. de verb. signif.* Et mihi ferunt opem *Constantinus in I. 2. Cod. ubi in rem act. exerc. debet,* & *Innocentius in cap. quoniam frequentis §. quod si super rebus, extra ut lit. non contest.* dum statuunt, detentores non teneri judicium vendicationis sustinere, sed tantum nominare dominum possessionis. Vale.

Datum Bononia die 27. Decembris 1603.

Taq

**Tacita pupillaris sub expressa vulga-  
ri contenta an sit secundum vo-  
luntatem Testatoris, vel præ-  
ter eam.**

*Epistola VII.*

S F O R Z I A S E Q D D O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS R.

**C**onstitutio divi Marci de qua in *l. jam hoc jure, ff. de vulg. & pupil. & Veri, sub-*  
*stitutionem uno casu factam ad alium extendens, an sit secundum voluntatem testantium,*  
*vel præter eam, huc usque controvertitur. Receptior sententia videtur, eam nisi præsumpta*  
*voluntate testantium, Aquil. in l. centurio. par. 3. num. 18. ff. de vulg. & pupil. At Ca-*  
*strensis in l. in Testamento n. 9. de test. milit. Franciscus a Ripa in l. Lucius num. 16.*  
*ff. de vulg. & pupil. Franciscus Duarenus de subst. cap. 8. sine ulla voluntatis conjectu-*  
*ra ex interpretatione legis præter voluntatem eorumdem induci tradidere. Hæc controversia*  
*ita mihi videtur componenda, ut in duo capita dividatur. Alterum respicit consti-*  
*tutionem ab initio, cum induceretur. Alterum testamenta post factam constitutionem*  
*condita. Si primum caput inspicimus, vera est posterior sententia, nullam ad constitutionem*  
*introducendam adfuisse voluntaris conjecturam. Ea enim sumit solet, vel ex*  
*aliqua parte testamenti, vel ex aliquo dicto, aut facto testatoris. Ex substitutione facta*  
*in uno casu, quoniam oppositam ab alio conditionem habet, sumi non potest. Casus vul-*  
*garis substitutionis est, si heres non existat, casus pupillaris, si heres extitexit, & in pupil-*  
*laris estate deceperit. Heredem existere, & non existere sunt opposita per affirmationem, &*  
*negationem, fieri ergo non potest, ut uno casu expresso per interpretationem verborum alias*  
*subintelligatur. Quare si nihil aliud afferat, alter casus penitus omissus censi debet,*  
*& si constitutio non extaret, non fieret extensio, argumento l. commodissime ff. de*  
*liber. & posth. Nec quicquam adducitur a testatore factum, aut dictum, quod vel*  
*levem conjecturam suggerat. Quidam dicunt testatorem, si de hoc interrogatus fuisset,*  
*ita responsurum; arg. glof. in l. tale patrum §. ult. ff. de patr. Ceterum hoc argumen-*  
*tum non semper vim habet, sed ita demum, ut Bald. in l. 1. n. 10. C. de his qui*  
*ante aper. tab. prudenter docuit, & Dec. cons. 89. n. 3. & alii probant, Jason. cons.*  
*42. n. 15. lib. 3. Socinus jun. cons. 11. n. 22. lib. 1. si colligatur ex aliquo ex-*  
*presso, non si versemur in eo, quod sit omnino omissum. Tacitum enim, quod*  
*nullo modo in dispositione sit, spernitur, Bald. & Jmol. in l. eum quidam ff. de ha-*  
red.

H h h

red. *instit.* quasi propositum in mente retentum. Confirmatur hæc sententia ex duabus exceptionibus, quas *Modestinus* in d. l. *jam hoc jure*, ad constitutionem scripsit. Altera est, ne locum habeat, si sit facta personis imparibus, si enim ex voluntate testatoris esset, ratio voluntatis magis quam imparitatis personarum esset habenda, ut accidit in expressa, & tamen in tacita *Modestinus* ait: *incongruum enim videbatur, ut in altero duplex esset substitutio, in altero sola vulgaris*. Hoc, quod ait *incongruum*, est respectu legis, quia respectu testatoris, & eo volente nullatenus est incongruum, ut idem *Modestinus* probat, docens hoc casu substituendi formulam. Secunda exceptio est si non voluntas testatoris refragetur, non posset timere lex, ne porrigeretur contra voluntatem, & necesse non esset casum hunc excipere, si ea secundum voluntatem, non autem præter voluntatem testatoris induceretur. Alterum caput est post introductam constitutionem, in quo dicendum puto receptam sententiam locum posse vindicare, ut hæc tacita substitutio habeat voluntatem testatoris ex consequenti desumptam. Præsumitur paganus scire jura, nisi contrarium probetur, l. 2. §. ult. ff. quis or. in bon. pos. & consequenter scit se uno casu substituentem, nisi refragetur, & alio substituere casu, idque velle præsumitur, *Bartol. in l. heredes mei §. cum ita n. 4. ff. ad Trebell.* Ut verò hæc conjectura sumitur ex juris scientia, non ex verbis a testatore prolatis, inferri perbelle poterit, ne hæc constitutio locum habeat in testamento militis, quamvis Doctores contrarium admississe videantur. Nam in militis testamento sola, nuda voluntas testantis inspicitur l. 1. ff. de milit. test. propria, & separata jura observantur, d. l. 1. & quod mirum in modum urget, si præsumitur ignorare jura d. l. ult. Quare cum constitutio non habeat ab initio voluntatem testatoris, ut docui, non ex post facto, quoniam miles est hujus constitutionis ignarus, nihilque aliud in ejus testamento, quam ejus nuda voluntas observetur, consequitur constitutionem non habere locum. Amplius si in ejus testamento locum non habet jus accrescendi l. si duobus ff. de milit. test. in quo tamen propter conjunctionem apparent quædam voluntatis indicia, neque alia ratione fit, nisi quod potius habeat jus voluntatem testatoris consequentem, quam antecedentem multò minus hæc constitutio locum habere poterit, quæ verbis nullo modo cohæret, & per locum ab absurdo etiam evidentissime confirmatur ex *Diocletiani* constitutione in l. precibus C. de impub. at ali. subst. In qua, cum testamentum a milite factum proponatur, unum de tribus fateri necesse est, aut quod ibi decidatur casus tacitæ pupillaris, aut quod sub expressa vulgari tamquam a milite facta non contineatur, aut quod, licet contineatur, ejus tamen decisio prætermittatur. Falsum est, quod decidatur, quia ex verbis constitutionis non appetet, & de eo casu *Justinianus* in l. ult. C. de inst. & subst. postea dubitavit, quasi hactenus diffinitus non esset. Absurdum est, quod *Diocletianus*, qui imperfectas mulieris preces tanta humanitate supplere contenderit, in distinctione, & enumeratione casuum defecisse dicatur. Consequitur eum consultò omisisse, quia vere non contineretur. Id planam reddit suę constitutionis explicationem, quę alioquin difficilis habita semper est. Hæc tibi viro eruditissimo scribere constitui, quia materiam substitutionum, & in integrum restitutionis tua ingenii præstantia mirum in modum exornaveris, ut tuo solido judicio adeo excutiantur, ut vel probata consistant, atque recipientur, vel improbata ruant, & silentio, ac tenebris digna judicentur. Vale.

Datum Ferrariae die 21. Januarii 1604.

Dare

L I B R S I N G U E X R I S

432

# Dare judicem esse mixti imperii.

## Epistola VIII.

H A N N I B A L I M A R I S C O T T O J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N U S F,

**D**Esidero vehementer vetustissimum errorem ex Academiis eelli, quod dare judicem sit simplicis jurisdictionis. Tuum his literis auxilium implorare constitui, qui, cum eruditione, & autoritate plurimum valeas, & Italie Academias tua eloquentia illustres, te nebras, quæ veritatem obruere videntur, facile removere possis. Dare judicem est mixti imperii. Imperii vis satis elucet, quoniam, qui dat judicem, ita dat, ut judicare jubeat, l. cum qui ff. de jurisd. om. jud. jubere in quolibet actu, magis imperium, quam jurisdictionem ostendit, l. 4 ff. de jurisd. omn. jud. &c ex vi imperii descendere judicis dandi facultatem, Paulus l. cum prætor ff. de jud. iis verbis insinuat: *Item ii, quibus more concessum est propter vim imperii, sicut præfetus urbi.* Refert se ad merum imperium, quod urbi præfecto competit l. 1. ff. de off. præf. urb. & eam ob rem sibi potius ex more vindicavit, quam quod proprium esset meri imperii. Ratio vindicandi fuit, ut si id liceret habenti mixtum, multò magis liceret habenti merum. Consideratur jus imperii, non jus: ex jure merii imperii non est dare judicem, quia in judice dando etiam jurisdictione inest, quæ non est in mero imperio, quod ex lege datur, non jure magistratus competit. Ex vi imperii arripuit occasionem introducendæ consuetudinis. Igitur qua parte, qui dat judicem, judicare jubet, & jubendo dat jus imperii patet, l. nam & magistratus ff. de jurisd. omn. jud. l. un. C. qui pro sua jurisdict. At si mixti imperii est, dicendum est, qua parte eluceat jurisdictione. Qui dabat judicem, præscribebat judicandi formulam. Jurisdictionis est ipsius formulæ præscriptum. Veluti, si paret illum dare oportere, vel alia sub quavis formula judex daretur. Præses sacri Neapolitani consilii prætori Romano rectissimè comparari potest. Is in judice dando his utitur formulis: *Talis audiat, recognoscat, vel in sacro Consilio referat.* Imperio jubet, quid, agendum; hanc formulam, non illam pro sua jurisdictione præscribit. Ulpian. autem in l. imperium ff. de jurisd. omn. jud. ubi dixit: *Jurisdictione est etiam judicis dandi licentia*, ut multis præbuit errandi occasionem, ita mihi hujus veritatis patet facendæ causam præbet. Ille enim sermo vere est de duobus, videlicet de im-

H h h 2

perio

perio mero , & mixto , quod *Cujacius* & *Donellus* apud eum docent . Sensus autem *Ulpiani* hic mihi planior visus est . Mixtum imperium est , cui jurisdictione inest , quod in danda bonorum possessione consistit . Si id verum , quod *Ulpianus* ait , sequitur in danda bonorum possessione jurisdictionem inesse , & ita esse mixti imperii , hoc est conjunctim imperii , & jurisdictionis cujusdam . Si hoc ita se habet , cum sequitur ; *Jurisdictione etiam est judicis dandi licenta* , quzro quznam jurisdictione non alia , quam quz inest imperio , ut in danda bonorum possessione . Vim ad id persuadendum non modicam habere videtur dictio etiam , quod & *Cujacio* placet , quia dare judicem sit imperium quoddam , & etiam jurisdictione . Quare *Ulpianus* adstruit dare judicem esse mixti imperii . Si tu idem confirmes duos *Ulpiani* hujus sententiae factores habere videbor . Vale .

Datum Ferrarie die 12. Martii 1604.

De

De continuatione dominii in suos hæredes ad explicationem l. in suis ff. de lib. & posth.

*Epiſtola IX.*

O D O A R D O C T R O E S T E N S I

A L E X A N D E R T U R A M I N U S F.

**E**fflagitarunt multi, quomodo in suis hæredibus dominii continuatio se haberet, non ignari in Academia Neapolitana me novam hujus rei explicationem quondam attulisse, quæ aures studiosorum demulcisset, & plausu honorifico excepta esset. Sed ego cunctatus hucusque sum aliorum oculis subjicere, ut quandoque refrigerato inventionis amore, ut *Fabius* monet, tamquam lector ipse perpenderem. Tandem lib. 3. difficultum, in quo sua sedes est, collocaveram, tandem negaturus, quandiu liber ille in lucem ederetur. Tibi tamen, qui alias tot nominibus excellis, negare ausus non sum: tibi, qui generis nobilitati, morumque suavitati juris studia adjicere etiam voluisti, tantum jurisprudentia debet, ut & jurisconsultos ipsos tibi devinciat omnes. Age igitur, & quod inornatum tradam, tua ornet humanitas. Quæritur an continuatio dominii, quæ in suis hæredibus fit, vera sit, & quomodo rem eo perducat, ut mortuis parentibus nulla videatur hæreditas fuisse, sed liberam tunc illi administrationem consequantur, l. in suis ff. de lib. & postb. Patrem viventem, nemo dominum esse dubitat, l. pronunciatio §. familie ff. de verbor. sign. & d. l. in suis. Quod si ita se habet, consequitur, filium tunc dominum non esse, cum duo in solidum ejusdem rei domini simul esse non possint, l. si ut certa §. si duobus ff. commod. Ita apud *Paulum* hujus definitionis authorem *Accursius*, *Bartolus*, *Baldus*, & omnes hoc argumento dubitant. Sed amplius, si filius quicquid acquirebat, patri acquirebat, ut nec momento in ejus persona acquisitio consideret l. placet ff. de acq. hæred., consequitur, filium nullum dominium obtinere potuisse, quod nec momento stare penes eum posset. Hujusmodi solvendi causa multi multa protulerunt. *Accursius* ait penes patrem esse verum dominium, penes filium fictum, & imaginarium, & hoc nomine *Paulum* duas illas dictiones quodammodo, & quasi in hac explicatione usurpasse, velut impropietatem hanc indicantes. *Vaconius* lib. 3. decl. 50. n. 4. contendit filium, vivo patre, esse vere dominum, solamque administrationem esse penes patrem, tamquam seniorem, a quo domum deceat administrari. Nihil est, quod magis aut a *Pauli* sensu, aut a veritate distet, eo usque dominus bonorum pater est habitus, ut in filios haberet potestatem vita & necis, non modo exhereditationis.

nis. *Marius Salomonius* contendit Filium vivo patre non esse suum hæredem, sed futurum suum, quod procul a vero est; potest enim emancipatione desinere suus esse, §. *sui Inst. de hæred. qual.* & *diff.* quare esse suum antecedat necesse est, quia privatio supponit habitum *Inst. de libert. in princ.* Si vero *Accursii* receptam solutionem probemus, adhuc dubitatur, si alterum est verum dominium, alterum impro prium, quomodo ea continuatio fieri possit, quæ de eodem dominio, non de diverso dicatur necesse est, quod *Baldus* monet, *sibid. n. 5.* Quare in vero dominio confunditur imaginarium, nec continuationis vestigia patent. Tandem cum multum huic argumento concedat, consentit continuationem esse impropriam, & intellectualem. Sed non evidenter, verum obscure pateret contra *Pauli* verba, si foret ejusmodi. Alii dicunt patris, & filii unam videri personam, & hac ratione dominium videri penes duos sub ratione unius. Idque *Connarus* probat, quo nomine ait, quod filius non ejus mortui hæres futurus est, sed adhuc viventis socius jam, & particeps esse existimatur. Hæc ratio, cum aliunde ducatur, quam ab ipsa, ut appellant, suitate, probanda non est. Effectus enim continuationis in jus suorum hæredum referri ita debet, ut omnibus pateat ab ipsa suitate immediate profici sci. Ego aliter rem explicandam censeo. Dico igitur paternæ substantiæ duplē rationem, aliam ut substantiæ, aliam ut hæreditatis, & ut aperte dicam, id, quod est patrimonium patris, eo etiam vivente est hæreditas filii. Sub ratione patrimonii in solo dominio est patris, & hoc modo obtinent objecta; sub ratione hæreditatis in dominio filii, isque solus dominus sine administratione, quam liberam, mortuo patre, consequitur. Rem planam faciam. Filius suus hæres est, vivo patre, §. *sui Inst. de hæred. qual.* & *diff.* & eo mortuo existentia est hæres, nec necesse habet adire hæreditatem *l. in suis, ff. de suis* & *legit.* Itaque si vivo patre heres est, oportet aliquis hæreditatis hæredem esse, quia sit, ut *dialectici* dicunt, ad aliquid. Nec hæres aliud est quam dominus, §. *pro hærede Inst. de hæred. qual.* & *diff.* statim ergo ac filius nascitur, suus hæres nascitur id est hæres domesticus præparatus a jure civili juxta votum parentum, *l. scripto ff. unde lib.* & naturalem rationem, *l. cum ratio ff. de bon. damn.* quare id, quod patrimonium est patris, incipit etiam considerari ut hæreditas filii, & quemadmodum statim ac natus est, hæres est, ita & dominus; singulare est dari viventis hæreditatem, ubi vero ea detur dari hæredem dominum illius hæreditatis non est singulare, sed suo quodam jure sequitur. Cum pater moritur, non videtur filius tunc hæreditatem acquirere, veluti sibi delatam a nativitate, sed consequitur liberam hæreditatis administrationem, sicut enim ipsius hæreditas statim, ac natus fuit, sed sub administratione patris, quoad vixit, nam suo hæredi defertur hæreditas cum nascitur, cum pater moritur, est visa continuatio dominii ejusdem hæreditatis accidente dumtaxat libera administratione. Recte *Paulus* ait: *continuationem dominii eo rem perducere, ut nulla videatur hæreditas fuisse*, videlicet patre mortuo, quia cum a filii nativitate hæres, & hæreditas fuerint, tempore mortis non videtur tunc hæreditas esse, sed continuatio illius dominii filio tamquam suo hæredi a nativitate in paterna hæreditate competenti. Quare hæc ratio facit ut mortuo patre non videatur alia hæritas. Facit id ipsum, ut sola in suis hæredibus habeat locum ex hæredatio, in extraneis re scripta sit *l. quidam ff. de verbor. oblig.* quia viventes non habent hæreditatem, a qua ex hæredes fiant, & satis est si non instituantur. Sui hæredes, quoniam etiam viventes hæredes sunt, sunt etiam ex hæredandi. Elucet ergo continuationem fieri ejusdem dominii uniformem, non diversam, quia filius, ut suus hæres a nativitate, fit etiam dominus hæreditatis, sed hæreditatem non attingit, quia viventis est; mortuo patre, non tunc hæres fit, aut ei hæreditas defertur, sed hæreditatis a nativitate delatae, cum ejusdem dominii continuatione liberam administrationem percipit. Hæc tuo desiderio satis. At si quid mihi desiderare liceat, id maximè cupio, ut meam in te, tuosque parentes, ac patres observantiam ita memoria teneas, ut inanem esse non patiaris. Vale.

Datum Ferrarie die 3. Novembris 1604.

Di.

**Divisio actionum in nativas , & dativas falsa , & sine utilitate demonstratur .**

*Epistola X.*

**ANTONIO RICCIULLO J. C.**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**A**ctiones alias nativas , alias dativas esse *Accursius* non uno loco docuit in l. i. in ver. figuris , & in l. ex maleficiis §. hæres . in ver. intelligitur ff. de actio. & oblig. in l. ex legato . C. de legat. Quod Bartol. in d. l. i. n. 5. My sign. institut. de act. an. prin. n. 234. & alii magis concedentes eas esse nativas , quæ haberent plenissimam materiam , ex qua possint oriri , cæteras esse dativas . Mihi verior Fulgesii in l. cum mota in fin. C. do transact. sententia semper visa est , hanc distinctionem negantis , tum quod omnes nativas videantur , tum etiam quia jureconsulti promiscue dandi , & nascendi verbo utantur , quod post Decium , & Alciatum , Decius in d. l. cum mota , n. 7. Alc. n. 36. Duarenus in l. jurisg. §. & ideo in fin. ff. de pact. observat. Et Cajus dicens in d. l. i. ff. de actio. & oblig. quod omnes obligationes , aut ex contractu nascuntur , aut ex maleficio , aut proprio quodam jure ex variis causarum figuris , omnes nativas esse probat . Quoniam ut omnis obligatio nativa est , non dativa , & inaudita hæc obligationum divisio est , ita plane actio ab ea descendens oritur semper ex aliqua causa , qua alterum obligatum esse , alterum agere posse suadet . *Justinianus* etiam , alioquin in divisionibus actionum recentendis accuratissimus , non sine aliqua nota hanc prætermisset , si vera esset , & alicujus utilitatis . A posteriori etiam , per locum ab effectu ad suam causam , confirmari videtur . Nam si quæras a nostris , quæ sit inter eas differentia , hanc unam adducunt , quod nativa ad hæredes transeat , dativa non ita gl. in l. cum præc. ff. præc. Sed ut destinationem finixerunt , ita fingunt effectum hunc ab ea descendenter ; nullibi tamen probatur , ut Decius idem adnotavit . & expressim hanc differentiam reprobant Didacus in reg. possessor. par. 3. §. i. n. 4. Vasq. de succes. progr. lib. i. §. 6. n. 54. Padilla in l. naturalis §. at cum da vers. ii. ff. de p. a. s. c. verb. licet hic eo nomine notari potest , quod differentiam probet , & dum non probat , effectum inanem esse concedat . Vetus adagium nostris scriptoribus convenire videtur : *Omnia nova placent* . Sed cum vera tibi magis , quam nova placere certo sciām , puto te omnino existimaturum sine ulla injuria , vel detimento juris artem hac differentia posse carere . Hæc dicendi tibi saltem occasio sumpta , ut intelligas me Ferrarie incolumem pervenisse . Ex Academia nostra Rinforcatorum , quam Neapoli institueram , cum prodieris , & in Academia Romana , cui tanto cum tuæ gloriæ incremento eum interpreteris , id mecum planè agis , ut qui te discipulum plurimum dilexerim , nunc jureconsultum majori benevolentia prosequar . Altius eas semper , & ad summa nitaris . Te enim & equari mihi , & præferri , non modo patiar , sed cupio etiam . Erit enim , etsi vincar , gloria communis . Vale .

Datnm Ferrarie die 10. Novembris 1604.

Pom-

Pomponii in lege commodissimè ff.  
de lib. & posth. cum lege ultima  
Cod. de posth. hæred. inst.  
conciliatio .

*Epistola XI.*

J A C O B O G A L L O J. C

ALEXANDER TURAMINUS F.

Celebris est antinomia inter Pomponium in l. commodissimè ff. de lib. & posth. & Justinianus in leg. ult. Cod. de posth. hæred. inst. vel exhaered. circa posthumi institutionem, commodissimè instituitur, ut Pomponio placet, his verbis concepta formula: *Sive vivo me, sive mortuo natus sit, hæres esto, aut etiam pure neutrius temporis habita mentione. Si alteruter casus omissus fuerit, eo casu, qui omissus sit, natus rumpit testamentum, quia, ne sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur, qui non est testamento comprehensus.* At Justinianus ita concepta formula: *Si filius, vel filia intra decem mensium spatium post mortem meam editi fuerint, hæredes sunt.* Vel si ita dixerit: *Filius, vel filia, qui intra decem menses proximos morti meæ nascentur, hæredes sunt,* constituit natos vivo testatore non rumpere, nec esse præteritos, sed institutos. Cum multi multa dixerint hujus nodi solvendi gratia, excitabo te virum doctissimum, ut tuam sententiam interponas. Cum enim, quæ tua est humanitas, mei sis amantissimus, si obliterantæ in te meæ id negare audeas, amori in me tuo omnino concedere teneris. Accursius in d. l. commodissime priori loco Pomponii sententiam ex Justinianus corrigi putavit, quod quamvis Bartoli & nostris omnibus displicerit, probavit Cujacius in d. l. commodissime argumentum ducens ex eo, quod Justinianus lex Pomponio adversans sit quinquaginta constitutionibus, quæ ad juris emendationem emanarunt. Pomponii casum omissum supplere non potuit, Justinianus potuit. Ego de potestate consentio, at circa voluntatem dissentio. Nec enim tam facile debuit legis correctionem concedere. Tum verò Justinianus ait in relata formula: *Jurgium antiquis interpretationibus legum exortum est, an videantur non contineri testamento, & ruptum facere.* Quod pronunciat Pomponius in sua formula, pronunciat, quasi sine jurgio, & sine controversia esset. Bartoli in d. l. commodissime opinatus est, differentiam ita posse componi, ut in Justinianus specie testator illico se moriturum putaret, & hoc sensu adjecta esse verba, post mortem meam, & eum secutæ videntur Raph. Cu. Im. Cas. Are. omnes in ead. leg. & alii multi, adeo ut Vasques de success. crea. lib. 2. §. 20. n. 109. receptam hanc interpretationem affirmaret. Verum, quod in una magis, quam in altera specie testator se morituram cogitaret, non ex verbis legum ipsarum deprehendi potest, & totum id in divinatione positum esse videtur, ut Cast. Cum. in ea l. & Corn. conf. 244. n. 5. lib. 2. animadvertisunt. Amplius hæc interpretatio Justinianus constitutionem inerudite restringit, etsi testator corpore firmus sine ullo mortis terrore, ita decrevisset, ea verba eundem sensum recipere non possint. Quod Justiniani menti, & ra.

rationi convenire nequit. Is autem se ita statuere, ne poenam patiatur præteritionis; qui suos non præteriit: non generatio fumit rationem ex testatoris statu, sed ex vi verborum, quasi præterisse natos vivo se non videatur. *Vasques* ait, si contingat filium nasci vivo testatore, rejici conditionem testatoris, ex aliis legibus, & ad eas respicere illa *Justiniani* verba: *Cum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adjuvantes*. Idque inter septingenta paradoxa se Salmatiæ propugnasse testatur. Quod mihi deterius dictum videtur. Rejicitur gravamen de legitima, non de universa institutione, d. l. scimus, §. cum autem, & id non ad evitandam rupturam testamenti, quæ nascitur ex vitio præteritionis, sed ut inofficiosi querela, vel jus agendi ad supplementum submoveatur, d. l. scimus, §. repletionem. Tum verò & in *Pomponii* specie pari ratione rejiceretur, & tamen non conditionem rejicit, quia, qui altero casu institutus, altero nascitur, nec sub conditione institutus intelligitur, qui testamento non est comprehensus. Antequam nascantur posthumi omnia pendent, quia non rumpunt non nati, l. 3. ff. de *injust. rupt.* & *irrit. test.* cum natii sint nulla in utraque specie conditio est, quia vel præteriti sunt, vel pure instituti. *Corasius* autem in d. l. ult. post *Jac. de Rau. Petr.* & *Cyn.* dixit in specie *Pomponii* verba esse clara ad unum casum restricta, in ea *Justin.* ita esse ambigua, ut ad benignorem interpretationem, testamenti observandi caussa, a *Justiniano* trahi potuerint, & hunc affert communem intellectum, quod nemo eum refellat, d. conf. n. 5. Refellit tamen *Vasques* de suc. præg. lib. 1. §. 4. n. 45. dictans sibi suspectum, quia etiam in specie *Justiniani* verba sint clara, atque præcisa, illa nempe post mortem meam, quæ vivo testatore natos excludere videntur. Sed jurgium ortum apud antiquos adversus *Vasques* ambigua fuisse evincit, *Ant. Govean.* lib. 2. cap. 7. *Var. lec.* in eo ponit differentiam, quod in Imperatoris constitutione clausula adsit illa cum certi temporis diffinitione *intra decem mensium spaciū post mortem meam*, quasi adjecta ad excludendos illegitimos, non autem ad tempus legitimorum diffinitione, si vel vivo, vel mortuo testatore nascantur. Quare mentio mortis non est adjecta ad excludendos vivo testatore natos, sed natos post decem menses. Igitur, ut includit natos infra decem menses post mortem, ita non excludit natos vivo se, sed natos post decem menses a die mortis. Stat generatio illa clausula, ut si dicamus terminativè. Ad id facit, quod in formula Aquil. hęc clausula adjici etiam consuevit; & quasi translativa in omni posthumorum institutione recepta est, quamvis non aliud exprimat, quam quod inesset, quia nati in undecimo mense illegitimi existimantur, l. intestato §. ult. ff. de suis, & legit. quod etiam *Connanus* docuit lib. 10. cap. 4. n. 2. At cur secus in *Pomponii* specie? *Gaveanus* observat hęc dictum vivo me, vel mortuo me, quæ verba sunt præcisa, & exclusiva alterius temporis. Præter eum noto *Pomponium* loqui de eo, qui jam conceptus est in utero, ait enim, *commodissime is, qui nondum natus est, ita instituitur.* Loquitur de concepto, is enim est qui nondum natus est, cui non potest convenire clausula, si intra decem proximos menses omnino nascetur. Quare certo judicio ventrem pregnantis uxoris uno casu instituens, alio præterire videtur. At incertus an uxor prægnans sit, de omni posthumo deliberare videtur ne rumpat, id, quod ostendit illa decem mensium adjectio. Sic *Justinianus* de omni posthumo, *Pomponius* de concepto differint, clausulę ita se habent, ut unius alteri covenire non queant, cur ergo dicemus correctam *Pomponii* diffinitionem, quæ dissimilis sit in facto, & in formula? Ad te hęc referre volui, ut judicium interponas tuum, ut fructum ex tua benevolentia capiam. Nihil mihi carius, quam literis, quoad licet viris eruditissimis, colloqui, & de juris controversiis suaviter differere. Vale.

Datum Ferrarie die 12. Novembris 1604.

**Officii divisio in nobile, mercenarium,  
& adversarium purgatur, &  
defenditur.**

*Epistola XII.*

P H I L I P P O M A X I M O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**F**acile est receptas sententias subvertere. Studium contradicendi ambitio gignit. Expurgare utilius, & cum fieri possit, laudabilius videtur. Vix enim fieri potest, ut quod majori jureconsultorum numero placuit, undequaque ruat. Accidit interdum, sed raro, vel quia seculis præteritis non eadem librorum copia fuerit, vel quia Italia Gothorum profluvie afflcta, literarum thesauros, quos omnes amiserat, non potuerit brevi tempore recuperare. Ita mihi videtur agendum circa illam *Bartoli*, in l. i. ff. de *jurisdic. omn. jud. distinctionem* communiter probatam, quod officium judicis aliud nobile, aliud mercenarium, aliud adversarium, ut ille dixit, existimandum sit. Si sub incude revoces ad *Ulpianus* sensum d. l. i. pertinere nullo modo potest. Considerat *Ulpianus* officium, ut in judice, non ut in parte residet, quod recte *Bartolus*, adversus *Petrum*, & *Gulielmum* observat, sed tamquam latissimum in actu & in individuo, non tamquam genus quoddam in remota potentia. Malè igitur latitudinem, qua *Ulpianus* ad particularia respexit, *Bartolus* ad genericam quandam rationem, ut has species adstrueret, retulisse videtur. Tum verò, nec minimum vestigium hujus distinctionis, in universo Pandectarum volumine inhibetur, ut hoc etiam nomine damnari possit. Neque alia species officii est in dando judice, alia in dando tute, sed idem officium dat utrumque. Est itaque unum, sed latissimum, quod ad multa pertineat. Quod judex sponte, vel ad petitionem alterius illud impariatur, hoc est per accidens, neque facit officium specie, aut substantia diversum. Hactenus in *Bartolum* inquiero. Ceterum ejus sententiam sic purgari, & retineri posse existimo, veluti doctrinæ caussa utiliter positam. Quanta philosophi, aut etiam Theologi comminiscuntur, ut veritas patere possit, quæ si ad purissimos principiorum fontes revocare velimus, commentitia omnia videbuntur. Sensus erit ex distinctione *Bartoli* accommodator. Officium judicis esse latissimum ad omnia pertinens, quæ a magistratu fiunt, vel sponte, vel ad petitionem alterius, vel actione proposita, vel persecutione, vel exceptione, sive initio, sive in quacumque parte judicii exerceat pro actore, vel pro reo. Quia in omnibus jus dicentis officium locum sibi vendicat, nec est substantia diversum, sed sumit diversa accidentia, & quo.

quoniam hæc accidentia diversos pariunt effectus inde promanantes , retinenda est di-  
stinctio Bartoli , ut aliud nobile , sit aliud mercenarium , aliud adversarium . Purga-  
tur hoc uno , quod divisio sumatur ab accidenti , & non dicantur officia specie di-  
stincta sed unum , quo ratiōne diversi objecti , vel accidentis , nunc hoc , nunc il-  
lud nomen usurpet . Elegi te unum inter clari nominis jurisconsultos , qui meam sen-  
tentiam purgares , si illam Bartoli non purgare , sed foedare forte videar , ut etiam in-  
telligeres adhuc veteres congratulationes Florentiæ vicissim habitas , quando tu è Fir-  
mano te ad Pisanum Gymnasium , ego è Rota Florentina me ad Academiam  
Neapolitanam contulimus , fixas animo manere . Sed & commentaria eruditissima , quæ  
edidisti tam accuratè elaborata amoris , & observantiaz augumentum in dies efflagitant ,  
& consequantur . Vale .

Datum Ferrarie die 22. Novembris 1604.

**Dare bonorum possessionem esse mixti  
Imperii.**

*Epistola XIV.*

C L A U D I O U S I M B A R D O J. C.

A L E X A N D E R T U R A M I N U S E.

**D**Esideras me diligenter investigare , an *Antonii Fabri* sententia *conject. jur. civ. lib. 4. c. 4.* quod dare bonorum possessionem sit simplicis jurisdictionis , quam ex *Goveano* accipit , subsistere possit ; mihi dura videtur , ac etiam falsa . Dura nam ut *Ulpianum in leg. Imperium ff. de jurisd. omn. jud.* sibi morem gerentem vendicet , emendat verba illius , dum dixit : Mixtum imperium est , cui jurisdictione ineſt , quod in danda bonorum possessione consistit . Durum etenim mihi videtur a vulgata , probataque lectione recedere . Recordor etiam me cum *Josepbo Cyro* , & *Ludovico Ricciardo* amicis communibus quandoque differuisse , etiam dare judicem esse mixti imperii . Consequitur , & dare bonorum possessionem esse ejusdem imperii . Contentit *Faber* mixtum imperium non esse aliud , quam coercionem , & male , ut opinor . Jubere enim *l. jubere ff. de jurisd. omn. jud.* cavere est magis imperii cujusdam , quam jurisdictionis & jussum quodlibet ex vi imperii prodit . Tum vero mixti imperii ratio duplex , altera cum ad jurisdictionem trahitur ejus defendendæ causa , & hęc coercitio quedam dici potest , altera cum jurisdictionem ad se trahit , ut jus dicendo jubeat . Sic , & in coercione , & in jussu vis elucet imperii . Sed ut ad *Fabrum* redeam , animadverto *Ulpianum* proposuisse imperii divisionem , ut aliud meum esse , aliud mixtum , nihil de jurisdictione dixisse , nisi quatenus mixto imperio inesset . Perperam duo exempla simplicis jurisdictionis attulisset , de qua nihil edixerat , mixti vero imperii nullam . Dare bonorum possessionem non poterat non esse cujusdam imperii , dabatur enim , non quia jus esset , sed ex pollicitatione *Pretoris* in edito facta , neque secundum jus , ut ea que dabatur secundum tabulas , sed contra tabulas

tabulas etiam, & ita contra jus civile, id quod simplicis jurisdictionis esse non potuit, qua jus quidem dicitur, sed non revertitur, aut rescinditur. Ex simplici jurisdictione quidquam contra jus agere, fas non est, quia neque jus dicere, neque jurisdictione effet: ex imperio aliquid agere licuit Praetori, quippe emendare, supplere potuit, *Inst. de bon. poss. in princ.* Quare testamentum contra tabulas bonorum possessione petita rescindere est imperii, & potestatis cuiusdam. Ut propterea nihil sit ambigendum, & *Goveanum*, & *Fabrum*, & *Longovalium in rep. d. leg. imperium*, quem iis addere potes, manifestè errare, dum id rati sunt simplicis esse jurisdictionis, quod certo certius sit esse mixti imperii. Gratulor te foro addictum, & litigatorum consultationibus magna cum tituli laude occupatum, ab iis doctissimis speculationibus non desuescere. Ingenium ita tuum, ut eximum est, vicissim acuis, & firmas utiliter. Vale.

Datum Ferrarie die 29. Novembris 1604.

Titulum

**Dare bonorum possessionem esse mixti  
Imperii,**

*Epiſtola XIV.*

C L A U D I O U S I M B A R D O J. C.

ALEXANDER TURAMINUS E.

**D**Esideras me diligenter investigare , an Antonii Fabri sententia *conject. jur. civ. lib. 4. c. 4.* quod dare bonorum possessionem sit simplicis jurisdictionis , quam ex Goveano accipit , subsistere possit ; mihi dura videtur , ac etiam falsa . Dura nam ut *Ulpianum in leg. Imperium ff. de jurisd. omn. jud.* sibi morem gerentem vendicet , emendat verba illius , dum dixit : Mixtum imperium est , cui jurisdictione inest , quod in danda bonorum possessione consistit . Durum etenim mihi videtur a vulgata , probataque lectione recedere . Recordor etiam me cum *Josepbo Cyro* , & *Ludovico Ricciardo* amicis communibus quandoque differuisse , etiam dare judicem esse mixti imperii . Consequitur , & dare bonorum possessionem esse ejusdem imperii . Contendit *Faber* mixtum imperium non esse aliud , quam coercionem , & male , ut opinor . Jubere enim *I. jubere ff. de jurisd. omn. jud.* cavere est magis imperii cū jussdam , quam jurisdictionis & jussum quodlibet ex vi imperii prodit . Tum vero mixti imperii ratio duplex , altera cum ad jurisdictionem trahitur ejus defendendæ causa , & hec coercitio quedam dici potest , altera cum jurisdictionem ad se trahit , ut jus dicendo jubeat . Sic , & in coercitione , & in jussu vis elucet imperii . Sed ut ad *Fabrum* redeam , animadverto *Ulpianum* proposuisse imperii divisionem , ut aliud merum esse , aliud mixtum , nihil de jurisdictione dixisse , nisi quatenus mixto imperio inesset . Perperam duo exempla simplicis jurisdictionis attulisset , de qua nihil edixerat , mixti vero imperii nullam . Dare bonorum possessionem non poterat non esse cujusdam imperii , dabatur enim , non quia jus esset , sed ex pollicitatione *Pretoris* in editio facta , neque secundum jus , ut ea que dabatur secundum tabulas , sed contra tabulas

tabulas etiam, & ita contra jus civile, id quod simplicis jurisdictionis esse non potuit, qua jus quidem dicitur, sed non evertitur, aut rescinditur. Ex simplici jurisdictione quidquam contra jus agere, fas non est, quia neque jus dicere, neque jurisdictione effet: ex imperio aliquid agere licuit Praetori, quippe emendare, supplere potuit, *Inst. de bon. poss. in princ.* Quare testamentum contra tabulas bonorum possessione petita rescindere est imperii, & potestatis cuiusdam. Ut propterea nihil sit ambigendum, & *Goveanum*, & *Fabrum*, & *Longovalium in rep. d. leg. imperium*, quem iis addere potes, manifestè errare, dum id rati sunt simplicis esse jurisdictionis, quod certo certius sit esse mixti imperii. Gratulor te foro addictum, & litigatorum consultationibus magna cum tituli laude occupatum, ab iis doctissimis speculationibus non desuescere. Ingenium ita tuum, ut eximum est, vicissim acuis, & firmas utiliter. Vale.

Datum Ferraria die 29. Novembris 1604.

Titulum

**Titulum Pandectarum , de Jurisdi-  
ctione omnium Judicum , vulgo  
inscriptum , ex Pandectis Flo-  
rentinis simpliciter de Ju-  
risdictione inscri-  
bendum .**

*Epistola XV.*

JOSSEPHOCRINO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**O**bservasti titulum , qui in Pandectis vulgaribus inscribitur de jurisdictione omnium iudicium , in Pandectis Florentinis inscriptum simpliciter de jurisdictione . Quorum et si major sit authoritas , perturbat te vehementer titulus Codicis habens lectionem cum vulgaribus consentientem de jurisdictione omnium iudicum , & foro competenti . Ideo petis , ut meam in hac re sententiam tibi breviter aperiam . Faciam libenter . Quid enim est , quod benevolentia erga me tuæ non debeatur ? Videre videor , quid sentias , & dum meam sententiam honorificè requiris , cautè quæris , an ego tibi assentiar . Probabilior est lectio Florentina , quam *Duarenus* , *Vessembecius* , *Cujacius* ibi probant ; argumenta ejus confirmandæ illinc deduci possunt , quod consuevere Prætores magis jus dicere , quam judicare , nam Judices dare solebant . Differunt autem jus dicere , & judicare , ut indicat titulus Codicis , ne quis in sua caussa judicet , vel sibi jus dicat , & Cujacius ibi in Paratitlis ait : *Jus dicit Magistratus , judicat judex datus* . Imo sub officio iudicantis comprehendit *Ulpianus* Judices litigantibus dare in leg. I. ff. de jurisdic. omn. jud. Jus enim dicitur etiam , dum judex datur . Tum vero Prætores in quibusdam caussis cum extra ordinem judicarent , argum. l. 3. Cod. de proc. leg. pecunia verbum §. persecutionis ff. de verb. sign. ostendebant se jus dicere , ac judges dare , non autem judicare . Judicabant in fideicommissis , quæ extra ordinem petebantur , leg. Titiae ff. de auro ,

Op.

Et argento legato , leg. judicata ff. de except. rei jud. leg. si cui legatum ff.  
de cond. Et demonst. Ut hinc alia inter legata , & fideicommissa vetus differentia  
a me lib. singul. de exequatione legatorum , & fideicommissorum prætermissa , tuzque  
dubitacioni accepto ferenda deprehendatur , quod super actione legatorum Judex dari  
poterat , super fideicommissorum petitione non ita . Quare de jurisdictione titulus sim-  
pliciter inscribitur , sub ea ratione , quod ea competet Magistratibus citra judicando  
di munus . Nec adjici debent illa verba omnium judicum , quia ut plurimum judicando  
earent Judices dati , qui jurisdictione carebant . In lib. Codicis comprehendere placuit etiam  
judicandi munus , & ideo additum de jurisdictione omnium Judicium , quod Diocletiani  
constitutione factum sit , ut magistratus judicarent , de quibus causis antea judices  
dabant . Hęc pauca tibi viro docto fatis . Interim scias , quod te Subsellia Senarum  
magno Filomatum , imo civium universorum gaudio expectant . Desiderium est tua eru-  
ditione , & tua integritate dignum . Vale ,

Datum 20. Augusti 1604.

3. *Chlorophytum comosum* (L.) Willd.

111

Verbis

**Verbis conjunctos non habere jus  
accrescendi .**

*Epistola XVI.*

A M B R O S I O L U T I O N C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**I**Nauditum censes verbis conjunctos non habere jus accrescendi , nec tamen est novum . Ante Accursum traditum est in *I. triplici ff. de verb. sig. in glo.* ab eo vero , & a certis rejectum . Argumentum antiquorum ita opinantium vagum nimis , sed minime contemendum , veluti sumptum ex observatione totius tituli de usufructu accrescendo . Ego alia plura ad confirmationem adduxi , & Senis , & Neapoli auditoribus meis ita feliciter suasi , ut quilibet eorum facili negocio hoc paradoxum defenderet . Tuo etiam desiderio libentissime satisfacerem , quem plurimum semper amaverim , & in dies magis pro tua virtutis incremento amare compellar , si officium epistole tantæ disputationi par esset . Libro primo difficilium conabor rem hanc omnem exponere . Interim quod acri ingenio polleas , tibi in animum inducas , rem ita se habere , leges in id conspirare , si hoc animo legere constitutas per te ipsum , quod postulas , consecuturum esse non dubito . Nihil enim durius , quam a communi sensu mentem avertere , aversam ad id convertere facillimum erit . Tum suave tibi , ac jucundum , quoniam tuo parciam labori , tuam non minus , quam meam sententiam hanc existimare poteris . Vale .

Datum Ferrarie die 29. Novembris 1604.

**Dominium utile, quod directum oppugnet, non reperiri, & ideo per præscriptionem acquiri non posse.**

*Epistola XVII.*

**DE IPHAEZO THARNESIO ABBATI J. C.**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**D**um literas meas ita benignè excipis, me ad scribendum invitas. Scripsi sèpius materna lingua, nunc latino sermone utar, quoniam ad id explicandum, quod tibi scribere constitui, videtur accommodatior. Illud est tibi de jure disputandi obiectamentum, ut questiones disputatione dignas semper præ manibus habeas. Et quàm *Marius* pater tuus in militari certamine inter milites semper emicuit, tam in litterario ejus allectus exemplo refulgere contendis. Certasti, viciisti, & lauream consecutus jurisconsultorum ordini, ac juris prudentia sedibus tuo confessu præclarum addis ornamentum. Nunc decet, ut sequaris ardentiùs. Afferam tibi egregium controversiæ lumen, ad quàm ingenium convertere, & nova ratione communem errorem detegere, & veritatem patefacere possis. Nostri quærentes an per præscriptionem decem, vel viginti annorum acquiratur dominium directum, vel utile, utile acquiri frequentius affirmarunt. Negarunt multi, quod etiam immobilium usucaptionem proprie esse ex *Ulpiani* diffinitione deprehenderint, aliisque rationibus adducti, quæ ex titulo de usucaptionibus desumuntur. Quorum sententia cum mihi semper placuerit, quærens diligentius quibus argumentis contraria, quæ communis est, inniteretur, occurrit, turpi detecto figmento, funditus labefactari. Nam constituentes acquiri dominium utile, quærunt quale sit, cumque simile non sit utili dominio. emphyteotæ, vel feudatarii, quoniam recognoscit directum, dicunt esse utile, quod directum oppugnat. At si quæstionis resolutionem suspendas, & quærere incipias, an hoc dominium detur, nullibi in toto jure ejus vestigia reperies, neque verò aliter acquiri tale dominium, quàm per præscriptionem ponunt, & si negaverim tale dominium dari, & ideo per præscriptionem acquiri nullo tempore potuisse, nihil habent, quod respondeant. Turpe figmentum jure visus sum appellare, quia fictum hoc dominium ab iis non alia ratione videtur, quàm ut per præscriptionem pro eorum placito tuendo posset acquiri. Si figmentum removeas, vides nec quæri quidem posse, an per præscriptionem acquiri possit, quia non sit. Age igitur, & accuratè, ut soles, magno quo polles ingenio diligenter, quæ legis, expende; nam inter præclara dicta etiam errata multa deprehendes. Vale.

Datum Ferrarie die 22. Decembris 1605.

2 ALEXAN. TURAMIN. EPIST. FOREN.  
**Actionem in rem proprie actionem  
esse.**

*Epistola XVIII.*

BARTHOLOMAEO VECCHIO J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**D**esideras me tibi paucis significare , quid sentiam de in rem actione , an propriè , vel impropriè actionem esse putem , & qua ratione . Tibi plane , quem plurimum diligo , mea facio communia libenter . Questionem valde controversam diffinio brevibus actionem in rem , actionem proprie esse non dubito . Neque aliter sine Justiniani nota sentire fas est , qui eam actionis diffinitionem , ac divisionem *Inst. de act. in princ. &c. §. i.* conjunctim attulit , quæ id evincit omni modo . Si fateris diffinitione comprehendendi , finem accipit controversia , quia diffinitio omni diffinito convenit eodem jure *not. in leg. i. §. i. ff. de dole.* Si negas , divisio princeps post diffinitionem posita , diffinitione non coheret , quo nomine *Justinianus* culpandus erit . Receptior sententia *Doctorum in tit. ff. si cert. petat.* quæ negat , adstruit verbum debetur positum in diffinitioni actionis , vendicationi non convenire . Ego contra , quia omnem omnino actionem comprehendit , *leg. pecunie verbum §. hoc verbum debuit ff. de verbis signis.* & *Alciatus in d. §. hoc verbum debuit* ad reales actiones pertinere non dubitat , & *persecutionis* verbum similiter . A correlativis confirmatur , nam & creditor est is , cui ex quacumque actione , vel persecutione debetur , *leg. creditores accipiendos ff. de verbis signis.* Tum vero observandum cum *Eguinario* , in dicto *princip. Inst. de act.* illud verbum esse impersonaliter in diffinitione a *Justiniano* positum . *Zasius* , & *Mysingerus* in dicto principio , dicunt conventum actione reali vere non esse obligatum , sed supposititiæ . Huiusmihi improprietas vitium hac explicatione diffinitioni videntur objicere . Nec tamen undeque damnanda explicatio . Domino rem suam deberi est absolutum , in id actio in rem prodita , & hoc sensu falsa eorum sententia , quod vero debeatur a *Titio* , quoniam is possideat , habeatque rei restituendæ facultatem , hoc vere supposititum , & haec tenus bene . Neque obligatio est aliqua , quæ actionem pariat , nam illa ex dominio descendit , quod nullam præcedentem supponit obligationem , sed ipsa restituendi facultas obligat ipsum , quia ita boni judicis arbitrio convenit , ut eum restituere jubeat , quem detegit habere rei restituendæ facultatem *leg. 3. §. be res, ff. commod.* At si dominum speetas , per quascumque manus res sua deambulet ,

ve-

L I B E R A S I N C U L A R I S

449

verum est , eam deberi sibi , & id est absolutum . Ab hoc autem , vel ab illo , id est suppositium . Hęc obligatio jure honorario ntitur , quoniam a magistratu praeceptum restitutionis injungitur , Ex his habes quid sententiam , uberiorē investigationem ex tua penū requiras . Nam intelligis te plurimum patrīe hoc nomine debere , quod olim adolescens magna præstiteris , spem , quam tui concitasti , summo studio nunc fovere teneris . Vale .

Datum Ferrarie die 3. Januarii 1605.

Diffo

Differentia inter filium natum, & posthumum, cum à primo gradu sunt præteriti, à secundo exhæredati, explicatur.

*Epistola XIX.*

JULIO PANNOCCHIESCHIO E COMITIBUS  
ILCIIS J. C.

ALEXANDER TURAMINUS F.

**V**ehementer dubitas; nec sine caufa, cur filius a primo gradu præteritus, a secundo exhæredatus, perimat primum gradum, & a secundo valeat testamentum, leg. 3. §. ult. ff. de lib. & postb. posthumus autem a primo gradu similiter præteritus, a secundo exhæredatus, non perimat dumtaxat primum gradum, sed totum rumpat testamentum, leg. nam et si §. ult. ff. de injust. rup. & ir. test. viventibus institutis? Accursius, cui Bartol. subscribit, id ea ratione fieri putat, quia posthumus non simpliciter rumpit, sed ita demum, si nascatur, interim primus gradus mero jure valet, & consequenter secundus pendet a primo. At in filio primus gradus est ab initio nullus, igitur secundus ab eo pendere non debuit. Tu subsistis, ego aperte resisto, quia secundus gradus vulgaris substitutionis non est accessorius ad primum, neque vulgaris substitutio ad institutionem accedit, quia vel admisso instituto expirat, leg. post editam C. de imp. & ali. subst. vel eo deficiente succedit, numquam ipsi conjungitur, quod Bald. Angel. & Castrensis, & Alexand. objiciunt, Alexand. in d. l. 3. §. ult. n. 3. Bald. & Angel. ibidem dicunt filio præterito a lege testamentum rumpi, quæ rumpit solum gradum, at posthumus præteritus, dum suus hæres agnascitur, rumpit totum. Et quamvis Alexand. impugnet, ibidem n. 5. propugnat etiam, dicens posthumum rumpere ad sui utilitatem, & ideo in totum rumpere. Sed idem in filio, nam illius favore, ubi præteritus sit, prior gradus perimitur, & tamen ex secundo, a quo est exhæredatus, valet testamentum. Intellexus ad eamdem inquisitionem reddit, quod ii magis differentiam afferant, quam differentiaz rationem. Alii aliter, qui mihi curæ non sunt. Exponam tibi, cur id ita fiat, si te ad notissimum juris discrimen revocari patiaris, quod est filii præteritionem facere testamentum injustum, postumi præteritionem constituere ruptum. Aliud ergo est vitium injusti, aliud vitium rupti testamenti, id tibi titulus Pandectarum suggestit de injusto rupro, & irrito testamento. Vitium injusti hoc habet, ut possit per partes testamentum afficere, considerat enim non testamentum ut unum, sed omnia a testatore ordinata, ut

ut singula, & cum a secundo gradu, in quo filius est exheredatus, testamentum justum sit, videtur obtinere regula separabilium, utile per inutile non vitari, leg. i. 6. sed si mibi ff. de verb. oblig. Posthumus autem dum rumpit gradum, non facit testamentum injustum, sed ruptum. At vero, & si possit esse pro parte justum, pro parte non, non sic se habet rupto gradu, quia naturaliter verum est, si partem vel minimam paginæ rumpas, paginam esse ruptam, ita ab iis, quæ sunt, ad ea, quæ intelliguntur facta translatione, obtinet testamentum ruptum esse, cum vel primus gradus ipsius rumpitur. Et sane rumpendi ratio eadem esset in una specie, quæ in altera, verum in altera non rumpitur, sed injustum redditur, vitium injusti non potest infirmare gradum justum, neque justum ab injusto superari, vel destrui par est, ut naturale est id, quod ex quavis parte ruptum sit, ruptum esse, non integrum. Quare cum alterum testamentum sit injustum, alterum vero ruptum, in hoc, necesse etiam est, positam esse differentiæ rationem, quia, injusti ad, injustum, rupti ad ruptum facta comparatione, idem jus utrumque consequeretur. Sed ea fit inter ~~injustum~~, & ruptum, ergo in eo, in quo differunt, oportet versari differentiæ rationem. Sic paria sunt testamentum rumpi, vel posteriori ritu perfecto, vel hancivitate posthumi, ut ex utraque causa totum rumpatur. At nonne justa est exhereditatio posthumi a secundo gradu, ut illa filii? cur lex voluit posthumum ob præteritionem a primo gradu totum rumpere testamentum, neque cavit injustum esse, ne totum rueret? Quia in pendentia est si nascatur, & eo non nato justum maneret testamentum. At nihil decet valere, quod sit injustum. Nondum patet injustitia, & fuit utilius posthumo rumpi, & ne dicemus idem testamentum ab initio justum, postea injustum diffiniri, quod non ita constet, rumpi honestius, & etiam certius rata lex est. Rumpit, ut locum sibi faciat, facit autem in intestati causa, ergo totum testamentum ruere necesse est, ne dicamus eundem testatum, & intestatum decepsisse. cont. l. jus nostrum ff. de reg. jur. Tibi juris studia placere, mihi mirum in modum placet, & cum ingenii vires maximas semper exhibueris, digna res est, Ne eas oculi morbo debilitari patiaris. Vale.

Datum Ferrarie die 6. Januarii 1605.

# De ratione continuationis facienda, vel omittendæ.

## *Epistola XX.*

F R A N C I S C O Z A L L A T O

ALEXANDER TURAMINUS F.

**F**estidis adeo frequentem continuationis, ut appellant, seu subordinationis disputationem, consentire cogor, nonnumquam esse infructuosam. Desideras compendio diffinitam, faciam libenter, ut tibi, aliisque adolescentibus in primo juris limine brevis, planaque offeratur. Non est nostrum continuationem facere, sed an compilatores fecerint inquirere. Existimo plerumque eos observare, ut materiæ suis sedibus collocatae se invicem simul tenerent, neque alia est continuationis vis, *arg. leg. continuus ff. de verb. obli.* Quare, si quando hæc observatio non ita nobis illuceat, ut quietos dimittat, ut accidit cum de novi operis nunciatione tractatum instituerunt, ad utiliora properandum, neque in ea censca supersedendum. Quæstio totius continuationis quadripartita dignoscitur. Nam quæri potest, an de Lege ad legem, an de titulo ad titulum, an de libro ad librum, an de materia ad materiam facienda sit. Amplius de lege ad legem, de titulo ad titulum, de libro ad librum, an sub ratione legis tituli, vel libri sit constituenda, vel sub ratione materiæ, quæ in lege, titulo, vel libro continetur, & ita quæstio duplex; Cui, unica posita conclusione, ni fallor, plenissimè satisfaciām, videlicet omnem continuationis rationem ad materiam respicere, non ad titulum, legem, vel librum. Conclusionis capita duo, alterum affirmat, alterum negat. Affirmo continuationem de materia ad materiam esse faciendam quærendam, & explicandam. Nego de lege ad legem, de titulo ad titulum, de libro ad librum sub ratione legis, tituli, libri. Exordior a primo capite. De materia ad materiam fecerunt compilatores, cui consequens est hanc per interpres quærendam, & explicandam. Patet ex variis Pandectarum titulis. Accipe titulum de rei vindicatione. Ita præcedentibus inspecta materia Ulpianus conjunxit: *Post actiones, quas de universitate proposuit Proter, subjecitur actio singularum rerum peritronis.* Non ergo subordinatio respicit titulum præcedentem de fidei-commissaria hæreditatis petitione, sed materiam actionum de universitate. Idem place accidit in titulo ad Senatusconsultum Trebellianum, & apertius constat ex *tit. si tabula testamenti nullæ extabunt.* Sic Justinianus titulum *de rerum divis.* non ad præcedentem de suspectis tutoribus in continuatione retulit, sed materias rerum, & personarum conjungi, & subordinari testatus est, dicens, *Superiore libro de jure personarum exposuimus, modo videamus de rebus.* Tandem compositus in id est locus ejusdem Justiniani in *tit. 2. de legat.* ubi ait: *Post b.c. videamus de legatis, quo pars juris extra propositans materiam videtur.* Et ita in hac specie dubitatione demonstrat;

in ordine habendam esse rationem materiæ; Sequitur: *Nam loquimur de his figuris causarum, quibus per universitatem res nobis acquiruntur. Sed cum omnino de testamentis, & de hereditibus, qui in testamento instituantur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco potest hæc materia tractari, & ita rationem ordinis ad materiam, non ad titulum retulit.* Quod si observamus semper subordinationem fieri inter materiam, & materiam, quare nostri querunt inter librum & librum, titulum & titulum. Idem plane sentit *Hermogenianus* factum in edicto perpetuo, dum ordinem edicti perpetui fecutus ait: *& his proximos, atque conjunctos applicantes titulos, ut res patitur, dicemus.* Illa enim verba, ut res patitur, quid aliud indicant, quam subiectæ materiæ habendam præcipuum esse rationem. Sed ea titulorum conjunctio non est eadem cum continuatione. Sæpe accidit titulos esse continuos, non tamen conjunctos. Sic titulus de donationibus statim ponitur apud *Justinianum* post titulum de usucapiobus, nihil tamen eos proximos facit, sive conjunctos, nisi ratio materiæ, quia sit aliud genus acquisitionis donatio a jure civili descendens. Connexa sive conjuncta, sive proxima in eo, quod talia sunt, separari non debent; multa tamen ponuntur continua, quæ talia non sunt, nisi sub ratione admodum remota, ut usucatio, & donatio. Alterum est caput conclusionis legis ad legem, tituli, ad titulum, libri ad librum non esse faciendam continuationem. Probatur negatio ab observatione jureconsultorum, quoniam eam neglexisse dignoscuntur. Quæ apud *Tullium Catonis* ad *Lelium* continuatio erit, quamvis typographorum delectu continuati libri sint? quæ inter opuscula Plutarchi, quæ inter dialogos Platonis? In eo quod est liber, titulus, lex, nulla ratio ordinis, in eo, quod materiam inspicis, alia ratio. Objicies nostros inter titulos facere semper. Nunc recte, nunc perperam, sèpè sine necessitate, sèpè sine utilitate. Si quando recte, semper sub ratione materiæ. Si non facta a compilatoribus, cur querenda? Hæc si constant, sequitur omnem continuationem fieri ad proxima, nullam ad remota, nec etiam in principiis librorum quicquid ex *Accurso* adnotarint in tit. ff. de cond. fur. Id vis nominis ostendit, quod continuare fit simul tenere, ut *Jason* observat in tit. de leg. n. 1. Sed & jurisconsultorum usus, quia cum non aliud quam materias subordinare studuerint, eas proximas ubique subordinatas relinquenter. Ita proximus est tractatu personaram, rerum tractatus, *Chronum* de universitate tractatum de singularibus actionibus tractatus consequitur, in bonorum possessionibus prior testati, posterior proxima tamen intestati causa. Si ergo materiam species legem subordinatam esse oportet, idest sub congruo titulo, & materia collocatam. Itaque leges, tituli, libri Pandectarum hoc nomine subordinati creduntur, quod materias suo ordine tractent, ita tamen ut lex, titulus, liber, materiæ serviat, non è contra. Non tamen aliis ordo, quam qui in materiebus disponendis adhibetur. Addiscentem credere oportet, veteranum hæc diligentius requirere, & etiam si non facile consentiat, oppugnare concedo. Sed spero, quod magis ad majora ingenium attolles, èò facilius mihi assentieris. Vale.

Datum Ferraria die 15. Januarii 1605.

M m m

De-

**Defenditur , & explicatur Justinianus in §. Plebiscitum Inst. de jure naturæ gen. & civil.**

*Epistola XXI.*

G E R A R D O S A R A C I N O

ALEXANDER TURAMINUS F.

**Q**ueris, an recte dixerit *Justinianus* in §. *Plebiscitum Inst. de jur. nat. gent. & civil.* plebem eo a populo differre, quo species a genere. Dubitas forte, quod interpres illum dicendi modum reformidantes excusent potius, quam laudent. *Roduplus*, & *Vigellius* notant, excusat *Mysingerius* producendo generis, contrahendo speciei significationem, quasi per analogiam quandam dixerit. Digna dubitatio, discipulo studioso, qualem te exhibes, at indigna jureconsulto. Quoniam se ipsum ita *Justinianus* explicat, ut turpe sit in jure versato ejus non assequi mentem. Id affirmat *Justinianus* sub nomine populi, & plebis. Explicat verò sub ratione civium his verbis: *Nam appellatione populi unsverfi cives significantur*, populus ergo sub ratione civium genus est quoddam, nam qui cives dicit, genus ponit; ut species enumeret, de quibus prædicatur, ait *connumeratis patribus & senatoribus*. Mox ut ostendat, quomodo plebem sub eadem ratione civium accipiat ut speciem, ait: *Plebis autem appellatione, sine patribus, & senatoribus ceteri cives significantur*. Qua ratione plebei sunt species civium, populus, omnium civium collectio, plane plebs a populo differt, ut species a genere. Qui aliter notant, aut exponunt, ii vel *Justinianum* non intelligunt, vel in verbis, non in re turpi cavillo captant. Tu vero, si discere cupis, dubitare non desinas. Vale.

Datum Ferraria die 27. Januarii 1605.

Ex-

Explicatur quomodo quis jure servi-  
tutis altius tollere possit ad in-  
tellectum , §. Aequè Inst. de  
actionibus .

*Epistola XXII.*

V · I · R · G · I · L · I · O · V · E · C · C · H · I · O ·

ALEXANDER TURAMINUS F.

**I**gnoras quomodo consistit id , quod *Justinianus* affirmat , in §. *aque si quis agat inst. de act. agere quempiam confessoria posse* , jus sibi esse altius ædes suas tollendi . Videtur enim id jure libertatis , non jure servitutis competere . Neque tibi satisfaciunt interpretes , dum adstruant , id fieri posse , si ad vicini commoditatem altius tollatur , propter umbram confe- quendam , aut ventos evitandos . Nam vicinus negaret ; non is qui tolleret . Imperator autem contendit , non altius tollentem debere servitutem , sed altius tollenti deberi . Rem planam tibi libentissime faciam aptiori simul , ac veriori posita specie . Ponas domum , di- visam inter *Titium & Mevium* , *Titium* portionis inferioris , *Mevium* superioris dominum esse : Si *Mevius* altius ædes suas jure libertatis tollere contendat , non recte agit , quia non est dominus soli , ut sibi liceat usque ad coelum ædificare , tum *Titio* invito , qui do- minus est portionis inferioris , servitutem oneris ferendi imponeret . At pacto , vel stipula- tione asscutus sibi licere altius ædes tollere , jam tollet jure servitutis , quo pars inferior onus illud ferre compellitur . Vidi rem in foro controversam , quæ hujus explicationis , quam tibi affero occasionem bellissime præbuit . Ita magno cum fructu multa creduntur addiscere ; qui , ut tu facis , multa etiam se ignorare fateri non erubescant . Vale .

Datum Ferrarie die 28.

**Creditores cum hærede non quasi  
contrahere .**

*Epistola XXIII.*

**CHRISTOPHORO TURAMINO**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**I**N hac juris arte addiscentem dubitare decet , & subsistere interrogantem , a receptionis traditionibus eum per se recedere , vel eas improbare non decet. Doctorum errata detegere alterius est ætatis , firmiorisque doctrinæ . Rectè igitur me consulis , an hæres cum creditoribus hæreditariis , seu cum legatariis quasi contrahere intelligatur . Respondeo id affirmare communiter doctores in l. more ff. de acq. bæred. Bartol. Cajren. Alexan. Jason. tum Bartol. & Ang. in l. 3. §. ult. ff. quib. ex cau. in passis. easur. esse tamen pro veritate negandum . Expendas Justiniani verba , quam perperam hoc sensu accepta sint . Ait ille in §. bæres inß. de oblig. que ex quasi contract. nas. Heres quoque legatorum nomine , non propriè ex contractu obligatus intelligitur , neque enim cum bærede , neque cum defuncto illum negotium legatarium gessisse dici potest , & tamen quia ex maleficio non est obligatus , quasi ex contractu deberi intelligitur . Justinianus itaque nisi nos suo fallat arguento , dicit obligationem ex quasi contractu propter duo . Alterum , quia nullum negotium aut cum hærede , aut cum defuncto gestum sit , alterum quod ex maleficio non est obligatus . Quæstioni hoc argumentum convenire nequit , quippe qui cum defuncto contraxit , habet , ut hæres sibi ex contractu defuncti teneatur , quod obligationes , actionesque regulariter ad hæredes transeant . Dissimilis est legatariorum conditio , in quibus partes argumenti locum ambo vendicant . Idemque sensus Caii est in lege ex maleficiis §. bæres ff. de act. & oblig. ex quo Justinianus locum illum desumpsit . Sufficit igitur primæva obligatio defuncti quoad creditores tamquam descendens ad hæredem , ut alia sine ratione , & utilitate inducenda non sit . Et resistit praxis , quæ hanc non communem sententiam admisit , qua primæva semper actio ex contractu cum defuncto inito proponitur , non nova hec falso a nostris excitata ex quasi contractu instituitur . Sapientius vero de similibus me consulas rogo , ut sedulo te civili disciplinæ addictum esse demonstres . Vale .

Datum Ferrarie die 31. 1605.

F I N I S

ALEXAN-

ALEXANDRI  
TURAMINI  
PATRICII SENENSIS JURIS CONSULTI  
*De recta Juris Civilis docendi ratione*  
ORATIO

HABITA DIE QUINTA NOVEMBRIS. MDCIII.

IN NOBILISSIMA ACADEMIA FERRARIENSI

INITIO SUARUM INTERPRETATIONUM.



459

# VICTORIUS BALDINUS

T R T O G R A P H U S

## STUDIOSIS JURIS CIVILIS IUVENIBUS



Ententium de recta juris civilis docendi ratione ab  
Alexandro Turamino initio suorum interpretationum  
in Academia Ferrarensi gravi, doctaque ora-  
tione pronuntiatam cum Virgilii Vecchii ejus Au-  
ditoris studiosissimi opera ad manus meas pervenerit,  
in lucem edere, vobisque dicare, non tantum significare deservi.  
Etenim de re vestra agitur, quos discendi causa per varias Academias peregrinari non piget. Amplius. Idem Academiam praeve-  
tam, ut publicam instituit, in qua de gymnasticis, forensibusque  
controversiis alternis vicibus festis diebus se disputaturum proponit,  
Et altero die legem difficultem, altero Consultationem, prout ipsum  
consultum ire contingat, explicaturum, nec deerunt Academicis pri-  
vatae eorum exercitationes. In hoc totus semper erit, ut theorica  
praxi exquisitè conjuncta, Et ad forum rectè ordinata discatur.  
Quanti bac res sit, vos, ad quos pertinet, expendite, idque officii genus  
equi, bonique consulite?

Datum Ferrarie die 10. Novembris 1603.

ORA.

ALEXANDRI TURAMINI  
O R A T I O



Uæ res faciunt, Patres, ut latiorem nullum haftenus diem mihi contigisse putem, quæm hunc, quo vestris suffragiis aspirantibus juris civilis interpretandi provinciam subiturus in hanc sublimem sedem consendo. Altera, quod si cui civitati cum pacis, tum boni, & æqui studia amplectenda sunt, id Ferrariæ omni conatu agendum esse videtur. Altera, quod consilium animo diu retentum civilis disciplinæ modo quodam exactiori excolendæ edere jam, & pro addiscentium utilitate ad exitum perducere mihi fas est. Speciosa, non modo jueunda res est, ut a prima orationis sumatur exordium, inclytam, ac rerum gestarum gloria clarissimam. vestram hanc civitatem quasi prædæ loco annis elapsis militibus expositam, quo tempore captivitates, ruine, incendia, ac omnes denique belli calamitates imminebant, eo ipso divina opitulante, gratia summi Pontificis *Clementis Ottavi* auctoritate, ac vigilantia, Illustrissimi *Petri Aldrobrandini* ejus nepotis Cardinalis legati celeritate, atque prudentia in divi *Petri* patrimonium, in Ecclesiæ vetricis imperium, in perpetuam pacem, ac tranquillitatem sine cæde, sine vulnere, solo virtutis ambitu circumdatam, propugnatamque concessisse. His accessit ipsius optimi *Clementis* benignitas, atque clementia, qua, vos visendi, consolandique caussa longam, raramque peregrinationem suscepit, & leges illas plane suavissimas vobis confirmavit, quibus sola fere Principis majestate conservata in reliquis hanc, ut Republicam per vos ipfos administrari, regique consensit, atque ejusdem *Petri Aldrobrandini* omnium virtutum splendore ornatissimi perpetua legatione, quo summum suæ benevolentiaz argumentum exhiberet, munitam simul, ac decoratam esse decrevit. Tandem *Franciscum de Comisibus S. Georgii* virum, & Cardinalem Illustrissimum alterum legatum præsentem esse voluit, qui virtute potius, quæm gladio impios, tumentesque perterrens, domestica diffidia aut seminari, aut oriri prohibens, optimates in oppositam speciem præ naturæ lapsu abire nequaquam permittens, & populo vel querenti, vel furenti silentium ex tempore, vel frænum imponens admirabili sapientia pacis, ac tranquillitatis æterna fundamenta firmaret. Eam igitur regiminis speciem consequuti, quam *Plato*, & *Aristoteles* mixtam, omniumque perfectissimam tradunt, totius Christianæ Reipublicæ Monarcham in principem nacti, ex vestro cætu diffinito senatu, inter vos honoribus, & oneribus communicatis, vestræ civitatis cives, & membra constituti cum sitis, jam vobis sub clypeo propugnantis Ecclesiæ perpetua pace fruituris, nec saevi martis studia suscipienda erant, nec vita in ocio ducenda. Illa civitati, quæ imperii fines ampliare non cogitet, quæve summae potestatis munimine protecta diminui non timeat, convenire nullo modo possunt, nisi velit civiles discordias excitare, ac nutrire, & in sui perniciem forte arma convertere. At in ocio torpescere non ad pacem, non ad gloriam, sed ut ex *Nicolai Grana* studiosissimi juvenis concinna oratione acceptis, ad interitum, ad ignominiam valet. Itaque pacem inter ardores belli præter omnem spem, quin immo contra multorum impiorum vota, quæ bonum hoc odiisse non ignoramus, Christianorum, Optimique Pontificis precibus divinitus impetratam decet, ut pacis studia sequantur, eaque pacis studia, quibus animi singularum præcipue coluntur, humanarum, divinarumque rerum notitia exornantur, omnium virtutum, ac præsertim iustitiae habitu imbuuntur, tum ingenia excitata, simul, & semel a malo torrentur, ad honestum, ad rectum, ad rerum omnium scientiam, ad eloquentiam revocantur. Decet civitatem originis antiquitate, principum gloria, multorumque virorum celebritate conspicuam non ocio, non tenebris obrui, sed solertia, atque vigiliis propriæ claritati faces, & lumen adjicere. Quid

verò

vero inter multa præclariora excogitari potuit, quæ Academiam hanc, quæ illustrium Interpretum fama in omni litterarum genere floruit, excolere, homines ad artes, ac disciplinas, ad quas nati sunt, invitare, animos ad virtutem, ad gloriam informare, & in Republica, quæ firmissima pace fruatur, oculum omne in exercendis ingeniis, ac perficiendis summa cum laude, & utilitate transfigere? Id unum elegistis, quo non aliud vel ad frugem utilius, vel ad hujus civitatis famam extollendam accommodatius, vel dignitatem augendam præstantius, vel ad totius Italiz, immo omnis Reipublicæ Christianæ, omniumque gentium notitiam illustrius pervenire potuerit. Quid planè laudabilius, quæ artem boni, & æqui studio complecti, qua quis velut armatus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, invidis verò, & inimicis possit metum, ac terrorem inferre? Quæ fortunas hominum judicet, præmia, poenasque distribuat, quæ de capite civium sola deliberet, oppida, civitates, regna intra fines recti contineat? Videor mihi videre vestros præclaræ indolis adolescentes, dum hac erudiuntur arte, alios, ut civitatis oracula, pro salute reorum Gallos, Scævolas, hisque similes vetustate commendatos æmulari; alios discipulis instruendis Labeones, ac Celsos imitari; alios conscribendis commentariis, sive responsis cum Pa-piniano, cum Felino, cum Riminaldis, cum Ronchegallo contendere; alios ad beneficia, ad dignitates Ecclesiasticas, ad civitatum regimina, ad Cardinalatus apicem insti-tui. Quid amplius? Quo pervenire possint legibus operam dantes, in ipsa Pontificum classe conspicere licet, licet potius in uno Clemente Octavo. Hunc purgatæ Civitates, auctum Imperium Ecclesiæ, restituta regna, extincta bella, pacati Reges, compositus orbis, gloria numquam interitura commendant, quem sola civilis disciplina ad omnium bonorum, & dignitatum culmen evexit. Nam qua supra ceteròs sui ordinis clarior luce coruscat, eam omnem ex sola jurisprudentia traxit. Quænam majoris momenti argumenta afferre possumus, quibus vos Patres Academiam, & artem hanc præcipue fovere, & illustrare debeat, ceteri vero consilium vestrum laudare cogantur? Alterum argumentum, quod mihi latissimum hujus diei auspicium exhibet, totum in ipsa juris arte tractanda, docendaque positum esse dixi. Video quidem nostram hanc legitimam philosophiam, qua sola populorum salus, civitatum tranquillitas, probita-tis, & innocentiae tutela conservantur, Interpretum, jurisque Peritorum controversia, ac dissensione, non declinare modo, sed frangi, ac labefactari. Ita enim in contra-ria distrahitur, ut cum facile ruere cogatur, gloriosum futurum sit, si fieri pos-sit, in hac vestra Academia quandoque reparari. Divisa classis, divisa methodus, ad imperfectum fere tota prolabitur. Alii glossematibus, Interpretumque commentariis ita se dedunt, ut jus omne in opinione ponentes credant, ab eorumdem auctoritate pendere, & in receptis sententiis demonstrandis tantum curæ adhibeat, ut a. Pileo, vel Bulgaro sumentes initium, nisi usque ad novissimos recenseant omnes, qui controversam sententiam negent, vel affirment, in legem Corneliam de falsis in-cidere vereantur, deque auctorum numero, non autem de rationum pondere soli-liciti, communes sententias producere, & contrahere, tum in conclusionibus, ampliationibus, ac limitationibus, ut ajunt, non in disputatione, aut argumentis sub eorumdem interpretum sola auctoritate jus omne collocare, atque disponere soliti sunt, quive libros quamplurimos iis collectionibus refertos se conscripsisse ostentant, inter eruditiores haberi volunt, cumque incompto sermone hæc omnia tractent, in foro, & apud judices ita communis error invaluit, ut solidi, ut ingenui jure con-sulti existimantur. Contra verò, qui cultu aliquo dicendi utuntur, tamquam lascivi, qui acri ingenio dicta scribentium ad legem, ad rationem argumentis revocant, atque expendunt, quæ dicuntur, quatenus consistant, velut inquieti, ac perniciosi a foro plerumque exules esse jubentur. Tum illi, ut claro nomine propriæ obscuritati il-lucent, se Accursianos appellant. Sed, o Bone Deus, quantum ab Accurso differunt. Ille iniquo seculo natus, quo litterarum studia sine honore jacebant, nec poterant librorum copia, nec præceptorum ubertate, nec alia quavis ratione sublevari, admiranda ingenii acie tantum versatus est in legibus, ut juris illuminator appellari meritus sit, in quo nec dicendi leporem desideraremus, si non ea fuisset illius ævi barbaries, quæ mansuetiores, severioresque musas flocci pendens, disciplinas, & artes egregias tenebris involverat. At si legum consonantium copiam, contrariorum disso-

N n n

lutio.

lutionem, questionum difficultum explicationem desideramus, si brevitatem non obscuram, sed succo mirabili redundantem, quis est, qui uni *Accurso* non haec omnia supra coeteros, quotquot fuerunt post eum, libertissime concedat? Et rogo: *Soccini* nepotis, *Joannis & Bolognensi* relectiones, humiliores commemorare non decet, si cum *Accurso* Scholiis conferamus, quantum plane ab ejus recedunt non modo brevitate, sed etiam puritate dicendi? Attamen tantum haec sententia obrepere visa est, ut typographus mihi commentarios *Angeli*, & *Fulgosii* requirenti quandoque responderit: Libros obsoletos poscis, & aureos prætermittis, & quos aureos opinaretur postulanti, *Bertacchini* repertorum, hujusque generis libros objecerit. Sie exitus probat interire juris artem, non modo vilescere, sine methodo, sine argumentis, sine examine, opinione magis, quam legibus, vel ratione cuncta probari. Ceterum si me ad oppositam jurisconsultorum classem converto, qua pauciores quidem, vere tamen eruditos sistere conspicio, veluti *Connanos*, *Duovenos*, *Barones*, *Cajacios*, *Donelles*, iisque similes, illos ego tamquam doctrina præstantissimos inspicio, & admiror; verumtamen eorum commentarios, ut exiles plerique damnant, quod nihil fori caussa doceant, sed vel litteram aliquam, aut distinctionem reponant, vel ex prisorum antiquitate verbum quodpiam defuetum declarant, vel ex Græcis auctoribus lumen aliquod verbis potius legum afferant, quam sententias, nervos autem argumentorum disputationisque vim in iis frustre requiri. Qui tantum sibi tumidi tribuunt, ut vix *Accursum*, & raro etiam commemorent, ut reprehendant potius, quam laudent. Pulchra sunt, quæ tradunt, non tamen semper vera. Nam etiam doctissimi quandoque falluntur, sed quæcumque sint Gymnaستica sunt, non forensia, quæ intellectum pascunt, atque delectant, judicium vero, ac prudentiam non informant, quam maxime in hac legitima philosophia desideramus. Quomodo legum dispositiones ad statuta, ad consuetudines, ad judicia, ad res quotidianas traducendæ sint, adeo prætermittunt, ut qui causis vel perorandis, vel judicandis se dare constituunt, ab eorum lectione velut inani non paucorum præscripto jubeantur abstinere, qui hos grammaticos, seu jejunos verborum expositores, non jureconsultos appellandos autumant. In hos, plusquam par est, mordicus illorum invehit turba, quæ dicendi ornatum, docendi methodum, vim argumentandi fastidire videtur in legibus. Ego vero, Patres, vestro judicio in hac illustri sede juri docendo constitutus, quicquid in hac ressentiam, paucis exponere decrevi, eamque sententiam in re tam controversa profere, atque simul exequi, quam vestra Academia dignam, studiosis juris civilis apprimè utilem, munerique meo æque consentaneam esse non dubitem. Posterioris gradus elegantia, eruditio, brevitas, simplexque legum expositio non modo vituperanda non est, sed maximè laudanda. Non tam mendacii, quam temeritatis rei habendi sunt, qui legibus operam dantes ab iis abstinent, qui majori puritate, ac veritate leges exponunt. Quicumque *Francisci Connani*, coetos omitto, commentarios legat, si tamen intelligat, quo modo poterit non vehementer admirari, si sermonis elegantia, sententiarum gravitate, totoque contextu *Papiniani*, *Ulpiani*, *Julliani*, *Marcelli*, coeterorumque clarissimorum auctorum responsis ita possint comparari, ut si ad marginis notas non respexerit, an *Connanus*, an *Papinianus*, an quivis coeterorum loquatur, dignoscere non valeat? Qui hujus generis scripta despiciunt, non erudit, sed prima litterarum notitia intumescentes ut barbari sunt habendi, ut ignari. Si vero ad priorem numerum respicere malumus, quæso intueamur, distinguat *Bartolus*, resolvat *Baldus*, declarat *Castrensis*, congerant *Rominus*, & *Imola*, respondeat *Alexander*, hujusque civitatis splendidissimum fidus disponat *Felinus*. Puriorem dicendi modum desiderare, sed saniorem, uberiorem, firmiorumque doctrinam nullibi reperi poterimus. Eos appello, qui in regiis Hispaniarum, & Galliarum ordinibus juri dicundo præsunt, quas sententias dicunt, dicant etiam, quorum auctoritate munire semper consueverunt? *Martinus Afflictus*, cuius decisiones quanto in honore habeantur, compertum est omnibus, in responsis *Alexandri* veritatem sacri Neapolitani consilii testimonio semper reperiri consentit, in *Felini* commentariis Rota Romana. Quis autem, si possit has classes simul jungere, nec, dum alteri anxius hareret, alterius utilitatem amittere, ille mihi doctrinam infer-


sermone ornatam, in definitione veram, omniq[ue] genere absolutam consequi posse videbitur. Viam pando stratam a viris doctissimis, ab iis vero neglectam, qui juris artem non discere, sed vendere (proh dolor?) celerrime sibi proponunt. Per hanc *Didacus Covarruvias* elapso nondum seculo quasi peregrinus incessit. Hic mihi unus ante oculos semper erit, cujus lucubrationes magna admiratione, ac veneratione revolvam. Conjunxit hic omnem lectionem variam quidem, sed præstanti eruditione refertam ex theorica descendens ad praxim, ex principiis ad conclusiones, nunc Divini, nunc Cæsarei juris, nunc sacrorum Canonum latebras requirens, ut eas patefaciat, & circumfusas tenebras dissolvat. Qua prudentia, quo judicio res quotidianas tractet, quibus argumentis diffinitiones confirmet, qua gravitate sententias promat, qua moderatione controversias componat, quam utiliter ex omnibus inferat, non nisi magno cum Italiæ dedecore commendatur, quæ hoc tempore vendita dumtaxat responsa, aut ex repertoriis conflatos tractatus indigestos, & immensos edit in lucem. Is et si *Bartolum*, *Baldum*, *Alexandrum*, aliosque prioris ordinis auctores adducit, *Budæi*, *Connani*, *Duarenii*, *Vigilii*, aliorumque sententias non neglit, sed iis appositè utitur, ut ea, quæ scribit, ornet, atque confirmet. Quare ejus auctoritas apud omnes ordines, omnesque Senatus, ut eximia videtur haberi. Eadem via *Emanuel Acoſta*, *Arius Pinellus* gradiuntur. Sed *Andream Alciatum* silentio prætermittam Italiæ quidem universæ, præsertim vero hujus Academiæ decus, & ornamentum? Quis eruditionem variam, gloriarique tanti viri perennem ad cœlum usque non fateatur elatam? At dum illius memoriam contempler, expavescere cogor, mihiq[ue] ipsi hoc maxime objicere, quod in eamdem sedem concendere ausus fuerim, cuius *Alciati* recordatione, ut sol nimium splendens siderum obruit aspectum, possit cujusque solertia comminui, atque ad nihilum deduci. An hic lascivus, aut impolitus, seu potius utriusque generis ornamenta conjungens ubique vere ut solidus, ut eruditus habetur? Vix tempero, ne stomachari contingat adversus quosdam, qui humanarum litterarum studia eo arguento despiciunt, quod rerum, non verborum jureconsultos oporteat esse sollicitos. Dialeticam irrident, quod nimiam subtilitatem jura rejiciant, rerum naturalium notionem negligunt, quod sola civilis disciplina vera sit Philosophia, altera aut fallax, aut inanis, ac tandem nihil aliud appetunt, quam ut juris scientia, aut ars boni, & æqui, ut legitima quidem, ac vera Philosophia, que olim velut omnium artium, & disciplinarum domina pulcherrimo earum comitatu animos implebat, & ornabat, nunc circumcisa, & amputata sine apparatu, sine honore, penè dixerim, sine ingenuitate, quasi unum ex sordidissimis artificiis plerumque tota inquinata discatur. Negant disciplinas esse inter se conjunctas, opem, & auxilium in difficultibus contemnunt. Ego, quem typographi assida librorum editione laborem addunt, non alia ratione levari, aut ferri posse existimo, quam si quis in tanto variarum opinionum conflictu argumenta ut dialecticus expendens, cauſas ut Philosophus inquirens, recta methodo cuncta componens, atque resolvens, per genera, per species, per individua decernens, atque recurrens, leges tamen, non dialecticam, aut Philosophiam docens, veritatem conclusionum in principiis requirat, & pro eorum infirmitate moderetur, sive producat. Ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat, atque, ubi minime credas, juvat, eminet, & extollit, tum ipsa juris studia ex multa eruditione mirum in modum exuberant, atque exundant. Id vero summopere contendam, non regulis universalibus, quæ a remotis plerumque ducuntur, nodosque non dirimunt, sed legibus, & argumentis, quæ urgeant, ac veritatem planè demonstrent, sententiam, quam veriorem censebo, persuadere. Non enim doctos censeo illos, quos vere docti regularum doctores appellant, sed eos, qui constanti eruditione scopum attingunt, quodque adfirmant, vel negant, firmissimis, non autem levissimis argumentis munire, & quantum inconstans haec nostra materia patitur, nituntur quasi ob oculos ponere. De sermonis candore ita censeo, ut non orationis florem, sed commentarii puritatem in hac juris arte tractanda summopere commendem, ut Latinos, non ut Barbaros imitemur. Non tamen arctissima nos lege obstringamus, qua nihil latine dictum putatur, quod *Tullii*, *Cesaris*, aut *Salustii* auctoritate non comprobetur, sed quicquid ex Pandectarum fontibus

tibus derivatur id nitidum , id , limpidum , id irreprehensibile esse constituo . Qui ut *Ulpianus* , ut *Papinianus* , ut *Connanus* haberi volunt in scribendo , eorum utantur exemplo , aut quod facile concederim , ad *Didacum* , ad *Pinellum* , similesque declinent . Sermonem prorsus inelegantem , scriptaque sordida a gymnasio , & a foro rejicerem libentissime . Jus docui , & dixi , quamobrem gymnastica cum forensibus , qua decet opportunitate , conjungam . Interpretes vel præludia proponunt , vel leges declarant , vel ad materiam examinandam se conserunt . Præludia , quæ nostrates proprio marte configunt , quæ extranea sunt , quæ levia , qualia de dictiōibus *de* , *ex* , & similibus , abhorreo omnia . Quæ nominis , ac rei diffinitionem , caussas , divisionem , cognata , repugnantia nobis afferunt , requiram , leges ex legibus declarare contendam . Haetenus puriorem docendi modum cum eruditioribus probatus ; Cum autem ad materiam perveniam , in qua forensis utilitas tota contineri solet , *Bartolo* , vel *Soccino* patruo antesignanis quicquid utilius in praxi , quicquid receptius semper aferam , neque contendam omnes pro hac , vel illa sententia seriatim recensere , quod opus memoriaz , non judicii , aut intellectus appareat , quodve aut tedium , aut inanem admirationem afferre soleat , sed probatas , rejectasque opiniones relatis auctoribus uno , vel altero adhibito teste judicare sat erit . Longo temporis cursu observare licuit , in ipsa terminorum constitutione , antiquiores non modo a puritate juris consultorum , sed a vero legum sensu devios frequenter aberrasse , vel humanarum litterarum imperitia , vel dialectices ignoratione , vel quod longe plus studii in *Accursii Scholii* considerandis , explicandisque , quam in ipsis legibus adhiberent , quod optime alii , tum in primis *Connanus* , atque *Donellus* adimplevisse videntur . Verum si profori utilitate materias examinandas suscipiant , tantum *Bartolus* , & affectæ judicij , ac soliditatis exhibent , ut receptas sententias non modo ad praxis frugem egregie accomodatas , sed si ad incudem disputationis revoces , plerumque verissimas , & admiratione dignas esse comperias .

Ea igitur docendi ratione utar , quæ purissima jurisconsultorum responsa , qua fieri potest , facilitate , ac puritate explanet , atque dilucidet . Tum conabor , ut verba , ut phrasim , ut sensum , ut argumenta jurisconsultorum , ipsarumque legum adolescentes eibant . Ex *Bartolo* autem , & *Baldo* judicium in rebus quotidianis informant , prudentiam addiscant , minimasve etiam facti mutationes inter speciem , & speciem dignoscere valeant , ut tandem ingenia conjunctim acuantur , atque fermentur , eaque tum sublimia , tum mediocria pro eorum captu una , eademque lectione perficiantur . Discipulis vero studiosis in hac publica Academia , & in privatis ædibus me totum exhibeo . Quicquid Senis , Romæ , Florentiæ , Neapolii in gymnasiis , in foro jus docendo , atque dicendo adeptus sim , omnem multarum vigiliarum fructum afferro , atque polliceor . Vehementi enim erga studiosos docendi , recteque dicendi desiderio teneor , quod ignis intar in dies animum urit , & inflamat . Hanc juris cupidissimam juventutem invito , animum facite frequentes . Nam ut repte tunc semina spar-guntur , cum ea præmollitus fuerit sulcus ; ita sociata tradentis , accipientisque concordia doctrina facilime coalescit . Hanc mihi docendi rationem pro vestra utilitate præscribo .

Verum enim verò cum ad ceteros hujus Academiæ eruditissimos Antecessores oculos converto , & validius in eandem rem niti , & vim exactioris diligentiaz majorem intueor , splendidiiori eruditionis lumine eorum micat aspectus , quorum doctrinaz claritate non Academia modo , sed universa Civitas resulget . Ab iis ingenii præstantia superari , & solertia vinci , si tamen æmulatio fructum studiosis , & Academiæ splendorem adjiciat , libentissimè patiar . Non enim tam meæ , quam vestræ gloriæ cupiditate commoveor . Cardinalis amplissime , si civitatem hanc , cui præs , ut alumnam diligis , si studia , quibus ornaris , amas , si ad vitutem , qua polles , propensis stimulos addere soles , docentes , & addiscentes tuo benevolentiaz , ac benignitatis favore prosequere . Vos , Patres , hujus Academiæ ornandæ , augendæque rationem nullam omittite . Ad vestræ Civitatis com-modum , atque decus instauratur , colitur , extollitur . Fovete eruditos , favete erudiendis , & experiamur concordes , an benigna tanti Principis aura , an Pa-trum

trum vigilantissima cura , an interpretum exactissima solertia , an studiosorum diligenterissima propensio ad immenses fructuum cumulos , ad apices , dignitatum , ad immortalis gloriae fastigium , ad ævi æternitatem tanti conatus memoriam perducere valeat . O summe rerum Opifex , artium , disciplinarumque largitor opus me , quæ tribuis , beneficia colentibus feliciter annue .



## APPENDIX



A P P E N D I X  
*OPUSCOLORUM INEDITORUM*

E X  
A U T O G R A P H O  
B I B L I O T H E C A E  
S E N E N S I S



In probanda quasi possessione non  
est necesse titulum , & caussam  
allegare .

*Epistola 1.*

**DOMINO JOANNI MARZOCCHIO CAUSIDICO  
SENENSI**

ALEXANDER TURAMINUS F.



On est dubitandum, consultius fieri semper , si in probanda quasi possessione servitutis, ad inferendam præscriptionem , dicamus , nos possedisse ex justis titulo , & caussa ; Näm ita praxis observat, & tutius est . Cæterum apud me etiam exploratum est, eum , qui tanti temporis adminiculo utatur , cuius initii memoria non extet in contrarium , neque titulo , neque tituli allegatione egere ad obtinendum in præscriptione servitutis , Salyc.

in leg. cum de in rem verso n. 11. ff. de usur. Cæpol. de servit. urb. præd. c. 20. n. 6. eum verd , qui decem , vel viginti annis præscriptissime contendat , sicuti certum est , titulum allegare debere , Castren. in leg. 4. ff. de servit. n. 9. Salyc. ubi supra Cæpol. de servit. urb. præd. cap. 19. n. 6. Sic titulum ejusmodi , cum allegatus præsumatur in allegationibus juris , etiam allegare eum posse , verum existimo ; quod generale sit in iis , quæ præsumuntur , ut possint quandocunque allegari , ut post Ant. de Butr. in c. permanent n. .... ext. de emptione , O' vendi. tradit Alex. in l. 1. n. 5. C. us que def. adu. par. Dec. in leg. cum quid. in p. lect. n. 24. ff. si cert. per. Qui etiam affirmare videntur , ut prætermissa allegatio possit a Judice suppleri , ut Dec. ubi sup. n. 2. Alexan. in leg. cum qui §. qui ita n. 6. ff. de verbis. obligat. Sed tamen opinor Judicem id perrard facere debere , si a persona majore prætermittatur , cum ab ipsius ore propriæ fidei justificationem procedere oporteat , quid enim si pravæ acquisitionis conscius possessionem deducat , sed titulum allegare vereatur . At si a minore , Ecclesia , rustico , muliere , ac similibus personis prætermitteretur , a Judice suppleri æquius , & honestius erit . Quare si in capitulis possessionem concernentibus , ut afferis , prætermissa sit tituli allegatio , quid te agere oporteat ex mea sententia satis intelligis , secundum quam etiam obtinui . Vale .

Datum Senis die 15. Maii 1584.

O o o

Verba

ALEXANDER TURAMINUS.

# Verba nolo adire repudiationem an inducant.

## *Epistola II.*

**DOMINO NICOLAO DOCCIO PATRICIO SENENSI**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**Q**ueris an ista verba, *nolo adire*, repudiationem inducant; dum autem tibi ingenue, quod sentio, rescribam, scias perdifficilem, ac plurimum agitata in eis questionem, de qua me consulis. Alias de facto consultus secundum infra scripta respondi, sed lite per concordiam finita, quid in judiciis servatum fuerit, referre non valeo; haec tamen quasi judicaturus tibi rescribam. Et pro negativa fere omnes afferunt *glos.* in *leg.* 2. *Cod. de jur.* & *fact. ign.* tum etiam in *l. qui se patris Cod. unde lib.* sed in hoc omnes utique labuntur. Primum quia glossa loquitur in ea specie, cum quis dixerit: *Non adeo, non autem cum dixerit, nolo adire*, illaque verba magis quam ista sunt subdubitantis, ac subsistentis potius, quam repudiantis. Secundo si intelligi debet dictum *Accursii* secundum legem, quam edducit, ex quo utrobique allegat *leg. filii mater ff. ad Tertull.* necesse est eum sentire, quod repudiationem importent, sed commutabilem, ita ut infra annum locus sit pœnitentia, ac ita in *d. leg. 2. n. 1.* animadvertisit *Bald.* quod propter authoritatem Glossatoris minimè prætermittendum fuit. Simili modo decipi videntur in deprehendenda sententia *Barzoli*, qui quidem etiamsi in *d. l. filii mater ab Alexan. in apol. contrarietatis notetur*, mihi tamen, & in *d. l. filii*, & in *l. si quis servus n. 9. ff. de jur. delib.* & in *d. leg. 2. Cod. de jur.* & *fa. ign.* & in *l. ult. n. 1. Cod. de repud.* bæred. semper existimasse videtur, quod repudiationem inducant, sed commutabilem. Sed negativam simpliciter sequi videntur *Odo.* in *d. leg. qui se patris, Nicol. Mat.* & *Ricar.* quos ibi refert *Corn. n. 5.* *ibidem Angel. n. 2. Satyc. n. 8. Rom. n. 16. Deci. n. 17. Paul. a Mont. Rio n. 41. Bolog. n. 49.* & hi communem attestantur, quod pariter faciunt *Sebast. Sap. n. 16. Loorad. n. 33. Cur. n. 17.* & cum hac pertransit *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 12. cap. 14. n. 17.* Illud autem est potissimum istius sententiaz fundamentum, quod is, qui dicit, *nolo adire*, non ob id afferit se velle repudiare, & verba ejusmodi tam repudianti, quam deliberanti convenire queunt, unde non probat hoc esse, quod contingit abesse, *leg. neque natales C. de prob. leg. non hoc C. unde legit.* Quare secus esset si idem diceret nolo hanc hæreditatem, quia verba haec repudiationem inferunt, nec ad deliberationem transferri queunt, cum verò inter aditionis, & repudiationis actum adsit medium deliberandi, ab uno ad alium non rectè arguuntur; Ceterum contrariam sententiam profitentur Ultramontani, ut testatur *Ang. de Ubal.* in *d. leg. qui se patris n. 31.* & quidem repudiationem inducere probant *Pet. Cynus Rayn. Jacob. de Arc. Alber.* & *Fulg.* quos ibi

ibi refert Accoramb. n. 72. & ipse sequitur n. 70. & seq. Addo Alex. in leg. geris n. 3. §. & mibi videtur ff. de acquir. hered. & in hac residet Alexan. in leg. ult. n. 3. C. de Repud. hered. Jason. in d. l. qui se patris n. 41. veram ait Gozzad. n. 33. Angelus de Ubald. d. n. 31. & Sign. de Homed. n. 11. Ex qua dinumeratione constat priorem sententiam vere non esse communem , sive ad numerum , sive ad authoritatem respiciamus , dum tamen illud retineamus, quod verissimum est , neque glof. neque Bartolum ab ea parte pugnare . Illa quidem ratio , quod qui deliberat etiam , non vult adire , non admodum urget , quia statim ac postmodum hæreditatem adit , facit contrarium ejus , quod voluit ; & quamquam velle adire , & repudiare , non videatur idem , brevi tamen circuitu ad idem reducuntur , retineas enim te nolle adire , ex quo deponis adeundi voluntatem , quid est tibi deliberandum amplius ? an velis id , quod nolle proposis ? Et eum, qui deliberat , non est verum nolle adire , quoniam in ea re dubitans , neque voluntatem , neque noluntatem , ut sic dixerim, habet . Cum dubitans adhuc non dicatur nolle , quod paulò post velle poterit . Et affirmativa sententia rectè probatur ex d. leg. Filii mater, ut infra docebo ; sed vix est, ne non idem , qui dixit nolo adire, dixerit , aut fecerit etiam aliquid tale, ex quo animum ipsius deprehendere valeamus . Nam si ad alicujus interrogationem responderit , nolo adire , qui cum interrogaret de aditione , vel repudiatione , sane ipsi videretur illudere , quo incertum fineret abire . Quare quod post Angel. Castr. & Alexan. tuetur Dec. ubi sup. n. 18. in eo, cui datus foret terminus ad deliberate respondendum , ego quoque ad unumquemque transferrem , qui deliberatam responsonem expectanti ita responderet . Nam quod ipsi referunt ad virtutem termini assignati , ego refero ad virtutem præcedentis interrogationis . Is enim, cui liberata est dicere, adhuc delibero, intelligit quidem eum , cui responderet , conjuncta interrogatione conjicere repudiationem, quia de deliberatione facta non de facienda eum interrogavit , & stipulatio ipsa a jure civili tanta firmitate donata, satis ostendit, quantum ad arguendam contrahentis mentem deliberatau momenti habeat interrogatio . Sentit hoc idem Soccin. conf. 86. n. 4. lib. 3. dum idem concludit si coram viris fide dignis hæc verba protulerit ob eam rationem , ne jactatorie dixisse præsumatur , quæ magis urget, cum ad interrogationem ita respondit . Et quod interrogatio sola arguat deliberatam mentem post Grat. in l. ult. ff. de Testam. & in leg. geris ff. de acquir. hered. tenet Soccinus in leg. 1. §. si quis ita n. 3. ff. de verb. oblig. Ruy. conf. 12. n. 14. lib. 2. Cumque status quæstionis sit quo animo dixisse præsumatur , cum & in aliis casibus plerisque placeat repudiationem inducere , in hoc ego proclivior sum , quia quicumque animo deliberandi ea profert , facile ex animi impulsu adjicet notam etiam a- jens, nolo etiam adire , vel aliquid simile, quod eum adhuc deliberantem præferat . Quod si quis ad nullius interrogationem hæc verba dixerit , & nihil præcedat , quod cum urgeat ad deliberationem , cum potuerit , ex animi facilitate hæc verba protulisse , cum nulla de- liberati animi conjectura sumi poterit , defumetur ex tempore , & foedera distinctionis dis- sidentes inter se sententiaz conciliabuntur . Ut si quis velit a momento prolatorum verbo- rum inferre repudiationem incommutabilem , non audiatur , at si labatur annus , nec con- traria voluntas ullo tempore deprehendatur , præsumamus ab initio animo deliberato protulisse , & hanc sententiam constantem probavit glof. in d. l. 2. & in d. l. qui se patris , & expressim in d. leg. ult. adhæret Castr. in d. l. qui se patris n. 2. & in eam recedit Salycet. in d. l. ult. n. 2. & Ang. ibidem. & idem Castr. n. 4. Bald. in d. l. 2. n. 1. & hanc conciliationem a modernioribus inconsulto prætermissam cæteris accura- tius deprehendit Corn. in d. l. qui se patris n. 5. vers. Tertia opinio , & hunc ar- bitror esse communem intellectum ad d. l. filii mater licet aliter Salycetus, aliter Imo- la , aliter Jason , aliter Decius intelligent , quorum omnium , quia singulares sunt in suis intellectibus , in praxi rationem haberi non oportet , & mihi quidem videtur Paulus in d. l. filii mater id satis perspicue nobis indicasse . Nam et si verba Pauli fint, non filii repudiantis illa ibi: Filius qui se nolle adire hæreditatem matris dixerit , attamen non eo minus dicendum est inferre repudiationem , ne ambiguo verbo , ac ita vitiola a Paulo explicatam esse proponamus ad l. in ambiguo ff. de leg. Tum sequitur : An possit mutata voluntate adire , quæstio ipsa supponit , verba præcedentia certam , non dubiam voluntatem significasse . Tum illa verba: antequam consanguineus , vel agnatus adierit, ostendunt , quod cæteri non perpendunt , ita demum locum esse poenitentiaz , si sequens in gradu , cui defertur hæreditas , ipsam non audeat , ac ita

re integra locum esse poenitentiae, non si in præjudicium juris quæsiti poenitentiae locus fieri debet arg. leg. qui falsam ff. ad legem Corn. de fal. l. sed si lege §. colonus ff. locat. & magis ad rem facit textus in l. quod si minor §. Scævola ff. de minor. & glos. il- lum allegans in d. l. 2. C. de jur. & fact. ign. tunc etenim intervenit etiam patientia, quæ confirmat deliberationem deprehensam ex verbis, ut infra dicetur. Et quamquam ibi poenitentia admittatur propter verba Senatus consulti, quæ extensiva sunt, attamen mensura quædam colligitur in limili specie, quam in tempore præfiniendo adhibere debeamus, arg. l. non possunt ff. de legib. Igitur annus poenitentiae dabitur, non ex verbis Senatus consulti, quæ cessant in nostra quæstione, sed quia, cum per annum nihil in contrarium agat, argumento erit, eum per ejusmodi verba repudiare voluisse; & mea quidem sententia tutius semper erit in praxi, cum hac distinctione transire, magis quam negativam probando sententiam eamdem postea restringere, si tres menses labantur. Nam & si hujus sententiae videatur fuisse Bartol. in d. leg. filii mater, idem in l. si quis suis n. 3. ff. de jur. delib. Rom. in d. l. qui se patris & ibi Castr. n. 2. idem Castr. in l. ult. §. cum igitur n. 9. C. cod. Alexan. in l. cum scimus n. 5. ubi addit Franc. de Sing. nec dissentit Corn. in d. l. qui se patris n. 5. communem dicit Accor. n. 81. vers. tertius casus, & sequitur Munica ubi sup. n. 20. attamen ab ea expressum recedit Salye. in d. l. qui se patris. Aret. in d. leg. gerit n. 4. & in sepius citata leg. qui se patris Jason n. 41. Decius n. 13. Curt. jun. n. 12. Gozzad. n. 92. qui contra eam consulendum cenlet, Accor. n. 79. falsissimam dicit, & improbat etiam Bologn. n. 53. ex quibus patet eam a plerisque improbatam, & merito quidem, cum perperam pro ea adducatur d. l. ult. in §. similique modo, cum sua glossa, ut recentiores omnes animadvertunt. Præter quos considero etiam Bartolum proposuisse quæstionem in eo, qui protulit verba dubitativa, puta, non credo mihi expedire, vel credo hæreditatem esse periculosa, ac ideo in hac re dupliciter erratur. Primum transferendo sententiam Bartoli ad eum, qui dixit nolo adire, quæ species penes eundem a relata differt; secundo transferendo d. §. simili- que modo ad eum, qui dubitativè loquitur, cum non animo titubante, sed apertissime renunciatum esse præsupponat, neque terminum statuat verbis prolati, sed ad commo- dum creditorum, ut ibi Accursius explicat, quare nulla quæstio verborum ibi versatur, quæ ad hanc speciem transferri potuerit. Sed etiam ut ad rem nostram revertantur, sive ante annum, sive post mortuus sit nulla in contrarium facta declaracione, videbitur in ea voluntate perseverasse, per ea, quæ not. Ang. in leg. ex fatto §. si quis rogatus & l. 2. in fin. ff. ad Trebell. sequitur Soccinus d. conf. 36. n. 7. ver. secundo respondeo lib. 3. Gozzad. in d. l. qui se patris n. 97. Nec minus operabitur, si passus sit, per eos, qui se- quuntur in gradu bona pro herede possideri arg. leg. item queritur §. ult. ff. locat. glos. in l. Meniana C. de edif. priv. & ita concludit Sebast. Sap. in d. l. qui se patris n. 22. & seq. & videtur de intentione glos. in d. l. 2. Cod. de jur. & fact. ign. & recte proba- tur ex d. l. Filii mater, ut supra notatum est. Plura etiam tum afferri, tum inferri possent, sed ea omnia ad id unum scias esse perstringenda, ut quæ extrinsecus dubitan- tis, vel disponentis conjecturam exhibeant, ea verborum prolatorum significationem adeo flectant, ut sententiae cedant, uti par in omnibus est l. 3. C. de lib. pret. Hæc verò con- gerit Menochius de arbitria. Jud. cas. 496. per totum. Itaque cautius ages in occurrenti specie, si præter hoc verborum, alia etiam quæres voluntatis argumenta. Vale, & me ut facis ama.

Datum Senis die 30. Aprilis 1583.

Scævola

**Scævola in leg. Fidejussor evictionis  
ff. de dol. mal. & met. except.  
conciliatur cum Papiniano in  
leg. Emptori ff. de Evict.**

*Epistola III.*

**DOMINO CAMILLO ROCCHIO CAUSIDICO  
SENEensi.**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

**P**Ulchram sane dubitationem proposuisti, quam eo libentius submovere non desinam, quod alias per manus inciderit, & quæ tibi gratificatus subjiciam, scias placuisse judicibus, & secundum illa fuisse judicatum. Quæris igitur quomodo *Scævola* in *l. fidejussor evictionis ff. de dol. mali, & met. except.* *Papiniano* concilietur in *l. emptori ff. de evict.* tum quomodo *Scævola* exceptio in judicium proponenda sit. Ait *Scævola*:

Fidejussor evictionis nomine condemnatus id prædium, quod evictum est, & omnia præstatæ paratus est, quæ jure empti continentur: querenti an agentem emptorem ex causa judicati exceptione dolii mali submovere possit? Respondit exceptionem quidem opponi posse; judicem autem estimaturum, ut pro damnis emptori satisfiat.

*Papinianus* vero ejusmodi exceptionem reo principali denegare videtur, ut inferri possit nec fidejussori competere. Is ait:

Emptori post evictionem servi, quem dominus abducit, venditor eundem servum post temporis offerendo, quomodo præstet, quod emptoris interest, non rectè defenditur. *Accursius* solvit duobus modis. Primo quod in specie *Scævola* rem evictam fidejussor obtulit cum omni eo, quod empti judicio continetur, in alia verò venditor obtulit dumtaxat servum evictum. Et quamquam *Papinianus* ad id respexisse minime videatur, ut infra compertum fieri, rectè tamen glossator ab ipso *Scævola* deducit, oblationem solius rei evictæ non relevare offerentem, nisi offerat cum omni causa, quæ empti judicio continetur. Et qui hac exceptione uti constituit, debet etiam formam ipsius a *Scævola* relatam observare, ac ita respondit *Corn. cons. 149. col. 4. vol. 4.* Et alias recordor oblationem factam de re, & expensis omissa eo, quod interesset, me eam impugnante a Judicibus fuisse rejectam, quod

quod perpetuo notabis, ut oblationem latissime concipias, & jus empti metiri debes, non tantum ex natura contractus, sed etiam ex conventione, quia plus, vel minus conventum esse potuit. *pacta conventa ff. de contr. empt. l. contractus ff. de reg. jur.* Quare si duplum evictionis nomine stipulatus emptor fuerit, vix erit, ut offerre expediat. Et si minus offerres, emptor adversus te replicatione doli recte uteretur. Iterum solvit *Accursius*, quod *Scævola* in fidejussore, *Papinianus* in reo principali loquatur, & mitius cum illo, quam cum isto agi solere notum est leg. & bæredi §. ult. cum leg. seq. ff. de pact. & hanc solutionem probat *Corn. in d. conf. 149. Jason in leg. si insulam n. 25. ff. de verb. obligat.* Sed in contrarium est communis opinio, ut testatur *Socinus conf. 199. n. 5. ver. secundo respondeo, vol. 2.* & ratio admittendæ exceptionis æquè convenit principali, sicut fidejussori. Dolus enim, quo exceptio nititur, in eo deprehenditur, quod emptori eamdem utilitatem allatura sit res ipsa cum eo, quod interest, oblata, & dolo malo conqueritur rem evictam esse, si rei deplorans jacturam ipsam cum omni jure oblatam postea recusat, ac ita post *Ang. sentire videtur Imola in d. l. si insulam n. 40. Baldus in l. se traditio n. 7. C. de act. empti.* Mihi igitur in d. l. emptori non alia ratione oblatio rejici videtur, quam quod post tempus fiat. Nam illa verba, post tempus offerendo, demonstrant oblationem fieri posse in tempore, & post tempus factam non relevare. Quare in d. l. emptori rejicitur oblatio, non quia venditor offerat, non autem fidejussor, sed quia post tempus offert. Ut autem id clarius innotescat, constituendum est legitimum tempus offerendi. Videtur autem durare usque ad contestationem litis super executione judicati ex regula nostrorum, quod ad eam usque contestationem facultas id solvendi, quod non est in obligatione, produci soleat, *Bartolus in l. si quis stipulatus n. 4. ff. de solut. Baldus in l. & si post tres n. 3. ver. oppones quod tunc ff. si quis caut. idem Bartolus in l. stipulationes non dividuntur num. 41. ff. de verbos. oblig. Baldus, & Castrén. in l. item veniunt §. idem recte ff. de pet. bæred. ubi videtur casus, & in l. miles §. decem ff. de re jud. & in puncto *Corn. d. conf. 149. col. p. Socinus d. conf. 199. n. 5. ver. tertio & ult. vol. 2.* Et quidem quatenus *Scævola* offerentem condemnatum esse supponit, concedit, etiam post condemnationem offerri posse, sed quoniam non diffinit quousque possit offerri, sive casum hunc velut omissum relinquimus sub dispositione juris communis, sive quia facultas hæc offerendi sit exorbitans, & a regulis vulgaribus declineat, in perpetuum concedenda non sit, ut *Corn.* argumentatur, sed ad prædictum terminum restringenda, illud nullo modo prætermittendum est, quod si post condemnationem, antequam vietus offerat, emptor se se obligaverit puta debitorem condemnatum in id quod interest, cedendo, aut delegando, neque cessionarius exceptione doli repellere poterit, quod numquam rem evictam possederit, vel eam consequi sua non intersit, cedens nam, quum aliis rebus, illigatus in nullo dolo versetur, sic re non amplius integra cum suo, aut alterius damno oblationi non assentit sex. est in l. si in lege §. *Colonus ff. locati, ubi Paulus: Sera est enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus aliis rebus illigatus non potest.* Ibique *Salyctus* notat re non integra moræ purgationem non admitti, idemque notat *Alexan. conf. 131. n. 2. vol. 4. Aymon. n. 5. conf. 246. vers.* & quod quero, sic diffinit *Baldus in d. l. si traditio n. 7. Cod. de act. empt. ac ita obtinui.* Ne tamen putes apud *Scævolam* agi de purgatione moræ, quamquam ita sentire videatur *Baldus in d. leg. si traditio n. 7. Imola in d. l. si insulam n. 4. Alexan. n. 28.* & antea eos *Perricensis* inibi a *Bartolo* relatus; quoniam contrarium verius est, ac etiam receptius, si quidem nullam in d. l. fidejussor verti questionem de mora purganda voluit *Andre. de Pisis*, quem refert, & sequitur *Bartolus in d. l. si insulam n. 14. accedit Ripa n. 72. Baldus quoque sibi contrarius in d. l. Etsi post tres n. 8. ver. oppone quod mora adberet Corn. d. conf. 149.* Et si verum amamus, præterquam quod nihil est, unde *Scævola* ad moræ purgationem respexisse conjiciamus, res evinci quandocumque potest nulla venditoris mora præcedente. Quid si venditor illico motam litem suscepit, & usque in finem defendens succubuerit, postea rem redimat, & offerat, cujusnam moræ reus erit? Evictio ergo non semper supponit moram. Est tamen inter utramque proportio quædam, sive rationis paritas. Qua enim ratione ex mora in obligationibus faciendi succedit obligatio ad interesse. Leg. si quis ab alio §. ult. ff. de re jud. leg. stipulationes non dividuntur ff. de verb. oblig. eadem plane si res evincatur, sine alia mora, ad interesse obligatio committitur, & ex na.*

natura ex empto actionis de evictione agitur leg. si in venditione ff. de evict. Evictione est cujusdam conditionis implementum, sub quo venditor obligatur; Et quidem evictio moræ, oblatio purgationi quadam ex proportione responderet; Ac ita defendi poterit Soccinus in d. cons. 199. per totum, dum hos terminos sine ulla distinctione confundit, ut ad effectum respxisse dicamus. Hæc habeo, ut, quo fieri potest brevius, desiderio tuo satisfaciam. Tu autem, qui in foro tandem egregie versatus es, eadem ad proxim commode transferre poteris. Vale.

Datum Senis die 24. Aprilis 1584.

Decio

# Impotentia, coeundi an Matrimonium dissolvat.

*Epist. IV.*

DECIO AZZOLINO SACRAE ROMANAEC  
CLESIAE CARDINALI AMPLISSIMO  
DOMINO SUO

ALEXANDER TURAMINUS E.

**P**roponis *Pampphilam* nuptui *Sempronio* traditam per quadriennium fere ultimum cum viro cohabitasse, nunc verò allegare illum impotentem, & quasi ab initio matrimonium minime constituerit, petere licentiam alteri nubendi. Probat per quatuor testes virum suum retinuisse semper genitalia subligata, & habitum pro impotenti, quod morbus eam partem rupisse, vel aperuisse existimaretur, quæ vim generandi contineret. Exhibit duabus matronis corpus, illæque ex aspectu virginem jurant; amplius ipsamet jurato deponit virum prima nocte confessum fuisse impotentiam, ac rogasse, ne patefaceret, aut conqueretur. Cum verò te supplex adierit, ut fautorem imploret, rectè subsistis, quod judices officiis interdum potius, quam legibus moveantur præfertim in Urbe, cum a personis summa in dignitate constitutis profiscuntur. Quæris a me, quid ego sentiam de jure, ut in eam partem propitius inclines, quæ justior, & honestior sit, ac ita in omnibus peragendum foret, ut nonnisi de bono jure implorantis saltem summarie certiores facti officium nostrum impartiremur. Nam sicut Ennius benefacta male locata malefacta arbitrabatur, ita officium, si contra justitiam, & honestatem sit, officii nomen deserit, & quod officere, non prodesse queat, nocumentum poterit appellari. Ad propositæ autem questionis explicationem præcognoscendum arbitror triplex esse genus hominum, ut alii maleficiati, alii frigi, alii impotentes dicantur. Nam etiamli genericè omnes dicantur impotentes, quidam tamen non sunt frigi, non sunt maleficiati, & tamen sunt impotentes, ut ostendam. Maleficiati ii sunt, qui ex maleficio alicujus redditi sunt impotentes; Nam maleficiatus supponit maleficium, vel fortilegium XXXIII. q. i. C. si per sortiarias Goffr. tit. de frig. & malefic. n. 3. Host. pariter in summa n. 3. Anton. de Santo Georg. alias Præpos. in Rub. n. 3. Joan. de Turrecr. in d. c. si per sortiarias. Frigi sunt, quibus membrum virile ad coitum est naturaliter inutile, quod melius facto perpenditur, quam verbis exprimatur, idem Præpos. in cap. ult. de frig. & maleficiat. n. 5. Igitur frigiditas est impedimentum naturale, ac ita perpetuum

ex

ex quo sequitur, ut, qui aliquando moveatur ad coitum, et si perficere non queat, non sit dicendus naturaliter frigidus, *Hofst. in sum. n. 3.* & *n. 10.* ubi frigiditatem perpetuam appellat naturalem impotentiam, & probatur *33. q. 1. in c. requisivisi ibi: Vir autem, qui frigida natura est, maneat sine conjugio;* sic frigiditatis vitium naturae tribuit, & verè frigiditas nihil aliud censeri debet, quam naturalis, ac ita perpetuus caloris defectus; hoc tamen nomen ad alia quædam impedimenta, sed minus propriè transfertur. Impotentes non frigi, nec maleficiati sunt, vel qui secuti sunt, vel quibus sunt abscissa virilia *Panor. in d. Rubr.* Secundum hæc triplex impedimentum constitui videtur; sed eadem divisio ad bimembre caput etiam reduci poterit, ut dicamus impedimentum omne esse, vel naturale, vel accidentale, alio etiam modo perpetuum, vel temporale. Perpetuo duraturum, sive sit a natura, sive ex accidenti, dissolvit, accidentale non perpetuum, non ita. Et quidem in frigiditatis impedimento allegando nocet diu tacuisse *c. 1. cod. tit.* non ut rejiciatur allegatio in perpetuum, sed ut expectetur triennum, ut eam præsumptionem elidat, quæ ex silentio insurrexit, ac ita intelligo *d. c. p. secund. Prepos. ibi n. 5.* quod etiam expectandum erit omni casu, quo frigiditas allegata probari non poterit *c. laudabilem eod. sit.* Atqui ubi statim, vel modico tempore elapsa allegata fuerit, si tam vir, quam mulier eam jurantes fateantur cum septima manu propinquorum, separari poterunt *c. p. cum glof. d. tit.* & *33. q. 1. c. 2.* neque expectabitur triennum. Aut muliere statim proclamante vir negat, & viro creditur, quia mulieris caput *d. c. p.* Sed mulier admittetur ad probationem per corporis aspectum *33. q. 1. c. p. cum glof.* mulier enim debet probare suam intentionem, quod in omnibus regulare est secundum *Bart. in l. in illa ff. de verb. oblig.* neque admittitur per solum juramentum *a. dixit. 32. q. 1. cum glof.* Et hoc casu sufficere opinor probationem per aspectum cum juramento, & septima manu, nec erit expectandum triennum. Aut vir afferit se frigidum, mulier vero negat, & statur mulieri, quia deponit pro matrimonio, & quia non creditur velle pati stimulos carnis, sed vel ex eo maxime quod actori probandi onus, ut in quacumque materia, semper incumbit, *Prepos. in d. c. p. n. 7.* Poterit vir probare per aspectum medicorum, & per juramentum, si statim id allegaverit, sicut & mulier, si diu tacuit expectabitur triennum. Circa maleficiatos opinor semper esse expectandum triennum ea ratione, quia cum ignoretur an maleficium morbus sit perpetuus, vel temporalis in dubio temporalis præsumitur, sed expectato triennio perpetuus, *Prepos. in d. c. fraternitatis n. 13. d. tit.* Sed quando incipiet currere, questionis est, & receptius videtur, ut a die decreti per Judicem interpolati *Henr. Boic. in d. c. laudabilem ubi de communi.* Contrarium ibi defendit *Abb. inhærens verbis text. ibi: A tempore celebrati conjugii.* In frigidis facta statim allegatione, cum probari non possit, verum erit, quod tradit *Abbas*, cum diu steterint, curret a die Decreti; in maleficiatis honestius est currere a die peractæ pœnitentiaz, quæ maleficiatis injungi solet. Ex iis non tantum intelligere poteris, quæ generaliter observanda sint in speciebus occurribus, sed in ea, quæ tibi proponitur, nec frigiditatem, nec maleficium adesse deprehendere vales, sed morbum, qui ad vitium impotentiaz non simpliciter stantibus supradietis reduci debet, sed quamquam absit vir, omnimodo vocandus, nec procedendum in contumaciam, aut si venire recusat, etiam implorato brachio militari, quod fieri decet, tuto loco commendandus, quoisque medicis adhibitis inspiciatur, quia, si reparari posset, teneret matrimonium *c. ex literis d. tit.* Neque vero, ut in maleficiato, vel frido præsumitur vitium ex triennio perpetuum; ergo cum adhuc non constet morbum esse perpetuum; peritos, tamen ad difiniendum, quam, si possit, ad curandum morbum adhibere necesse est. Et si curari poterit, res absoluta est, si minus, triennum expectabitur, si certo demonstrari non queat impotentem esse, tunc enim si demonstrari posset, ulterius minime foret expectandum. Hæc mihi cum præcognitis conclusionibus convenire videntur, ac veritati satis amica, quæ tamen saniori censure, ac tuæ potissimum libentissimè subjicio. Ex quibus te prudenter admodum dubitasse intelligis, & matrimonii separandi caussa officium rectissimè denegasse. Vale.

Datum Roma 25. Martii 1586.

P p p

DO.

**Alienata a gravato in quartam sunt  
imputanda .**

*Epist. V.*

**DOMINO MARCOLINO MONSIGNANO  
UTRIUSQUE SIGNATURAE REFERENDARIO**

**ALEXANDER TURAMINUS F.**

Cum mihi in themate presuposueris in hereditate adfuisse bona infra scripta videlicet.  
 Unum praedium nuncupatum *Magliano* valoris librarum 4300.  
 Nonam partem unius domunculae .  
 Nonam partem alterius domunculae ,  
 Nonam partem duarum vinearum , quae omnia ascendunt valorem librarum 900.  
 Nonam partem mobilium valoris librarum 300.  
 Tum vero predicta omnia subjecta esse fideicommisso ad presens purificato ad favorem familiæ de Monsignanis .  
 Quæreris , cum præmium predictum alienatum esse proponas , an possit per fideicommissarios alienatio revocari . Ego quod videam , te publicis negotiis occupatum amicos in propriis consulere , non tantum , ut in iis advocatum queras , ut in adagio fertur , sed ne communis propriam utilitatem anteponas , ab initio maxime veritus , ne litori arenas offerrem , si tibi juris peritissimo de jure quicquam rescriberem , tandem , quod prisci Jureconsulti etiam se invicem consulerent , tuus modestia nihil denegandum fuisse constitui . Et cum alioquin regula sit satis certa , alienata in quartam imputari solere *I. Marcellus* §. res quo<sup>e</sup> ff. ad *Trebel.* in proposito , non tam regulam , quam ipsius rationem inquirendam esse animadverto . *Glos. in d. §. res quo<sup>e</sup> in odium hæredis alienantis , & fideicommissarii favorem constitutum fuisse censet* , ut ideo hæc imputatio fiat , demum volente fideicommissario , & non aliter , & hoc probant *Angelus* , & *Imola* cum quibus pertransit *Alex.* n. 8. quatenus ab hac ipsa ratione deducunt , quod si fideicommissarius velit in quartam imputari , non licebit hæredi redimere , & restituere , ut ex alia re quartam deducat *Jason.* n. 11. id quod etiam *Bartolus* probat , tametsi ab hac Glossa recedat ; nam is censet fideicommissario etiam invito hanc imputationem fieri , sequitur *Jason.* n. 12. dicens alios ita sentire , *Socinus jun. in I. in quartam* n. 39. ff. ad leg. falcid. idem conf. 23. n. 1. lib. 2. *Alex. conf. 3. n. 6. lib. 3. Aret. conf. 13.*

¶. 5. Quorum ratio tota sumitur ab æquitate, ne hæres judicij sustineat evictionis, si alienata revocentur. In eo versatur æquitas, quod cum hæredi oīanimodo detrahendi quartam jus competit, non debet fideicommissarius alienata cum incommodo hæredis revocare, cum sibi nullum afferat commodum, utpote qui vel invitus pati debeat ex alia simili re eamdem quartam deduci, & quod hæredi prodest, & fideicommissario non nocet, hæredi concedendum fuisse æquitas suadet argum. §. Religiosum inß. de rer. divis. Quare falsa est Accursii sententia, quod hæc regula sit introducta in odium hæredis, cum æquitas in hoc hæredi, non fideicommissario faveat. Cui consequens est, neque vera ē esse Angeli traditionem, contra quam tenet Rom. in d. §. res quæ, ubi Soccinus sen. n. 13. Socc. Jun. n. 90. ver. quid tamen Imola sibi contrarius in d. l. in quartam ubicumque hæres rem tempore restitutionis redemptam haberet penes se. Secus si tunc redimere vellet, quoniam id faceret in detrimentum fideicommissarii. Quod si retineamus regulam hujus §. esse in prædicta æquitate fundatam, aliquorum sententiam ruere necesse est, qua traditur in dubio videri alienationem factam causa evertendi fideicommissi, quod affirmat Castr. in l. Titius n. 1. in fin. ff. ad Trebell. Aymon. in responso pro genero in appendice n. 53. Natta conf. 115. n. 3. Cacber. decis. Pedem. 163. n. 13. & seq. Menochius de Arbitr. jud. cas. 132. n. 40. Quæ quidem sententia nec probatur ex d. l. Titius, cum longe interstet, an rogetur hæres hæreditatem restituere, vel quicquid superfuerit, nam hoc secundo casu videtur ideo alienare, ut minus supersit, primo non ita, cum sciat fideicommissarium revocaturum, tum verò omitto, cum immutata sit illius l. dispositio per Auth. contra rogatus C. ad Trebell. & quod magis rei nostræ cohæret, dico casum fraudulentæ alienationis poni pro limitatione regulæ d. §. res quæ si quis rectè perpendat Bart. ibi n. 2. Jaf. d. n. 12. expresse Soccinus jun. in d. l. in quartam n. 92. ver. 2. limita, quare sententia Castrensis. & Aſſclarum tanquam communi sententiaz repugnans rejicienda est procul dubio, cum regulam destruat, & evertat. Contra quam facit regula l. merito ff. pro Soc. tum vero apertissimè contradicit idemmet §. res quæ. Nam si in dubio res malitiose præsumatur alienata, & æquum est fraudulentam alienationem revocari, constituenda erit regula prorsus contraria, ut in dubio alienata non imputentur, sed revocentur. Ac mihi quidem, vel quod, ubicunque contigerit, contrarium observari conspicerim, vel quod nimium displiceat ejusmodi sententia, difficile admodum persuaderi poterit eam forensi usui esse accommodatam. Ut tamen ipsi in aliquo gratificemur, & ad speciem propositam proprius accedamus, si fraudis conjecturæ leves etiam suggerantur, ut ad ita præsumendum Judex moveatur, proclivior esse poterit, quod speciei tua maximè convenit ex dupli ratione. Primum quia res alienata de melioribus est, ut valor ipse satis insinuat, & hoc sufficiat ad præsumendam fraudem, & concedendam revocationem, Alex. in d. l. in quartam n. 13. ubi defendit fideicommissarium alienata revocare volentem audiendum esse, etiam ubi re tantum fraudatus sit, idem Soccinus jun d. n. 92. Quare id totum ad arbitrium Judicis regulariter pertinet secundum Bart. in d. §. res quæ n. 2. & Menoch. de Arb. jud. cas. 163. per totum. Sed vereri non debes, quin judex in specie proposita locum faciat revocationi; nam id facere semper debet, cum vel malitia præsumitur in alienante, vel alienata sunt meliora, vel re ipsa fideicommissum evertitur, vel in communionem bonorum valde incommodam fideicommissarius incidit. Hæc pauca scripsisse volui, quæ veriora simul, ac receptiora fore putavi, quæ etiam tibi, quod me plurimum diligere non dedigneris, non ingrata futura esse confido. Valc.

Datum Rome Die 5. Maij 1586.

P p p 3

Pos.

ALEXAN. TURAMIN.

Possidens in sua possessione adversus  
spoliatorem est manutenendus.

*Epist. VI.*

DOMINO ANTONIO MARIAE GRAZIANO ABBATI

ALEXANDER TURAMINUS F.

**S**ic stantibus, quæ mihi in facto narrasti, dubitare te non oportet, an sis in tua possessione manutenendus, neque decet Judicem tandem in hujus questionis diffinitione supersedere, quod ut intelligas, me tibi, non gratificandi animo, sed pro veritate rescribere, quæ me movent ad ita ientiendum, libentissimè subjiciam. Primum enim constat te possidere, & ab adverario fuisse turbatum, ergo locus est mandato de manutenendo. Consequentia probatur ex y. retinende Inst. de interd. & ex l. p. & tot. tit. ff. uti possid. Antecedens habet duo capita. Primum, nempe te possidere, latissimè, & concludenter ex testium depositionibus probatur. Te autem turbari, quod est alterum caput, ex eo maximè probatur, ex quo adverarius suam adstruit defensionem. Nam eo maximè nititur, quod obtinuit mandatum de immittendo, cui inest, ut naturalem possessionem apprehendat, ex qua apprehensione in tantum non infertur te cadere a tua civili, ut ejus virtute naturalis apprehensorem expellere potueris, quod eam apprehendens in tua civili te perturbet, ita Alex. post Introlam in l. clavis §. qui ad nundinas n. 3. ff. de acquir. posses. ubi ita adversus Angelum concludit, & adhærent Mod. in add. ad eundem Alex. qui constanter Angelum ubique reprobavit, ceu in l. peregr. ff. de re judic. sequitur Jason. in d. §. qui ad nundinas n. 20. Soccin. cons. 153. n. 23. vol. 2. quamquam ut Alexan. adnotavit in d. §. si post n. 9. neque Angelus ipse dissentit quoad hoc, ne civilem amittas. Ex hac autem apprehensione cum vere civilem non amiseris, bene consequitur, quod contendo te in tua civili fuisse turbatum, ut probat Glos. in l. p. in ver. nec vi C. uti possidetis in fin. seq. itur Menochius retin. poss. remed. 3. n. 35. & in individuo, quod ingrediens, præcedente decreto, parte non citata emanato dicatur turbare, tradit idem Menochius d. remed. n. 474. Tum secundò nisi per ejusmodi apprehensionem inferretur turbatio, inferretur spolium, vix enim est, ut imaginari possimus per eam ad eorum alterum non inferri; At mandato de immittendo nullatenus credendum est inesse autoritatem spoliandi possidentem, sed tantum apprehendendi non existente legitimo contradicte. Primum quia, ut præmis. si, non apprehendit civilem. Secundò quia sententia præsumitur lata ex caussa, ex qua magis justificari possit, & quæ minus noceat Soccinus in l. si a te n. 4. ff. de except. rei jud. Abb. cons. 7. ad fin. lib. p. Aymon. cons. 133. n. 3. Modo etiamsi Judex voluisset procedere tanquam merus

- A**lienari licet possint res Ecclesiaz pro redem-  
ptione captivorum, non possunt tamen aliena-  
ri pro iis, qui proprio scelere ad triremes  
damnati sunt: in l. nullam de leg. n. 18.  
pag. 132.
- A**lienatio vide reliqua in verbo *Minor*.
- A**limenta filio interdum pater potest denega-  
re: de legibus cap. 3. n. 20. pag. 10.
- A**lius dictio implicat similia: de ve. sub pos.  
cap. 5. n. 31. pag. 272.
- A**llegationibus in faciendis ostentatio repræ-  
henditur : in l. incivile de leg. n. 14.  
pag. 129.
- A**llodiales sunt fructus separati a fundo: in l.  
ex divertio cap. 6. n. 9. pag. 18.
- A**lluvioni similis est usucapio: de ve. sub pos.  
cap. 1. n. 11. pag. 286.
- A**lternativæ seu disjunctivæ dictiones a diffi-  
nitionibus sunt rejiciendæ , & cur: de ve.  
sub pos. cap. 7. n. 8. pag. 285.
- A**mbiguum in quo differat ab incerto: de leg.  
cap. 9. n. 13. pag. 44.
- A**mbiguum an detur: in l. in ambigua de  
leg. n. 2. pag. 119.
- A**mbigui exempla : in l. in ambigua de  
leg. n. 3. ibid.
- A**mbiguum est , cum duo dicuntur ab eo ,  
qui unum sentit: in l. in ambigua de leg.  
n. 4. ibid.
- A**mbiguum dicitur quasi ambivium , quod in  
duas ducat vias: in l. ambigua de leg. n. 5.  
ibid.
- A**mbiguum & obscurum differunt: in l. in  
ambigua de legibus n. 6. ibid.
- I**n ambiguis non habet locum : l. & ideo de  
leg. n. 7. pag. 123.
- A**mbiguum vide in verbo , *Dubium*
- A**mīssio mortis similitudinem retinet , sicut  
& acquisitio instar generationis habet : de  
legibus cap. 2. n. 62. pag. 62.
- A**mpliatio regularum ab interpretatione pro-  
ficiuntur limitatio vero ab æquitate: de  
leg. cap. 3. n. 19. pag. 66.
- A**mpliatio vide in verbo *Extentio*, & in ver-  
bo *Productio*
- A**nimus facti est : de ve. sub pos. cap. 7. n. 25.  
pag. 288.
- A**nni initia varie posita : in l. divertio cap.  
1. n. 8. pag. 1,6.
- A**nrecedens qui vult , vult etiam suum necessa-  
rium consequens : in l. quod de leg. n. 8.  
pag. 119.
- A**ppellatio denegatur debitori fisci condemna-  
to : in l. non puto cap. 1. num. 29.  
pag. 337.
- A**rbitro si detur prorogandi potestas statuto ,  
poterit id facere toties , quoties opus fue-  
rit: de legibus cap. 9. n. 24. pag. 45.
- A**rbitrarius & moderator rei suæ est unusquisque  
de leg. cap. 2. n. 22. pag. 58.
- A**rbitrium ad bonum , & æquum spectare ,  
indicem vero ad legem quid sit apud Ari-  
stotelem: de leg. cap. 4. n. 17. pag. 71.
- A**rbitramenta propriæ iniuitatis non injusti-  
tiaz notantur : de legibus cap. 4. n. 18.  
ibid.
- A**rbitrium vide in verbo. *Judicis arbitrio*.
- A**rgumentum ab effectu ad causam forma-  
lem quomodo ducatur : de ve. sub pos.  
cap. 2. n. 12. & 13. pag. 246.
- A**rgumentum ab æthimologia quando valeat:  
de ve. sub pos. cap. 4. n. 7. & 12.  
pag. 262.
- A**rgumentum a notatione secundum Tullium:  
de ve. sub pos. cap. 4. n. 10. pag. ibid.
- A**rgumentum a dictiōibus quantum valeat :  
de ve. sub pos. cap. 5. n. 32. pag. 272.

- Argumentari licet à ratione legis unica etiam non expressa de legibus: cap. 5. n. 16. pag. 34.
- Argumentum a communiter accidentibus valet. in l. nam ad ea. de legib. n. 7. pag. 91.
- Argumentum a simili quando valeat: in l. quod de legibus n. 10. pag. 150.
- Arithmetica aequalitas non servatur in fructibus à Papiniano, sed geometrica: in l. divertio cap. 2. n. 2. & seq. pag. 157.
- Arithmetica proportio ad numerum respicit, geometrica vero ad quantitatem: in l. divisorio cap. 2. n. 4. ibid.
- Arithmeticam aequalitatem jus servat, natura verò geometricam: de leg. cap. 2. n. 47. pag. 61.
- Arithmetica, & geometrica aequalitas quid sit: de leg. cap. 2. n. 48. ibid.
- Arithmeticum medium & jus commutativum dicunt imperfectionem: de leg. cap. 2. n. 58. ibid.
- Ars à natura discernitur: in l. scire de leg. n. 7. pag. 116.
- Ars nulla in se ipsa versatur: in l. scire de leg. n. 8. ibid.
- Artis nomen in latissima significatione usurpatur: in l. scire de legibus n. 11. ibid.
- Augusta non lege regia, non ratione, non moribus soluta est legibus: in l. princeps de leg. n. 16. pag. 140.
- Augustæ omnia fisci privilegia competunt: in l. princeps de legibus n. 17. ibid.
- Ab Augusta, Cæsare, vel fisco ementes statim fiunt securi: in l. princeps de leg. n. 18. ibid.
- Augustæ facta donatio, vel ab ea, non indiget insinuatione: in l. princeps n. 19. ibid.
- Augusta læsa an restituatur: in l. princeps de leg. n. 22. ibid.
- B.**
- Baldus nullum jus ignorasse dicitur: in l. in civile de leg. n. 5. pag. 128.
- Bannito cum loquente statutum puniens comprehendit etiam mittentem epistolam: in l. non puto cap. 3. n. 76. pag. 329.
- Bannitos odio occidi statutum permittens non valet: de leg. cap. 1. n. 25. pag. 19.
- Bannitum percuti permittens statutum an permitat occidi: de leg. cap. 2. n. 16. pag. 58.
- Bello capti inter Christianos non efficiuntur servi capientium: de ve. sub. pos. cap. 4. n. 26. pag. 264.
- Benignitas aliquando versatur in duritate legis tolleranda: in l. benignus de leg. n. 2. pag. 118.
- Bonitate, & in Clementia æquitas an sit polita: de leg. cap. 4. n. 2. pag. 70.
- Boni & æqui una est officina de: leg. cap. 1. n. 38. pag. 20.
- Bonos Cives facere legis cuiusque est effectus respectu finis, in qua dirigitur: de leg. cap. 6. n. 19. pag. 37.
- Boni cives quomodo efficiantur formidine pœnæ: de legibus cap. 6. n. 21. ibid.
- Bonus civis dicitur ex habitu, & optimus ex habitu bonus: de legibus cap. 6. n. 22. ibid.
- Ad bonum etiam invitat lex à malo deterrens: de legibus cap. 6. n. 23. ibid.
- Bonum, quod magis commune est, ad summi boni conditionem magis accedit: de legibus cap. 2. n. 30. pag. 59.
- Inter bonum æquumq; virum quid interfit, similiter, & inter virum callidum, atque versutum: in l. fraus de leg. n. 3. pag. 137.
- Brevitate leges scribi Justinianus præcepit: de leg. cap. 7. n. 16. pag. 39.
- Brevitas vide in verbo Paucitas
- Bruta seu animalia quo ad usum, tum quo ad legem homini subjiciuntur: de legibus cap. 2. n. 13. pag. 4.
- Bruta Animalia eximuntur à notione juris etiam naturalis: in l. 2. de leg. n. 12. pag. 87.
- C.**
- Caducum quid dicatur: in l. princeps de leg. n. 23. pag. 140.
- Cæsar, fiscus, vel Augusta vendentes faciunt ementem securum: in l. princeps de legibus ibid.
- Callidum, & versutum virum quid interfit: in l. fraus de leg. n. 3. pag. 137.
- Castrum restituitur in integrum, sicut res publica: in l. noa puto q. 3. n. 16. pag. 362.
- Cavillationis naturam facile assumit nimia subtilitas: de leg. cap. 10. n. 26. pag. 50.
- Cavillatio quid sit de legibus cap. 10. n. 27. 28. & seq. pag. 47.
- Cavillari quis dicatur: de leg. cap. 10. n. 29. ibid.
- Cavillari an liceat: de legibus cap. 10. n. 31. ibid.
- Cavillatio qua ratione possit defendi tanquam licita: de leg. cap. 10. n. 32. pag. 51.
- Cavillationis sapit naturam interpretatio ubi est manifestus verborum sensus: in l. & ideo de leg. n. 11. pag. 123.
- Causam ad efficientem, & formalem redigi potest ratio: de leg. cap. 5. n. 4. pag. 33.
- Causa non existente non poterunt alienari bona

- bona pupillorum**, lices fiet statutum; quod eorum bona possint alien. sine solennitate vel substantialit. in l. nulla de leg. n. 7. pag. 130.
- Causa non venit appellatione substantiae vel solemnitatis:** in l. nulla de leg. num. 8. ibid.
- Causae pares quae dicantur:** in l. non puto cap. 1. n. 35. pag. 313.
- Causae paritas duplicitate potest contingere:** in l. non puto cap. 1. n. 37. pag. 314.
- Causa civilis**, vide in verbo civilis
- Causa Criminalis**, vide in verbo Crimen.
- Certum jus esse debet:** de legibus cap. 10. n. 22. pag. 49.
- Certa quando est sententia legis Princeps non est adeundus:** in l. & ideo de legibus n. 4. pag. 101.
- Certa quae sint:** in l. & ideo de leg. n. 9. pag. 123.
- Cessio quomodo fiebat in jure:** de exaq. leg. cap. 4. n. 18. pag. 217.
- Circuitus inutiles evitantur in jure exemplo naturae:** de legibus cap. 2. n. 32. pag. 59.
- Circuitus toties evitantur, quoties prorsus utilitate carent:** de legibus cap. 2. n. 33. vide exemplum n. 24. ibid.
- Circitu de inutili evitando multæ illationes:** de leg. cap. 2. n. 37. pag. 60.
- Circumvenire legem quid sit:** in l. contra de leg. n. 7. pag. 136.
- Citationis ex defectu exceptionem removere non intelligitur statutum removens omnes exceptiones:** de leg. cap. 2. n. 21. pag. 23.
- Citatio ad ordinem necessitatis refertur non instructionis:** de legibus cap. 2. n. 22. ibid.
- Civilis sola disciplina legis effectiva:** de leg. cap. 3. n. 3. pag. 25.
- Civilis facultas collocatur sub habitu prudentiae:** in l. incivile de leg. n. 3. pag. 128.
- Civili in causa judex maleficiorum cognoscere non potest:** in l. non est de legibus n. 6. pag. 133.
- Civile**, vide in verbo jus civile, in verbo lex civilis & in verbo obligatio civilis
- Cives locupletes habere Reipublicæ interest:** de leg. cap. 6. n. 11. pag. 36.
- Civitatis sive Republicæ contractus disterti a contractu fisci:** in l. non puto cap. 1. n. 41. pag. 338.
- Civitatis pars dicitur quilibet homo:** de leg. cap. 6. n. 18. pag. 37.
- Clausula decreti irritantis non facit ignorantem incidere in poenam:** in l. 1. de leg. n. 22. pag. 84.
- Clementia & in bonitate an sit posita qual-**
- tas:** de leg. cap. 4. n. 2. pag. 70.
- Clementia, & misericordia duplicitate sumuntur:** de leg. cap. 4. n. 9. ibid.
- Codicillis testamento confirmatis legata relinquunt, licet non possint relinquere ab intestato:** de exaq. leg. cap. 3. n. 10. & 11. pag. 212.
- In codicillis haec instituti non potest:** de exaq. leg. cap. 3. n. 12. ibid.
- Cognitio non est finis disciplinae civilis sive legitimæ:** in l. scire n. 4. pag. 116.
- Colonus qui non habet interdictum unde vi si dominum ejiciat, dejectus illud consequitur:** de ve. sub pos. cap. 8. num. 33. pag. 296.
- Commutatione non indiget natura, quia non indiget aliquo:** de legibus cap. 2. n. 57. pag. 61.
- Communem opinionem quando sequi non debemus:** in l. non puto cap. 2. n. 21. & 22. pag. 318.
- A communiter accidentibus faciles sumus ad donandum in fraudem fisci:** in l. non puto cap. 3. n. 18. pag. 323.
- Communis & popularis loquendi mos frequens apud jurisconsultos:** de leg. cap. 2. n. 23. pag. 5.
- Commune ad bonum lex ordinatur:** de legibus cap. 6. n. 4. pag. 35.
- Commune bonum in jure appellatur utilitas:** de legibus cap. 6. n. 6. pag. 36.
- Commune bonum juris, legis est summum bonum:** de legibus cap. 6. n. 12. ibid.
- Communem utilitatem spectat jus dum conditur, dum observatur privatam:** de legibus cap. 6. n. 14. pag. ibid.
- Communem contra utilitatem conventio non valet:** de legibus cap. 9. n. 37. pag. 47.
- Commune quanto magis est bonum, ad summi boni conditionem magis accedit:** de leg. cap. 2. n. 33. pag. 59.
- Compendium quale, & de quibus constitui debeat:** de ve. sub pos. cap. 1. n. 28. pag. 241.
- Compromittantur ut perpetuo causæ inter conjunctos statutum valet, & cur:** de legibus cap. 9. n. 23. pag. 45.
- Concessiones seu gratias Principum sine aliquo injuria factas interpretamur:** de leg. cap. 8. n. 5. pag. 42.
- Conclusio non potest inferri ex non præmissis:** in l. ergo de leg. n. 1. pag. 150.
- Concordia vide in verbo transactio**
- Condemnans & absolvens judex, in una eadem que sententia potior est absolutio, condemnatione:** in l. non puto cap. 1. n. 18. pag. 312.
- Con-

- Condicere rem suam permissum est odio fur,** in l. non puto cap. 3. n. 37. pag. 325.
- Conditione non adveniente nulla actio est prodita ad petendum id, quod est in conditione:** de exaq. leg. cap. 5. n. 16. pag. 221.
- Conditiones non capit donatio perfecta:** de leg. cap. 10. n. 18. pag. 49.
- Conjectura, & interpretatio differunt:** in l. nam de leg. n. 12. pag. 108.
- Coniectura alia pieratis alia, voluntatis:** in l. nam de legibus n. 13. ibid.
- Coniunctio maris, & foemine a divina lege pendet:** de legibus cap. 2. n. 17. pag. 5.
- Conjunctorum causae, ut perpetuo compromittantur, valet statutum, & ejus ratio:** de legibus cap. 9. n. 23. pag. 45.
- Conscientia tuta retinere, & praescribere parsia non sunt:** in l. non puto q. 3. n. 33. pag. 364.
- Conscientia in quo differant a syncreti & a l.** naturae: de legibus cap. 2. n. 38. & n. 42 pag. 7. e 8.
- Coscientia non est lex sed a l. formatur:** de leg. cap. 2. n. 39. pag. 7.
- Coscientiae in foro &c. in L. 2. de L. 5. 7. & 8.** pag. 86.
- Consequens etiam necessarium vult, qui vult suum antecedens:** in l. quod de legibus n. 8. pag. 109.
- Consensum dicere possumus communem materiam contractuum:** de legibus cap. 4. n. 8. pag. 32.
- Consensus est materia remota stipulationis:** in leg. in his de legibus num. 15. pag. 112.
- Consensu non interveniente, nulla est con-** ventio: in l. ergo de leg. n. 2. pag. 150.
- Consensia quid sit:** de leg. cap. 4. num. 5. pag. 70.
- Conservando, in acquirendo, aut minuendo jus consistit:** de legibus cap. 2. num. 2. pag. 57.
- Conservandi & retinendi duo effectus:** in l. totum de legibus n. 5. pag. 152.
- Constituendi verbum pertinet ad jus scriptum non ad jus universale;** in l. & ideo de legibus n. 3. pag. 123.
- Constitutio, vide in verbo jus, & in verbo lex.**
- Constituto praetor cur det actionem:** de leg. cap. 6. n. 7. pag. 36.
- In constitutum deduci non potest sola obli-** gatio civilis: de legibus cap. 5. n. 32. pag. 76.
- Constitutum esse, & receptum esse differunt:** in l. quod de legibus n. 6. pag. 109.
- Consuetudo est altera natura: in l. non puto.** Cap. 1. n. 54. pag. 340.
- Consuetudo vel lex scripta etiamsi deficiat, non tamen deficit lex naturae: de legibus cap. 4. n. 15.** pag. 5.
- Consuetudo an recipiat emendationem:** de legibus cap. 3. n. 35. pag. 68.
- Inter consuetudinem, & legem quid intersit:** de legibus cap. 3. n. 36. ibid.
- Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu:** de legibus cap. 3. n. 38. ibid.
- Consuetudo in scripturam redacta subiacet aequitati:** de legibus cap. 3. n. 38. ibid.
- Consuetudinis nomen refertur ad varia:** de legibus cap. 6. n. 1. pag. 77.
- Consuetudo est facti:** de legibus cap. 6. n. 2. ibid.
- Consuetudo tripliciter sumitur:** de legibus cap. 6. n. 3. ibid.
- Consuetudinis diffinitio:** de legibus cap. 6. n. 6. pag. 78.
- Consuetudinem juris non facti cur Isidorus dicat:** de legibus cap. 6. n. 7. ibid.
- Consuetudines probari debere quomodo intellegendum:** de leg. cap. 6. n. 8. ibid.
- Coniuetudo quomodo a moribus distinguatur:** de legibus cap. 6. n. 10. & 11. ibid.
- Consuetudo an obtineat non deficiente lege:** de legibus cap. 6. n. 13. ibid.
- Consuetudo interpretativa non est per se jus:** de legibus cap. 6. n. 14. pag. 79.
- Consuetudo debet esse legitime prescripta:** de legibus cap. 6. n. 15. ibid.
- Coniuetudo interpretativa non ita n. 16.** ibid.
- Consuetudo constat ex quatuor, ex moribus, ex tempore, ex ratione, ex tacito populi consensu:** de legibus cap. 6. n. 17. ibid.
- Consuetudines irrationalib[us] improbantur:** de legibus cap. 6. n. 18. ibid.
- Consuetudo veritati cedit:** de leg. cap. 6. n. 19. ibid.
- Consuetudo non valet adversus fidem catholica[m]:** de legibus cap. 6. n. 20. ibid.
- Consuetudo permittens quod est absolutè malum non valet:** de legibus cap. 6. n. 21. secus si malum, quia prohibitum n. 22. ibid.
- Consuetudinis propria sedes & locus:** de legibus cap. 6. n. 23. ibid.
- Consuetudo non est bona, nisi sit justa sicut & lex:** de leg. cap. 6. n. 24. ibid.
- Consuetudo contra bonos mores non valet:** de leg. cap. 6. n. 26. ibid.
- Coniuetudines laudabilem divinitatem quandam præferunt:** de leg. cap. 6. num. 27. pag. 80.
- Con.

- Consuetudines præclaras Romani ut plurimum scripto commendaverunt : de leg. cap. 6. n. 28. ibid.
- Consuetudines & leges scriptæ non facile mutari debent : de legibus cap. 6. num. 31. ibid.
- Consuetudo ex bino actu non inducitur : in l. quoniam de legibus n. 1. pag. 92.
- Consuetudo inducitur ex criminibus ex duabus vicibus : in l. quoniam de leg. n. 6. ibid.
- Consuetudo , vel lex , quæ declarat aliam legem , lex declarata non dicitur , ideo dubia : in l. non possunt de legibus n. 26. pag. 105.
- Consuetudo etiam extenditur ad casus similes : in l. non possunt de legibus n. 29. ibid.
- Consuetudo an primum locum obtineat post jus scriptum: in l. de quibus de leg. n. 2. pag. 142.
- Consuetudo inveterata cuius temporis dicatur : in l. de quibus de leg. n. 7. pag. ibid.
- Consuetudo ne inducatur longiori spatio quam x. annorum , favorable est : in l. de quibus de legibus n. 14. pag. 143.
- Consuetudo in quibus leg. cedere cogatur: in l. de quibus de legibus n. 26. pag. 144.
- Consuetudinem an possit una familia inter se introducere : in l. cum de leg. n. 2. & 3. pag. 145.
- Consuetudinem an probet , qui ostendit contradictrio judicio aliquando fuisse firmatum: in l. cum de leg. n. 6. pag. 146.
- Consuetudinem esse attestans aliquis doctor egregius relevat ab onere probandi : in l. cum de leg. n. 7. ibid.
- Super consuetudine videtur pronunciari de jure totius populi : in l. cum de. de leg. n. 8. ibid.
- Consuetudinem an duo actus inducant in l. sed & de legibus n. 1. pag. ibid.
- Consuetudo cum non contradicit legi scriptæ utrumque jus servatur æqualiter : in l. sed & de leg. n. 3. ibid.
- Consuetudo an sit majoris auctoritatis , quam jus scriptum: in l. imo de legibus num. 1. pag. 147.
- Consuetudinis interpretatio est probabilis , & necessaria : in l. si de. de legibus num. 2. pag. 148.
- Consuetudinem non inducunt actus dissimiles : in l. nam de legibus n. 3. & seq. pag. 149.
- Consuetudo contra rationem an valeat : in l. quod de legibus n. 5. pag. 150.
- Consuetudinem non inducit error circa ea ; quæ bona per se , vel mala sunt : in l. quod de leg. n. 9. ibid.
- Consuetudo vide in verbo mos
- Consulere an sit legis virtus in l. legis de leg. n. 31. pag. 96.
- Contractuum communem materiam possumus dicere esse consensum : de legibus cap. 4. n. 8. pag. 32.
- Contractuum genera subalterna quomodo respectu inferiorum considerentur: de leg. cap. 4. n. 9. ibid.
- Contractus & obligations rei appellatione continentur : de legibus cap. 4. num. 12. pag. 32.
- Contractus à vi ob meram juris subtilitatem non receditur : de legibus cap. 7. num. 8. pag. 39.
- Contractibus in innominatis correpectivis habet locum æquitas l. curabit de act. empt. de leg. cap. 2. n. 6. pag. 57.
- In contractibus quadam relatio consideratur : de leg. cap. 2. n. 21. pag. 58.
- In contractibus stricti juris an habeat locum æquitas : de legibus cap. 5. num. 5. & 9. pag. 73.
- Contractus , judicium, & actio dicitur bonæ fidei, non sic lex: de legibus cap. 5. n. 18. pag. 75.
- Contractus diffinitio: in l. quod de leg. n. 5. pag. 109.
- Contractus ab initio sunt voluntatis ex post facto necessitatis: in l. jus de legibus n. 5. limitatur in minore n. 6. pag. 113.
- Adversus contractus minor restituitur in l. jus de leg. n. 6. ibid.
- Contractus , resistente lege est ipso jure nullus: in l. contra de leg. n. 4. pag. 136.
- Contractus vide in verbo strictum jus
- Contrariorum eadem est cognitio : de leg. cap. 2. n. 24. pag. 5.
- Contrariorum ratione natura consonantiam rerum parit : de leg. cap. 2. num. 46. pag. 61.
- Contrarie leges dicuntur , quæ nulla ratione conciliari queunt: in l. sed de leg. n. 3. pag. 135.
- Conventio contra Communem utilitatem non valet: de legibus cap. 9. n. 37. pag. 47.
- Conventionis verbum generale est : in l. sed & de leg. n. 2. pag. 146.
- Conventio nulla est , quæ non habeat in se consensum : in l. ergo de legibus num. 2. pag. 150.
- Conventio vide in verbo pactum
- Correctio , vide in verbo Emendatio , & in verbo Limitatio Cor-

**C**orripiuntur aliquando , aliquando verò prouducuntur verba legis: in l. benignus de leg. n. 5. pag. 118.  
**C**orruptio alterius est generatio unius: de leg. cap. 2. n. 70. pag. 62.  
**C**rimina , & negotia mere civilia differunt: in l. quoniam de legibus n. 7. pag. 92.  
**I**n criminibus inducitur consuetudo ex duabus vicibus : in l. quoniam de legibus n. 6. ibid.  
**C**riminum indulgentia an sit contra leges: in l. cum de leg. n. 9. pag. 125.  
**C**rimen vide in verbo Delictum.  
**C**ulpa non præsumitur , ideo probari debet: in l. non puto cap. 3. n. 51. & quid de levissima , n. 52. pag. 326.

**D**

**D**amnum pati est lucrum radicatum perdere: in l. non puto cap. 2. n. 9. pag. 342.  
**D**e damno quando actor tractat , reus verò de lucro , plus favetur actori , quam reo : in l. non puto cap. 2. n. 7. & quid in privilegiato n. 8. ibid.  
**D**ebet verbum est verbum necessitatis & præcepti: in l. non possunt de legibus n. 21. pag. 105.  
**D**eclarationem ad sequentium conferunt præcedentia , & è converso: in l. incivile de legibus n. 9. 10. pag. 128.  
**D**eclarans nihil de novo facit in l. si de leg. n. 6. pag. 148.  
**D**eclaratio , vide in verbo Interpretatio .  
**D**efensionem testibus probantibus plus creditur , quam probantibus delictum: in l. non puto cap. 3. n. 54. pag. 326.  
**D**efensio adversus vim & injuriam naturaliter est justa: de leg. cap. 1. n. 10. pag. 18.  
**D**efendere se ipsum præsumitur aggressus : de legibus cap. 1. n. 12. ibid.  
**D**efensio corporis an estendatur ad rerum: de legibus cap. 1. n. 13. ibid.  
**D**efendendo res suas vim vi repellere licet: de legibus cap. 2. n. 11. & quoniam procedat n. 12. pag. 57.  
**D**efensione pro rerum an liceat occidere: de leg. cap. 2. n. 13. 14. & 15. pag. 58.  
**D**efensio rerum conjuncta defensioni personæ justificat homicidium: de leg. cap. 2. n. 16. ibid.  
**D**elibera quid sit : de exaq. leg. cap. 1. n. 14. pag. 204.  
**D**elicta ne remaneant impunita reipublicæ interest : in l. non puto cap. 3. n. 40. pag. 325.  
**D**elinquendi occasio danda non est: in l. non puto cap. 3. n. 42. pag. ibid.

**D**elicti de corpore ante omnia constare debet in qualibet inquisitione : in l. non puto cap. 3. n. 47. pag. 326.  
**D**elinquens nemo in dubio præsumitur : in l. non puto cap. 3. n. 49. ibid.  
**D**elictum testibus probantibus non ita creditur , sicut quando probant defensionem: in l. non puto cap. 3. n. 54. ibid.  
**D**elicto pro minori præsumptio debet fieri , cum dubitatur de minori , vel maiori : in l. non puto cap. 5. n. 56. ibid.  
**D**e delicto & delinquente cum constat , quid agitur: in l. non puto cap. 3. n. 61. pag. 327.  
**D**elicta non remanere impunita , & malis hominibus purgare civitatem , ejus interest de legibus cap. 1. n. 7. pag. 18.  
**D**elicti nomen quomodo usurpetur: in l. prima de legibus n. 14. pag. 83.  
**D**enunciari potest ecclesiæ obtainens sententiam injustam: de leg. cap. 8. n. 9. pag. 42.  
**D**epositi restitutio a l. naturæ venit per modum conclusionis: de legibus cap. 3. n. 13. & an sit de jure positivo , num. 20. pag. 9. 10.  
**D**ei providentia est infinita , hominis autem finita de leg. cap. 4. n. 26. pag. 16.  
**D**iffinitiones jurisconsultorum magis regulæ sunt dicendæ , quæ rem quæ est , magis quam quid sit patefaciunt : de exaq. leg. cap. 1. n. 17. pag. 205.  
**D**iffiniri ubi nequeunt quæstiones ex rei essentia inspicimus accidentia: de ve. sub. pos. cap. 2. n. 39. pag. 250.  
**D**iffinitio convenire non debet alteri quam diffinito: de ve. sub pos. cap. 7. n. 19. pag. 287.  
**I**n diffinitionibus mos est jurisconsultorum , ut a causis divertant ad effectus: in l. prima de legibus n. 16. pag. 84.  
**D**iffinitionis quod sit officium , & quod regulæ: in leg. neq. de legibus num. 7. pag. 100.  
**D**iffinitionis vice fungitur regula apud nostros: in l. neque de legibus n. 9. ibid.  
**D**iminutio mutationem supponit , quia quod diminuitur hoc ipso mutatur de legibus cap. 3. n. 30. pag. 67.  
**D**iminutio reliquum , quod non diminuitur , justum esse supponit : de legibus cap. 3. n. 40. pag. 68.  
**D**irigere & regere rationis est munus: de legibus cap. 5. n. 2. pag. 33.  
**D**isciplinæ subjicitur prudentia civilis : de legibus cap. 3. n. 4. pag. 26.

Disci-

- Disciplinæ civilis habitus desideratur in legislatore:** de legibus cap. 3. num. 19. pag. 27.
- Disciplinæ civilis habitus, & prudentia sunt idem sere:** de legibus cap. 3. num. 20. ibid.
- Disciplinæ universæ responderet prudentia:** de legibus cap. 3. n. 21. ibid.
- Disciplinæ civilis subiectum sunt humanæ actiones, ut in iis justum, vel legitimum resulgere potest:** de legibus cap. 4. n. 13. pag. 32.
- Disciplina civilis arti medicæ proportione respondet:** in l. 2. de legibus num. 21. pag. 88.
- Disciplinæ civilis, sive legitimæ finis non est cognitio:** in l. scire de leg. num. 4. pag. 116.
- Dissunctivæ, vel alternativæ dictiones à definitionibus rejicendæ, & cur:** de ve. sub. pos. cap. 7. n. 8. pag. 285.
- Dispositione, & proposito aliquid agi, dupliciter consideratur:** in l. scire de leg. n. 22. pag. 117.
- Disputatio, vide in verbo, subtilis.**
- Dissuetudine, abrogatione, & lege contraria lex tollitur:** de leg. cap. 11. n. 1. pag. 51.
- Dissuetudinis quæ sit caussa:** de leg. cap. 11. n. 6. pag. 52.
- Distinctio rerum prior est, quam distincta nominum impositio:** in l. divortio cap. 1. n. 5. pag. 155.
- Distinctio seu divisio debet esse bimembra, seu reducibilis ad bimembrem:** de ve. sub. pos. cap. 6. n. 3. pag. 277.
- Dividuum & individuum nomen unde:** de divid. & individ. n. 5. & quid sit n. 6. 8. pag. 302.
- Dividui, & individui divisio:** de divid. & individ. n. 11. & 12. pag. 304.
- Dividui vel individui partes sunt in duplice differentia:** de divid. & individ. n. 7. pag. 302.
- Divinitatem quandam præferunt laudabiles consuetudines:** de leg. cap. 6. num. 27. pag. 80.
- Divisio ut nullo tempore fiat, pactum non valet:** de legibus cap. 9. n. 36. pag. 47.
- Non divisibilis rei legatum ob incertitudinem potius vitiatur, quam dividitur:** in l. non puto quæstione prima n. 13. pag. 348.
- Divitias secundum sanguinem dicere, indigna res est:** de legibus cap. 2. n. 19. pag. 58.
- Diuturnum, vide in verbo tempus.**
- Doctrinæ caussa nomina imposita recipienda sunt non impugnanda:** in l. divortio cap. 1. n. 6. pag. 155.
- Doli exceptione repellitur qui aliquid petit contra voluntatem testatoris:** de exæq. leg. cap. 4. n. 25. pag. 218.
- Dolus regulariter non præsumitur:** in l. non puto cap. 3. n. 50. pag. 326.
- Dolus, vide in verbo fraus.**
- Dominii utilis nomen nec in jure civ. nec in usib. feudorum legitur:** in l. ex divortio cap. 6. n. 10. pag. 181.
- Dominium utile quare dictum:** de ve. sub. pos. cap. 1. n. 7. & 10. pag. 237.
- Dominium utile quidam assimilant chimere:** de ve. sub. pos. cap. 1. n. 8. & n. 11. & seq. ibid.
- Dominium utile sicut, & directum penes duos esse nequit:** de ve. sub. pos. cap. 2. n. 7. pag. 245.
- Dominium prævia possessione queri solet:** de ve. sub. pos. cap. 5. n. 7. pag. 268.
- Dominium habet sui natura principia posseditiva:** de ve. sub. pos. cap. 5. n. 8. ibid.
- Dominium potest etiam sine possessione juris auctoritate transferri:** de va. sub. pos. cap. 5. n. 9. ibid.
- Dominii utilis ficta species Senis introducta:** de leg. cap. 1. n. 33. pag. 19.
- Dominium alteri adjicit usucapio:** de leg. cap. 2. n. 71. pag. 63.
- Domino instituto legari potest seruo sub conditione, pure non potest; at instituto servo, domino legari potest etiam pure; & ratio differentia:** de exæq. leg. cap. 4. n. 10. pag. 215.
- Dominus directus habet civ. possessionem, feudatarius vel emphyteuta naturalem ex communi:** de ve. sub. pos. cap. 1. num. 5. pag. 236.
- Dominus exigens canonem aut aliquid quidpiam an ullo modo possideat:** de ve. sub. pos. cap. 1. n. 6. ibid.
- Ut Dominus possidere quis potest, & ut non dominus:** de ve. sub. pos. cap. 5. n. 36. pag. 273.
- Donatio non est proprie legatum:** de exæq. leg. cap. 1. n. 16. pag. 205.
- Donatio perfecta non capit conditions:** de legibus cap. 10. n. 18. pag. 49.
- Donatio caussa mortis non est proprie donatio:** de ve. sub. pos. cap. 8. num. 41. pag. 297.

C

Do-

- Donandi animus non præsumitur , & quando , & quomodo procedat: in l. non puto cap. 3. n. 14. & seq. pag. 321.
- Ad donandum faciles sumus in fraudem fisci & communiter aëcidentibus : in l. non puto cap. 3. n. 18. pag. 323.
- Donatio facta Augustæ , vel ab ea , non indiget insinuatione: in l. principes dë leg. n. 19. pag. 140.
- Dotis restitutio an sit tensenda retrovenditio quando vir optionem habet , sententia Ang. discutitur : in l. divorcio cap. 1. n. 11. pag. 158.
- Dotalis efficitur fundus traditione constante matrimonio: in l. divorcio cap. 1. n. 12. ibid.
- Dotis circa usuras tardius soluta , vel circa fructus lapsus Cujacii : in l. divorcio cap. 1. n. 13. ibid.
- Dos ubi non est expresse privilegiata , utitur jure communi: in l. non puto cap. 1. n. 30. idem , in Ecclesia n. 29. pag. 313.
- Dotis ex causa creditor cogitur ex maiore parte creditorum ad concurrendum in concedenda dilatione quinquennali debitorum: in l. non puto cap. 1. n. 32. ibid.
- Dotali etiam in hypotheca procedit dispositio l. si is qui , de jur. fisc. in l. non puto cap. 3. n. 25. & in hypotheca competenti ecclesiæ n. 25. pag. 323.
- Dotanda est etiam filia spuria : in l. non puto cap. 3. n. 44. pag. 325.
- Dotis instrumentum præsumitur anterius instrumento fisci : in l. non puto cap. 1. n. 5. pag. 332.
- Dos & fiscus non ambulant pari passu: in l. non puto cap. 1. n. 9. ibid.
- Dotis ratione mulier præfertur habentibus etiam tacitam hypothecam: in l. non puto n. 11. pag. 333.
- Dos , Ecclesia , & causa hujusmodi fisco sunt favorabiliores: in l. non puto cap. 1. n. 28. pag. 337.
- Doti vel ecclesiæ minus favetur , quam fisco possessori : in l. non puto cap. 2. n. 5. pag. 342.
- Dotis in prejudicium , & minoris fiscus non utitur beneficio Zenonianæ constitutionis : in l. non puto questione secunda num. 21. pag. 355.
- Dotem pater promittens propriam agnoscit obligationem : de leg. cap. 9. num. 5. pag. 44.
- Dos ex matrimonio formam consequitur : de leg. cap. 2. n. 74. pag. 63.
- Dubius in rebus regulæ frustra non sunt po-
- sibile : in l. non puto cap. 1. n. 12. pag. 311.
- Dubiis in causis amico gratificari non licet : in l. non puto cap. 1. n. 16. pag. 312.
- In dubio quilibet jure communi censetur privilegiatus ibidem n. 31. pag. 313.
- Dubiis in questionibus fisca succumbere optimo regimini conveniens est : in leg. non puto cap. 2. n. 1. pag. 315.
- In dubio temporis præsumi pro fisco non est verum absolute : in l. non puto cap. 3. n. 19. pag. 322.
- Dubia probatio in civilibus non relevat multo minus in criminibus: in l. non puto cap. 3. n. 48. pag. 326.
- In dubio nemo præsumitur delinquens : in l. non puto cap. 3. n. 49. ibid.
- Dubia ex probatione reus sublevatur: in l. non puto cap. 3. n. 55. ibid.
- Cum dabitur de minori vel majori delicto præsumptio debet fieri pro minori : in l. non puto cap. 3. n. 56. ibid.
- In dubio an siveat fissa reo : in l. non puto cap. 1. n. 26. pag. 336.
- In dubio fiscus non est privilegiatus: in l. non puto cap. 1. n. 43. pag. 339.
- Dubium pactum cum fisco initum pro fisco interpretandum : in l. non puto cap. 2. n. 15. & 16. pag. 343.
- Dubitatio levis velamento judex hortans ad concordiam est injustus : in l. non puto questione prima n. 1. pag. 347.
- Dubitatio onus , vel in facto vel in jure versatur : in l. non puto q. 1. num. 3. ibid.
- Dubia in questione judex rectè in partem se trahi patitur , quam consentia veriorum dictat : in l. non puto quest. 1. n. 4. ibid.
- Dubia vere in questione juris partes ad transactionem hortandas sunt : in l. non puto quest. 1. n. 5. & seq. pag. 348.
- In dubia pronunciandum est pro reo: in l. non puto questione prima num. 19. pag. 350.
- Dubitatio si in facto consistat , quid agendum: in leg. non puto quest. 1. n. 20. ibid.
- Inter dubitationes juris & facti quid interfit : in l. non puto quest. 1. num. 21. ibid.
- Dubitatio juris magis publicam causam quam privatam continet: in l. non puto quest. 1. n. 23. pag. 351.
- Dubitaciones seu questiones juris ad principem , questiones facti ad judicem pertinent

- nent: in l. non puto quæst. 1. n. 25. ibid.  
**Dubio** in facto judex contra reum pronuncians nulliter pronunciat: in l. non puto quæst. 1. n. 26. pag. ibid.  
**In dubio** quid sentiendum in quæst. fisc. a præscriptione dependentibus: in l. non puto quæst. 2. n. 42. pag. 358.  
**In dubio** an sit admittenda præscriptio contra fiscum: in l. non puto quæst. 3. n. 34. pag. 364.  
**Dubitare** de singulis non est inutile: de leg. cap. 10. n. 36. pag. 51.  
**In dubio** actio statutaria est stricti juris: de legibus cap. 5. n. 26. pag. 76.  
**Dubitacionis** seu quætionis duplex potest esse status: in l. & ideo de legibus n. 3. pag. 101.  
**Dubia** sententia legis non est declaranda arbitrio Judicis: in l. non possunt de legibus n. 5. pag. 104.  
**Dubios** intellectus lex habens non potest allegari ad decisionem causarum: in l. non possunt de leg. n. 7. pag. ibid.  
**Dubia** non est lex, quæ ex alia lege vel consuetudine declaratur: in l. non puto de leg. n. 28. pag. 105.  
**Dubium** quod est inter verba & sententiam, quomodo dirimen: in l. scire de leg. n. 20. pag. 117.  
**In dubio** regulæ est inhærendum: in l. sed & de legibus n. 2. pag. 135.
- E.
- Ecclesia** & pupillus quod non possint amittere possessionem quomodo intelligendum: de ve. sub. pos. cap. 1. num. 12. pag. 237.  
**Ecclesia** ubi expresse non est privilegiata, utitur iure communi: in l. non puto cap. 1. n. 29. Idem est in dote n. 30. pag. 313.  
**Ecclesiæ** hypotheca, quæ competit, procedit dispositio l. si is qui de jur. fisci: in l. non puto cap. 3. n. 25. pag. 323.  
**Ecclesia**, dos, & caussæ hujusmodi sunt favorabiliores fisco: in l. non puto cap. 1. n. 28. pag. 337.  
**Ecclesiæ**, sive dotti minus favendum quam fisco possessori: in l. non puto cap. 2. n. 5. pag. 342.  
**Ecclesia** emens à fisco an sit secura: in l. non puto quæst. 2. n. 17. pag. 355.  
**Ecclesiæ** res, pro quæ redemptione captivorum alienari queunt, non possunt alienari propiis, qui proprio scelere ad triremes damnati sunt: in l. nulla de legibus n. 18. pag. 132.
- Elusio** verba legis foret, & sententia vulnus infert: de leg. cap. 11. num. 15. pag. 52.  
**Emancipati** filii nec secundum civilem æquitatem admittebantur ad patris hereditatem: de leg. cap. 4. n. 22. pag. 77.  
**Emendatio** omnis nititur æquitate: de leg. cap. 7. n. 40. pag. 39.  
**Jus** naturale scriptura comprehendens fit legittimum, & ut tale dumtaxat emendatur: de leg. cap. 3. n. 32. pag. 67.  
**An** emendetur æquitate jus gentium: de legibus cap. 3. n. 34. & 35. pag. 68.  
**Emendationem** an recipiat consuetudo: de leg. cap. 3. n. 35. ibid.  
**Fides bona** in contractibus est æquitas potius conventionis, quam legis emendativa: de legibus cap. 5. n. 11. pag. 74.  
**Emendare** non potuit prætor jus civile Romanorum ex civili æquitate: de leg. cap. 5. n. 31. pag. 76.  
**Emendatio**, vide in verbo correctio, & in verbo correptio.  
**Emens** mala fide rem a fisco an sit securus: in l. non puto q. 2. n. 12. & 16. pag. 354. & 355.  
**Emphyteuta**, sive feudarius habet naturalem possessionem, dominus vero directus habet civilem: de ve. sub. pos. cap. 1. n. 5. pag. 236.  
**Ens** dividitur in substantiam, & accidentis: de ve. sub. pos. cap. 5. n. 5. pag. 268.  
**Erratur** sepe sub scientia juris: de legibus cap. 3. n. 41. pag. 28.  
**Errari** non potest natura duce: de leg. cap. 10. n. 16. & 5. pag. 49. & 55.  
**Erratur** dupliciter in lege scribenda: de leg. cap. 3. n. 1. pag. 64.  
**Error**, qui ab æquitate emendatur, in verbis est non in sententia: de leg. cap. 3. n. 39. pag. 68.  
**Exactum** non in unoquoq. genere eodem modo exquirendum: in l. neque, de leg. n. 1. pag. 100.  
**Exceptionem** significat nomen præscriptionis: in l. non puto q. 2. n. 1. pag. 353.  
**Ad exceptionem** peremptoriam, & declinatoriam præscriptio proprie refertur: in l. non puto q. 2. n. 3. ibid.  
**Exceptio** litis finitæ dicitur exceptio præscriptionis: in l. non puto q. 3. num. 37. pag. 365.  
**Exceptio** præscriptionis an admittatur, quando causa sit commissa difinienda ex bono, & æquo: in l. non puto q. 3. n. 39. ibid.

- Exceptiones omnes removens statutum; non intelliguntur removere eam, quæ provenit ex defectu citationis:** de leg. cap. 2. n. 21. pag. 23.
- Exceptiones prodeunt ex jure conservandi, & retinendi:** de leg. cap. 2. n. 8. pag. 57.
- Exceptionis & actionis misturam continet interdictum possessionis retinendæ:** de leg. cap. 2. n. 9. ibid.
- Exceptio peremptoria cur finem non habeat:** de legibus cap. 2. n. 76. pag. 63.
- Exceptionem cur habeat omnis regula:** in l. neq. de leg. n. 9. pag. 100.
- Exceptionem non habet omnis regula quæ in æquitate fundatur:** in l. nulla de leg. n. 12. 13. pag. 131.
- Exceptio, vide in verbis Emendatio, & correctio.**
- Excessus modicus qui dicatur:** in l. non puto cap. 1. n. 22. pag. 312.
- Excessus probationis, & probatio debent versari circa idem:** in l. non puto cap. 1. n. 23. ibid.
- Excessus modicus cur reo non noceat:** in l. non puto cap. 1. n. 24. pag. 312.
- Excessus modici ratio debet haberi in judiciis mistis:** in l. non puto cap. 1. n. 25. ibid.
- Excussionis beneficium an tollatur stante statuto, ut procedatur sola facti veritate inspecta:** de leg. cap. 7. n. 6. pag. 38.
- Excusio an sit de apicibus juris:** de l. cap. 7. n. 7. ibid.
- Excussionis inducione est secundum æquitatem:** de legibus cap. 7. n. 9. pag. 39.
- Circa excussionem divisio authoris:** de l. cap. 7. n. 13. ibid.
- Exempla non restringunt, sed declarant regulam:** in l. non puto cap. 1. n. 3. pag. 331.
- Exemplis non est judicandum sed legibus:** de legibus cap. 8. n. 15. & in l. non puto de l. n. 22. pag. 42. e 105.
- Exæquationis nomen quid significet:** de exæq. legat. cap. 6. n. 11. pag. 224.
- Exæquatio facta ex causa simili valet:** in l. non possunt de legibus num 16. pag. 104.
- Extensio fit in favorabilibus ex identitate rationis:** in l. non puto cap. 1. num. 2. pag. 331.
- Extensio, suppletio, productio, ab eadem ratione, & utilitate profiscuntur, æquitas ex diversitate rationis proficit:** de legibus cap. 3. n. 18. pag. 66.
- Extentiones omnes eo minus sunt favorabiles, quod arbitrio judicum indulgent:** in l. non possunt de l. n. 6. pag. 104.
- Extensio vide in verbis ampliatio, & productio**
- Extremis probatis præsumuatur media habilia:** de legibus cap. 9. n. 17. pag. 45.
- F.
- Facti & juris differentia:** de ve. sub. pos. cap. 5. n. 1. pag. 267.
- Facti quæ sunt per legem infecta reddi nequeunt:** de ve. sub. pos. cap. 5. n. 11. pag. 268.
- Facta incorporalia quæ dicantur:** de ve. sub. pos. cap. 7. n. 34. pag. 288.
- Non factum est factum negativum, & ideo venit appellatione facti:** de divid. & individ. n. 2. pag. 301.
- In facto si sit dubitatio, quid agendum:** in l. non puto q. 1. n. 20. pag. 350.
- Facti, & juris inter dubitationes quid interfit:** in l. non puto quæst. 1. num. 21. ibid.
- Facta omnia incerta sunt:** in l. neq. de leg. n. 4. pag. 100.
- Facti quæstiones ad judices pertinent:** in l. non possunt de leg. n. 3. pag. 103.
- Facto suo nemo debet posse tollere obligationem suam:** in l. iis de legibus n. 8. pag. 3.
- Falsi in poenam incidit allegans legem correctam cum decisione caussarum:** de legibus cap. 11. n. 11. pag. 52.
- Famis in causa habet locum l. ob 2s C. de præd. min:** in l. quod de leg. n. 15. pag. 110.
- Favor a privilegio quomodo distinguitur:** in l. non puto cap. 1. n. 40. pag. 338.
- In favorabilibus fit extensio ex indentitate rationis:** in l. non puto cap. 1. num. 2. pag. 331.
- Fere dictio est modificativa:** de ve. sub. pos. cap. 4. n. 25. pag. 264.
- Feudatarius, vel emphyteuta habet naturalem possessionem, dominus vero directus habet civilem:** de ve. sub. pos. cap. 1. n. 5. pag. 236.
- Fictio non habet locum super impossibili:** de ve. sub. pos. cap. 2. num. 17. pag. 247.
- Non fingit jus circa possessionem:** de ve. sub. pos. cap. 2. n. 29. pag. 148.
- Fictio habet locum in his, quæ facti, non quæ juris sunt:** de ve. sub. pos. cap. 6. n. 14. pag. 278.
- Fingendi nulla necessitas in his, quæ juris sunt:** de ve. sub. pos. cap. 6. n. 15. ibid. Fi.

- Fidejussor adhibetur , ut creditori magis consulatur : de legibus cap. 7. num. 11. pag. 39.
- Fidejubens pro contractu reprobato non tenetur : in l. legis de leg. num. 15. pag. 95.
- Fideicommissorum & legatorum origo : de exæq. lega. cap. 1. n. 1. pag. 202.
- Fideicommissa unde dicantur : de exæq. leg. cap. 1. n. 10. pag. 204.
- Fideicom. & legati diffinatio : de exæq. leg. cap. 1. n. 11. 12. 15. & 16. ibid.
- Fideicom. divisio: de exæq. leg. cap. 2. n. 17. pag. 210.
- Fideicom. verbis precariis , legata verbis imperativis relinquuntur : de exæq. leg. cap. 3. n. 1. pag. 211.
- Fideicom. nutu relinqui possunt , non sic legata : de exæq. leg. cap. 2. n. 6. pag. 211.
- Fideicom. Grace scribi potuit , non sic legatum , cur : de exæq. leg. cap. 2. n. 8. ibid.
- Fideicom. cur olim relinqui poterant ante hæreditis institutionem , non sic legata : de exæq. lega. cap. 3. num. 17. pag. 212.
- Fideicom. pinguorem naturam legatis habent , & in quibus : de exæq. leg. cap. 4. n. 1. pag. 214.
- Fideicom. capere poterant Latini Juniani, non sic legatum : de exæq. leg. cap. 4. n. 15. pag. 216.
- Per fideicom. eadem res relinqui potuerunt , quæ per damnationem : de exæq. leg. cap. 4. n. 16. ibid.
- Inter fideicom. & legatum damnationis differentia : de exæq. leg. cap. 4. num. 19. pag. 217.
- Fideicom. non per formulam , ut legata petebantur : de exæq. leg. cap. 4. n. 21. ibid.
- Fideicomissæ rei possessionem propria auctoritate capere non licebat , secus in legatis aliquando : de exæq. leg. cap. 4. n. 22. ibid.
- Fideicom. & legata non simili modo adimuntur : de exæq. leg. cap. 4. n. 24. ibid.
- Fideicom. in quibus excedant legata , & econtra : de exæq. leg. cap. 4. n. 26. pag. 218.
- In fideicom. & legatis propositum Justiniani est verborum differentias removere : de exæq. leg. cap. 7. n. 1. pag. 226.
- Fideicommissis exæquatio legatorum non importat unionem : de exæq. leg. cap. 7. n. 7..
- nee respicit utriusque substantiam n. 8. pag. 229.
- Fideicomissorum , & legatorum differentias quomodo adsint & sunt sublatæ : de exæq. lega. cap. 7. n. 14. pag. 230.
- Fideicommissorum , & legatorum una est differentia in adimento : de exæq. leg. cap. 7. n. 16. ibid.
- Fideicommissorum, & legatum exæquationis epithome : de exæq. leg. cap. 7. n. 16. ibid.
- Fideicomissa perpetua non sunt favorabilia : de leg. cap. 9. n. 39. pag. 47.
- Fideicommitti vel legari hæredi a feme tipso non potest : de exæq. leg. cap. 4. n. 9. & 12. pag. 215.
- Fidem servare non semper est æquum : de leg. cap. 3. n. 16. pag. 10.
- Fides veritatis verborum adminicula non querit : de leg. cap. 7. n. 4. pag. 38.
- Fides bona requiritur tam in quæstis, quam in quærendis: in l. non puto q. 3. n. 31. pag. 364.
- Cum bona fide in præscriptione in dubio contra fiscum est pronuncian. secus in alia : in l. non puto cap. 3. n. 41. pag. 365.
- Fide ex bona statuere , & arbitrari quid sit : de leg. cap. 5. n. 7. pag. 74.
- Item ex bona fide censere, esse, præstare .
- Fides bona , & stricto juri , & mala fidei opponitur , diversa tamen significatione : de leg. cap. 5. n. 8. ibid.
- Fides bona in contractibus est æquitatis potius conventionis, quam legis emendativa: de legibus cap. 5. n. 11. ibid.
- Fidei bonæ ad differentiam strictum jus semper dicitur , non ita ad differentiam æquitatis : de leg. cap. 5. n. 13. ibid.
- Fidei bonæ non dicitur lex , sed judicium , contractus , actio dicitur bonæ fidei : de leg. cap. 5. n. 18. pag. 75.
- Fidei bonæ vel stricti juris est actio præscriptis verbis pro qualitate negotii : de leg. cap. 5. n. 23. pag. 76.
- Fides bona , & mala sunt quid facti : de ve. sub. pos. cap. 8. n. 39. pag. 297.
- Fide mala emens rem a fisco an sit lecurus: in l. non puto q. 2. num. 12. & 16. pag. 354.
- Fide in mala si sit fiscus non præscribit quadriennio: in l. non puto q. 2. n. 14. ibid.
- Fide in mala constituit fiscum contradicitione facta in subhaftatione : in l. non puto q. 2. n. 16. pag. 355.
- Fides mala præsumpta spatio 30. annorum pur-

- purgari solet : in l. non puto q. 2. n. 35. & quo jure procedit civili , an canonico n. 36. quando fallit n. 41. pag. 358.
- Fide in mala vera hæres existens à ie ipso præscriptionem inchoare non potest, secus si in præsumpta existat : in l. non puto q. 2. n. 37. ibid.
- Fide cum mala præscriptio adversus fiscum in penalibus 20. annis procedit : in l. non puto q. 3. n. 30. pag. 364.
- Fide cum mala præscriptio quibus calibus per indirectum procedere soleat : in l. non puto q. 3. n. 40. pag. 365.
- Fide cum mala præscriptionem in qua parte admittit statutum , non valet : de leg. cap. 3. n. 31. pag. 11.
- Filius patrem verberans si statuto poena mortis puniatur , an incidat in poenam , si noctu eum verberet credens furem : de leg. cap. 4. n. 4. pag. 70.
- Filius vide in verbo liberi .
- Finis legis non est privatio mali , sed asecuratio boni : de legibus cap. 5. n. 20. pag. 34.
- Finis legis qui sit : de legibus cap. 6. n. 1. pag. 35.
- Finis legis ex jurisconsultis est commune bonum cap. 6. n. 2. ibid.
- Fines plures ad ultimum finem dirigi ostenditur : de legibus cap. 6. num. 10. pag. 36.
- Legis cuiusq. effectus est favere cives bonos respectu finis in quem dirigitur : de leg. cap. 6. n. 19. pag. 37.
- Fine adempto, ordo quo cuncta ordinantur , deletur : de leg. cap. 9. n. 1. pag. 44.
- Finem nec controversus facit , nec jus tribuit , jus incertum : de leg. cap. 9. n. 2. ibid.
- In finem suum lex tendens infinitum debet abhorre : de leg. cap. 9. num. 15. pag. 45.
